6 ſil. lxiiij.† ubi decretum principis puniens rebellem & eius fratres, factum ad finem ut tales magis abſterrerenĩ reſpectu propinquorum, non comprehendet fratrem inimicum rebellis, quia propter talem quis non abſterretur. Aut agimus de extenſione, & ſi in ſtatuto militet eadem ratio, extẽdetur quatenus uis uerborũ importat, etiã latè ea intelligendo, literaliter tamen: unde nõ comprehendetur quod uenit à cõtrario ſenſu, ſecundũ Bal. & alios.[a] Et cõſequenter appellatione maſculorum nõ uenient fœminæ, quia iſtud nõ eſt intelligere literaliter, ſed ex extenſione, ut cõcludit Bal. conſil. ccccl x. Ioan. in v. uol. Cor. conſil. xiiij. in col. penul. in ij. uol. & facit tex. quem ibi notaui in l. pen. in fin. C. de præpo. ſac. cubi. lib. xij. ibi, quæ de cubicularijs dicta ſunt, extendi propagariq; ad cubicularias decernimus. fa. quod not. Bart. in l. liberorũ. ff. de uerb. ſig. Vnde puto quòd malè conſuluerit Curt. in d. conſil. ix. ubi in hoc puncto tenet contrarium. Nec obſtant not. per Bar. in d. l. omnes populi. quia non attingit quando ſtatutum dicit quòd uerba ad literam debent intelligi; tale enim ſtatutum multum operatur ultra ius cõmune, & habebit interpretationem rationabilem, ſecundum ſupradicta.

[a] *Adde Deci. in l. fœminæ. colum. xiij. uerſ. ſexta regula. ff. de reg. iur.*

Tertio not.† quòd partes non poſſunt facere ut ſtipulatio peccans in forma ualeat. facit gl. in l. à diuo Pio. ff. de ritu nupt. Et hoc infertur ad quæſtionem, nunquid dato quòd ſtipulatio ſoleat apponi in contractibus, per notarios cenſeatur appoſita, dato quòd nõ conſtet de formalitate uerborũ, ex quo notarius cenſetur rogatus ut apponat clauſulas cõſuetas. l. fin. C. de fideiuſſ. Angel. & moder. in l. quicquid aſtringendæ. ſ. eod. tenet quòd nõ: unde dictio, &c̃, non extendetur ad iſtum caſum, ut per Soci. in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de lib. & poſthu. facit tex. in c. pen. de iureiur. Sed aduertendum eſt, quòd contra illud quod notarius cenſeaĩ rogatus de apponendo clauſulas ſolitas, facit quod not. Bart. in l. i. in iij. col. ff. de iur. codicill. & Bald. in l. quotiens. C. de hæred. inſtit. ubi concludunt quòd clauſulæ ſolitæ apponi de cõſuetudine notariorũ nihil operantur, cum ſimil. allegatis per Franciſ. de Curt. in conſil. lxxvi. in vi. col. Diſtingue ergo, quòd aut loquimur de actu dependente ex uoluntate unius, prout ſunt teſtamenta & inſtitutiones, & procedit doctrina Bart. in d. l. i. quia non eſt ueriſimile quòd teſtator conſiderauerit tantam efficaciam in clauſula codicillari, ut extraneos prẹponeret ſuo ſanguini. l. cum auus. ff. de cond. & demon. Aut loquimur in actu dependente ex uoluntate duorũ, & tũc illæ clauſulæ operãtur effectũ ſuum, quia ſemper reſpiciũt utilitatem alterius ex contrahentib. & ita procedunt not. per l. fin. C. de fideiuſſ. Fallit ubi reſultaret magna enormitas, de qua nõ ſit ueriſimile à principio partes cogitaſſe, per ea quæ not. Ant. de But. & Abb. in c. quintaual lis. de iureiur. ubi in compromiſsis dicunt illam clauſulam, renunciantes enormi & enormiſsimæ læſioni, nihil operari, quia uideĩ adiecta de cõſuetudine notariorũ, nec eſt ueriſimile partes cõſideraſſe talem caſum. l. ſi libertus operas. ff. de op. liber. Quarto not.† quòd 8
ex ſtipulatiõe in qua nõ ſit ſeruata forma, nõ oritur obligatio naturalis. In contrarium eſt gl. l. iuriſgentium. §. ſed cum nulla. ff. de pact.

quæ generaliter uult quòd ſtipulatio inutilis
ualeat in uim pacti. l. ſi unus §. ſi acceptilatio.
ff. de pact. l. an inutilis. ff. de accept. Ad iſtud
obiectū reſpondet Ioan. de Imol. Paul. Caſt.
& alij hîc, quòd iſte tex. ſolùm procedit quan
do cōſtabat quòd partes haberēt ſolū animū
ſtipulandi, puta quia dicerent, promittis mi-
hi ſtipulanti decem? ſecus ſi ſimpliciter dictū
ſit, promittis decem. & ita atteſtantur cōmu-
nem opin. eſſe Alex. & Aret. hîc. Cōtrarium
tenet Aret. per iſtum text. quia eſſet magna
ſubauditio. Confirmo iſtam opin. nam ſicut
in primo caſu huius §. ſuperfluum fuiſſet ad-
dere iſta uerba, per ſtipulationem, nec Iuriſ-
conſultus poteſt in eo caſu ita intelligi, ergo
nec in ſequenti caſu, in quo non recedit à pri
ma cōceptione uerborū. Secūdo, quia Iuriſ-
cōſultus fuiſſet ualde diminutus, ſi omiſiſſet
illa uerba, in quib. conſiſtebat tota difficultas
ſuæ deciſionis: nam quæ ſpeciali nota digna
ſunt, cenſentur neglecta ſi prętereant̃. l. item
apud Labeo. §. prętor ait. ff. de iniu. Tertio ob
ſtat, quia ſi dictū fuiſſet, promittis per ſtipula
tionē? & reſponſum per nutū, iſta ſtipulatio
fuiſſet nulla, nō tam ex defectu formæ, ꝙ etiā
ex defectu materiæ, id eſt, conſenſus, qui eſt
de materia contractuū, ut dicit Io. de Imol. in
prin. decret. in vi. col. quod eſt cōtra mentem
tex. in quo proſequuntur defectus in forma.
Quarto obſtat doctrina Bart. hîc cōmuniter
9 approbata, †quòd ubi adeſt defectus in for-
ma, quod non ualet ut ago, non ualet ut uale
re poteſt: certè in noſtro text. erat defectus in
forma. Quinto facit, quia partes incipiētes ab
interrogatione, ſatis oſtendunt quòd uolunt
ſtipulari: quia contractus magis cognoſcitur
à forma ipſius, ut etiā dicit Aret. hîc, ꝙ à deno
minatione. l. inſulam. ff. de præſcrip. uerb. l. ſi
cum uno. ff. loca. unde ex quo præcedit inter
rogatio, quod eſt principale in ſtipulatione,
ſatis declaratur animus à principali intentio
ne. l. ſi quis in ſeruitute. ff. de fur. l. ſi quis nec
cauſam. ff. ſi cer. pet. & ita teneo, prout etiā te
nuit Bal. in l. cum quis. in vij. col. C. de iur. &
fac. ignor. ubi dicit gl. in d. §. ſed cum nulla. à
moder. reprobari: nec Bart. in l. ſi ſtipuler. §.
fin. j. eo. dicit contrariū, prout eum refert A-
lex. & malè, ſicut nec Ang. in l. ſi certis annis.
in i. col. C. de pact. Moder. hîc tenendo opin.
gl. dicunt, quòd quando quis ſtipulat̃ tertio,
hunc modo, promittis mihi ſtipulanti dare cen
tum Titio? ꝙ non ualet ſtipulatio, nec oritur
obligatio naturalis, per hūc text. & ita limitāt
gl. cū ibi notatis, in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. j.
eo. Teneo cōtrariū, quia quādo actus peccat
in forma, tūc nō oritur naturalis obligatio. &
ita procedit hîc text. Sed §. alteri nō loquit̃ in
defectu formæ, ſed naturæ, unde oritur obli-
gatio naturalis, ut dicit Ang. & Imol. in l. cum
lex. ff. de fideiuſſ. Expeditis notabilib. Bar.
10 inducit primò iſtum tex. ad quæſtionē. †Qui-
dam interrogauit, uis tu dimittere ſubſtantiā
tuam tali? & ipſe reſpōdit, cui alteri ꝙ illi uel-
lem dimittere? cōcludit per iſtum tex. ꝙ cen-
ſetur reliquiſſe; nam ſi iſta uerba inducūt cō
ſenſum in cōtractibus, multò magis in ulti-
mis uoluntatib. l. in teſtamentis. ff. de reg. iu.
fa. l. Pamphilo. §. ꝓpoſitū. ff. de lega. iij. In iſta
quæſt. aduertendū eſt ad tria. Primò, in quo
actu facta ſit promiſſio. Quidam moder. dixe
runt eſſe factū per pactum, q̊d eſt ſpecies ulti
mæ uolūtatis. l. fi. C. de fideicōm. ſed iſtud eſt
impoſsibile. quia nec per pactū nec per ſtipu
latiōes poteſt dari hęreditas. l. licet. C. de pac.
l. pactū q̊d dotali. C. eo. tit. pręſertim quando
ſtipulatio cōcipit̃ per aliū, ꝙ per eum ad quē
deuoluit̃ hęreditas. §. alteri. Iaſ. hîc dicit quòd
Bar. loquit̃ in fideicōmiſſo particulari, & q̊d
in eo caſus eſt clarus, ex quo huiuſmodi fidei
cōmiſſa relinquunt̃ etiā nutu. l. nutu. de leg.
iij. q̊d nō eſt in uniuerſali, ut per Ang. in l. in
epiſtola. C. de fideicō. Aduerte, quia ſi ita in-
telligeret̃ Bart. eius ratio nō concluderet, ex
quo in iuriſdictione fideicōmiſſorꝫ particula
rium nō ſit plena interpretatio, prout ipſe di-
cit, per l. in teſtamētis. de reg. iur. ſed ſtricta. l.
numis. ff. de leg. iij. cum ſimil. & firmat Lud.
Ro. in l. plures. ff. de dam. inf. unde eorꝫ adem
ptio nō eſt fauorabilis, ut eſt tex. in l. ſi fuerit.
& ibi Soci. in vi. notab. ff. de reb. dub. Item nō
eſt uerum q̊d dicit Iaſ. quòd fideicōmiſſa uni
uerſalia nō poſſint relinqui nutu: nec Ang.
hoc dicit in l. in epiſtola. per eum alleg. imò
Bal. ibi[a] tenet cōtrariū, & Paul. de Caſt. in l. i.
C. de impub. Soci. cōſil. cxiij. in iij. col. ad fin.
quicquid dicat Iaſ. allegās eundē Ang. in l. in
legatis. C. de lega. & in l. i. C. de pac. ponens li
mitationē ad gl. in l. Lucius. ff. de hære. inſtit.
quam nō puto ueram, per ſupradicta. Intelli-
ge ergo dictum Bar. generaliter, ut procedat
etiam in inſtitutione quæ poteſt fieri in teſta-
mento ad interrogationē alterius notarij, ut
eſt gl. cōmuniter approbata in l. iubemus. in
ueri. quemadmodum. C. de teſta. de qua per
Corn. conſil. cccxix. in i. Socinus conſil. xix.
in iij. cum ſimil. Secundo aduertendum eſt,
an deciſio Bartoli ſit in ſe uera: & puto, ſtan-
te illa forma uerborꝫ, quòd nō. Nam etiam ſi
prędictæ interrogationi reſpondiſſet expreſ
ſe teſtator, quia dixiſſet, uellē relinquere, ta-
men iſta promiſſio nō faceret quòd relinque
ret: †nam uerbū, Volo, ſeu uellem, iunctū in- 11
finitiuo uerbi ſignificanti actū de futuro, ni-
hil diſponit, niſi ſit iunctum infinitiuo uerbi,
Eſſe, puta, uolo eſſe hęres, ut dicunt Doct. cō
muniter in l. ſerui electione. ff. de lega. i. Ant.
de But. in c. ex literis. extra de ſponſ. Iaſ. in l.
cunctos populos. in iiij. col. C. de ſum. trin.
& fid. cath. Et propterea dicit Bald. in l. unic.
in vij. col. C. de confeſſ. quòd ſi aliquis ſit in-
terrogatus, utrū fecerit delictum, & reſpon-
derit, uolo confiteri me feciſſe, non intelligi-
tur cōfeſſus. Vnde in caſu noſtro ſi dicatur,
uellem relinquere bona mea tali, nō per hoc
dicitur reliquiſſe. Et ſi iſtud eſt in uerbo, uo-
lo, multò magis procedet in caſu Bartoli, in
quo dictum eſt, Cui magis uellē quàm ſibi?
ex quo illud uerbum, uellem, habet tractum
de futu-

[a] Adde quod idem tenet Bal. in l. iubemus. in prin. C. de teſta.

de futuro, nec respicit præsens tam efficaciter sicut uerbū, uolo. l. cum in plures. §. mandaui. ff. locat. licet Bald. & Imol. in l. fin. ff. de testa. non faciant differentiam inter utrunq;. Non obstat l. Pamphilo. §. propositū. de lega. iij. quia potest responderi prout respōdet Iason in d. l. serui. quòd illud procedit propter sex cōcurrentias, quia amicos cōuocauerat, quia miles, quia fideicōmissarius erat contubernalis suus, & quia testator carebat agnatis, & quia geminata uerba, & quia ab alio in-

12 terrogatus idem respōderat.† Tu aliter respōde & melius, quòd difficultas ibi nō est, quia testator usus sit uerbo, uelle, prout dicūt omnes Doct. imò illa uerba, q̃d uellet relinquere, sunt uerba Iurisconsul. nō testatoris: sed Iurisconsul. facit fundamentū super respōso testatoris inserto in testamento, q̃d lingua græca fuit prolatū, ut dicit ibi gl. Vnde in Pandectis Florentinis, quas ego quandoq; uidi, post illud uerbum, respōso tali, subsequitur una dictio græca, quæ in latino significat, maximè. Dubitat ergo Iuriscōsultus, nunquid ex quo cōuocatis amicis testator dixerat se relinquere uelle certa prædia, quæ tamē coram eis nō nominauerat, quibus in testatione redactis & per fideicōmissarium specificatis, interrogatus an de eis dixisset, respōdit μάλιστα, id est, maximè. Dubitabatur, quia illa dictio nō est in totum affirmatiua: item, quia ipse testator non specificauerat bona, an ualeat fideicommissum? Et text. dicit sine dubio ualere, ex quo ex cōuocatione amicorū, coram quibus dixerat se relicturum prædia, satis uidetur declarauisse uolūtatem, licet ambiguam, quòd de eis senserat, de quib. fuerat interrogatus. Et sic stante illa dictione, uellem, in casu Bar. magis placet contraria opin. Si uerò testator interrogatus, relinquis omnia bona tua Titio? respōdisset, cui magis relinquo? uidetur quòd ualeret, per istum text. Et isto casu saluabitur Bart. quod tamen intellige, quando testator accersiuisset notarium, & iussisset ut scriberet talem hæredem nominando Titiū, per gl. in d. l. iubemus. quæ sic declaratur à Doctoribus, ut ibi per Corn. In fideicōmisso uerò casus esset magis expeditus. Tertio aduertendum est, quòd Ioan. de Imol. in l. gerit. in vi. col. ff. de acqui. hæred. & Alex. in d. l. ser-

13 ui electione. uidentur tenere† quòd uerbum, uolo relinquere, in testamētis tantùm importat institutionem, propter præsumptam deliberationem, quia in eis testes debent rogari. l. hæredes palàm. §. in testamentis. ff. de testa. Secus est in codicillis. l. fin. C. de codicill. nā istud arg. Alex. nō procedit in casu Bart. hic, in quo præsupponit testes rogatos, si non ad solennitatem codicillorū, saltem ad effectum præsumendæ maioris deliberationis: quod etiam uidetur probare text. in d. §. propositū. ibi, accersitis amicis. unde si non sunt accersiti, est secus. l. fin. ff. de testa. ita intelligit Bart. & intellectus in se est uerus, sed non conueniens literę, unde non tenetur cōmuniter, ut per Bal. Ioan. de Imol. Paul. de Cast. & Aret. in d. l. fin. Et quòd simplex conuocatio consideretur, & habeat hunc effectum, tenuit etiā Bart. in d. l. gerit. in iij. col. Vnde errant moder. Seneñ. hic, dicentes sufficere interrogationem sine conuocatione. Plus etiam errant dum dicunt text. nostrum procedere tantùm quando stipulatio fit conuocatis testibus ad hoc, & ita uelle Bart. quod non est uerū: quia ista conuocatio non consideratur in contractibus, sed in ultimis uoluntatib. tantùm. authen. rogati. C. de testib. l. ad fidem. ff. eod. tit. & contrarium uult Bar. in d. l. gerit. in iij. col. dum allegat istum §. & dicit ex præcedenti interrogatione præsumi deliberationē. per gl. in l. in ementis. C. de contrah. emp. Et potest etiam subuerti decisio Socini hic, limitantis tex. in c. relatum. extra de testam. ut procedat quando testes sunt rogati: quod uidetur contra illum tex. qui se fundat super iure gentiū, quo iure non erat necessarium testes rogari, quia hæc est solennitas iuris ciuilis. d. §. in testamentis. nō recedo tamen in hoc ultimo ab eius opinione. Secundo inducit Bart. istum tex. ad aliam quæst. quando tertius arbiter dixit, non uideo cur non sit condemnandus: nam uidetur cōdemnare. l. uxorem. §. concubinæ. ff. de lega. iij. Et istud infertur ad quęst. per Bald. Ang. Rom. & alios: Nunquid si cōsultor datus in causa, dicit reum esse condemnandum, & iudex pronūciat hoc modo, †pro- 14

nuncio prout in consilio, an ualeat sententia? & cōmunis opinio est quòd sic. secus si iudex diceret, pronuncio eum condemnandū prout in consilio: nam isto casu cōmunis opinio est quòd non ualeat, ut hic per eos, & per Cano. in c. cum uenerabilis. de except. Ratio est in isto secundo casu, quia aliud est cōdemnare, aliud pronunciare condemnandum, ut dicit Bart. in l. i. C. si aduer. lib. & in l. fin. C. ubi & apud quem. & in l. ab executione. C. quo. app. non reci. & ista est uera ratio, per quam mouētur Doct. Aliam posuit Rom. hic, quia tractus futuri temporis non spectant ad iudicem. l. non quemadmodum. ff. de iudic. & l. i. ff. de usur. quæ ratio non est bona in casu nostro, & contra notata in l. qui se dicit. ff. de iudic. & gl. in l. fin. C. ubi & apud quem. cum simil. hic alleg. per Alex. Vnde teneas primam

rationem. Ex qua infertur,† quòd ista senten- 15
tia licet omnino ualeat in effectum condemnationis, ut dicunt hic Doct. tamen ualebit in se, & erit interlocutoria habens uim diffinitiuæ, ut est de mente Bald. in l. cum iudex. C. de sentent. & Alex. hic dum respondet ad l. Aemilius. ff. de minor. unde nisi appelletur, si subsit instantia potest iudex rursus iudicare & condemnare, & ista secunda non erit appellabilis, ex quo uenit in executionem primę, ut est gl. not. in l. si cum exceptione. §. hęc

autem actio. ff. quod met. caus.† Et ab execu- 16
tione, uel etiā à pronunciatione de exequendo, non appellatur, ut est magis cōmunis opinio, ut per Ang. in l. ab executore. ff. de app.

Alex. consil. xcv. in ij. uol. & moder. in c. nouit. de appell. cum simil. quicquid dicat Bar. in d. §. hæc autem actio. Et in quantum Aret. hîc arguit cõtra cõmunem opinionem, eius argumentis responde ut per moder. in d. c. cum uenerabilis.

In gl. in uerb. sed nec naturaliter. attingit
17 hîc Bart. regulam, † Quod non ualet ut ago, an ualeat ut ualere potest, & distinguit ut hîc per eum, & eius doctrina in quolibet membro cõmuniter tenetur. Tu pro declaratione fac septem conclusiones. Prima est, quando expresse fuit actum quòd actus ualeret ut melius potest, tunc ualebit[a]. l. i. ff. de codicill. l. fin. C. eod. Pro ista conclusione facit quod not. Bartol. in l. i. in iij. col. ff. de iure codicill. nam in testamẽto requiritur institutio uel exhæredatio pro forma. Pone filium præteritũ in testamento in quo sit clausula codicillaris certè ualebit in uim codicilli, ut tenent Doct. cõmuniter in auth. ex causa. C. de lib. præter. Item facit quod consuluit Paul. de Cast. consil. cccxlv. super puncto quo quæritur. & Alex. consil. cxij. in iij. ubi si testator reliquit aliquid particulariter filio, si in testamento sit clausula, Omni meliori modo, habebitur ac si reliquisset iure institutionis. Limita istam
18 conclusionem, † quando lex requirit aliquid certitudinaliter exprimi: nam nisi sit expressum, actus penitus est nullus. ita est text. in c. i. de postul. prælat. lib. vi. Et facit quod consuluit Aret. consil. xvij. in iij. col. nam ex quo lex requirit ad ualiditatem donationis inter patrem & filium, iuramentum non est satis, si donaret pater omni meliori modo &c. & ita debet intelligi quod not. Calder. consil. i. sub tit. de accus. quicquid dixerit Felin. in c. cum super. in fin. extra de offic. deleg. Item facit quod not. Specul. in tit. de instru. edi. §. cõpendiose. in i. col. nam filiusfamil. non potest testari, nec codicillari, etiam consentiente patre. l. tam is. § i. ff. de donat. caus. mort. Doct. in l. senium. C. qui testa. fac. poss. Sed potest donare causa mortis, dũmodo pater expresse consentiat. l. filiusfamiliâs. §. fin. ff. de donat. Pone quòd testetur cum consensu patris, in quo testamento adsit clausula codicillaris, & omni meliori modo, an ualebit? certè non. sequitur Socin. consil. cxij. & consil. clxxij. in iiij. col. Secundo limita, ut non ualeat in casum à partibus incogitatum, puta quia nondum euenisset. & ita consuluit Lud. Roman. consil. ccxciiij. hæc confessio. refert & sequitur Felin. in d. c. cum super. facit quod notat Aret. consil. xxiiij. in ij. col. uers. nõ obstat iuramentum. uel quia casus esset ualde insolitus. arg. l. fistulas. §. frumenta. ff. de contrah. empt. Alex. consil. xxxi. penult. col. in ij. uol. Intellige tamen, ut quãdo adest clausula, omni meliori modo, trahatur ad cogitata in genere. arg. l. qui iure. ff. de testa. milit. & eorum quæ not. Bar. in l. sub prętextu. ij. C. de transact. in prin. Ant. de Bur. in c. si diligenti. post medium, de for. compet. Et dicitur de aliquo in genere[b] cogitatum, quando in genere facta est mentio, ut per Aret. consil. xxxiij. consultatio. Socin. consil. cxlij. in fin. uel quando aliter probatur, ut per Ang. in authen. ex causa. in i. col. in fin. C. de lib. præter. & satis probatur in d. l. qui iure. Item intellige, nisi actũ sit ut etiam actus ualeat in casum à partibus incogitatum, ut uult Angel. in l. tres fratres. in ij. col. ff. de pac. Rom. in l. sicut certi. in ult. col. de testa. milit. Alex. consil. xi. in penult. col. in secundo. † Tertio limitatur: quando 19
in dispositione expressi sunt modi inepti, & modi apti, nullatenus condescendunt ab expressis: nam tunc, ut dicit Felin. in d. c. cum super. etiam si partes agerent ut actus ualeret omni meliori modo, tamen non ualet, per consilium Anchar. ccclvij. quia præsupponitur, ubi si quis sit institutus in duobus testamentis, quorum primũ est ualidum, secundum inualidum, si adeat ex secũdo omni meliori modo &c. non sustinetur aditio ex primo. Tu tene contra istam limitationem, quia in casu Anchar. ideo non uidetur adiuisse ex primo, quia expresse sibi reseruauerat tale ius. & contrarium etiam tenet Angel. consil. clxxxiij. & latè Decius consil. xiiij.

† Secunda cõclusio. † Quando in modo cõ- 20
stituendi non est differentia inter actum qui agitur, & eum qui ualere potest, tunc quod nõ ualet ut ago, ualet ut ualere potest. l. si tam angusti. ff. de seruit. l. uia. ff. de ser. rust. præd. Adde quòd istæ leges allegatæ per Bart. non uidentur multum urgere. Primò, quia in casu d. l. si tam angusti. erat facta demonstratio, quæ præualet uerbo, secundum gl. in l. quæ extrinsecus. ∫. eod. referunt moder. hîc, & etiã l. uia. quicquid illi dixerint, minus probat: quia in illa l. solùm Iurisconsul. procedit diffiniendo quæ sit uia, & quod sit iter: & licet gl. ibi notet, quòd si quis intendat uiam constituere, erit iter, tamen illud notabile non probatur concludenter in illa l. Item iste intellectus Bart. ad d. l. tam angusti. non tenetur ibi. Imol. Bald. Ang. Alber. de Ros. & Flor. intelligunt illum tex. quòd ibi sit: quia appellatione uiæ impropriè sumpto uocabulo uenit iter. Vnde per illum text. fundant regulam, quòd actus qui non potest sustineri ex proprietate sermonis, sustinetur ex improprio intellectu: & istud maximè procedit in seruitutibus realibus, quibus lex fauet. l. iiij. ubi gl. ff. de seruit. Alium intellectum ponit Bal. in l. non codicillum. C. de testa. Raph. Com. & Ias. hîc, quòd ideo ibi illa constitutio, quæ nõ potest operari in seruitutem uiæ, operatur in seruitutem itineris uel actus: quia sub seruitute uiæ, quæ est amplior, continetur seruitus itineris, quę est minor. arg. §. si stipulanti. ∫. eod. Sed contra istam conclusionem facit quod not. Bart. in §. fin. in iij. col. ∫. ead. l. ubi dicit, quòd si interrogatio sit de aliquo, & responsio de parte, quæ sit pars impropriè uelu ti quo ad cõmoditatem tantùm, non ualet stipulatio: quia responsio non est de parte interrogationis.

a Adde quòd in dubio quis uidetur facere actum omni meliori modo quo potest, secũdũ Abb. cõsil. lxvij. in j. col. in fi. in ij. uolum. quod dictũ est nimis generale, unde restringi debet secũdũ notata hîc.

b Quod intellige quãdo præsumitur cogitatum ex uerisimili mẽte disponentis, ut per Soci. consil. xciij. uers. quanto nõ obstat septimo. in iiij. uol.

rogationis. l. & per iusiurandum. in ij. respon so. §. de acce. Istud propriè est in casu nostro: quia in uia nō continetur actus, seu iter, prout seruitus, sed prout cōmoditas. l. qui usumfru ctum. & ibi not. §. eod. & est gl. in l. scire debe mus. eod. tit. Fortasse posset dici (quia actus prout est in cōstituendo, est pars uiæ: & idem de itinere. l. loci. §. i. ff. si ser. uend. licet ubi ser uitus est constituta insit tantūmodo ut cōmo ditas) quòd nos loquamur de actu quatenus est in constituendo. Sed tamen istud non puto uerum: quia quamuis unum possit consti tui sine alio, nō sequitur quòd sit pars ipsius. Contra istam rationem etiam obstat tex. in d. l. diuus. ff. de usu & hab. ubi legatum usus ua let in uim ususfructus, & sic in eo quod est plus, & tamen ususfructus non comprehen ditur in usu, imò potius est ecōtra: & ille tex. etiam uidetur urgere contra doctrinam Bar. in l. tutori. §. i. ff. de admin. tut. de quo infra di cam. Pro resolutione potes tenere intelle ctum cōmunem in d. l. si tam angusti. iūctum cum intellectu Bart. hic, ut actus trahatur ad casum qui impropriè continetur, quando non est differentia in modo constituendi.

Tertia conclusio: In his quæ dependent à uoluntate unius, si agitur de totali dispositio ne, quod non ualet ut ago, non ualet ut uale re potest. l. nō codicillum. C. de testa. cum iu ribus ibi alleg. in gl. Contra istam conclu sionem primò obstat text. in l. si miles qui de stinauerat. ff. de testa. milit. ubi qui uult testa ri iure cōmuni, si eo iure testamentū non te net, saltē ualet iure speciali. Nec obstat quòd istud sit quia utrūq; actus est eiusdem speciei, ut dicit Pau. de Cast. Cor. in d. l. nō codicillū. quia tex. se nō fundat in hoc, sed quia nō uide tur renunciare iuri speciali: quia nemo cense tur elegisse uiam qua iudicia sua subuerteret, ut ibi dicit: quæ rationes procedunt generali

21 ter. Potes respōdere, †quòd istæ rationes sint ueræ in testamēto militis, in quo semper sub intelligitur illa clausula, Si nō ualet iure cōmu ni, ualeat iure militari, ut dicit Bart. in l. i. in xv. q. & in vi. ff. de iur. codi. fa. l. licet. C. de pa ctis. nam aliàs uidemus in pagano, qui si ex presse agit ut testamentū codat in scriptis, nō sustinetur in uim nuncupatiui. Cyn. in l. hac cō sultissima. §. per nuncupationē. C. de testam. Bart. in l. fi. ff. de iur. codi. & tamē sunt eiusdē speciei, quicquid dicat Ias. hic. Secundo ob stat tex. in l. uni. §. similiq; modo. C. de lati. li

22 ber. tol. ubi est text. †quòd si quis seruū suum apud acta appellet filiū, non per hoc censebi tur filius adoptiuus, & sic actus nō ualebit ut agitur, sed erit liber, unde ualebit ut ualere po test, etiā in speciem diuersam: quia aliud est esse filium, aliud simpliciter esse liberum. Re sponde, quicquid dicat gl. quòd ille text. non facit in materia: quia per illam appellationem dominus non agebat ut seruū adoptaret, sed lex simpliciter introduxit illum actū manu missionis ratione de qua ibi: unde teneo con clusionem Bartoli: pro qua facit quod notat idem Bar. in l. non solum. §. morte. in xij. col. uers. uideamus de congruo. ff. de oper. noui

nūc. †A d hoc ut protestatio teneat, debet fieri 23 in loco congruo: ponamus quòd quis exi stens in loco incongruo protestetur simplici ter, talis protestatio nō ualet ut agitur: sed u trum ualebit ut potest, secundum quòd cen seatur facta ut soluatur loco congruo? Bart. ibi tenet quòd non, per tex. in l. si cum dies. §. quid ergo. ff. de arbit. Limita istam conclusio nem Bart. ut non procedat quando expresse non cognoscitur quem actum uoluerit quis magis facere: quia in dubio interpretabitur pro sustentatione actus, ut uideatur uoluisse fa cere eum qui ualuit, ut per Bal. in l. i. C. de iu re codicill. Paul. de Cast. in l. proximè. ff. de his quæ in test. delen. ubi si quis cōuocatis se ptem testibus dicat, sitis testes huic meo nun cupatiuo testamento, deinde non faciat ali quam institutionē hæredis, testamentū ualebit in uim codicilli. Nam quamuis adhibue rit septem testes, illi non respiciunt substan tiam actus, quia sunt causa probationis, ut di cit Bal. in c. i. in ult. col. quid sit inuest. nec plu ralitas quinq; testium repugnat codicillis: & q̄uis appellauerit testamentū, tamen præua let forma. l. si insulam. ff. de præscrip. uerb. ex quo eū nō fecit institutionē, ostendit se nol le facere testamentū. d. l. nō codicillū. & sic te neo istā decisionē, quicquid dixerit Ias. hic.

Quarta conclusio: In his quæ dependent à uolūtate unius, si agitur de particulari dispo sitione, actus qui nō ualet ut ago, ualet ut ua lere potest. l. filius fam. §. ut qui hæredem. ff. de leg. i. l. Scæuola. §. ad Treb. Et ratio differētiæ à superiore casu est, quia in eo agēs trāsiret in aliū diuersum, sed isto casu nō: nā q̄uis substi tutio directa trahatur ad fideicōmissariū, testa mentū tamē remanet in suo nomine: q̄d nō e rat in præcedēti casu, quia nō ualuisset ut te stamentū, sed ut codicillus: & sic licet substitu tio directa opponatur obliquè secundū Bar. in l. centurio. in i. oppos. ff. de uulg. tamē una in aliā transfunditur, ex quo nō alteratur actus prin cipalis. Cōtra istam conclus. obstat, †quia li- 24 bertas directa seruo alieno data in testamēto, nō flectitur in fideicōmissum. l. si seruus lega tus. §. si seruus alien9. & ibi gl. Bar. Bal. Ang. Flor. Raph. Com. Iac. de Put. & Paul. Cast. ff. de leg. i. Ad istud fundamentū respondetur[a] multipliciter. primò per Alex. in d. l. cēturio. q̄d in d. §. si seruus alienus. actus à principio fuit nullus, secus si ualere potuisset: quæ ratio est cōtra cōmunē. Doct. in l. uerbis. ff. de uul. Itē cōtra l. Scæuola. ff. ad Treb. ubi substitutio in codicillis directa à principio nō ualuit. Itē ista solutio nō tollit difficultatē: quia data do ctrina Bar. pro uera, actus ibi à principio nō fuisset nullus, sed datio libertatis ualuisset in uim fideicōmissi. quare alijs duobus modis respōdet, quos reproba ut ibi per Ias. Alio mo do respondet Ias. q̄ ibi ideo nō tenet datio li bertatis, q̄a testator nō habebat aliquod ius di spōnēdi de seruo, ut pote alieno. Sed istud nō

[a] Adde Decium in l. precibus. in pen. char. C. de impub. & alijs subst.

uideẽ urgere, ex quo satis habebat ius dispo-
nendi saltem per fideicõmiss. & tamen nõ ob-
liquatur. Vnde secundo modo respõdet, q̃d
ideo ibi non ualet libertas in uim fideicõmis-
sariæ, quia testator eum seruum alteri legaue
rat, & de eo prouiderat. & hanc solutionem
etiam referunt moder. in l. precibus. C. de im
pub. Sed ista solutio non placet, quia tex. prę
supponit, quòd etiam si legatus nõ fuisset ser
uus, datio libertatis nõ ualeret, nec obliqua-
retur in fideicõmissariam. Præterea ista ratio
est contra aliam cõmunem opin. quòd liber-
tas directò data seruo alieno nõ obliquatur,
quam tenuerũt Doct. ꝗ relati in d. §. si seruus
alienus. & Bald. Alber. de Rosa. & Salic. in l.
seruo. C. de manu. testa. gl. Bar. & Raph. Co.
Paul. de Castr. & Alex. in l. cogi. §. si pater. ff.
ad Trebell. gl. in l. ij. §. i. ff. de iur. codicil. & in
l. seruum filij. §. si idem. ff. de leg. i. gl. & Bal. in
l. ab eo. C. de seru. pig. dat. manu. Bart. Raph.
Com. Aret. Alex. & Ias. in l. i. ff. de leg. i. Imo
la in l. centurio. ff. de uulg. Vnde dicit Alex.
hîc, quòd nunquã uidit bene responsum ad il
lam l. & per illum text. ipse tenet contra com
25 munem conclusionem, † quòd substitutio cõ
pendiosa facta à pagano, post mortem expi-
rat in totum, adeò quòd nõ ualet neq; in uim
fideicõmissi: & responderad l. Scæuola. ff. ad
Trebell. ut ꝫ dicam. Ego respondeo ad d. §.
si seruus alienus. & ad l. Stichus seruus. in fi.
ff. de manu. testa. cum similib. tenendo opin.
26 Bart. hîc, † & dico esse differentiam à legato li
bertatis, ad legatum aliarum rerum, & ad fi-
deicõmissum. Nam ideo libertas directa non
obliquatur, quia transiret in speciem peni-
tus diuersam: nam per directam libertatem
prouidetur tantùm seruo, per obliquam pro
uidetur etiam hæredi, respectu iuris patrona
tus quod habebit in seruum. Et si dicas, cùm
directa hęreditas obliquatur, nonne prouide
tur non solùm fideicõmissario, sed etiam hæ-
redi uenienti ab intestato, propter quartam
Trebellianicam? Respondeo, quòd illa pro-
uisio facta à testatore est in suis bonis, & testa
tor potest liberè disponere de ea: sed ius pa-
tronatus nõ est neq; uerè neq; causatiuè in e-
ius bonis, unde nõ est transmissibile ad hære
des extraneos. l. si nõ fortẽ. §. libertus. in fi. ff.
de cõd. ind. & ita declarat Bar. in l. i. in iij. col.
ff. de leg. i. Ratio ergo cur nõ obliquatur, est,
quia transiret in speciem penitus diuersam:
quia de relicto quod deberet esse propriorũ
bonorũ, traherẽ ad relictũ eius quod nec ue
rè nec causatiuè est in bonis testatoris. Et sic
habes primã limitationẽ ad doctr. Bar. hîc, &
quia ista ratio est satis subtilis & rigorosa, per
Iuriscõsultos modificata fuit, ut nõ procede-
ret quãdo testator directè legasset libertatem
seruo hæredis, & reliquisset illi hæreditatẽ fi-
deicõmissariam. Nam si hæres spõtè adierit,
cõpelletur manumittere, & restituere fidei-
cõmissum: & eo in casu libertas directa trahe
tur ad fideicõmissariã. l. cogi. §. sed si seruo. ff.
27 ad Trebell. † Idem si testator leget libertatẽ di
rectam seruo alieno, sed sibi pignorato: quia
ex quo habet aliquod ius in eo, ualebit in uim
fideicõmissi. l. generaliter. §. si quis seruo pi-
gnorato. ff. de fideicõ. lib. Vnde dicit text. q̃d
q̃uis rigor iuris obstet eo in casu, prævalebit
fauor libertatis. Et sic tollunẽ magnæ difficul
tates Doct. in l. seruũ filij. §. si idem seruus. ff.
de leg. i. Secundo principaliter cõtra d. cõ-
clusionẽ obstat tex. in l. tutores. §. i. ff. de adm.
tut. ubi si pater dat curatores pupillo, talis da-
tio non ualet, neq; ut uideanẽ dati tanq̃ tuto-
res. & ratio est secũdum Bar. quia illud quod
ualere poterat, & sic quòd censerenẽ dati ut
tutores, plus importabat q̃ principalis datio:
& dicit Ias. hic, quòd iste casus est mirabilis.
Adde pro confirmatione rationis Bart. illud
quod notant Doct. in l. ij. ff. de iurisd. om. iu. 28
ubi dicunt, † quòd q̃uis aliquo cõcesso ueniãt
ea sine quibus actus expediri nõ potest. d. l. ij.
fallit quando illud quod nõ est expressum es-
set[a] maius. l. pen. §. illo. C. de necess. ser. hære.
instit. Secundo adde q̃d not. in l. i. ff. de trans-
act. ubi quãdo aliquis transigit post rem iudi
catam, ex tali transactione nõ censetur renũ-
ciasse rei iudicatæ, ex quo res iudicata est ma
ior transactione: unde transactio erit nullius
momenti. l. elegãter. §. post rem. ff. de cond. in
deb. Tertio adde quod not. Aret. in l. à Titio.
in fi. ꝫ. eo. ubi dicit, † quòd quãdo uerba neq; ex
proprio, neq; ex largo significatu possunt cõ 29
prehendere casum in quo dispositio quæ nõ
ualet ut ago, ualere posit, tunc nõ saluaẽ di-
spositio, sed redditur penitus inutilis. alleg. d.
l. tutores. §. i. idem refert & sequitur Ias. in l.
quotiens. in ij. col. ꝫ. eo. Quarto adde q̃d not.
Ias. in l. centurio. in xiij. col. ff. de uulg. ubi te-
net, † q̃ q̃uis hęreditas directa secundũ cõmu 30
nem opin. trahatur ad fideicõmissum, tamen
hæreditas fideicõmissa nunq̃ trahitur ad dire
ctam. per d. §. i. nisi in casibus specialibus, de
quibus per Bart. in d. l. uerbis. Nam plus est
obliquum fieri directũ, quàm econtra. Quin
to adde, quòd per illum text. Iason in l. si quis
in fundi. in x. col. ff. de leg. i. tenet contra opi.
Bar. & cõmunem ibi, † quòd error testatoris 31
in nomine appellatiuo uitiet legatũ, quãuis
rem legatã appellauerit nomine cõformi, sed
minoris importantiæ. Sexto ad illũ tex. adde
Aret. in l. in pupillari. ff. de uulg. & in §. sed si
mihi. ꝫ. ead. l. in iij. col. Et licet Iason hîc & in l.
qui quartã, in fi. ff. de leg. i. uideatur tenere cõ
tra Bar. in d. §. i. per gl. in auth. ut hi qui oblig.
se hab. perhib. in prin. ubi appellatione cura-
tionis in genere uenit tutela, tu responde se-
quendo Bar. quòd in dispositione legali pro
cedit illa gl. & appellatiõe curatoris largè ue-
nit tutor, ubi militat eadem ratio. Secus in di
spositione hominis, quia nõ fit in ea tam lar-
ga interpretatio. l. liberorũ. ff. de uerb. sig. iun
cta l. quod si nepotes. ff. de testa. tutel. Facit,
† quia facilius fit extensio in uerbis legis, q̃ in 32
uerbis hominũ. l. Titius. & l. cõmodissimè. ff.
de lib. & posth. iuncta l. nõ possunt. ff. de leg.
Vnde in uerbis legis indefinita semper ęqui
pollet

[a] *Adde quòd istud est uerũ regulariter: sed aliquando etiam uenit illud quod est maius, dum tamen sit eiusdẽ speciei, ut dicit Bar. in d. l. ij. per l. quotiens. C. de iudic.*

pollet uniuersali:secus in dispositione homi-
num.Bart.in l.si plurib.in ij.col. ff.de lega.ij.
Quare fortius obstat tex.in l.diuus. ff.de usu
& hab.Sed solue,ꝙ ille text.ꝓcedit ubi nō est
differētia in modo cōstituendi. Sed secus est
in casu nostro:est enim differētia in hoc,quia
curator debet cōfirmari,nō tutor.§.i.Insti.de
curat.Et sic teneo istā doctr.Bart.in d.l.tuto-
res.§.i.quę cōprobatur ex suprascriptis rationi
bus, licet iudicio meo nō bene probetur in illo
tex.nam ibi testator dederat curatorē,certè il
la datio tenet in se,& debet cōfirmari.l.i.& ij.
ff.de cōfir.tut.§.i.Instit.de cura.& istud tenet
ibi Iac.de Raue.quicquid dixerit Bar.Nō ua
let ergo illa datio in uim tutoris,quia satis po
test ualere in eū casum in quē facta est, dum-
modo cōfirmetur.Et ex illo tex.habes secūdam
limitationē ad doctr.Bar.hîc. Tertio contra
conclus.Bar.opponitur de l.uerbis. ff.de uulg.
hîc allegata per eū. Alex. hîc per illā l. & per
d.§.si seruus alienus. tenet cōtra cōclus.Bar.
& respōdet post Imol.ad l.Scæuola.ff.ad Tre
bel.ꝙ ideo ibi substitutio directa ualet in uim
fideicōmissi, qa est nulla ex defectu accidēta
li,ꝙ sit facta in codicillis:secus si sit facta in te
stamēto,qa dicit facta lege resistēte.sed cōtra
istā solu est gl.in d.l.uerbis.&ibi Bar.in uers.
33 ulterius.†ubi substitutio pupillaris facta à ma
tre in codicillis,ualet in uim fideicōmissi. Tu
ad d.l.uerbis. responde secundum distinctio
nem ibi traditā, ꝙ aut actus à principio uale-
re potuit prout agitur,& nunq̄ flectitur in fideicō
missum ut ualeat ex post facto:secus si nō ua-
leat à principio.&ita loquitur doctr.Bar.hîc.et
ratio d.l.est,qa cōpendiosa à principio ualuit
in uim substitutiōis pupillaris,quæ prouidet
pupillo:si deinde flecteretur in fideicōmissum,
esset onus,&operaretur diuersum,ut dicit Bar.
in l.in pupillari.ff.eo.tit.Item ex quo à princi
pio potuit ualere,satis est.arg.l.fundus qui lo
catus.ff.de fun.inst.&gl.mag.in l.sed & si qs.
§.fi.ad fi.ff.si qs caut.& quod not.Ang.in l.si
tam angusti. ff.de ser. ubi dicit, ꝙ uerba quā-
do aliquid possunt operari, satis est, nec tra-
huntur ultra. Et sic habes tertiā fallentiā ad con
clus.Bart.per quā cōclus.cōfirmatur decisio e-
iusdē Bart.in l.legatū ciuitati.ff.de usufr.leg.
34 Quinta cōclusio:†In actibus qui depēdent
ex uoluntate duorū, si agitur de obligatione
cōtrahenda,actus qui nō ualet ut ago,nō ua-
let ut ualere potest,ut est tex.hîc,& in l.i.§.cū
qui.ff.de constit.pec.qui tamē tex.nō uidetur
probare,quia hic est defectus in forma,unde
actus indistinctè est nullus,ut dicā in seq.cō-
clus.& ex doctr.Bart.hic reprobatur gl.in l.iu-
risgentiū.§.sed cū nulla. ff.de pac. de qua dixi
in notabilib.Adde ꝙ ista cōclus.Bart.melius
probatur in l. eo tempore. uers.sed fideiussorē.
ff de pecul.&in l.i.§.deinde.ff.quod iussu.Et
ratio est,quia quando quis se obligat & nulli
ter,lex præsumit quòd eius intentionis sit, ꝙ
q̄quis sciat actum nullū,quod taceat,ne se ob-
liget.arg.l.an inutilis. ff.de accept. & fa.text.
in l.si causa cognita.C.de transact. ubi transa
ctio super re clara quæ nō ualet in uim trans-
actionis,non ualet in uim pacti. & ad idem l.
suus hæres.C.de repud.hære.Limitant hanc
conclusionē Ant.de But. in d. c. cum super.
Ias.&moder.hîc,ut nō procedat quando pec
catū est in materia:& mouentur moder hîc per
quatuor ratiōes.Primo per l.si diuortio.l.eo.
ubi promissio ex causa dotis, quæ ualere nō
poterat ut agebatur,ex defectu dotis non rece-
ptæ,ualet ut donatio.Secūdo adducūt gl.in l.
hactenus.ff.de cōstit.pec.ubi constitutū nul-
lum,quia aliquod debitū non præcedebat, si
scienter sit factū,ualet ut donatio uel in uim pa
cti de nō petendo,secundū Bar.&Paul.Cast.
ibi,de quo per Alex.in l. iurisgentiū. .sed cū
nulla. ff de pac.Tertio adducūt q̄d not.Io.de
Imol.Alex.& alij,in l.iij.ff.de dam.inf.ubi fi-
nito cōpromisso,& sic improrogabili,l.sed et
si manēte.ff.de preca.si partes prorogent,ua-
lebit in uim noui cōpromissi, fa.tex.in l si qs
mihi bona.§.sed quid si mandaui.ubi Aret.ff.
de acq.hęr.&gl.in l.iij.in prin ubi Bar.&alij.
ff.de acq poss.Quarto adducunt tex.in l. ubi
ita donatur. ff.de donat.caus.mor. Sed aduer 35
tendū est quòd ista limitatio est expresse con
tra Bar.hîc,unde nō puto eam esse uerā. Nō
obst.l.si diuortio, quia nō facit ad propositū
nostræ quæst. nam ibi actus ualet ut agitur,
sed falsa causa in eo nominata nō attenditur,
nec uitiat obligationē. Non obstat gl.in l.ha-
ctenus.quia ibi loquitur in actu, in quo non
est differentia in modo cōstituendi: & sic ibi
sumus in casu secundæ cōclusionis Bar.dum
allegat l.si tam angusti. Nō obstant notata in
d.l.iij.quia respondetur, quòd propriè nō su
mus in actu obligatorio, ex quo posset alter
ab altero liberari,ut declarat singulariter Bar
tol.in l.furti. §.quod iussu.in fin. ff.de his qui
not.infam.& illa decisio in d.l.iij.fortè nō est
uera, prout tenuit Spec Bald.& alij relati ibi
per moder. & in l.legata inutiliter.ff.de leg.i.
& tex.in d.§.sed quid si mandaui. & gl.in d.l.
iij.de acquir poss. loquuntur in actu depen-
dente ex uoluntate unius, unde nihil faciunt
contra Bart. Non obstat d. l.ubi ita donatur.
quia actus ibi ualet ut agitur: donans enim
causa mortis, apponendo pactum ne posset
reuocari, non uidetur uoluisse facere dona-
tionem causa mortis,sed simplicem donatio-
nem.l.non codicillum.C.de testa.quare non
puto discedendum ab opinione Bart.† Adde 36
tamen quòd contra eum primo uidetur face-
re quod idem not.in auth.ingressi.C.de sacr.
san eccles. ubi si aliquis uult fieri monachus,
& in ingressu paciscatur reseruando sibi ali-
quas facultates, talis actus non ualet ut agi-
tur,& tamen ualet ut ualere potest: quia reij-
citur pactum.& sequitur Aret in l.impossibi
lis.§.eod.& in l.si quis ui.§.differentia.ff.de ac
quir.poss.& facit l.cum precario.i. ff.de pre-
carijs.& quod not.Gemin. in c.i.in fin.prin-
cipij.de iur.patro.lib.vi. Sed [a] respondeo q̄d
istud est propter illam regulam, quòd ubi ali
quid impossibile adijcitur dispositioni, si est

[a] *Hæc distinctio nē ponit Bar. in d. auth. ingressi.*

tractant de apicibus iūris, ſemper eſt præſu-
mendū quòd crederent actū ualere eo modo
quo agitur,&ideo ſemper ualebit prout uale
re poteſt. quod dictū nō eſt uerū,per ſupradi
cta,& cōtra tex.in d.§.eum qui. & in l.i. §.de-
inde.ff.quod iuſſ.cum ſimil. qui loquunẽ ge
neraliter. Limita iſtam concluſ. Bar.per tex.
in c.dilecti.extra de maior.& obed. ubi Io.de
Imol.in i.col.not. ꝙ ꝗuis peccatū in forma a-
ctus qui agitur nō ualeat etiā ut ualere poſſit,
iſtud procedit ubi eſt unus actus tantū; ſecus
ſi ſunt plures ar ículi ſeparandi,quia tunc illi
tenēt,ut ibi per eum. Et iſta inferunẽ ad quæ-
41 ſtionē.† Si aliquis intendit baptizare maſculū
cùm in ueritate ſit fœmina, an ualeat bapti-
ſmus? Et uidetur dicendum ꝙ ſic, per doctr.
Bart.quia in tali caſu agiẽ de obligatione diſ-
ſoluenda, ut per gl.in c.i. de conſecr.diſt.iiij.
Et ita tenent aliqui moder.hîc. Contrariū te-
nuit Hoſti.in ſumma de bapriſ.in §.quæ ſit e-
ius forma.per l.alioquin. in fi. de cōtrah.em.
ſequiẽ Feli.in c.ſignificante,de reſcrip. Iaſ.in
l.iiij.ff.de leg.i.Sed tex.in d.l.alioquin.proce
dit in actu principaliter dependente à uolun
tate partiū: ꝗd nō eſt in baptiſmo, cuius cha-
racter nō cauſaẽ directè ex intentione bapti-
zantis,ſed ex elemēto materiali exterius adhi
bito,ut per S. Thomā in iiij.ſent.diſt.xxx.q.i.

Septima cōcluſio,quòd ubi eſt defectus in
cauſa efficiente, ſi nō ualet ut ago,actus ſuſti
netur ut poteſt,etiā ſi agaẽ de obligatione cō-
trahenda.per c.i.de deſpōſ.impu.lib.vi,ita te-
nent Cano.in d.c.cum ſuper.& Gemi.in d.c.
i.Alex. Soci.& moder.hic,& Salic.in d.l.nō
codicillū.gl.in d.l.uerbis.ff.de uulg.ſubſt. u-
bi ſubſtitutio pupillaris facta à matre, & ſic
nulla ex defectu perſonæ, ualet in uim fidei-
cōmiſſi.& ita intelligit Iaſ.hic loqui Bar. Li
mita primò iſtā concluſ.ut nō procedat quā-
do actus ualeret in perſonā alterius. ita dicit
Ang.hîc per text.in l.multū intereſt. C. ſi qs
42 alteri uel ſibi. Et facit,† quia licet regulariter
fiat extenſio ex identitate rationis de caſu ad
caſum,nunꝗ tamē fit de perſona ad perſonā.
l.Titius.in prin.ff.de lib.&poſth. Io.de Imol.
in l.ſi uerò.§.de uiro,ff.ſol.mat. Aret.in l.Gal
lus.§.qd ſi is.in iiij.col.ff.de lib.&poſth. Se-
cundo limita,quādo talis actus fieret cōtra le
gis prohibitionē, qa nō ualet ut poteſt. c.ꝗd
in dubijs.extra de renun. Gemi.in d.c.i.&fa.
gl.in c.P. & G.de offic.deleg. ex quo lex re-
ſiſtit prorogationi iuriſdictionis delegati. fa.
quod not. Alex.hic dum reſpōdet ad l. Scæ-
uola.ff.ad Treb. Tertio limita,niſi ſuſtinen-
do actū ut ualere poſſet,fieret tranſitus ad ſpe
ciē penitus diuerſam,ut probat l.multū.ſ.eo.
43 †Nam ſi quis ſtipulaẽ rem cuius eſt incapax,
nō ualet ſtipulatio,licet reſpectu æſtimatiōis
ualere potuiſſet. Ratio eſt, quia multū diſtat
ſpecies ab eius æſtimatione. Et hæc eſt ratio,
cur teſtamentū filijfamil.cum cōſenſu patris
nō ualeat in uim donationis cauſa mortis.l.fi
liusfam.§.ſed de actu.ff.de donat.de quo per
Iaſ.hic. Aduerte tamē,quòd in quantū poſui
concluſionē,etiā ſi agatur de obligādo, iſtud
eſt expreſſe cōtra Bar. qui loquitur ſolùm in
actu liberatorio, & ad hoc allegat d.l.ex qua-
cunq;. Nec obſt. quod alleget l.multū,quia al
legauit ut cognoſcereẽ in actu liberatorio eſ-
ſe ſecus. Et iſtud probaẽ cōcludenter in illa l.
quicquid dixerit Iaſ.hîc: nam ibi eſt text. ꝙ ſi
quis ſtipuletur rem cuius cōmercium nō ha-
bet,talis ſtipulatio nō ualet: intellige nō ſolū
in uim ſtipulationis, ſed neq; in uim pacti nu
di:quia promiſſor nō tenebitur,neq; natura-
liter.l.i.§.ſi id quod dari. ā.tit.i. Bart. in l. i. in
ult.col.ff.de nouat.unde non puto diſceden-
dum à Bart. Non obſtat tex.in c.i.de deſpōſ.
impub.lib.vi.quia poteſt reſponderi quòd ſit
ſpeciale fauore matrimonij,ſicut etiam uide-
mus in dote,ut per Bal.nouell.in tract.dot.in
vi.part.lvi.priuileg. Vel ſecundo &melius re
ſpondeẽ, ꝗd ꝗuis ſponſalia in caſu illius c.in
ducant obligationē in ipſis impuberibus, ta-
men non eſt uera obligatio, ex quo poſſunt
pœnitere,& quilibet recedere à contractu.c.
de illis.extra de deſponſ.impub. Iuxta præ-
dicta ſubdit hic Bart. quòd ſi fuerit[a] iuratum
ſuper ſtipulatione inutili, ualebit in uim pa-
cti;quia† iuramentū habet effectum clauſulæ, 44
ut actus ualeat omni meliori modo.l.cum pa
ter.§.ſilius matrē. ff.de leg.ij. Adde quòd ille
tex,nō uideẽ probare, quòd ualeat omni me-
liori modo, ſed ſimpliciter quòd ualeat ut po
teſt:nam ibi nō ſupererat niſi illa ſpecies ſuc-
ceſſionis in qua ualuit:& iſtud credo uerius,
& eſt de mente Raph.Com.ibi, & ſic ſatis eſt
ſi iuramentū operetur aliquid, licet non om-
nia, niſi interuenerint uerba ualdè prægnan
tia. Et pro iſta opinione[b] facit ꝗd not.Bar.in
l.ij.C.de reſcin.uen.& ſequunẽ moder.in au
then.ſacramēta puberū.C.ſi aduer.uend.ubi
†ſi minor ſimpliciter iurat nō uenire cōtra cō 45
tractū,intelligeẽ ratione minoris ætatis, non
autē ut cenſeaẽ renūciaſſe beneficio d.l.ij. &
ſic ſatis eſt ut actus ualeat in ſe, licet nō omni
meliori modo,ut tradunt alij in l.ſi quis cum
aliter.ſ.eod. Secundo facit quod not. And. Si
cul.conſil.xliij.in penult.col.in ij.†ubi ſi mu- 46
lier iurat in contractu fideiuſſionis,iuramen
tum operaẽ ut cenſeaẽ certiorata. c.ex reſcri-
pto.extra de iureiur. nō autem quòd per hoc
cenſeatur renūciaſſe beneficio excuſſionis,
quia aliàs inducerenẽ duo ſpecialia, cōtra l.i.
C.de iur.dot. & iſtud ſatis uolunt moder. in
d.c.ex reſcripto. in penul.col. cum concord.
Tertio facit,† quia ſi minor renunciauit hære 47
ditati paternæ cum iuramento ſimplici, illa
renunciatio non ſortitur plenū robur, ſecun
dum c.ꝗuis.de pact.lib.vi. Et ratio eſt, quia il
la renūciatio de ſe ut teneat, requiritur quòd
ſit iurata:unde ſatis eſt ſi iuramentū operatur
illum effectum, & ſic ſi reperiatur læſus, po-
terit petere reſtitutionem in integrū, ut per
moder.in l.fin.C.de pac.& tex.in d.c.quam-
uis. loquens in minore,intelligitur,quando
iuramentū interueniſſet per uerba ualde ge-
neralia, ut ſatis oſtendit Gemin. ibi, in fine.

a *Adde Iaſ. qui plura cumulat in §.item ſi quis.col.iij.In ſtit.de actio.*

b *Adde gloſ. & Dd.in c.ex reſcriptis. de iureiur.ubi ſi qs iurat quòd Titius faciet, reſoluitur talis promiſſio qd' curet: & ſatis eſt ſi iuramentum illud operatur, etiam ſi nō habeat hūc effectum ut tali caſu teneatur præciſe.*

quo confessio in contractu nullo tenet, ut dicit Bar. in §. si numos. †Et facit, quia ubi interuenit cõfessio, nõ potest opponi de ineptitudine processus, c. i. de accus. lib. vi. Alex. in l. si cõfessus. j. de cust. reo. in addit. Bar. Respõde distinguendo: Aut cõfessio interuenit in uim causæ, & annullato cõtractu ipsa annullatur; aut æquè principaliter, & secus. ita probatur ex dictis Bar. hic, & fa. l. fi. ff. de constit. pec. Ratio differẽtiæ est in promptu, ex quo in primo casu est accessoria, & facta solũ ad faciendam stipulationẽ magis efficacẽ. l. ij. §. circa. ff. de dol. except. unde cùm illa cõfessio interuenerit ad unum effectũ, nõ debet operari alium, ut singulariter uoluit Bal. in auth. nouo iure. in fi. C. de poen. iud. qui ma. iudi. ubi si quis accusauit Potestatẽ in syndicatu, dicẽs quòd habuit à se centũ propter corruptionẽ, si Potestas absoluatur, nõ poterit induci illa cõfessio cõtra accusatorẽ, ex quo est facta ad alium finem, refert & sequitur Præpos. sancti Ambrosij in c. super eo. in iij. not. extra de eo qui cogn. consang. uxo. suæ. [a]Confirmat per notab. decisionẽ Rotæ dcccl v. incip. quidam agebat. ubi cõfessio facta per aliquem tanq̃ testẽ in uno iudicio, nõ præiudicat sibi tanq̃ parti in alio iudicio, ex quo fuit facta ad aliũ finẽ. Et ad suprascripta adde q̃d not. Bald. in l. si absentis. in ult. col. C. si cer. pet. ubi annullato cõtractu principali, annullat̃ præceptũ guarentigiæ accessoriũ. cum simil. per Alex. hîc, & latius consil. lxxxi. in vi. col. in iij. uol. Et per hæc sit expeditus iste not. §. si quis ita.

[a] Adde in simili quod not. Felin. in c. j. in j. colu. extra de except. uersic. per sacerdotẽ. & Hypol. de Marsil. in l. j. in prin. in xv. col. & in §. diuus Antonin9. in iiij. colu. ff. de quæst.

1 *Quid sit, intra Calendas quintas, & unde hic modus loquendi sit deriuatus.*
2 *Vsuræ centesimæ quæ.*
3 *Si interrogationi puræ respondeatur sub conditione, stipulatio uitiatur.*
4 *Non solùm diuersitas in substantia uitiat stipulationẽ, sed etiam differentia in qualitate actionum.*
5 *Diuersitas in tempore certo, inter interrogationem & responsionem, uitiat stipulationem.*
6 *Solutio semper fieri potest infra breuiorem terminum.*
7 *Stipulatio quid.*
8 *Cùm duo arbitri in sentẽtia sunt discordes, eligendus est tertius.*
9 *Quando aliquid additur uel diminuitur stipulationi in substantia, secuta complacentia transit in aliam stipulationem.*
10 *An iudex ordinarius, cui Papa alterat iurisdictionem, dicatur delegatus.*
11 *Si ordinarius ex mandato principis alicui causam delegaret, utrum is sit delegatus principis aut ordinarij.*
12 *Si Papa mandaret ordinario, quòd procedat contra exemptos, fiet delegatus.*
13 *Si princeps scribat iudici ordinario, quòd procedat non obstantibus ferijs, remanebit ordinarius.*
14 *Licet ordinarius non obseruet in procedendo formam à domino sibi præscriptam, tamen ualet sententia.*
15 *Stipulatio quæ est nulla, si sequatur cõplacentia, corroboratur.*
16 *Cur interrogatio debeat præcedere in stipulatione.*
17 *An complacentia debeat fieri uerbis uel nutu.*
18 *Si statuto cauetur, ut respõdeatur simpliciter positionibus, an ille qui responderit se non habuisse, & casu quo apparuerit quòd in negocia petentis expenderit, uideatur non simpliciter respondisse, ut sic habeatur pro confesso.*
19 *Quid dicatur simpliciter.*
20 *Centum mutuò clàm danti, & non habita ratione quòd clàm etiã soluta sint, denuò reposcenti qualiter respõdendũ.*
21 *Iudex potest admittere responsionem qualificatam, ad uitandam calumniam.*
22 *Nunquid admittenda responsio homicidæ negantis se interfecisse: & quatenus constet, dicentis se fecisse ad sui defensionem.*
23 *Quando unus reperitur uiuus, & alter mortuus, nec constet uter eorum fuerit aggressor, uiuus est absoluendus.*
24 *Quid dicatur simpliciter fieri.*
25 *Statuto dicente, quòd debeat clarè responderi positionibus, non potest adijci conditio, quæ tacitè subintelligatur ex coniecturis.*
26 *Duplici siue incertæ positioni pars non cogitur respõdere.*
27 *Si iussus respondere simpliciter, respondeat cõditionaliter uel cum qualitate, quid iuris.*
28 *Negans positionem, quo casu non potest se fundare super ea, nunquid ad finem, ut possit se fundare, negationem reuocare queat.*
29 *Talis intelligitur responsio, qualis præcessit interrogatio.*
30 *Interrogatus quis, an cognouerit carnaliter Bertam uxorem Titij, & respondeat quòd cognouerit dictam Bertam, an uideatur confessus, quòd sit uxor Titij.*
31 *Responsio positionum debet interpretari secundum interrogationem.*

§. SI QVIS SIMPLICITER.

†In text. ibi, intra Calendas quintas. antiqui 1
intelligunt de quinq; diebus ante caleñ. eius
mensis qui in contractu nominatur, secundũ
tradita per gl. in data finis decretalium libri
vi. in gl. ij. Sed ista ratio repugnat latinitati:
quia aliud est dicere, dabis infra caleñ. quintas, aliud quinto caleñ. Tu dic, quòd debet intelligi infra caleñ. quintas, id est, infra quinq; menses. Et iste modus loquendi fuit introductus ex consuetudine foeneratorum, qui foenerabãt in singulas calendas, l. lecta. uers. cõuenit. ff. si cert. pet. unde eorum rationes dicuntur calendaria. l. eius. ff. si cert. pet. l. uxorem. §. legauerat. ff. de lega. iij. †& usuræ cen- 2
tesimæ dicuntur, quibus soluunt̃ duodecim[b]
pro centenario. Et ratio est, quia in centũ calendis usura æquat sortem, quicquid dixerit Soci. in repet. l. iij. §. item si reipublicæ. in vij. col. ff. ad l. falcid. quod not. ad declarationem l. cos. C. de usur. & fa. l. centesimis. J. eod.

[b] Vide quæ sint centesimæ usuræ, eũdem D. Alciat. in iij. libro Dispunct. cap. j

Not. primo, †quòd si interrogationi purè 3
respondeatur sub conditione, stipulatio uitiatur, & econtra. facit §. præterea. Instit. de inutil. stipul. Ratio est secundum Bart. quia talis diuersitas est in substantia, quia in obligatione conditionali non oritur actio nec obligatio ante euentum conditionis: secus in pura. l. cedere diem. ff. de uerb. sign. Nec obstat quòd si ego interrogem te sub una conditione, tu respondeas sub alia, non ualet stipulatio, prout cõcludit Io. de Imol. hic, & Ro. in §. fi. J. ea. l. & Io. Fab. in §. pręterea. Instit. de inut. stipul. ubi respondet ad text. in l. si à reo. ff. de fideiuss. & tamen in isto casu cessat ratio Bar.
†Nam respondeo quòd non solùm diuersi- 4
tas in substantia uitiat stipulationem, sed etiã alia diuersitas, puta si sit differentia in qualitate conditionum, ut dicit Ioan. Fab. in d. §. præterea. ex quo enim sua conditio posset euenire, alia uerò nõ, resultat magna difformitas,

unde ſtipulatio annullatur. Et ex iſta ratione Bar. infertur ad ſtatutũ mandans executioni duas ſententias conformes: nam ſi una ſit data purè, altera conditionaliter, non dicuntur conformes, ſed differentes in ſubſtantia, ut dicit Alex. in conſil. lxxvij. in ij. uol. in i. col.

Sed quid ſi tempore quo petitur executio, illa cõditio euenerit? caſus eſt magis dubius, per not. per Alex. in l. in illa. in iij. col. ſ. eod. per Iaſonẽ in l. fin. §. i. ff. de uulg. tamen teneo idem, ex quo conſideratur principium & iniuſtitia iudicis; & ita tenuit Alex. in d. conſil.

5 Not. ſecundo, † quòd diuerſitas in tempore certo inter interrogationem & reſponſionẽ, uitiat ſtipulationem. fallit ſecundum Roma. in §. fin. ſ. ead. l. quando interrogationi fieret reſpõſio de breuiori tempore, arg. §. ſequentis. Alex. & Aretin. hîc ſubdunt, quòd hæc limitatio eſt contra text. noſtrum. Sed[a] reſponde quòd tex. noſter loquitur quando reſponſio eſt de longiori tempore. Nam ſi te interrogem, Promittis dare infra calendas Aprilis? & tu reſpondeas, promitto dare idibus Aprilis, certè uideris negare te uelle dare in calen. & tunc bene uitiatur ſtipulatio. ita tenet Iaſ. Socin. & moder. hîc. Tu intellige iſtam limitationem procedere altero de duobus modis. Primò, ſi facta ſit ſtipulatio ſecundum formam text. noſtri, hoc modo, Promittis intra cal. quintas? & tu reſpondeas, promitto intra calendas quartas, ualet ſtipulatio, quia iſta promiſſio eſt conformis in totum: nam iſta uerba, promittis intra idus, ſeu intra calendas, intelligũtur in aliquo dierum qui ſit ante idus uel calendas. l. ſi ita fuerit libertas. §. fi. ff. de manu. teſta. l. fin. C. de poſth. hæred. inſtit. Poteſt & alio modo procedere iſta limitatio ſecundum Iaſ. hîc, quando interrogatio eſt facta per numerum, puta, promittis hinc ad quindecim dies? & tu reſpõdeas, promitto hinc ad decem: nam puto quòd tunc etiam 6 ualebit ſtipulatio; † ſemper enim poteſt fieri ſolutio infra breuiorem terminum. l. ſtipulatio iſta. §. inter certam. ſ. eod. aliàs extra iſtos duos caſus puto limitationem nõ eſſe ueram, per text. in d. §. præterea. ubi ſi te interrogem, promittis centum calendis? & tu reſpondeas promitto hodie, non ualet ſtipulatio. Nec eſt bona ſolutio Socini hîc, intelligentis illum textum de die incerta, quia cauillat literam. Et ratio iſtius notabilis eſt, quia diuerſitas temporis inducit in ſtipulatione differentiam in ſubſtantia, ut hîc per Bart. in ij. opin. Adde quòd contrarium uidetur ſentire idem Bart. in l. denunciaſſe. §. quid tamen. ff. de adult. & in l. ita ſtipul. magna. in ſecunda opin. ſ. eod. & in contrarium etiam facit, quia diuerſitas in ſubſtantia impedit conſtitutionem duorũ reorum, l. ſi id quod. §. i. ſ. de duob. reis. & tamen diuerſitas tẽporis non impedit. l. ex duobus. i. eod. tit. Solue ut hîc per Iaſ. cuius ſolu- 7 tio eſt Bart. in l. fin. in ij. col. ff. de duob. reis. Tu etiam potes dicere[b], † quòd ſtipulatio eſt actus, in quo requiritur forma; & actus in quibus forma attenditur, non poſſunt ſtare in pendenti, ſed requiritur quòd à principio teneant, ut notat Bald. in l. obſeruatio. §. poſt hæc, in penult. col. uerſ. xiiij. ff. de offic. procon. & lega. ubi actus peccans in forma, nõ poteſt ratificari, ex quo nõ poteſt ſtare in pẽdenti: quæ ratio ceſſat in conſtitutione duorum reorum, quia non requiritur forma unius rei uerſus alium, unde poſſunt interuenire etiã ex interuallo, l. iij. in prin. ff. de duobus reis. Et ex ſupraſcripta ratione Bart. infertur, † quòd ſi unus arbiter condemnauit ad 8 dandũ infra annũ, alius ad dandũ infra biennium, ꝙ dicentur diſcordes, & tertius erit eligendus, licet concordent in quantitate. & ita uidetur uoluiſſe Spec. in tit. de arbi. §. ſequitur. col. i. &[c] de hoc dicetur infra poſt Aret. in §. ſeq.

Not. tertio in uerſ. ſed cùm adijcitur, † quòd 9 quando aliquid additur uel diminuitur ſtipulationi, ſecuta cõplacentia tranſit in aliam ſtipulationem. facit regula l. ius ciuile. ff. de iuſtit. & iur. ubi ſi iuri ueteri addatur aliquid uel diminuatur, fit ius nouũ. Ultra dicta hîc per alios declara iſtam regulam[d] primo, ut ita demum ſit uera, ſi addatur aliquid reſpectu ſubſtantiæ, non ſi addatur reſpectu qualitatis, uel alicuius extrinſeci. probatur hîc ex notatis per Bald. & moder. in l. edita. C. de eden. ubi Iaſ. in vi. col. ibi enim cõcluditur, quòd libellus cui ſit additum in ſubſtantialibus, dicitur nouus libellus; ſecus ſi in qualitate. arg. d. l. ius ciuile. Aduerte tamen, quia cõtra iſtam declarationem uidetur obſtare iſte tex. Nam ſi interrogauero te, promittis centum? & tu reſpondeas, promitto centum quinquaginta, eſt noua ſtipulatio, & tamen iſta adiectio non uariat ſubſtantiam, quia de ſubſtantia ſtipulationis non plus ſunt centum quàm CL. Niſi reſpondeas quòd iſta adiectio ſatis reſpicit ſubſtantiam, quia res deducta in contractum, eſt de ſubſtantia materiali ipſius contractus, ut dicit Baldus in l. unic. in iij. col. C. ſi ſer. exte. & eſt de mente Bartoli hîc dum refert opin. Hugol. Secundo declara prædictã regulam, ut illud quod adijcitur, tantũ tranſeat in nouam diſpoſitionem, ſed illud primum remaneat in ſua eſſentia. ita tenuit Iaſ. incidenter in l. unic. in xv. col. C. q̃n non pet. par. pro quo fa. quod not. Bart. in l. v. in prin. in ult. col. ſ. eod. dum declarat ſtipulationẽ de rato ex parte actorũ eſſe prętoriã, ex parte uerò rei eſſe ciuilẽ: quia edictũ prætoris fuit extenſum per Iuriſconſ. ad reũ, & illa extenſio eſt ciuilis. fa. etiã q̃d not. Bald. in rub. extra de cõſtit. in i. col. in fi. ubi ſi ius cõmune redactũ eſt in pactũ conuentũ uel ſtatutũ, nõ tollitur præſcriptione, quia propter additionẽ nõ eſt merũ ius cõmune. alleg. d. l. ius ciuile. Aduerte, q̃a iſta ſecũda declaratio cõfunditur per d. l. ius ciuile. ubi ſi diminuitur uel additur iuri gẽtiũ, totũ fit ius ciuile. Tertio declara, ut nõ procedat quãdo illa additio fit ꝑ uiã declarationis; q̃a qui declarat, nihil de nouo inducit. l. hęredes. §. i. ff. de teſta. & ita cõſuluit Rom. cõſ. xlv. ſupeo.

a Adde quòd reſponſio iſta uidetur contrariari ſuæ declarationi poſitæ in prin. §. ubi exponit, infra calen. quintas, id eſt, infra quinq; mẽſes. tu dic quòd nõ contrariatur, quia illa reſpõſio, ꝓmitto idibus, debet intelligi de primis idibus ſequentibus illas calendas, quia prius ſunt calendæ quàm idus.

b Adde quæ dicentur ſ. in §. ſeq. in prin.

c Sed nunquid creditor, ueniat ad electionem tertij, poſſit dare diuiſionem, ut cõdemnatus nõ ſoluat niſi ad biennium inuito debitore? puto quòd ſic, arg. §. j. e. cũ ceſſante. de appell. et quod not. moderni in l. Labeo. ff. de iureiurando.

d Adde quòd hanc primam declarationem ponit Bar. in l. ius ciuile. hîc allegat.

eo, ubi per hoc concludit, quòd si iudex ferat
sententiam, deinde addat causam ex qua lata
fuit sententia, ista additio nō operatur in uim
nouæ sententiæ; unde ineptè & malè ab ea ap
pellat̃ tanq̃ à noua sententia. Quarto aduer-
te, quia cōtra istam regulam uidetur obstare
tex. iuncta gl. in l. lex Cornelia. in uerb. ex ea
lege. ff. de uulg. & ibi Aret. in ij. notab. ubi est
tex. quòd si prætor addit aliquid iuri ciuili, il-
la dispositio dicit̃ iuris ciuilis, non prætoria.
Ad idē fa. gl. in l. ij. ff. de poss. hær. pet. & Bar.
in l. i. ff. si quis omis. cau. testa. ubi illud dicitur
esse de iure ciuili, q̃d babuit originē ab eo iu-
re, licet prætor addiderit uel immutauerit ali
quid. Sed ad ista obiecta responde, ꝙ aut ista
additio seu extensio fit per modū interpreta-
tionis, & non alterabit naturā primæuam, ex
quo qualitas legis interpretatæ uidetur repe-
tita in lege interpretāte, secundū Bar. in l. prę
tor. §. eritq̃. ff. ui bon. rapt. secus si nō fiat per
modū interpretationis: & istud est de mente
Aret. in l. v. in prin. in v. col. j. eo. Et hoc modo
tollit̃ etiā illud q̃d dixi s in secūda declaratio-
ne. Ex supradicta regula iufert̃ per Doct.
10 hic ad quæst. † Si Papa scribat ordinario, alte-
rando eius iurisdictionē, puta quòd procedat
summariè uel de plano, utrū talis dicat̃ in illa
causa ordinarius uel delegatus. Vtilitas est
magna, tum propter alias causas quas dixi in
uoce, tum quia si erit delegatus, poterit habe
re sportulas, ut not. in c. cū in omni. extra de
uit. & hone. cle. & tenet Feli. in c. licet. de off.
ordi. & Ias. in d. l. ius ciuile. & moder. hic. Ad
de ꝙ cōtrariū in terminis disputauit Bertran
dus de mōte Fanenuo, in repet. l. diē functo.
ff. de offi. assess. & eum refert Alber. de Rosa.
in d. l. in ult. col. uers. item quæris si iudici. &
eius opin. probatur per tex. in §. illud. in auth.
de manda. prin. ibi, præcipimus ad alias te ire
prouincias. de quo dic ut ibi per eum. In pro-
posito igitur per supradictā regulā cōmunis
opin. est quòd dicetur delegatus, & sic nō erit
simpliciter excitata eius iurisdictio, de quo in
c. licet in corrigēdis. & in c. graue. de off. ord.
Posset teneri cōtra cōmunē opin. & moueor
primò per text. in l. i. §. si quis appellatione. ff.
de appell. & in l. fin. ff. quis & à quo. Nam si
partes erāt litigaturæ corā aliquo ordinario,
& cuperēt ut iudiciū summariè expediretur,
faciebant quòd ordinarius per rescriptū prin
cipis causam delegaret, in quo rescripto cōti
nebat̃, ut delegatus procederet summariè uel
alio modo, ut est tex. in auth. in medio lit. non
fie. sac. ius. §. pen. & in auth. ut diui. iussio. Ex
quo ergo illis alterabat̃ iurisdictio per princi
pem, nunquid dicent̃ delegati principis? Se-
cundū cōmunē opin. dicendū esset ꝙ sic, & ta
men tex. dicit contrariū: quia dicent̃ simplici
ter delegati ordinarij, unde ad eum prouoca
bitur. d. §. si quis appellatione. & d. l. fi. & istū
intellectū ad illa iura tenuit tenuit Raph. Co.
Iac. de Put. & Alex. in l. à diuo Pio. in prin. in
i. col. ff. de re iud. & Alex. in l. ij. in iiij. col. &
Riminal. in vij. ff. de iur. om. iud. Secūdo pro
hac parte inducit̃ d. §. si quis in appellatione.
alio modo. † Dicit̃ ibi, ꝙ si princeps cōmittat 11
ordinario ut deleget causam tali, ille erit dele
gatus ordinarij, & nō principis; & sic ordina
rius delegabit tanq̃ ordinarius, nō tanq̃ dele
gatus, & tamen fuit illi alterata iurisdictio: nā
delegare est uoluntariæ iurisdictionis, ut not.
Abb. in c. super quæstionū. §. quia uerò. in fi.
extra de off. deleg. fa. gl. in l. ij. ff. de offi. proc.
& lega. & per rescriptū fit necessariæ iurisdi-
ctionis, ut not. in l. sæpe audiui. ff. de off. præs.
fa. q̃d not. Abb. in c. pastoralis. in prin. extra
de offi. deleg. Nec obstat si respōdeas secūdū
Ang. & Aret. in d. §. si quis appellatiōe. dicen
do esse speciale in iurisdictione uolūtaria: qa
nō assignat̃ ratio specialitatis. Item prædicta
procedūt etiā in iurisdictione uolūtaria. c. cū
aliquib. de rescript. lib. vi. c. hi qui. & ibi gl. de
præb. eo. lib. notāt moder. in d. c. licet in cor-
rigendis. Tertio adducit̃ ratio. Nam istud, ꝙ
princeps cōmittat causam ordinario, regula-
riter inducit solummodo excitationē iurisdi
ctionis. d. c. licet. Quòd addat uel diminuat,
suadet ꝙ sit delegatus. Ordinaria autē iurisdi
ctio est fauorabilis, delegata odiosa. c. i. de re-
script. lib. vi. gl. in c. dispendia. eod. tit. moder.
in c. prudentia. §. i. de offi. deleg. Sed quando
aliquid suadet inductionē rei fauorabilis, ali-
quid rei odiosæ, capitur præsumptio pro re
fauorabili. Bart. in l. si pupillus. ff. ad l. falcid.
ergo debemus dicere quòd princeps etiā alte
rando uoluerit ꝙ procedat tanq̃ ordinarius.
Vltimo pro ista cōclusione est text. in d. c. cū
aliquibus. de rescrip. lib. vi. inducendo ut hic
per Aret. Nec obstat responsio Ias. hic, in ef-
fectu uolentis quòd ibi Papa nō deleget, sed
proroget iurisdictionē remouendo obstacu-
lum, ut etiam dicit Feli. in c. ex officij. in xiiij.
col. extra de præscript. quia ista responsio cō
futatur ex notatis per Bart. in l. ambitiosa. in
ult. col. ff. de decret. ab ordi. fa. & in l. ij. ff. de
opt. leg. dum dicit, quòd nunq̃ in certa re, uel
in certa causa, intelligit̃ cōcessa iurisdictio or
dinaria, sed tantū delegata. Nam si posset fie-
ri prorogatio, illa ratio Bar. nihil ualeret, qui
loquitur in prioribus, & sic in habentibus iu
risdictionē ordinariā, quibus licet posit pro
rogari iurisdictio per partes litigantes, tamē
princeps uel superior cōmittendo certā spe-
ciem causæ, nō censetur prorogare, aliàs pro
cederent uigore iurisdictionis ordinariè pro
rogatæ, quod tamen Bart. negat, & illa doctri
na etiam confundit solut. Socini hic. Item cō
tra prædictam solut. facit quod notat Petr. de
Anch. in d. c. hi qui. & sequitur Felin. in d. c.
licet. pro quorū opinione est tex. in c. ad abo
lendum. in fin. extra de hæret. † ubi si Papa 12
mandet ordinario, quòd procedat contra ex
emptos, fiet delegatus: certè cùm ordinarius
habeat fundatam intentionē in diœcesi sua,
c. ad decimas. de restit. spol. lib. vi. l. pupillus.
§. territoriū. ff. de uerb. sig. uidetur quòd solū
tollatur obstaculum exemptionis. In practi-
ca tamen nō recedendo à cōmunibus, aduer

tead declarationes. Et primo consideranda
sunt uerba rescripti, nũquid principaliter re-
spiciant cõmissionẽ, in cuius executione tol
laẽ obstaculũ, ueluti in casu d.c. ad abolendũ.
in fi. de hære. & decisionis Pet. de Anch. in d.
c. hi qui. & tunc uideẽ ꝙ iudici sit alterata iu-
risdictio: secus si rescriptũ principaliter ema-
nauerit ad tollendũ obstaculũ. & ita procedit
tex. in d.c. cum aliquib. Et hęc sit prima limi-
13 tatio. Ex qua sequiẽ, †ꝙ si princeps scribat iu-
dici ordinario ut procedat nõ obstantibus fe
rijs, remanebit ordinarius, ex quo solum tol-
liẽ exceptio feriarũ, quæ obstabit exercitio iu
risdictionis. Secundo limita, ut nõ procedat
quãdo princeps simpliciter apposuisset in re
scripto uerba respicientia processum: nam
tunc procedet ut delegatus, sed pronuncia-
bit ut ordinarius, secundũ Bal. in l. qui pro-
curatorẽ. in ult. col. ff. de procur. de quo per
moder. in d. l. ius ciuile. & ueritas depẽdet ex
not. per Bart. & alios in l. à diuo Pio. in prin.
ff. de re iudic. nunquid cõmissio cognitionis
causę extendaẽ ad definitionẽ. Tertio limita,
14 †ut si princeps scribat ordinario dando nouã
formã: si ordinarius non seruet illam formã,
& sic non procedat ut delegatus, tamen ualet
sententia, licet iudex ipse puniaẽ, ut est gl. in
Cle. i. in uer. inhibentes. circa mediũ. de iure
patr. cũ cõcor. per Feli. in c. ex parte. col. iij.
de cõstit. Quarto limita, quãdo ex forma sta-
tutorũ aliqua causa spectat ad ordinariũ: nã
si princeps eam cõmittat ordinario, etiã ali-
quid addendo uel diminuendo, tamẽ ille nõ
diceẽ delegatus: quia tale rescriptũ intelligeẽ
secundũ statutũ, non autẽ illi derogabit. per
not. per Io. And. in c. dudũ. de deci. & Alex. in
l. quanq̃. C. de testa. mil. Et istud puto proce
dere etiam si in rescripto diceret ut autorita-
te principis procederet, quia etiã ista uerba
possunt conuenire ordinario. §. fi. ubi Iac. de
Beluis. in auth. ut defun. seu fun. & ista inter
pretatio est capienda ne censeaẽ derogatũ sta
tuto. Quinto limita, quãdo iudici ordinario
specialiter cõmittiẽ aliqua causa sine aliqua
additione uel diminutione: nam tunc censeẽ
adiecta iurisdictio delegata, & ex forma pro-
cedendi iudicabiẽ, quã uiam elegerit, ut dicit
Imol. & Fel. in c. ex officij. de præscri. col. xij.
secus in cõmissione generaliter facta, quia
tunc solũ diceẽ excitata iurisdictio. ita proce-
dit tex. in d.c. licet in corrigendis. Sexto limi
ta, quãdo princeps aliquid cõmittit super iu-
risdictiõe uolũtaria, per q̃d fiet iurisdictio ne
cessaria. d. l. i. § si qs in appellatione. & ibi per
Co. & Ang. de Aret. ubi delegare, q̃d est uo-
luntariæ iurisdictiõis, fit necessariè per rescri
ptũ. gl. in l. sæpe audiui. ff. de off. pręs. & tamẽ
remanet ordinarius. Nõ obstat tex. in c. cum
aliquibus. de rescript. & in d. c. hi qui. de præ-
ben. lib. vi. cum simil. qa cõmissio superioris
ibi habet in se nouũ actum, id est, approbatio
nẽ personę: unde plus alteraẽ iurisdictio ordi
narij, ex quo cogiẽ præcise illi cõferre. Septi
mo limita, qñ cõmissio fieret ut causæ distri-
buerenẽ tantũ, declarando ut per Bal. in l. fi.
in ult. col. C. ubi senat. uel claris. & refert Ias.
in d. l. ius ciuile. in iij. col. Vnde quãdo Papa
cõmittit causam alicui ex auditoribus Rotæ,
diciẽ distribuisse, & erit ordinarius in cogno
scendo, & delegatus in sententiando: de quo
in Cle. auditor. de rescript. & moder. in c. i. in
v. col. de rescrip. lib. vi. Octauo limita secun-
dum Bal. in l. i. col. ij. ff. de iur. om. iu. ubi uult
ꝙ quãdo princeps extẽdit iurisdictionẽ quã
iudex ordinarius habet in aliqua specie imp-
fecta, & eam perficit, nõ per hoc diciẽ delega
tus: unde si iudici habẽti cognitionẽ solũ in
causis iurisdictionis simplicis, fiat cõmissio p
principẽ de causa mixti imperij, in ea dicetur
adhuc cognoscere tanq̃ ordinarius ex iurisdi
ctione prorogata: de qua decisiõe dubitat hic
Aret. per d. c. hi qui. Dic ut pereũ. Nono limi
ta, quãdo alteratio esset facta in clausulis exe
cutiuis: quia illę nõ solent alterare principalẽ
dispositionẽ. Clem. i. de præb. de quo per Fe
lin. in d. c. licet. & Ias. in d. l. ius ciuile. Noto
quarto, †quòd si sequaẽ cõplacentia, ꝙ stipula 15
tio quæ est nulla, corroboraẽ: q̃d intellige, si
sequaẽ cõplacentia in eo q̃d adijciẽ uel dimi-
nuiẽ: secus si in principali. Et ideo si dicã, pro
mittis mihi equũ: tu respõdeas, promitto bo-
uem, etiã ꝙ sequaẽ cõplacẽtia in boue, nõ ua-
let stipulatio, ut per Io. Fab. in §. pręterea. In-
stit. de inut. stip. sequiẽ Ias. & Soci. hic. Cõtra
rium tenuit Bar. in §. fi. j. ea. l. & Bal. nouell. ã
in rub. in vij. col. & pro ista opin. facit, quòd se
cundũ opi. Bar. hic, §. sed cum adijciẽ. referaẽ
etiã ad subsequẽtia. Si ego interrogem, pro-
mittis centũ: & tu respõdeas, promitto centũ
quinquaginta, secuta cõplacentia ualet stipu
latio in totũ, & tamẽ respectu illorũ quinqua
ginta nulla præcessit interrogatio, & res peni
tus diuersa deduciẽ principaliter in cõtractũ.
Secundo cõprobaẽ per rationẽ Bar. hic, quã
etiã in proposito adducit Bal. nouel. in d. rub.
†Nam ratio cur in stipulatiõe debeat pręcede 16
re interrogatio, est, ut simus certi ꝙ ille respõ
deat animo se obligãdi: quę ratio militat secu
ta cõplacentia. Tertio ego adduco: qa sicut sti
pulatio ex mutatione seu additiõe qualitatis
reddiẽ nulla, ut in isto tex. & secuta cõplacẽtia
corroboraẽ, ergo idẽ in stipulatiõe nulla ex de
fectu ipsius rei, cũ aliàs fuerit expressa: nõ eñ
magis est nulla in primo casu, q̃ in secundo.
Quarto cõfirmaẽ: qa ubi qualitas est reqsita
ad actũ, ea nõ interueniẽte ita res annullaẽ, si
cut ex defectu principalis. l. Fulcinius. §. i. ff.
ex qui. cau. in pos. ea. fa. l. quę de tota. ff. de rei
uen. Mihi semp placuit cõtraria opi. ꝙ imò sti
pulatio sit nulla. Nõ obst. primũ fundamen-
tũ: qa puto ꝙ uers. sed cũ adijciẽ, nõ sit referen
dus ad §. seq. ꝓut tenuit Bar. unde magis pla-
cet opin. Pet. per rationẽ suã: quę opi. cõpro-
batur ex isto tex. dum in eo diciẽ, pari casu ui-
tiatã esse obligationẽ. Nã uerbũ, uitiatũ, si re-
feriẽ ad præcedẽtia, intelligiẽ in totũ: si referaẽ
ad sequẽtia, intelligiẽ in parte. Certè ista inter
pretatio nõ est accipiẽda. arg. l. iam hoc iure.
ff. de

ff. de uulg. & pup. q̄uis aliquando uideamus contrariū, ut in §. pręterea. Instit. de inut. stip. & gl. in l. ij. ff. de offi. procons. & leg. Cōfirmatur etiā alia ratione: quia tex. dicit, cū aliquid adijcitur uel detrahit̃ obligationi, & sic respicit substantiā ipsius obligationis: sed in casu seq. non adijcitur principaliter obligationi, sed rei deductæ in obligationē. Nec obstat ratio Bart. quòd clausula in medio posita refertur ad utrunq; l. iij. §. filius. ff. de lib. & posth. nam istud uerum esset, nisi sequentia cōtinerentur in alio capite diuerso, ut dicit Abb. in c. secundo requiris, in ij. col. de appell. quod est in casu nostro: ex quo enim est in alio §. arguitur diuersitas à præcedenti casu. Ias. in §. sed iste, in i. col. Instit. de act. Item est ratio differentiæ, cur debeat magis referri ad præcedentia, quàm ad sequentia: quo casu nō procedit illa regula, ut declarat Bald. in d. §. filijs. & moder. in d. c. secundo requiris. Non obstat secunda ratio Bart. & Bal. nouell. quia ultra solut. Socin. hic potes dicere, quòd illa ratio est impulsiua, non finalis, ut conclusimus suprà in rub. unde non est arguendum ab ea cessante. l. i. §. sexum. ff. de postul. l. i. in fi. ff. de minor. Non obstat tertia & quarta ratio: quia ex quo interuenit forma propter præcedentem interrogationē & subsecutam rationem, illa nullitas stipulationis orta ex difformitate, facilius reparatur sequuta complacentia, quàm ubi nō est seruata forma. Et ista opinio in puncto iuris magis mihi placet, licet in practica non esset recedendum à cōmuni. Sed
17 consequenter dubitatur hîc, †an ista complacentia debeat fieri uerbis, an sufficiat nutu. Socin. in §. seq. & Ias. hîc tenent requiri uerba: & idem ante eos tenuit Ioan. Fab. in d. §. præterea. ubi assignat rationem: nam cùm stipulatio dicatur à firmitate, iura uoluerunt omnem firmitatem & claritudinē uerborū intercedere. Tu aliā assigna: nam lex in isto casu subrogauit complacentiam loco interrogationis pręcedentis, unde in subrogato censetur requisita prior qualitas. c. translato. ubi Bal. extra de cōstit. l. i. C. de impo. lucra. desc. lib. x. & facit quod not. Bald. in c. quoniā contra. in vi. col. extra de probat. ubi tabelliones tenentur iurare quòd officium suum exercebunt legaliter. Pone quòd loco tabellionum ponuntur duumuiri, nunquid tenebunt̃ iurare? certè sic, per prædictam rationē. In proposito ergo, cū interrogatio debeat fieri uerbis, ita etiam cōplacentia, quæ illi in isto casu subrogat̃. Et cōprobat̃ ista opin. quia aliàs cōcurrerēt duo specialia, cōtra regulam l. pen. C. de dot. promiss. Cætera dic ut hîc per Ias.
18 †Extra gl. infert Bart. hîc text. ad quæst. statuti, ut positionibus respondeat̃ simpliciter: an ille qui respōderit se non habuisse, & si apparuerit quòd expendit in negocijs, etiam uideatur nō respōdisse simpliciter, & sic habeat̃ pro confesso? Et cōcludit quòd sic: & idem tenent cōmuniter Doct. hîc, & in l. i. ff. de uulg. & fa. tex. in c. is qui cōtra, de elect. lib. vi. quē allegat Feli. in c. præterea. in prin. de offi. deleg. Raph. Com. & Paul. Cast. hîc tenent contrariū: quia ista adiectio est superflua & abundans, unde non debet nocere. arg. l. qui mutuam. ff. mand. Et hoc tenēdo, adde quòd nō obstat quòd etiā actus nullus puniat̃, ut dicūt moder.[a] per l. eum qui duas. C. de adult. cum simil. per Bar. in l. ubi pactū. in fi. C. de transact. quia ex quo in casu nostro ex adiectione nulla nō desinit responsio esse simplex, pęna statuti locum nō habet, quia uerba nō uerificantur. l. iiij. §. totiens. ff. de dam. infe. l. id aūt. in prin. ff. de admi. tut. Sed in cōtrarijs uerba legis uerificabant̃ in actu nullo. Cōfirmatur ista opin. quia ratio istius statuti est, ut respōsio sit clara. l. qui ætate. §. tacuit. ubi Bart. ff. de inter. act. & firmat Bal. in c. i. in prin. extra de sum. trin. & fid. cath. Unde etiam si ita respondeatur, responsio est clara, quia reijcitur illud superadiectū. Facit quod not. Bart. in l. eum qui. in prin. ff. de iur. iu. ubi dicit, quòd si quis negat qualitatē per quam aduersarius nō grauetur onere probandi, quòd talis non incidit in pœnam statuti impositā neganti, quia cessat ratio per quā negans punitur. Unde idem uideretur dicendū in casu nostro. Cōprobat̃ eadem opin. per tex. in c. dilecti. extra de iud. ubi est text. quòd in rescripto in quo mandat̃ ut factū inuestiget̃ purè & simpliciter, censebuntur solùm reiectæ nimiæ subtilitates iuris, & captiosa inuestigatio: non autem faciet quo minus aliàs solitus ordo seruetur. Unde dicit ibi Abb. & Io. de Imol. & Bal. in c. super literis. in iiij. col. de rescrip. quòd per talia uerba non induceret̃ alia correctio iuris cōmunis. Et per d. tex. in c. dilecti. confunditur decisio Bal. in l. nec quicq;. §. de plano. ff. de offi. procons. ubi uult, quòd si statutū dicat quòd iudex procedat simpliciter, nō poterit fieri cumulatio actionis in casibus in quibus aliàs fieri posset. sequitur Aret. hîc, & Socin. in l. i. ff. de uulg. Credo illam decisionem non esse ueram; & tenendo hanc partē respondetur ad iura cōtraria, quòd ista dictio simpliciter est generalis secūdum Bal. in l. i. in i. col. C. de ædil. act. & capitur secundū subiectam materiā. l. si uno. ff. loca. Et illa iura non se fundant super proprietate illius dictionis, sed incidenter utuntur illa dictione qualificata per præcedentia & subsequentia. Non obstat quòd non potest negari quin cōceptio uerborū in se sit duplex, etiam quòd pars habeatur pro nō adiecta: quia lex nō uidetur considerasse hunc casum, ex quo cessat ratio, ut s̄ deduxi. Facit, quia actus nullus propriè loquendo non dicitur actus, ut est gl. in l. iij. ff. de testa. tut. ubi Bal. unde propriè loquendo illa responsio dicetur simplex, quia illa additio est nulla, nec habetur pro actu nisi impropriè: quę proprietas nō est considerabilis in statutis. l. iij. ff. de neg. gest. præsertim quando quis incideret in pœnā. c. odia. de reg. iur. lib. vi. & pro hoc est tex. not. in l. i. §. hęc uerba. ff. quod quis. iu. & ibi Bal. per illū text. dicit, quòd statutū pu-

a *Adde de hoc uidendum etiā Bar. & Dd. in l. non dubium. C. de leg.*

niens opponentē exceptionē, nō cōprehen-
deteum qui opponat nulliter. cū simil. alleg.
per moder. in l.fi. in iij. col. ff. de quæst. Nō
obst. q̄d dicit Ias. arguendo ab etymologia uo
19 cabuli,†quòd simpliciter dicaẽ quasi sine pli-
ca, secundū gl. in Clem. sæpe. de uerb. sig. ga
ex quo illa adiectio reijciẽ, nō dicitur esse ali-
qua plica. Itē illa uerba, sine plica, intelligun-
tur, sine dolo & fraude, ut declarat Archid.
xvi. q. i. c. si cupis. & viij. distin. c. consuetudo.
Et facit, quia simpliciter propriè dicitur fieri,
quod fit sine dolo[a]. gl. in c. Petrus. xxxix. dist.
& not. Imol. in d. Cle. sæpe. unde taliter respō
dens nō dicitẽ in dolo. l. si quidē. ubi not. C. de
except. Et hoc modo intelligendo statutū nō
esset ita rigorosum, sed cōformaret se iuri cō-
muni: quæ interpretatio in dubijs est capien
da. l. iij. C. de noxal. Non recedendo tamen
in practica à cōmuni opi. pulchra quæstio ex
20 bis infertur.†Pone quod tu mihi mutuaueris
centū in camera nemine præsente, quę etiā ti
bi restitui nemine præsente: tu interrogas me,
nunquid mutuaueris mihi centū, quomodo
mihi consuleẽ in respōsione: si enim respōde
ro q̄ mutuasti, sed quòd restitui, non stabitur
meæ respōsioni: imò ex quo respōsio nō erit
simplex, habebiẽ pro cōfesso. Ego puto, q̄ si
pars reclamet, iudex nō debebit admittere ita
generaliter istam positionē seu interrogatio-
nem: & istud suadet æquitas ad obuiandū ca-
lumnijs: unde debet addere hoc modo: Inter-
rogo te an mutuauerim tibi centū, quorū mi
hi sis debitor: & ita tenet Io. de Imol. & Gem.
in c. cupiētes. in prin. de elect. lib. vi. Barthol.
Vero. cautel. lx. incip. si mutuaui. c. & caut.
cxxxvi. incip. si debitor soluit in secreto. se-
quitur Frāciẽ. de Cur. in l. ij. §. quod obserua-
ri. ubi tractat materiā positionū. C. de iur. ob
cal. in xxiiij. breuiloquio. idem tenet Ias. in l.
manifestè. in penul. col. ff. de iureiur. Et facit,
quia positiones inuentæ sunt à iure, ut pars
releuetur ab onere probandi. c. i. de confess.
lib. vi. & ibi not. l. eum qui. in prin. ff. de iure-
iur. l. ij. & iij. ff. de inter. act. unde istud reme-
dium nō debet operari ut reus ipse grauetur
in onere probandi: quod esset in casu nostro,
quia deberet probare se restituisse, cū respe-
ctu probationū fauorabilior sit reus q̄ actor.
& ubicūq; iudex habet aliquā conscientiā uel
cōiecturā, sine dubio deberet istud facere, ut
etiā dicit Bal. in cōsil. cccxcviij. statuto Peru-
sij. in v. & Lanf. de Ori. in repet. Cle. sæpe. de
uerb. sig. in ult. col. Si uerò iudex admittat ge
neraliter interrogationē, & pars responderit
q̄ nō accepit mutuō aliquid propter quod sit
eius debitor, adhuc de iure cōmuni ista respō
sio erit admittenda, ut dicūt præfati Doct. Et
21 facit,†quia iudex ex æquitate potest admitte-
re responsionē qualificatam, causa uitandi ca
lumniā ponentis. l. iusiurandum & ad pecu-
nias. §. nō semper. ubi Bal. Lud. Ro. & Ias. ff.
de iur. iur. Bal. in l. i. in prin. C. de ædil. act. So
ci. post alios in d. l. i. ff. de uulg. Stante uerò
statuto quòd simpliciter respondeaẽ, tūc nō

[a] Adde Abb. in c. dilecti. col. ij. uers. et ideo colligo. de iudic.

posset admittere talē responsionē. Et ita pro-
cedit cōmunis opin. hic: unde ante admissio
nem interrogationis debet instare pars ne iu
dex eam admittat ita indistinctè. Sed quid si
statutū dicat, quòd interrogationibus quis te
neatur respondere sub iuramento: & quòd ta
li iuramento stetur tam in cōsentis in forma,
quàm super connexis: nunquid credetur iu-
ranti sibi fuisse mutuatum, sed se restituisse:
Videẽ quòd sic: quia an aliquid sit connexū,
multū operatur arbitriū iudicis. gl. in c. si ciui
tas. de sen. excō. lib. vi. Io. de Imol. cōsil. cxxx-
ix. in ult. col. Sed iudex in tali casu debet arbi
trari istud esse cōnexū, per not. in d. c. cupien
tes. & per aliam rationem uideẽ consuluisse
Signorel. de Homo. & Raph. Fulg. in quodā
consil. impresso post tractatū malefic. Angel.
In contrariū facit quod uoluit Ant. de Butr.
consil. lxv. circa medium, & etiam contrariū
uidetur de mente Bar. in l. Aurelius. §. idem
quæsijt. de libe. leg. Vnde puto esse tutius q̄
pars à principio faciat formā modificari, pro
ut s dixi. Nec obstat quod notat Bart. in l. i. §.
accusationem. in fin. ff. ad Turpil. quia in casu
Bart. lex præsumebat contra negantem se es-
se culpabilem: sed in casu nostro lex non præ
sumit, nec pro restitutione mutui, nec con-
trà, ex quo ista sunt quædam accidentia ex-
trinseca, in quibus lex nihil præsumit, sed re-
linquit ea in suo esse. & qui dicit, probare de-
bet, ut declarat Comen. in l. ij. §. fin. ff. de ex-
cept. Item ibi erat facta interrogatio, ut factū
ipsum explicaretur, quod erat fundamentū
inquisitionis ipsius iudicis, unde debuit spe-
cificari, & cessat æquitas de qua in casu no-
stro. Infertur ista decisio Bart. hic ad aliam
quæst.†nunquid admittenda sit responsio ho 22
micidæ negantis se interfecisse: & quatenus
cōstet, dicentis se fecisse ad sui defensionem.
Et in hac quæst. distingue: quia aut nos loqui
mur de iure communi, & admittitur talis re-
sponsio, & per hoc nō dicitur aliquid cōfes-
sus, ut dicit Bar. in l. cū de indebito. ff. de pro-
bat. & notabiliter per Aret. in l. decem. in ult.
col. ff. eo. Aut loquimur stante statuto ut quis
simpliciter respondeat, & hoc casu nō admit-
mittetur, imò habebitur pro confesso, ut per
Ang. & alios hic, & Ang. de Are. in tract. cri
mi. in uerb. cōparent inquisiti & partem ne-
gant. Et istud est utile in practica pro consi-
tentib. eo modo coram iudicibus, qui nō te-
nereẽ seruare formā statutorū: nam tūc erit
in arbitrio iudicis q̄d ius uelit sequi. Et sic es-
set punctus pro amico. Sed quid si dicat se fe
cisse ad sui defensionē: dicū Doct. cōmuni-
ter, quòd erit ac si simpliciter respondisset, ex
quo iste cōfessus est cū qualitate, cōtra quam
est præsumptio legis: unde onus, pbandi spe-
ctabit ad ipsum, secūdū Bar. in d. l. Aurelius.
§. idē quęsijt. & est tex. in c. cū uenissent. extra
de instit. Adde tamē, q̄ reus ita cōsitēs nō po
teris puniri pęna mortis, ut dicit Abb.[b] in c.
auditis. in ult. col. de pręscrip. Feli. in c. signifi
casti. de homi. Augusti. Arimi. in addit. An-
gel. in

[b] Adde q̄d contra dictū Abb. fa. l. j. C. de sicar. & alia de quib. per Soc. in l. non utiq. col. fi. ff. de except. ubi tenet contra Abb. sed uide Deci. in c. cū uenerabilis. col. xj extra de excc. ubi saluat Abba: & respondet omnib. cōtrarijs.

gel. in d. uerſ. comparent inquiſiti. Iaſ. in l. ut
uim. ff. de iuſti. & iure. moder. in c. cum uene
rabilis. de exce. & ſunt plena ſingularia mo-
dernorū. Aduerte ad duo. Primo, quia Abb.
loquitur de iure cōmuni, aliàs iſta deciſio nō
procederet ubi ſtatutum requireret reſpon-
deri ſimpliciter: nam tali caſu quis decapita-
bitur etiā ex confeſsione præſumpta, ex quo
talem lex approbat in criminalib. ut per Bal.
in l. fi. C. de probat. Abbas in c. accedens. de
ſimo. Et iſtud eſt de mente Alex. hîc. Secūdo
[a]aduerte, quia uidetur quòd ſaltem iſte confi
tens ſic qualificatè poterit torqueri ad eruen-
dam ueritatem, nunquid fecerit ad ſui defen
ſionē: licet aliqui modet. teneant contrariū:
ex quo enim habet præſumptionē legis con-
traſe, illa eſt ſufficiens indiciū ad torturam.
Bald. in l. quamuis. ij. C. de adul. & Bald. in l.
ea quidē. in i. col. C. de accuſ. Sed pone ꝙ in
tortura perſeueret ſe feciſſe ad defenſionem:
puto ꝙ tunc eſſet abſoluendus in totū, ut di-
cit Albe. de Roſa. & moder. in l. edictū. ff. de
quæſtio. Barthol. Vero. cōſil. xxxij. quid m
ruſtici. quæ nota bene, quia quotidiana. Li-
mita tamē ſupradicta, ut nō procedant quan
do ille ſic confitens eſſet in caſu, quo præſu-
mereť interfeciſſe ad ſui defenſionē: quē ca-
ſum ponit Io. Fab. in §. ius autem gentium. in
23 iij. col. Inſt. de iure nat. gent. ubi dicit, † ꝙ quā-
do reperiť unus uiuus & alter mortuus, nec
conſtat quis fuerit aggreſſor, uiuus abſoluē-
dus eſt. arg. l. i. §. cum arietes. ff. ſi quadr. pau.
feciſ. dic[b]. Et hoc qñ uiuus eſſet uir probus,
& merita præcedentis uitæ hoc ſuaderent. fa.
q̄d not. Flor. in d. §. cū arietes. & Bar. Veron.
in conſil. xxviij. magiſter Iacobus. Et hoc mo
do limitať illud quod ſolet dici, quòd nō præ-
ſumiť ꝙ ille fuerit[c] aggreſſor, qui reperiť per
cuſſus. de quo Io. And. in c. ſignificaſti. de pœ
ni. & remiſ. Bal. in c. i. de pace tenen. in feu. &
in l. ut uim. in pen. col. de iuſtit. & iure. Ex ſu-
24 pradictis ergo habemus, † quòd ſimpliciter
illud fieri dicitur, quando in eo actu non eſt
aliqua conditio. fallit, niſi cōditio eſſet de na-
tura actus, l. qui liberis. ubi Ang. & Imol. ff.
de uulg. & pup. Alex. & alij in l. i. eo tit. & eſt
cōmunis opi. pro qua eſt tex. in l. eam quam.
C. de fideicō. ubi fideicōmiſſum dicitur ſim-
pliciter factū, in quo grauata erat mulier re-
ſtituere fideicōmiſſū anteꝗ̃ duodecimū ætа-
tis annū impleſſet. Adde ꝙ contra iſtam opi.
uideť tex. in l. gallus. §. i. ff. de lib. & poſth. ubi
iſta inſtitutio, filiū & nepotē inſtituo, dicitur
ſimpliciter facta, & tamen ſi extendať ſecun-
dum conſiliū Galli, cuius conditiones inſunt
de natura eius actus, non erit ſimplex inſtitu
tio. idem probať in l. i. ff. de uulg. & pupil. ubi
ſubſtitutio uulgaris dicitur ſimplex, & habet
in ſe tacitā pupillarē, & tamen ſi pupillaris ex
tenderet quæ ineſt de natura actus; non dice
retur ſimplex. fa. l. precib. C. de impub. idem
probať in c. ei qui. de præb. lib. vi. & ibi Arch.
not. ꝙ illud diceretur ſimpliciter fieri, quod
fit per uerbum generale. Pone quòd enume

a Adde Thomam de Ferra. in cautela ſua quinta.

b Adde text. in l. ſcientiam. §. cum ſtramenta. ff. ad l. Aquil.

c Quis præſumatur aggreſſor, uide Alex. conſil. cclxxviij. pōderatis ad fin. Aretin. conſil. xxxiiij. Fel. in c. dilecti. colu. pen. de excep.

rentur ſpecies contentæ in genere, certè nō
diceť ſimpliciter factū. l. coiri. ubi Fulg. ff. pro
ſoc. Pro reſolutione dic, ꝙ cōſiderata forma
uerborū, diſpoſitio non dicitur ſimpliciter fa
cta, in qua fuit expreſſa conditio de natura a-
ctus exiſtens. & ita procedūt ſuprà alleg. Sed
cōſiderato effectu, eſt ſecus. Statuta uerò de
bēt intelligi ratione effectus, l. i. §. fi. ff. quod
quiſq; iur. cum ſimil. & facit l. i. uer. ſed ſimpli
citer eum confirmat. ff. de cōfir. tut. & iſta pro-
cedunt de conditione quæ ſubintelligatur ex
natura actus, uel cōprehendať ſub generali-
tate uerborū. Sed quid ſi cōprehendatur ex
coniecturis? dicit Bal. in c. quia propter. in i.
col. de elect. † quòd ſi ſtatutū dicat, quòd de- 25
beat clarè reſponderi poſitionibus, non po-
teſt adijci cōditio quæ tacitè ſubintelligatur
ex coniecturis. Et eſt ratio in promptu: nam
quando ineſt ex natura actus, uel cōprehen-
ditur ex generalitate uerbi, ineſt ex neceſsita
te. Secus ſi ex coniecturis, quia illæ plerunq;
non ſunt ueræ. Bal. in l. ea quidē. C. de accuſ.
Vnde ſi quis interrogetur, nunquid elege-
rit Titiū; & reſpondeat, elegi, ſi erat dignus,
nō dicetur reſpondiſſe ſimpliciter, licet in du
bio quis præſumatur eligere dignos. c. fi. de
præſum. & c. i. de poſtul. præla. lib. vi. Secun
do limitatur cōmunis concluſio, † quando po 26
ſitio eſſet duplex uel incerta: nam tunc etiam
pars poterit reſpondere dupliciter uel incer-
tè. l. ut reſponſum. C. de tranſ. Bal. & alij in d.
l. i. ff. de uulg. Adde quòd tali poſitioni pars
nō cogitur reſpondere, ut eſt gl. in c. ij. de cō-
feſ. lib. vi. quam ad hoc no. Bal. in l. precibus.
in prin. C. de impub. & hoc etiam ſi ponens
apponeret clauſulam, quòd ponit coniun-
ctim & diuiſim. & idem tenet Bald. & Are-
ti. in l. ij. §. quod obſeruari. C. de iura. ob cal.
erit ergo in electione eius cui fit poſitio, uel
opponere ſe non teneri ad reſpondendū tali
poſitioni, uel facere talem reſponſionē incer
tam. Sed cautius faciet ſi reſponderit ex quo
actor nō reuelabiť, & in eadem inſtantia non
poterit amplius ſpecificari, & rurſus de ea in
terrogare, ut dicit notabiliter Bal. in c. dudū.
ij. in antepen. col. de elect. Tertio limitatur,
niſi iudicis æquitati uideretur ex aliqua cau-
ſa, ut admitteret reſponſionē duplicē. l. iuſiu-
randū & ad pecunias. §. nō ſemper. ff. de iure
iu. & ſ dixi, & tangit Soci. in d. l. i. Confirma,
quia iudex poteſt ex iuſta cauſa recedere à iu
re ſcripto, tollendo uel alterando pœnam. l.
& ſi ſeuerior. C. de his qui not. infa. l. quid er
go. §. pœna grauior. ff. eo tit. Itē iudex ſi ſub-
ſit æquitas uel iuſta cauſa, poteſt alterare uo-
luntatē teſtatoris, uel ab ea recedere. l. iij. §. ſi
pater. & §. ſeq. ff. de adm. tut. & l. i. ff. ubi pup.
educ. deb. Aret. in l. nemo poteſt. ff. de leg. i.
Puto tamen in caſu noſtro ſi iudex admitte-
ret talem reſponſionē, quòd deberet in actis
apponere cauſam, ne aliàs teneretur in ſyn-
dicatu, prout in ſimili dicit Bart. in l. Lucius.
in fi. ff. de his qui not. infa. & Felin. in c. de cæ
tero. in iiij. col. de te iud. & in c. licet cauſam.

27 extra de probat. Amplia nunc supradicta,†ut
quando aliquis debet respōdere simpliciter,
si respondeat condinionaliter uel cum quali-
tate, ita actus est nullus, ut iudex non debeat
pati quòd responsio ista ponaṫ in actis. ita di-
cit notab. Bal. in c. dudū. ij. in antepen. col. de
elect. & fa. gl. in l. i. in uerb. libellis. ff. de offic.
assess. Nam puto istud dictū uerū, ex quo in-
terest rei ut ponaṫ propter alleuiandā pœnā,
per dictū Abb. in c. auditis. de præscript. & ā
28 dixi. Ex isto tex. infert hîc etiā Ang.†si aliquis
negauit positionē, quo casu nō potest se fun-
dare super ea, c. ex eo. de reg. iur. lib. vi. nun-
quid ad finem ut possit se fundare, poterit re-
uocare negationē? Et dicit Ang. quòd sic in-
continenti, per istum text. aliàs ex interuallo
non posset, nisi sub prætextu erroris, ut dicit
Bar. in l. post legatū. in ult. col. ff. de his qui. ut
indig. Et adde, ꝙ si positio in se erat intrica-
ta uel obscura, præsumiṫ error absq; alia pro-
batione, ut dicit Gemin. xxv. distin. §. crimi-
nis. & c. erit autem lex. iiij. dist. Sed quomo-
do dicetur incontinenti reuocare? Rom. hîc
& Aret. dicunt quòd non dicetur incontinen
ti, ubi pars acceptauerit. alleg. Baldū in l. Gal
lus. §. quidam rectè. ff. de lib. & posthu. Idem
uideṫ esse ubi negatio redacta sit in scriptis.
ita tenet And. Sicul. hîc per gl. in l. rura. C. de
omni agro deser. lib. xi. ubi Nicol. de Neap.
Aduerte, quia aliud uult gl. in c. fi. de iureiu.
lib. vi. ubi dicit quòd non sufficit esse factam
in scriptis, ad hoc ut non possit reuocari, sed
debet esse redacta in actis: tunc enim est irre-
uocabilis. & ita tenent ibi Doct. Ego tamen
puto quòd etiā si sit redacta in actis, quòd in-
continenti poterit reuocari: sicut uidemus ꝙ
dicta testium sunt de actis, & tamen si testis re
uertatur inconninenti, potest corrigere dictū
suum. c. præterea. de test. cog. Bart. in l. repe-
ti. ff. de quæstio. & ita uidetur uoluisse Io. de
Plat. in d. l. rura. Idem si negatio fuerit gemi-
nata. arg. gl. in Clem. cum à repulsione. de ap
pell. & ita firmat And. Sicul. hîc. Est uerum
quòd gl. per eum allegata non bene probat
istam opin. prout etiam dicūt moder. in l. ꝗd
iussit. in iij. col. ff de re iud. & magis probatur
per ea quæ dicunt Doct. de uirtute gemina-
tionis, de qua in l. balista. ff. ad Trebel. & Bar.
in l. cum scimus. C. de agri. & censit. lib. xi.

In gl. in uerb. uitiatam. Ista gl. expediṫ in §.
pen. j. ead. l. & ibi dicemus de materia princi-
pali istius gl. In ea. ibi, sed si simpliciter respō
deat, ad omīa uideṫ respōdisse. §. præterea. In
stit. de inutil. stipul. notat hîc Bar. in l. oppos.
29 †quòd talis intelligitur responsio, qualis præ
cessit interrogatio. Ad idem facit l. si defen-
sor. §. qui interrogatus. ff. de inter. actio. & l.
quæro. §. fi. ff. de ędil. edict. ad idem quod not.
Soci. consil. ciij. col. pen. in iij. uol. ubi uult, ꝙ
si quis ponat quòd tempore cōtractus habui
sti notitiam codicillorū & cōtentorum in eis:
si respondeas te credere quòd habueris noti-
tiam codicillorum, intelligitur tempore con-
tractus. faciunt plura similia relata per Felin.
in c. inter dilectos. in v. col. de fid. instr. & Ias.
in l. pen. ff. de iustit. & iur. col. ij. Cōtra præ
dicta obstat quod notabiliter uoluit Bar. in l.
si cui. ij. ff. de lega. i.†ubi si interrogo te quòd 30
cognoueris carnaliter Bertam uxorem Titij,
& tu respondes quòd cognouisti dictam Ber
tam, non uideris confessus quòd sit uxor Ti-
tij. & idem tenet Bal. ibi, & Io. de Ana. in rub.
extra de adul. & Mathes. not. xxxiij. Puto pro
resolutione esse faciēdos duos casus. Primus
est, quando dicitur in responsione quòd co-
gnouit dictam Bertam, tunc censetur confes
sus omnia secundum formā positionis: quia
responsio declaratur secūdum interrogatio-
nem. & ita tenet Raph. Com. Alex & alij in
d. l. si cui. & est cōmunis opin. ut dicit ibi Ias.
& Feli. in c. nónne. in ij. col. de pręsum. Nam
illa dictio, dictam, refertur ad omnia, tam re-
spicientia substantiā, quàm qualitatem, ut di
cit Aret. consil. cliij. in ult. col. Aut simplici-
ter respondet quòd cognouit Bertam, & tūc
non censetur confessus illam qualitatē, quòd
sit uxor Titij. & ita potest saluari Bar. & Bal.
in d. l. si cui. cum simil. & hoc tenet Specul. in
tit. depositi. §. vij. uers. vi. Mathes. in d. notab.
xxxiij. Aret. in l. gerit. in iij. col. ff. de acquir.
hæred. Alex. consil. xlij. in v. uol. Corn. cons.
cviij. col. pen. in prin. Et facit, quia cōfessio in
dubio interpretanda est in fauorē cōfitentis.
l. si quis intētione. ff. de iud. Nec obstat ꝗd di
cit Bart. ibi in ult. quæst. quòd respōsio inter-
pretanda sit secundum interrogationē, ut ui
deatur respondisse ad interrogata: quia satis
uidetur respōdisse ad interrogata, qui respō-
det ad substantiam, licet nō ad qualitates: un-
de sibi imputet ponēs, qui debuit facere duas
positiones, iuxta gl. in c. ij. de cōfess. lib. vi. nō
autem unam duplicem. Habes ergo primā li
mitationē,†quòd responsio positionū debet 31
interpretari secundum interrogationē. Illud
est uerum quo ad substantiā, non ut censean
tur repetitæ qualitates, etiāsi ualde pertinen-
tes ad negocium, ut ibi: quia nisi illa fuisset u-
xor, nō fuisset adulteriū, & consequenter nō
potuisset puniri ex illa inquisitione. Et ratio
est ut dixi, quia cōfessio interpretatur secun-
dum intentionē cōfitentis, ut etiam per Bar.
in l. is qui reus. in pen. col. ff. de pub. iudi. Se-
cundo fallit, quādo in positione esset aliquid
extrinsecū & impertinens uel adiectū causa
demonstrationis, tunc enim nō uidetur quis
illud confiteri, etiam si apposuisset illud uer-
bum, dictam. ita uideṫ uelle Mathes. in d. no-
tab. xxxiij. & facit l. fin. §. Titia. ff. de lib. lega.
ubi dicit Bart. quòd clausula refertur ad id ꝗd
principaliter in dispositione narratur, nō ad
ea quæ adduntur demonstrationis causa.
Confirmatur etiam, quia licet ista dictio, di-
ctam, referatur etiam ad qualitates, debet in
telligi de qualitatib. requisitis ad ipsam dispo
sitionē, nō de impertinentib. uel extrinsecis.
arg. l. Seio. §. medico. ff. de ann. leg. & l. noua-
tione. ff. de nouat. Tertio limita, ut in dubio
responsio interpretetur, ne respondens inci-
dat in

dat in contrarietatē,& ne aduersetur alijs per se dictis, etiā si talis interpretatio non conueniret in totum interrogationi, secundū Cor. consil. cviij. col. pen. in prin. allegat Bald. in l. cum falsa. C. de fur. & fact. ig. Quarto limita, ut quādo ex tali interpretatione resultaret magnum præiudicium parti, nunquā in respōsione censeatur repetita persona de qua in interrogatione, secundū Bar. & Bal. in l. i. C. de diuer. rescript. quod dictum est uerum in casu suo. Et sic remanet expeditus iste notab. §. si quis simpliciter.

1 *Quid sit dubium.*
2 *Diuersitas qualitatis uitiat stipulationem.*
3 *Si dico, promittis mihi decem? & tu respondeas, promitto uiginti, quid iuris.*
4 *Summa minor inest maiori.*
5 *Forma mandati est diligēter attendenda, nec trahenda ad casus non expressos.*
6 *In dispositione quantumuis odiosa, semper uerba intelliguntur quatenus ex proprietate uocabuli possunt cōprehendere.*
7 *Expressum facit cessare tacitum.*
8 *Manifestissimum quid dicatur.*
9 *Inesse etiam dicuntur quæ per fictionem insunt.*
10 *Actus uitiatur ubi aliquid additur formæ.*
11 *Interpretatio legis præualet proprietati uocabuli.*
12 *In maiori summa negatiuè prolata non inest propriè minor.*
13 *Minor summa inest maiori affirmatiuè prolatæ.*
14 *Verbum significatiuum maioris summæ, non comprehendit minorem ex proprietate uocabuli. & num. 15. 16*
17 *Protestatio in actibus dependentibus ex mera uoluntate contrahentium, quamuis contraria facto, tamen præualet. & num. 18. 19. 20*
21 *Si plures æstimatores uariè referunt, non statur minori summæ.*
22 *Sententia lata in diuersis capitulis ut ualeat.*
23 *Si tibi promitto, me non centum petiturum, non potero nec minorem summam petere.*
24 *Interpretatio semper debet fieri ne actus fiat elusorius.*
25 *Iudex habens iurisdictionem in causis usq; ad CC. non potest cognoscere in causis infra centum.*
26 *In mandatis summa minor inest in maiori. & num. 27. 28. 29.*
30 *An mandans alicui ut extra plateam aliquē percutiat, & is percusserit in platea, teneatur.*
31 *In stipulatione requiritur, ut interrogatio & responsio concordent pro forma.*
32 *Contractus indiuidui qui dicantur.*
33 *Nunquid in sententia maior numerus contineat minorem. & num. 34. 35*
36 *Si testis unus deponat, me tibi mutuauisse decem, alius dicat quinq;, an minor summa sit probata.*
37 *Testes diuersi non probant, quia præsumuntur singulares.*
38 *Si cōstet testes diuersos in summa mutuata deponere de eodem actu, an probent minorem summam.*
39 *Si duo producuntur mandata, in dubio seruabitur quod concedit minorem potestatem.*
40 *Deponentes de minori summa, an uideantur astruere negatiuā de maiore.*
41 *Si unum instrumentum dicat de pluri, aliud dicat de minori, stabitur ultimo.*
42 *Quando positio plus continet debito, an possit in totum negari. & num. 43. 44. 45. & 47.*
46 *An ualeat argumentum, Interrogatio affirmatiua intelligitur de qualibet eius parte: ergo responsio negatiua debet quoque intelligi de qualibet parte.*
48 *An creditor petendo totum, constituat debitorem in mora respectu partis.*

§. SI STIPVLANTI.

Summa & diuide istum tex. ut hîc per alios.
Tu pro intellectu istius §. attende circa ratio-
nem dubitādi; † & uidebatur dubium, ex quo 1
responsio non congruebat in totum interro-
gationi: imò uidebatur diuersitas in qualita-
te, quæ uitiat stipulationem, ut dicit Bartol.
& alij in §. præcedente. Nam si mihi interro-
ganti, promittis decem? respondeas, promit-
to uiginti: si uelim petere decem tanquā pro-
missa, ineptè & impropriè peterem, sed de-
beo petere tanquam debita, ut dicit Bart. in
l. scire debemus, in fin. principij. ſ. eod. unde
resultat differentia in medio concludendi in
libello, quæ differentia ostendit diuersita-
tem, ut per Bart. in l. certi condictio, in prin.
ff. si cert. petat. Iurisconsultus tamen decidit
contrarium: & ratio decidendi est, quia satis
congruit interrogatio responsioni, ex quo
in maiori summa minor inest. Nec obstant
not. in §. præced. quia tex. ibi loquitur in qua-
litate inducente differentiam respectu for-
mæ. Cùm enim contractus stipulationis ha-
beat in se formam uerborum, dicitur indiui-
duus: unde interrogatio & responsio debent
uerificari eodem tempore, nec possunt stare
in pendenti, ut ibi dixi; † meritò illa diuersi- 2
tas qualitatis ex quo inducit peccatum in for
ma, uitiat stipulationem; sed in casu isto re-
sponsio statim congruit interrogationi, un-
de non uitiatur stipulatio in eo, in quo con-
gruit.

In text. ibi, non esse contractam obligatio-
nem. Nota primò, † quòd si dicam, promittis 3
mihi decem? & tu respondeas, promitto ui-
ginti, ualet stipulatio nisi in decem; respectu
uerò aliorum decem non est contracta obli-
gatio, & sic nec ciuilis, nec naturalis. per gl.
Instit. de oblig. in prin. Ad idem facit textus
in §. subseq. ibi, pro superuacuo habendum.
& text. in l. si tibi decem. ff. loca. Contra istud
fortiter facit, quia si promitto tibi aliquid ex
causa lucratiua, quo casu loquitur iste text.
secundum Bart. hic, quamuis tu taceas, ori-
tur obligatio naturalis; quia præsumeris ac-
ceptare. l. qui patitur. ff. manda. cum similib.
& firmant moderni in rubrica suprà eod. ubi
dicunt tali casu contrahi pactum, non polli-
citationem. Et ex hoc infertur, quòd istud pa
ctum deberet uestiri cohærentia contractus,
l. petens. C. de pactis. & l. lecta. uersic. dice-
bam. ff. si cer. petatur. quod tamen textus ne-
gat. D. Mathesil. in not. xxvij. respondet ad
istud obiectū, quòd in casu nostro iste stipu-
lans non uidetur habuisse animum paciscen
di, & quòd actus ualeret partim in uim stipu
lationis, & partim in uim pacti. arg. l. iam hoc
iure. ff. de uulg. Socinus in §. si quis ita. ſ eod.
reprobat istam solut. per gl. in l. rogasti. §. si
tibi. ff. si cer. pet. ubi idem Socinus hoc tenet:
nam si mutuo decem, pacto apposito, ut red-
das undecim, in illo uno pluri inest pactum,
& sic obligatio eadem difformiter accipitur,

Ias. in §. seq. respõdet, quòd ibi ex quo impos-
sibile erat quòd obligatio cõtraheretur ultra
decem, l. si tibi decẽ millia, ff. de pact. in illo u-
no qui superest remanet pactũ nudũ: sed in
casu nostro possibile erat, quòd obligatio cõ
traheretur ultra decem, puta subsecuta cõpla
centia. Sed ista ratio nõ concludit: quia non
redditur ratio, cur ista possibilitas debeat fa-
cere ut non oriatur pactum: nam si compla-
centia secuta non tollit quin sit pactum, quia
in stipulatione inest pactum, l. i. in fi. ff. de pa
ctis. certè possibilitas quòd subsequatur cõ-
placentia non debet illud tollere, arg. l. Iulia-
nus uerum debitorẽ. ff. de cond. indeb. Qua-
re tu dic, quòd in d. §. si tibi. accessit expressus
consensus utriusq; partis: sed in casu nostro
adest tuisi præsumptus, quia ex quo tendit in
utilitatem, tacens præsumitur acceptare. d. l.
qui patitur. quæ pręsumptio cessat in casu no
stro, per fundamentũ Mathesil. quia non est
uerisimile quòd stipulans uoluerit facere a-
lium cõtractum. d. l. iam hoc iure. Est uerum
quòd ista ratio est multũ dubia, tenẽdo cõmu
nem intellectũ ad §. si quis ita. ĩ. eod. dum uo-
lunt Doct. quòd si ego interrogẽ te, promit-
tis centum: nõ per hoc arguit̃ magis uolũtas
quòd uoluerit stipulari, q̃ pacisci. Vnde pro
resolutione posses dicere, tenendo opin. quã
tenui in rub. ĩ. eod. quòd iste tacens nõ uidea
tur consentire, sed talis contractus sit pollici-
tario, non pactum: quod etiam uoluit Bal. in
l. i. C. de pact. Vel etiam sequendo cõmunia
potes dicere, in casu nostro non censeri taci-
tè consensum per stipulantem: quia interro-
gatio de minori summa simpliciter prolata,
habet in se taxatiuam. l. pen. §. fin. ff. de actio.
empt. Paul. de Cast. Alex. & Ias. in d. l. roga-
sti. §. si tibi. Et sic cessant ista obiecta [a]. Et dato
etiam quòd in casu nostro obligatio natura-
lis oriretur, nõ tamen tale pactum uestiretur
cohærentia contractus, ex quo non daret le-
gem contractui, sed esset æquè principale, ut
declarat Bart. in l. si tibi decem millia. ff. de pa
ctis. Et ista ratio est melior ea, quã dicunt mo
der. hic, quòd istud sit ne duæ fictiones simul
concurrant. Prima, quòd tacens uideatur cõ
sentire. Secunda, quòd pactum insit contra-
ctui; istud enim est per fictionem. d. uers. dice
bam. Nam istud confunditur per tex. in l. hæ
reditatẽ. ff. de donat. ubi Ioan. de Imol. & Ro
ma. notant, quòd pactum pręsumptum uesti
tur cohærentia contractus. Secundo not.
4 † quòd ex proprietate uocabuli minor sum-
ma inest maiori, prout tenent cõmuniter Do
ctores hic, & probatur in isto tex. in uerb. ma
nifestissimũ. & in uerb. inesse. tale enim uer-
bum denotat proprietatẽ. l. mercis. ff. de uer.
sig. & eodem modo inducunt̃ hic per Ias. tex.
in l. qui quartã. ff. de leg. i. & in l. si quis cũ to-
tum. ff. de except. rei iud. & l. qui concubinã.
§. i. ff. de leg. iij. Et confirmat̃ ista opin. secun-
dum Aret. per tex. in l. iij. §. si quis plus quàm
iussus. ff. de stat. lib. iuncto eo, quòd cõditio-
nes debent impleri specificè, & sic propriè. l.

[a] *Vel fortè posset dici sustinẽdo Mathes. quòd stipulatio non ualet tanquã pactũ quo ad superadditum in responsione, quia peccauit i forma, ex quo quantũ ad illud superadditum non præcessit interrogatio: & i isto textu apparet cõtrahẽtes uoluisse stipulari, ut probatur in primis uerbis, ibi, si stipulanti &c. §. si quis ita. ĩ. ea. l. ubi per eundem D. meum in vj. conclus. Et pro Mathesil. etiã facit, quia ex eodẽ facto nõ possunt oriri plures cõtractus, ut dicit Bar. et sequuntur alij in l. ij. in pri. ff. si cer. pet.*

qui hæredi. ff. de cond. & dem. & eandem opi
nionẽ tenet Soci. hic, per rationes de quibus
hic per eum. Contrariũ tenet Io. de Imol. hic,
& Gemi. in c. cum de nõ sacerdotali. de præb.
lib. vi. per illũ text. ubi si Papa mandet proui-
deri alicui de integra præbenda, non potest il
li prouideri de dimidia: & si mandat prouide
ri de præbenda de centum, non poterit proui
deri de quinquaginta, etiam eo uolente. Et
ratio est secundum tex. † quia forma mandati 5
diligenter est attendenda, nec trahitur ad ca-
sus non expressos. Nec ad illum text. est bo-
na responsio Soci. & Ias. hic, dicentium quòd
procedit in odiosis. c. quãuis. in prin. eod. tit.
quia ille tex. non fundat se super odio, sed su-
per regula, quòd forma mãdati est attenden-
da, & quòd talis casus nõ est expressus: quod
esset falsum si ex proprietate sermonis conti
neretur, ut per Bart. in l. prætor ait. ff. de ope.
no. nunc. † Præterea in qualibet dispositione 6
quantumuis odiosa, semper uerba intelligũ-
tur quatenus ex proprietate uocabuli pos-
sunt comprehendere. l. cum lege. ubi Aret. ff.
de testa. facit quod not. Bar. in l. si constante.
in ix. q. principali. ff. sol. matri. Et sic uidetur
uerior ista secunda opinio, quæ & secũdo cõ
firmatur per text. in l. inter stipulantem. §. si
stipulante. in uerb. uidetur. ĩ. eod. Tertio pro-
batur per text. in c. i. de arbit. lib. vi. ubi si duo
arbitri condemnant in decem, & tertius in
quinq;, expresse non dicuntur consentire in
illa quinq;, sed tacitè tantùm, unde præualet
sententia de decem, † quia expressum facit ces 7
sare tacitum, ut dicit Ioan. de Imol. Iacob. de
Put. & alij cõmuniter in l. inter pares. ff. de re
iud. ita intelligentes text. in d. c. i. Quarto pro
batur ex doctrina Bart. in l. scire debemus. ĩ.
eod. ubi si petas minorem summã, & probes
maiorem tibi fuisse promissam, non sustine-
tur libellus nisi ex improprietate sermonis.
Et hoc tenendo non obstant allegata in con-
trarium: & primò text. noster in uerb. mani-
festissimũ. & in uerb. inesse. † quia illud dici- 8
tur manifestissimũ [b], quod uenit solùm ex in
terpretatione legis & coniecturis. l. in tem-
pus. §. fin. ff. de hæredib. instit. l. si constante.
in prin. ff. solut. matrim. † Item illa dicuntur 9
inesse, quæ per fictionem insunt. Istud pro-
batur ex l. lecta. uers. dicebam. ff. si cert. peta.
ubi pacta iuxta contractũ inesse uidentur cõ-
tractui, & tamen lex simpliciter dicit quòd in
sunt. l. iurisgentium. §. quinimò. ff. de pactis.
Item probatur in l. i. in fin. iuncta l. conditio-
nes quæ extrinsecus. ff. de cond. & demonst.
Non obstant iura allegata per Ias. dum pon-
derat uerbum, est, tanquã denotans proprie-
tatem: quia etiam significat illud quod nõ ue
rè est, sed ex interpretatione legis, ut per Bal.
in l. quæ fortuitis. in iij. col. C. de pig. actio. &
per Ias. post alios in l. cætera. §. item quærit. in
iiij. notab. ff. de lega. i. Item potest responderi
aliomodo, ut ĩ dicam saluando cõmunem.
Non obstat text. in d. §. si quis plus quàm ius-
sus, quia Ias. hic respondet quòd conditiones
satis

[b] *Adde tex. in l. licet Imperator. ff. de leg. i. ubi manifesta uoluntas dicitur quæ per cõiecturas probatur.*

satis propriè dicuntur impleri, si implean-
tur in forma ampliori. l. si quis mihi bona. §.
si mandauit. ff. de acquireoda hæred. Ista ta-
men responsio est dubitabilis, quia tex. in §.
si mandauit. loquitur in actu respiciente effe
ctum: sed tex. in d. l. iij. loquitur in actu respi-
ciente modum, inter quos casus est magna
differentia, ut declarat Bart. in l. Gallus. in §.
& quid si tantum, ff. de lib. & posthu. Et con-
tra istam solutionem est regula quam firmat
Iasoo in l. nemo potest. ff. de legat. i. in prima
oppos. Bart. & idem tenet in l. i. in vi. col. ff.
de lib. & posthu. & Felinus in c. cum dilecta.
in xij. col. uers. amplia primo, de rescript. ubi
10 dicunt,† quòd actus uitiatur ubi aliquid addi-
tur formæ. per textum in l. diuus. §. licet. ff. de
iure codicill. Sed tu dic istud procedere in
forma tradita à lege, non autem à contrahen
tibus, uel ab homine. per Bal. in c. dilecti. de
maior. & obe. & per Aret. in l. patris & filij.
io ij. col. ff. de uulg. & pup. dicam io §. seq. Nō
obst. quod Soci. dicit, quòd oisi cōoneretur
propriè, ista regula non haberet locum in sti
pulatiooib. nec in sentētijs. l. quicquid astrin
gendæ. ſ. eod. Nam respondeo, ꝙ imò ea quæ
ueniunt ex interpretaoone legis, habent lo-
cum in contractib. & in sententijs. l. & puto,
11 ubi gl. ff. fa. ercis.† imò prēualet interpretatio
legis proprietati uocabuli. l. si stipulatus. ff.
de usur. l. insulam. ff. de præscript. uer. l. si tibi
pecuoiā. ff. si cert. pet. Nō obst. tex. in c. plus.
de reg. iur. pooderando uerbum, cōtinet, ꝙd
significat proprietatem uocabuli, secundum
Bar. in l. cui eorum, §. affinitates. ff. de postu.
quia illa doctrina Bar^a. cōmuniter non tene-
tur, & eam reprobat Aret. Ias. & Socin. in l.
Gallus. §. forsitan. ff. de lib. & posthu. Ias. in l.
emancipata. C. qui admit. Feli. in rub. de fid.
instr. in iij. col. & idem satis uult Bar. in l. libe
rorū. uer. secundo principaliter est uidendū.
in fi. ff. de uerb. sig. In ista ergo materia pro
12 resolutione fac tres conclusiones. Prima:† In
maiori summa negatiuè prolata, minor non
inest propriè, sed tantum ex interpretatione
legis, ut tenet Cyn. & Ray. hîc, & Bald. in l. si
unus. §. si cum mihi. ff. de pac. & in hoc nemo
13 discrepat. Secunda est:† Minor summa inest
maiori affirmatiuè prolatæ, ꝓpriè, quia sine
ea ad maiorē perueniri non potest. & ita pro
14 cedit cōmunis opi. hîc. Tertia:† Verbum si-
gnificatiuum maioris summę, puta centum,
ex proprietate uocabuli nō cōpræhendit mi
norem, puta quinquaginta. & ita procedit o-
pin. Gemi. in d. c. cum de nō sacerdotali, sed
ex ioterpretatione est secus. Et ista inferunt
ad quęst. Aliquis prętendit se habere ius cō-
fiscationū quę fient in tali castro de quioqua
ginta solidis, & probat ex instrumento sen-
tentiæ uel transactionis, in quibus uerba stri
15 ctè intelliguntur.† Pone cōmissum est delictū,
cuius pœoa ex forma statuti est centū solido
rū, nunqd debebit habere quioquaginta, &
illud ꝙd est supra spectat ad principē? Cyn. et
Bal. in l. ij. C. de sport. tenēt ꝙ sic, per illū tex.

a Adde Ias. in l. ij. §. & barū. in ult. col. ſ. e.

quæ decisio est uera in casu suo, in quo erant
uerba concepta, ꝙd haberet usq; ad quinqua-
ginta: & sic statutū nō cōsiderabat præcisam
cōfiscationē. Sed in casu nostro puto contra-
riū, per tex. in d. c. cū de nō sacerd. & per supra
dicta. Et istud uerum, nisi ex cōsuetudine uel
forma statuti nullū delictū esset quod punire
tur in quinquaginta: quia ne istud instrumē-
tum reddatur elusoriū, intelligentur io eo uerba
etiam lata significatione. d. l. & puto^b.

b Fa. c. si à sentē tia. &c. si ciui tat. de sent. ex cōm. lib. vj.

In gl. in uerb. nō erit. ibi, solebat stipulatio.
Ista sol. in se est uera, sed diuinat ad tex. in d. §.
præterea. unde respōde ut hic per Bar. repro
bato intellectu Porc. ibi, ut hic per Ias. Pro re
solutione huius materię tu primò fac regulā,
ꝙ in maiori summa minor inest. text. est hîc.
Amplia, siue sit pars discreta, siue quotatiua.
per text. in l. qui quartā. ff. de leg. i. Adde idē
esse in parte collectiua, ut per Bar. in §. fi. ſ. ea.
l. Idem etiā est io parte integrali, ut per Bar. in
l. qui usumfructū. ſ. eo. Limita primò secūdū
hāc gl. quādo pars protestatur ꝙ præcise intelli
git de summa maiore, & ꝙ nō aliter intendit
obligari. ad idem gl. in l. si ita stipulatus fuerit
hāc. ſ. eo. & fa. l. cū in testamēto. ff. de uer. sig.
Ex hoc infert hic Ang. ad quæst. Si tres arbi-
tri sunt, & unus iudicet in quindecim, alius in
decē, alius in quinq;, clarū est ꝙ ualebit sen-
tentia io quinq;. l. dic proferre. §. si plures. ff.
de arbit. c. i. de arbit. lib. vi. Quid si arbiter pro
testatus est ꝙ cōdemnat in quindecim, & nō
minus? uel ꝙ intendūt ꝙ io maiori summa nō
insit minor? Ang. Alex. Aret. hic tenēt quòd
nō ualebit sentētia in quinq;, per istā gl. imò
nulla ualebit, ut hic per eos. & idem etiam te-
nuit Spec. in tit. de arbi. §. fi. in ij. col. Paul. de
Cast. Lud. Ro. & Alex in l. inter pares. ff. de
re iud. Et cōfirmatur, quia ex tali protestatione
indicatur uolūtas istorū arbitrorū, per quam a-
ctus fit indiuiduus, ut dicit Bar. in l. græcè. §.
illud. ff. de fideiuss. & in indiuiduis ista regu-
la nō procedit, ut per Bar. in l. fi. ff. de iur. om.
iud. & ſ dicā. Contrariū tenet gl. ord. in c. i. de
arb. lib. vi. ubi Gemin. & alij eam sequuntur. Idē
cōsulendo tenuit Raph. Co. cōs. xvij. Hiero.
in i. col. Raph. Co. & Iac. de Put. & Ias. in d. l.
inter pares. Lanf. de Oria. in tract. de arbit. in
xij. q. Ias. & moder. hîc: & puto ꝙ ista opin. sit
uerior. Et aduertendū est, ꝙ etiā si teneamus
ꝙ in maiori summa insit minor propriè, tamē
partes cōtrahentes possunt impropriare uer-
ba, & ponere unū pro alio, & attenditur solū ꝙd
agitur, nō aūt uerba. l. insulā. ff. de pręscrip. uer.
& ideo in contractib. si pars nolit ꝙ in maiori
summa cōtineatur minor, licet ex ui uerbi cōti
neatur, tamē attenditur uolūtas ipsorū. & ita pro-
cedit hæc gl.† In sentētijs uerò est aliud: qa li- 16
cet attendatur etiā mens iudicis, tamē nō atten
ditur quādo repugnat uerbis, imò attenduntur
uerba. l. ab executore. ubi not. ſ. de appell. l. ij.
C. de sent. ex peri. recit. unde non potest arbi
ter ex post facto alterare sententiā latam etiā
declarando, ut dicit Spec. in d. §. fin. in pen.
chart. Facit^c,† quia protestatio in actibus 17

c An & quādo factum præua leat dicto uel protestationi, uide per Bal. in l. si tam an- gusti. ff. de ser uit.

dependentibus ex mera uoluntate cõtrahen
nium, q̃uis contraria facto, tamen præualet. l.
ſi quis. in prin. teſtamenti. ff. de lega. iij. Abb.
& moder. in c cum M. Ferrarien. de cõſtit. &
ita procedit hæc gl. quæ loquitur in contractĩ
bus, qui ex uoluntate contrahentiũ legem ac
cipiunt. l. pacta conuenta. ff. de cõtrah. empt.
Si uerò facta ſit in actibus non dependentib.
ex uoluntate, ſed ex diſpoſitione iuris, tunc
proteſtatio nõ præualet, ſed actus. Ang. in l.
iuriſgentiũ. §. quod ſerè. ff. de pact. Bald. in l.
ut debitum. C. de hæred. actio. Pro eadem o-
pin. etiam facit, quia ſi arbiter condemnat in
quindecim, intelligitur præciſe condemnare
ut non ſint minus quindecim. l. cum in teſta-
mento. ff. de uerb. ſig. unde ſoluendo decem,
reus non liberaretur. l. quidam æſtimauerũt.
ff. ſi cert. pet. Si ergo dicat, cõdemno in quin-
decim & nõ minus, exprimit illud quod taci-
tè ineſt, & talis expreſsio nihil debet operari.
18 l. iij. ff. de leg. i. †Nõ obſtat fundamentũ Aret.
dum dicit, quòd ex quo proteſtatio eſt in ea-
dem oratione cum facto cõtrario, actus in to
tum annullatur propter repugnantiam. l. ubi
repugnantia. ff. de reg. iur. & Bart. in l. non ſo
lùm. §. morte. in ij. artic. proteſtationis. ff. de
oper. no. nunc. & in l. fin. §. i. ff. de cond. inde.
quia contrariũ eſt uerum, & non uitiatur niſi
alterũ, ut dicit Alex. & alij in l. ſi ita aſcriptũ.
ff. de leg. i. Ang. in d. §. quod ſerè. & d. l. ubi re
pugnantia, loquitur in contrarietate ſcriptu-
rarum, nõ autẽ ubi factum repugnat prote-
ſtationi. Non obſtat quòd ex tali proteſtatio
ne declaretur uoluntas, per quam actus ſit in
diuiduus: quia iſtud procederet in contractu
merè uolũtario. Sed nos loquimur in laudo,
cuius declaratio nõ eſt in mera facultate ipſo
rum arbitrorũ, ut ſ deduxi. Et ſic remanet de
clarata una ampliatio ad d. §. ſi plures. quẽ li-
mita duobus modis, de quibus hîc per Aret.
& uide Feli. in c. cũ inter. in ult. col. de re iud.
19 †Secũdo limita ut prædicta regula procedat
in actib. lucratiuis, ſecus in cõtractu oneroſo,
per tex. in l. ſi decẽ. ff. locati. Bar. & Doct. hîc,
& Alex. cõſ. xviij. in i. col. uol. i. Sed cõtra iſtã
limitationẽ facit primò iſte tex. qui nimis re-
ſtringitur, & qui debet intelligi etiã in cõtra-
ctu oneroſo, ex quo loquitur in ſtipulatione
conuentionali, quæ quidẽ ſtipulationes acce
dunt omnibus contractibus etiam nõ lucrati
uis. l. v. §. i. j. eod. Secũdo obſtat text. in l. cum
furti. ff. de in lit. iur. Nam iuramentũ in litem
quando defertur agenti cõtra furem, dicitur
deferri ex cauſa oneroſa, quia datur ad reſar-
ciendum damnũ, & tamen in tali materia ha-
bet locum d. regula. Tertio obſtat tex. in d. l.
diem proferre. §. ſi plures. ff. de arbit. & l. inter
pares. ff. de re iudi. ubi in ſententia & in lau-
do procedit dicta regula, & tamen ibi nõ agi
tur de materia lucratiua, ſed potius oneroſa,
quia poteſt eſſe dãnoſum & præiudicare par-
ti. Nec eſt bona ſolutio Iaſ. quòd in ſententijs
nõ tractetur de uериſimili præiudicio partiũ,
ex quo præſumitur pro ſententia. l. Heren-
nius. §. Gaia. ff. de euict. quia iſtud procede-
ret quando ſententiæ ſimul concordant in to
tum, non autẽ in caſu noſtro, ubi diſcordant:
quia nõ uidetur ratio cur magis præſumatur
pro uno quàm pro alio: imò ex quo unus iu-
dicauit in plus, alter in minus, ſe inuicem im-
pediunt reſpectu iſtius præſumptionis. arg.
l. diuus. ff. de in integ. reſtit. Nec etiã reſpon-
ſio Salic. in l. hac edictali. §. his illud. C. de ſec.
nupt. eſt bona: quia cùm dicit illud eſſe in ar-
bitris qui ſunt electi ad abſoluendum uel cõ-
demnandum, & ſic ad aliquid noui inducen-
dum, q̃uis eſſet præiudiciale partibus: iſta cõ
ſideratio nõ eſt uериſimilis, & poſſet procede
re ſolùm data concordia omniũ: ſed ubi ſunt
diſcordes, hæc ratio nõ eſt cõcludens. †Qua- 20
re tu pro reſolutione declara iſtam limitatio-
nem Bart. ut prædicta regula nõ procedat in
contractu oneroſo, quando pars læderetur,
quia ſit diſproportio numeri ad æſtimationẽ
rei, ita dicit Bald. conſil. cccvij. in primo. & in
rub. extra de arbit. Bal. Fulg. & Salic. in d. l. ſi
decem. & Bald. in l. i. C. de ſent. quæ ſine cert.
quant. profer. in i. col. Bald. & Fulg. in d. §. ſi
plures. & fa. l. Imperator. §. ſi centum. ff. de le-
ga. ij. Et hoc modo etiã ſuſtinetur deciſio Sa-
lic. in d. §. his illud. †ubi ſi plures æſtimatores 21
uariè referunt, nõ ſtatur minori ſummę, quia
ſequeretur præiudiciũ parti. Eſt uerũ, quòd
dum dicit eſſe ſeruandum modum traditum
in l. ſi fundum. cum l. ſeq. ubi idem Salicet. ff.
man. Nõ puto quòd ſit uerum, quia reſultat
eadem diſproportio, de qua in d. l. ſi decem.
Tertio limita, quando plus & minus differũt
qualitate ſecundum Bartol. hîc, per text. in §.
præced. & eſt gl. in c. plus ſemper. & in c. cui
licet. de reg. iur. lib. vi. Contra hanc limitatio-
nem opponũt hîc moder. quòd uinum uetus
diſtat à nouo in qualitate, ut dicit gl. & Bart.
in l. cum quid. ff. ſi cert. pet. & tamen in eo ha-
bet locum regula, quod optimũ eſt, utiq; bo-
num eſt, l. ubi autẽ nõ apparet. j. eod. Sed re-
ſponde, quòd iſta qualitas non inducit diffe-
rentiam in ſubſtantia. l. in uenditionib. ff. de
contrah. empt. quod ſecus eſt in §. præced. Se
cundo obſtat l. ex eo. C. de agen. in re. lib. xij.
Sed reſpõde ut ibi per Dd. & per moder. in c.
cum nõ ab homine. de iudi. Et ex hac limita-
tione infertur, quòd ſi unus arbiter condem-
nauit reum ad ſoluendũ infra tres menſes, a-
lius infra quinq;, alius infra decem, quòd nõ
ualeret ſententia alicuius. ita dicit Bald. in l. i.
C. de ſent. quæ ſi. cert. quan. in prin. & Archi.
hîc: plus eſt enim ſoluere infra tres menſes,
quàm in longiore termino. l. ſi ſtipulatus fue
ro decẽ uel quindecim. j. eo. †Sed quid ſi ſen- 22
tentia lata eſt diuerſis capitulis: puta quia om
nes arbitri abſolutè condemnauerũt in cen-
tum, & deinde alio capitulo taxauerunt rem
pus, in quo fuerũt diuerſi. Puto quòd ſenten
tia in centũ ualeret, per doctr. Bar. in l. fin. ff.
de iur. om. iud. & ita poteſt ſaluari opin. Lud.
Rom. hîc, pro quo fa. gl. in c. ſicut dignũ. in
fin. de homic. & ſic ſolùm cõpromittendum
erit

erit super dilatione, unde poterit creditor ne
litiget expectare ultimū terminū, arg. gl. in c.
cum cessante. de appell. Et ex hac limitatione
etiā infertur ad id q̃d dicit Bal. in l. i. C. de te-
sta. ubi uult, quòd si aliquis testis deponat, ꝙ
uiderit Titiū à tali tempore per x x x. annos
possidere, alius per x annos, probata est pos
sessio, quia sunt cōcordes in x. & sic in mino
ri tēpore. Et ratio est in isto casu, quia minus
tēpus nō inducit diuersitatē in substātia obli-
gationis. Quarto limita, quando maior sum-
ma proferť negatiuè per modū eiusdē enun-
ciationis seu conditionis. per tex. in l. si is qui
ducenta. §. utrū. ff. de reb. dub. & ita transeunt
Bar. & alij hic, & uoluit Bart. inducere illum
tex. in uerb. proinde. à contrario sensu, qui ta
men nō bene probat, licet cōclusio sit in se ue
ra. Sed cōtra eam primò obstat, qa si affirma-
tiuè procedit regula, multò magis debet pro-
cedere ubi uerba proferunť negatiuè, ex quo
plus negat negatio, q̃ ponat affirmatio, ut est
gl. in l. hoc genus. ff. de cond. & dem. & fa. gl.
in c. dilectus. in gl. mag. extra de consuet. Ad
hoc respondet Paul. Cast. hic, quòd gl. in d. l.
hoc genus. procedit respectu temporū uel ca
suum: secus in summis, in quibus est diuersa
ratio: quia uno deficiente, uerū est dicere, nō
habeo centū. Sed in casibus, si dicatur, si non
nupseris: si aliquando nubas, non erit uerum
dicere quòd non nupseris, licet steteris mul-
to tempore sine matrimonio. Sed ista solutio
plenè nō satisfacit, quia quod operatur affir-
matiua in suo casu proposito, idem debet ope
rari negatiua in casu opposito. l. fi. §. fin. ff. de
lega. iij. & qui cōtrariorum eadem est ratio,
in auth. ut nō fiant pig. §. i. Vnde tu dic, quòd
in affirmatiua si quis dicat, habeo centum, in-
telligitur integra: quia nō dicitur propriè ha-
bere, qui integra non habet. l. Titia cum testa
mento. §. i. ff. de leg. ij. Quare eodem modo si
quis neget se habere centum, intelligetur in-
tegra: & consequenter nō dicet mendacium,
si habuerit minorē summā. Et ex hac conclu-
sione infert Imol. hic, quòd si iuro tibi me nō
habere centum, q̃uis habeam nisi unum nu-
mum minus, non sum periurus. Secundo ob
23 stat, † quia si promitto tibi nō petere centū, nō
possum neq; petere minorē summam. l. si u-
nus. §. si cum mihi decem. ff. de pac. Respōdet
Bar. & sequunť alij, quòd ibi uerba erant pro
lata per modū ineundæ cōuentionis, quo ca-
su nō procedit dicta limitatio, sed solū quādo
proferunť per modū cōditionis, ut s dixi. Ista
responsio nō uidetur habere rationē diuersi-
tatis: pone enim quòd cùm mihi decem debe
res, legaueris Titio fundū si x x x. ab hære-
de tuo nō peterē, nunquid procedat ille text?
Certè sic, arg. l. quæ de legato. ff. de leg. i. & ta
men prolata est illa summa per modū cōditio
nis. Item cōtra istam sol. obstat. Pone enim ꝙ
inter cōtrahentes dictū esset, promittis nō da
re Titio x x: & tu respōderes, promitto non
dare x. certè nō esset satisfactū uolūtati stipu
lantis, nec ualeret stipulatio. arg. l. cū in testa
mēto. & Cle. ij. de magist. Vnde tu melius re-
sponde[a], ꝙ ideo in d. §. si cū mihi. ille prohibeť
petere decē, ex quo illud pactū de nō petēdo
x x x. habet in se tacitā affirmatiuā; quia ha-
bet effectū liberationis à debito præcedente,
& quis obligatur naturaliter ea nō petere, ut
not. in §. pactus ne peteret. ea. l. Tertio obst. se
cundū Bar. hic tex. in l. si quis cum totū. ff. de
excep. rei iud. ubi in summa negatiuè prolata
in sentētia, minor summa maiori inest: cōclu
dit Bar. & cōmuniter alij, ꝙ istud procedit in
sentētijs & in iudicijs, in quib. pars teneť red
dere aduersariū certū. l. qui solidum. ff. de le-
ga. ij. Ista ratio posset procedere in positi ni-
bus, de quibus ꝉ dicā. Sed in sentētia est alia ra
tio: nam nisi ita diceremus, sentētia redderetť
elusoria. Pone enim ꝙ fuerit iudica ū me nō
debere tibi centū, certè tale iudiciū esset ittu-
nle si posses petere x c i x. Interpretatio au 24
tem semper debet fieri ne actus reddatur elu
sorius. c. in ciuitate. de sent. excō. lib. vi. c. Ro
dulphus. ubi Feli. in ij. col. de rescript. unde si
sententia posset operari, uidereť secus, ueluti
si pronunciatū est talem fideiussorem nō esse
idoneum facultatib. pro summa centū, certè
nō sequitur quin sit idoneus pro minori sum
ma. arg. l. si uerò. §. i. & l. si fideiussor. in prin.
ff. qui satisd. cog. Et facit, quia non uideť esse
differentia inter iudicia & cōtractus, imò ua-
let arg. de uno ad aliud. l. omnē. ff. de iudi. l. li-
cet. §. idem scribit. ff. de pec. Facit etiam, quia
intellectus Bar. ad tex. in d. l. si quis cum totū.
nō multū cōuenit literæ; quia text. nō se fun-
dat super iudicijs, seu quòd pars teneať certi-
ficare aliū, sed quia præcessit petitio, ibi, si qs
cùm totū petijsset: quæ uerba sunt prolata cō
ditionaliter, & sic diligenter attendenda: quia
ut dicit Bal. in auth. matri & aui. cōditio in le-
ge posita nunq̃ importat leuem rationem. se-
quiť Aret. in c. in causis. de testi. & Alex. in l.
fin. in fin. principij. C. de iur. delib. Quare tu
dic, quòd uera ratio est in isto casu, quia præ-
cessit libellus, & sic petitio affirmatiua, in qua
sine dubio maior summa minorē complecti-
tur: unde sententia q̃uis negatiuè cōcepta, de
claratur secundū præcedentē petitionē. arg. l.
ut fundus. ff. cōm. di. & sic ut neget om̃e illud
quod fuerat in petitione affirmatum. & fa. q̃d
not. Bar. hic in ult. quæst. ubi responsio nega
tiua positionis, includit minorē summā pro-
pter præcedentem petitionem. Quinto ultra
Bartol. hic limita istam conclus. ut non pro-
cedat ubi specialiter prouisum est de minori
summa; nam tunc arguitur differentia à ma-
iori. per l. ex facto. §. item quæro. ff. de uulg.
ubi Bal. & alij inferūt, † quòd si ex forma statu 25
ti unus iudex habet iurisdictionē in causis us-
que ad centū, alius usq; ad ducenta, iste secun
dus nō poterit cognoscere in causis infra cen
tum, quia hoc casu maior summa non cōpre-
hendit minorē, imò minor summa tanq̃ spe-
cies derogabit maiori tanquam generi, ut de
clarat Alex. consil. clxxix. in ult. col. in v. &
sic maior summa non uerificabitur in mino-

[a] Adde q̃d istud etiā uult Ang. in d. §. si cum mihi.

minore, facit quod notat idem Alex. in l. Gal
lus. §. ille casus. ff. de lib. & posthu. & Felin. in
c. inter cæteras. pen. col. de rescrip. Cōtra istā
limit. obstat text. in d. l. inter stipulantem. §.
si stipulante, & in d. l. si stipulatus fuero decē
aut quindecim. j. eod. Sed respōde, quòd aut
facta est mentio separatim de maiori & mino
ri summa circa diuersas personas uel res, &
procedit d. §. item quæro. & cōsequenter ista
limitatio. Aut circa eandem personā uel ea-
dem res, & tunc secus. Et sic habes unā decla
rationē ad d. limit. Aliam ponit Alex. in d. cō
sil. clxxix. de qua dic ut hic per Ias. & moder.
Sexto limita prædictā regulam, ut nō proce-
dat in indiuiduis, & sic nō procedat in manda
to, cuius forma est diligenter attendenda. d.
c. cui de nō sacerdotali. & generaliter in acti-
bus in quibus est forma. l. græcè. §. illud. ff. de
fideiuss. & in sententijs quæ sunt indiuiduæ.
l. in hoc iudicio. ff. fam. erciss. Bar. in l. fin. ff. de
iur. om. iud. neq; in dictis testiū, quorū attesta
tiones propter iuramentū sunt indiuiduæ. l.
si ex falsis. C. de transact. ubi per Doct. & c. si
ad scripturas. ix. dist. Videamus particulari-
26 ter de omnibus. †Et circa mandatū uidetur ꝙ
in illo in maiori summa insit minor, per l. si ul
tra. C. de fideiuss. & l. rogatus. ff. manda. & ita
tenet Ias. & Socin. hic: pro quibus facit, quia
mandans tenetur, si mandatarius facit iuxta
mandatum, licet mandatum non esset, ut est
text. in l. iam tamen. §. pen. ff. iud. sol. & facit l.
fin. §. fin. ff. mand. Sed in contrarium fortiter
urget tex. in d. c. cui de nō sacerdotali. de præ
bend. lib. vi. Moder. hic respondent quòd in
d. c. erat plus in qualitate, non autē in quan-
titate: & intelligunt illum text. quòd ibi fue-
rat factum mandatum de certa præbenda cer
ti ualoris, unde aliud est beneficium centum
librarum, aliud beneficium quinquaginta:
& sic cùm talis differentia inducat diuersita-
tem in substāñia & qualitate, in eo quod plus
est nō contineť minus. & illum tex. ita etiā ui
detur intelligere gl. in d. c. plus semper. & in
c. cui licet. & Bal. in l. diem proferre. §. si plu-
27 res. ff. de arbi. †Ex quo inferūt hic alij moder.
ꝙ si pōtifex nō restringēdo se ad certā speciē
dicat, illi prouideas de aliqua præbenda cen-
tum aureorū, ꝙ hoc casu non procederet ille
tex. imò cōsentiente impetrante poterit con-
ferri præbenda de quinquaginta. & ista esset
notabilis limitatio ad illum text. si esset uera.
Sed tamen ista declaratio est expresse contra
illum tex. ubi pontifex generaliter dixerat de
bere prouideri tali de pręebenda certi ualoris,
nec specificauerat certam præbendam, unde
tiō est aliqua differentia in qualitate: secus si
cōcedens applicuisset atimū ad certā speciē,
quia tūc aliud est corpus præbendæ centū au
reorū, aliud quinquaginta. Quare alij hic re-
spondent inhærendo solutioni Ias. & Soci. ꝙ
ille tex. loquitur in materia odiosa, prout etiā
tenuit Aret. in l. quicquid astringēdæ. j. eo. &
Fel. in c. causam quę. in viij. col. de rescr. uers.
prædicta declara, Et licet in odiosis in eo q̃d
plus est contineať minus. l. nec in ea. uers. sed
qui occid. j. de adult. cū concord. per Alex. in
l. in suis. ff. de lib. & posthu. tamen hic est etiā
forma, & sic propter utrūq; nō cōtineť, quia
duo obiecta magis impediūt q̃ unum. l. uim
passam. §. rescriptione. ff. de adult. Sed etiam
ista solutio non satisfacit, quia text. se nō fun-
dat in materia odiosa. præterea licet huiusmo
di interpretationes tanq̃ ambitiosæ restrin-
gantur. c. q̃uis. de præb. lib. vi. tamē in casu d.
c. cui de non sacerdotali. cessat odiū, ex quo si
potuisset eo uolente conferri præbenda de
quinquaginta, minus præiudicaretur iurisdi
ctioni ordinarię, quàm si mandatū fuisset spę
cificè adimpletum in summa de centum. per
gl. in c. dispendia. & in c. i. de rescrip. lib. vi. fa.
quod not. Feli. in d. c. causam quæ. ubi ponit
aliquos casus, in quib. ipsæ gratiæ nō sunt o-
diosę, unde in eis nō procederet d. c. q̃d est cō
tra generalitatē casus. Quare ego puto aliter
respondendū, & cōsidero ꝙ ubi de intētione
contrahentis nō est, ꝙ in maiori summa insit
minor, cessat prædicta regula, ut est gl. hic, &
suprà dixi. Vnde in casu d. c. quādo Papa mā-
dat prouideri de beneficio ualoris centum au
reorū, intenniotis suæ præsumiť non esse ut
cōprehendatur aliud minoris ualoris. Ratio
est, quia uerba propriè hoc nō important, ut
declaraui in ij. not. & talis casus nō dicitur ex
pressus, ex quo corpus minoris summæ in
præbēdis est diuersum à corpore minoris: q̃d
non est in pecunia, quia quinquaginta solidi
insunt in centū solidis: sed præbenda de quin
quaginta nō inest in pręebenda de centū. Item
quia uolūtas impetrantis nō potest hoc casu
omnino attēdi, ex quo istud nō respicit in to-
tum fauorē suū: nam ea quæ superabundant
ad uictū, teneť pauperib. erogare. xxiij. q. viij.
c. cōueniunt, uel in utilitatē ecclesiæ cōuerte
re. xvi. q. i. c. si. nec debet esse minus beneficiū
quàm ut satis sit ad uictū quotidianū. c. cū se-
cundum. de præben. aliàs fit unio pluriū. c. ij.
de reli. dom. unde nō possunt beneficia dimi
nuta cōferri etiā consentiente parte. c. i. ut ec-
cles. benef. si. di. confer. †Et ex supradictis in- 28
fertur, ꝙ si mando tibi ut emas certā rem pro
certo precio, si emeris pro uiliori, diceris sa-
tisfecisse formæ mandati, quia uerisimile est
eam fuisse intennionē mandantis: si uerò non
sit uerisimile, est secus, per supradicta. Vnde
si mando tibi ut emas domū precij mille au-
reorum, non diceris satisfecisse si emis unam
de quingentis. d. l. diligenter. ff. mand. Et ita
potest saluari opinio Alex. hic. †Secundo in- 29
fertur ad quæstionem: Si mando Titio ut ac-
cepto ense occîdat Seium, & ipse accepto ba-
culo percutit, nunquid teneat de mandato.
Et uidebatur quòd non, per d. l. diligenter.
Contrarium tenuit Baldus in l. non ideo mi-
nus. in ult. colu. C. de accus. quia si mandaui
quod est plus, uideor mandasse quod est mi-
nus, alleg. text. in l. iam tamen. §. penul. ff. iud.
sol. Idem uidemus è cōuerso: quia si mandem
ut percutias cum baculo, ita quòd non inter-
ficias:

ficias: si percussus moritur mandans tenetur de homicidio. c. fin. de homicid. lib. vi. Ratio est, quia uerisimiliter potuit cogitari, cùm ex quo percusiones nõ sunt in potestate mandatarij, potuisset accidere ut maius malum sequeret̃; unde etiã de eo mandans tenet̃, ut declarant Cano. in d. c. fi. & Cepol. cons. xxxiiij
30 per totũ. Sed pulchrũ dubiũ est; † Quid si mãdem tibi ut percutias aliquẽ extra plateã, & tu percutis in platea, nunquid tenear̃? & Bal. in d. l. nõ ideo minus. in ult. col. tenuit ꝙ nõ [a], per regulã d. l. diligẽter. & quia cessat ratio d. c. fi. de homi. ex quo fuit in potestate mandatarij nõ excedere mandatũ. sequit̃ Io. de Ana. in c. sicut dignũ. uers. insuper. el ij. de homi. Ang. Aret. in trac. malef. in uerb. Semproniũ mandatorem. in xviij. q. Felin. in c. uniuersitati. de sent. excõm. Adde ꝙ ista decisio apud me est multũ dubia. Primo, qa mandans homicidiũ extra plateã, uidet̃ duo mandare, ꝙ fiat homicidium, & ꝙ fiat extra plateã, c. cum dilecti. §. præterea. de dol. & cõtu. l. Celsus. ff. de arbit. unde si factũ est homicidiũ licet in platea, debet teneri mandans ex primo capite mandati. Secũdo, quia intentũ principale mãdantis erat ut iste occideretur, unde satis fuit si adiectio illa de platea, fuit adimpleta per æquipollens. arg. l. si mulier. ad Treb. & per Bart. in l. Gallus. §. & quid si tantum. col. ij. ff. de lib. & posth. Tertio, quia nos uidemus, quòd etiã si nullo modo mandatũ istud habuisset effectũ, nihilominus mandans puniret̃ extraordinariè. l. i. in prin. ff. de extraord. cri. Bart. in l. nõ solũ. §. si mandato. in i. col. ff. de iniur. Salic. in d. l. nõ ideo minus. in iij. q. C. de accus. Ergo multò magis debet puniri in casu nostro, in quo delictũ secutũ fuit, licet nõ prorsus secũdum formã mandati. Nec d. l. diligẽter. alleg. per Bal. multũ facit in proposito; quia illa loquitur de mandante respectu mandatarij, sed nos loquimur de mandante respectu offensi; inter quos casus est magna differentia, ut per Bar. in d. §. si mãdato. pen. col. & Felin. in c. i. de præsump. Puto saluãdo Bal. quòd eius decisio debeat intelligi, quando quis mandauit ut occideres extra plateã, & admonuit expresse ne occideret̃ in alio loco uel etiã tacitè, puta si aliquo respectu eius interesset ne alibi occideret̃; nam isto casu nõ ueniret mãdans puniendus pœna ordinaria; puto tamen ꝙ esset puniendus extra ordinẽ, per d. l. i. de extraor. cri. cũ simil. & posset iudex ex qualitate personarũ & negocij arbitrari etiã pœnã mortis, ut est gl. Instit. de iniur. §. in summa. & Cor. consil. ccxlix. pen. col. in i. uol.

a Adde qđ pro decisione Bal. facit, quia uarietas tẽporis uel loci facit delictum censeri aliud diuersũ delictũ, ut tradit Bart. in l. is qui reus. col. 6 uers. uenio ad quæstiones. ff. de pub. iud. & in l. qui uxori. §. quid tamen. col. j. decimo, quæro ergo primo &c. ff. de adul. cũ igitur locus nõ fuerit obseruatus, uidetur esse aliud delictũ ab illo quod mandatum fuit, & per consequẽs nõ debet mandans puniri saltem pœna ordinaria pro illo delicto, ex quo illud non mandauit &c.

Circa secundũ, nunquid in actu ubi est forma, minor summa insit maiori. Doct. hic tenent cõmuniter ꝙ nõ, per tex. in l. græcè. §. illud. ff. de fideiuss. ubi uolũt Bart. & alij, quòd si principalis debet centum, & fideiussor promittit cc. talis fideiussio nõ ualet, neq; in illis centũ, per illũ text. in uerb. omnino nõ obligari. quæ uerba ex quo sunt præcisa, excludunt omnẽ obligationem, ut declarat Bar. & Io. Fab. in § fideiussores. Instit. de fideiuss. fa. etiã secundũ Bart. & Imol. ibi, qa si fideiussor obliget se in plus tempore, obligatio est in totum nulla. l. fideiussor obligari. §. i. ff. de fideiuss. ergo idem in quantitate. §. plus. Instit. de act. Sed caue, quia contra istud fundamentũ obstat tex. nõ iuncto §. præced. in quo apparet de diuersitate inter tempus & summã. Pręterea aduertendũ est, quia ista cõmunis opin. uidet̃ cõfundi per tex. nostrũ. Clarũ est † ꝙ in 31
stipulatione requirit̃, ut interrogatio & respõsio cõcordent pro forma, ut per Imol. Soc. & Ias. in §. qui præsens. Bart. & alios in §. si quis ita. & tamen in tali cõtractu in maiori summa inest minor, ut est text. hic. Et in cõtrariũ etiã uidet̃ facere tex. in l. si ultra. C. de fideiuss. ubi si principalis tenet̃ in certa summa, mãdator in plus tenet̃ saltẽ pro summa principaliter. Et hanc partẽ tenendo, ad tex. in d. §. illud. potest respõderi, quòd illud uerbũ, omnino nõ teneri, debet intelligi quatenus fideiussor accessit in duriorẽ causam. Et ista sol. probatur, tum quia illa dictio nõ respicit quantitatẽ deductã in obligatione, sed modum obligationis, & sic uidet̃ apposita ad ostendendũ ꝙ talis fideiussor nõ obligatur neq; ciuiliter neq; naturaliter; quatenus tamen accessit, in plus tenet̃ ꝙ̃ principalis. Et pro hoc fa. tex. in §. emphyteosim. in auth. de nõ alie. ubi alienatio facta per ecclesiã ultra nouenniũ, nullum penitus robur obtinet; & tamen istud non est uerum nisi in eo in quo excessum est tempus, ut dicunt Doct. cõmuniter in auth. qui rem. C. de sacrosan. eccles. Et sic illæ dictiones ꝗ̃uis præcise restringunt̃, tamen ut nõ annullent nisi partẽ cõtractus, facit quia ista dictio, omnino, ꝗ̃uis pręcisa & geminata, recipit tamen restrictionẽ ad terminos iuris. l. pen. ubi Riminal. per illum tex. C. de pact. & idem tenuit Aret. in c. qualiter. secundo. col. vij. de accus. Non recedendo tamen à cõmuni, posset responderi ad istum text. assignando rationem differentiæ ad §. illud. Nam ibi ne fideiussor obligetur plus quàm principalis, est inductũ pro forma [b], & sic forma ibi respicit rem, unde in re maiori non inest minor. Sed in §. nostro forma nõ respicit rem, sed ordinem, scilicet ut præcedat interrogatio, & sequatur responsio, unde respectu rei ex quo in ea nõ est forma, maius continet quod est minus. Et ad tex. in l. si ultra. responde ut ibi per Salic. & aduerte, quia secundum cõmunem intellectũ, ut etiam dicit Odofr. ibi, ille tex. nõ potest bene construi, & Imperator uidetur fuisse defectiuus; quare tu intellige alio modo, uidelicet quòd ego credens te accepisse à Titio centũ, cùm tamen non accepisses nisi quinquaginta, obligaui me mandatario nomine pro centum, unde tu postea accepisti de nouo alia quinquaginta, dicit text. quòd ego ad ea non teneor; dicuntur tamen numerata ultra mandatum, quia ego mandaui tanquam de debitis, non tanquam de debendis, & sic ille text. redditur ualde singularis.

b Adde qđ istud tenet Ioan. de Plat. in d. §. fideiussores. Instit. de fideiuss. et probatur ut ibi in uerb. nõ potest. iunctis not. per eundẽ D. meum ĩ in prin. huius l. in ij. notab.

Circa tertium principale, quid in sententijs, & in similib. actibus qui regulariter sunt indiuidui? Videtur quòd prædicta regula nõ procedat, ut plenè per Doctores hic: & pro
32 hoc facit l. si decem. ff. locati.† Nam contractus dicuntur indiuidui, neq; ualent pro parte, quando uoluntas alicuius cõtrahentis est ut non ualeant nisi in totũ. l. quod si uni. ff. de in diem adiec. l. si quis aliam. ff. de solut. Bart. in d. l. illud. Vnde in d. l. si decem. quia mens locatoris erat non locare nisi per decem, ideo ibi contractus nõ ualet in minori summa. Et hæc ratio est iungenda cum solutione Bar. & Bald. de qua suprà in secunda limitatione. Et
33 circa principale quæsitum,† nunquid in sententia maior summa contineat minorem, cõmuniter tenetur opinio Bart. in l. fin. ff. de iuris. om. iud. ubi cõcludit, quòd sententia quæ non potest ualere in maiori summa, non sustinetur in minori, ex quo sententia est actus indiuiduus, qui non potest pro parte ualere. l. in hoc iudicio. ff. famil. ercisc. Vnde si sit aliquis iudex, qui non posset cognoscere nisi à centum libris infra, & ferat sententiam in ducentis, non ualebit sententia in centum. Ad idem facit quod not. And. Sicul. cõsil. xxxvi. in iiij. uol. in ult. col. ubi per multa concludit, quòd si quis in libello petat ducentas uiginti libras, & iudex condemnauit in CXCVI. & non fecit mentionem de reliquis XXIIII. quòd sentẽtia est ipso iure nulla, quamuis in processu constet quòd fuerit opposita cõpensatio, & probata in illis XXIIII. libris. Sed aduerte quòd istud consilium Barb. est directo contra Bart. cuius ipse mentionem nõ facit, in l. si plures. in si. principij, & ibi Paul. de Cast. ff. de fideiuss. quẽ etiam in alio proposito sequitur Aret. hic, & Feli. in c. cum inter.
34 in v. col. in i. fallen. de re iudic.† Contra istam conclus. obstat primò iste tex. ex quo probat quòd in indiuiduis maior summa cõtinet minorẽ: nam iste text. loquit in indiuiduis, tum quia loquit in materia cõtractuũ, qui regulariter sunt indiuidui. d. l. q̃d si unũ. cum simil. tum etiã quia in isto cõtractu est forma, quæ facit actum indiuiduum. l. furiosum. C. qui testa. face. poss. Secundo obstat, quia prædicta regula procedit etiam in iudicijs, etiam si uerba negatiuè proferantur. d. l. si quis cum totum. ff. de except. rei iud. & declarat Bart. & cõmuniter alij hic. Sed responde ad primũ, quòd in l. quòd si uno. cum simil. contractus dicuntur indiuidui ex uoluntate contrahentium, quandò non est uerisimile quòd uelint pro parte ualere: sed tunc est secus, quia ex quo sumus in cõtractu lucratiuo, seu facto in fauorem stipulatoris, lex præsumit quòd stipulans erit potius cõtentus lucrari illam partem quàm nihil. Et ad illud quod dixi de forma, responde ut in præced. quæst. Ad secundum respõde, quòd in l. si quis cum totũ. sententia ualebat in totum: nos autẽ loquimur, nũquid posset ualere ex parte minori. Et hæc est planissima respõsio, licet moderniores hic multũ dubitauerint, & per illud fundamentũ distinguant, quando iudex non potuit ferre sententiam ex defectu iurisdictionis, ut in totum sit nulla, aliàs secus: quod ultimum membrum est contra cõmunem opin.† Disputan- 35
do tamen potest teneri contra opin. Bart. in d. l. fin. prout etiam tenuit Ioan. And. in reg. iur. ea quæ fiunt. in vi. & Fulg. in l. i. C. de erro. cal. & pro ista opin. primò facit text. in l. certam. C. quando prouoc. nõ est necess. ibi, id quod cõtra ius gestum uidet firmitatẽ nõ tenere. Illa enim uerba, quod cõtra ius gestũ, stant restrictiuè, id est, quatenus cõtra ius gestum est, ex quo respiciunt ipsam dispositionem, ut dicit Bart. in l. Stichum qui meus. in ij. col. ff. de leg. i. Secundo facit text. in l. i. ff. quæ sent. sine app. rescin. ubi si sententia sit lata in plus per expressum errorem calculi, corrigitur: & sic præsupponit quòd ualeat in uera summa. Nam uerbum, corrigitur, in scripturis importat [a] addere uel diminuere, non autem in totum tollere, ut declarat Bart. in l. edita. in ij. col. C. de eden. pro quo est text. in authen. de non alien. §. i. & in auth. de nupt. §. per occasionem. Non obstat l. in hoc iudicio. ff. famil. ercisc. quia ibi ex quo agitur de hæreditate diuidenda, & in iudicio omnes interuenerunt, debet de omnibus iudicari: quia persona omniũ est de substantia in illo iudicio, ut declarat ibi Flor. in ij. col. quod non est in alijs iudicijs. per text. in l. de unoquoq;. & ibi not. ff. de re iud. & declarat Salic. in l. i. C. si aduers. rem iudic. Cætera uidete per Felin. in c. cum inter. extra de re iud.

Circa quartam quæst.† nunquid si unus te- 36
stis deponat me tibi mutuauisse decem, alius dicat de quinq;, sit probata saltem summa minor? Ioan. And. in c. i. de arbit. lib. vi. & Imol. in l. inter pares. ff. de re iud. & alij cõmuniter hic tenent quòd non: & ratio est, quia cùm deponant de diuersa summa, præsumitur diuersitas actuum. l. quingenta. ff. de probat. l. cum centum. ff. de adim. legat. Fac ergo ex dictis Doct. duas conclusiones. Prima,† quòd 37
tales testes diuersi in summa mutuata nõ probant, quia præsumunt singulares. Sed aduerte primò, quia in dubio uideretur dicendum quòd probent, nec ista diuersitas præsumat, ex quo regula [b] est, pluralitatẽ nõ præsumi. l. omniũ. C. de test. in præsentia. ubi moder. de probat. Doct. in l. ij. C. de bo. poss. secun. tab. & ista regula procedit etiã si aliàs quis in periuriũ incideret. l. si. C. de reb. cre. quia potior est præsumptio resultãs ex ista regula. Facit, quia nunq̃ pręsumit pluralitas in his quę possunt esse unũ & idem. Iac. But. in l. ij. C. de erro. aduoc. Bal. in l. edita. in ult. col. C. de eden. Vnde in casu nostro licet sit differẽtia in summa, tamẽ uidetur standum præsumptioni legis, secundum quam sufficit quòd testes probent, ut per Bart. in l. i. ff. si cert. peta. Secundo facit, quia in maiori summa minor inest etiã propriè loquendo, ut uidet esse cõmunis opin. unde si sit interpretatio etiã impropria

ut

[a] Vide tamẽ gl. in Cle. statutũ. in uerb. declarant. in pri. de elect. & in cle. si Romanus. in uerb. declaramus. de præb. quæ aliter sentiunt.

[b] Adde q̃d istã regulam limitat notab. Aretin. in l. si pater impuberis. col. ij. uers. in gl. j. &c. ff. de uulg. & pup.

ut dictũ testis sustineatur, ut in c. cum tu, extra de testib. quanto magis debet fieri in casu nostro, ex quo sustinetur ex proprietate sermonis, prout etiã probatur in l. ubi autem. in prin. j. co. Tertio fa. tex. in d. l. si unus. §. si cum mihi decem. ff. de pact. Nam si ex differentia in quantitate, præsumereẽ differentia in actu seu diuersitas summarũ, certè petenti decem non obstaret exceptio pacti de non petendo x x. quia illud pactũ intelligereẽ de alia summa. Quarto facit doctr. Bart. in l. scire debemus. j. eod. dum uult, quòd si quis petat quinquaginta, & probat de summa maiori, obtinebit in summa petita, per istum tex. & è cõuerso: certè ibi est diuersitas summarũ, & tamen testes præsumunẽ deposuisse de eadem summa, de qua in petitione. Nec obstat respõsio Alex. ibi, dum dicit illud procedere in libello quẽ actor potest declarare. l. si quis intentione. ff. de iud. quia hic nõ est opus declaratiõe, ex quo ex proprietate sermonis maior summa continet minorẽ. Quinto ista opin. suadetur, quia testes in dubio debent interpretari ut sint contestes, & deponant de eodem actu, ut per Bal. & Alex. in l. ij. C. de bon. poss. secun. tab. cum concord. Sexto confirmaẽ per id quod not. Ant. de But. Imol. & alij in c. i. de offi. leg. ubi dicunt, quòd licet unus testis minus deponat de facto ꝙ alter in suo testimonio, per hoc nõ censetur inter eos aliqua contrarietas, & probant. Vltimo facit quia in dicto testis deponentis de minori summa, non subauditur taxatiua. l. cũ furti. ff. de in lit. iur. unde nõ est cõtrarios testi deponenti de maiore summa, ut dicit Bar. in l. fin. §. qui indiuisam. ff. de leg. ij. & j attingam: unde deberent probare tanꝗ concordes in minori. Nec obstat d. l. quingenta. & d. l. cum centũ. quia ibi expresse constabat de diuersis actibus. Sed tamen adhæreo pręfatæ cõclusioni, quæ cõmuniter tenetur, declarando tamen ut j dicam.

38 Secunda conclusio est, † quòd si constet testes deponere de eodem actu, probabunt in minori summa: unde debebit articulari de eodem tempore ad finem, ne pręsumatur dioersitas actuum, ut etiam tenet Alex hîc per tex. in l. Sempronius Proculo. ff. de leg. ij. Et facit quod not. Ang. cõsil. cclxxiiij. ubi si unus testis dicat quòd talis scriptura fuit scripta per duos dies antè, alius dicat per quatuor, quòd erunt contestes. de quo dic ut per Aret. in §. seq. in ult. uerbis. Sed contra hanc cõclus. obstat, quia ubi unus testis dicat quòd tu mutuauisti mihi tali tempore quinqꝫ, alius dicat decem, uidentur sibi cõtrarij, ut neuter probet. l. duobus. §. fin. ubi not. ff. de iureiur. l. qui falsa. ff. de testi. Nec obstat si dicatur, quòd istud procederet si ille qui deposuit de minori summa, addidisset taxatiuã, ut per Bar. in d. l. cum furti. quia ille testis qui deposuit de minori summa, aut sciuit quòd maior fuit mutuata, & tacuit, & est falsus, unde in nullo sibi creditur. c. i. de cri. fal. Bald. in l. presbyteri. C. de epis. & cler. & in c. i. si de inuest. inter dom. & uasl. lis oria. & Barthol. Vero. consil. lxi. in ij. col. Aut nesciuit quòd maior summa esset mutuata, & adhuc illi nõ creditur tanꝗ malè informato, ex quo dictum testis qui non plenè narrauit factum, reprobatur, ut est gl. in l. Lucius. ff. de his qui not. infa. Bal. in c. i. in ij. col. si de inuest. & in l. cum antiquitas. col. fi. C. de testa. & in l. ij. de donat. int. uir. & ux. Ias. in l. fi. C. de bon. poss. secundũ tab. col. fi. Io. Bap. de S. Seueri. in l. admonẽdi. col. xl. de iur. iur. Cor. consil. cccix. in iiij. uol. Nec obstat text. in d. l. Sempronius, quia ibi quodlibet exemplar faciebat fidem de se; unde dato quòd alterum esset uel falsum, uel errore scriptũ, alterũ probabat; quapropter lex præsumit in fauorem hæredis pro minore summa [a]. Sed in casu nostro quilibet testis de se non probat, unde alter alterũ cõfundit propter cõtrarietatẽ. c. in nostra. de testi. Præterea & secundo, d. l. Sempronius, loquiẽ in scriptura, in qua præsumitur error, nõ falsitas, ut declarat ibi Bal. & Raph. Com. Et fa. quod not. Bar. in l. quotiens. §. i. ff. de hæred. insti. Sed nos loquimur in testibus in quibus potius præsumitur falsitas ꝙ error, ut dicit Specul. [b] in tit. de teste. §. i. uers. item ꝗd aliquid. & Aretin. in c. in nostra. in iij. col. de testi. unde falsitas uitiat in totũ, et reddit negociũ magis suspectũ, ꝙ error. Pro resolutione istius materię puto sic distinguẽdum: quia aut nõ constat de eodem facto, & unus testis deponit de maiore summa, alter de minore, & non probant, quia præsumunẽ singulares, ut per Io. And. in c. i. de arbit. lib. vi. cum cõcor. hîc per Alex. Et ratio est, quia licet in maiori summa insit minor propriè, tamen testis minus dicens tacitè negat de pluri, ut est uerior conclus. & j uidebimus: unde esset contrarius alteri, & ad euitandam cõtrarietatem pręsumitur pòtius singularis in sua mente, ꝙ diuersitate summarũ: quibus duobus concurrentibus cessant rationes, scilicet contra cõmunem opin. adductæ; & sumus in casu claro, quòd tales nõ sunt contestes. Aut constat quòd deponũt de eodem actu, & hoc casu aut modica est differẽtia inter eos, & probant, ut dicit Lud. Bol. inter consilia Ioan. de Ana. consil. lxxvi. Ratio est, quia modica cõtrarietas uel diuersitas etiã in facto principali, nõ uitiat dictũ testis, ut dicit Ant. de But. in c. ij. de regul. Alex. cõsil. v. in causa inquisitionis. lib. i. Aut est magna differentia, & tũc aut sunt uisi duo testes, seu quodlibet dictũ de se est imperfectũ, & nõ probant: quia si præsupponamus alterũ uerum, necesse est ꝙ alter sit uel falsus, uel malè informatus, unde nõ probat. & ita procedit quod not. Alex. consil. 50. penul. col. in v. quare dato casu quòd cessaret prædicta ratio, puta in actibus habentib. tractum successiuũ, tunc probarẽt [c], ut tenet Io. de Imol. in l. inter pares. in ij. col. ff. de re iud. Pone exemplũ in casu Bar. in l. Celsus. in fin. ff. de usucap. & Bal. in l. cõuenticulam. C. de epis. & cle. unde si unus testis dicat me possedisse talẽ fundũ ab hodie retrò per x x x. an-

a *Adde pro hoc facere, quia de iure ista præsumitur esse uoluntas testatoris, ut in minus grauet hæredẽ suũ quàm fieri potest. c. fidei commissa. §. si quis decem. ff. de leg. iij. cum simil.*

b *Adde quæ posuit D. meus infra in §. seq. in fin.*

c *Vide Feli. in c. licet ex quadã. col. iiij. & v. de testi. ubi de hoc multa posuit.*

nos;alius dicat me possedisse ab hodie retrò
per decem annos,probata est possessio de de
cem annis,ut etiã tenet Imol.& Io.de Ana in
c.cum oporteat de accus.Aut sunt plures te-
stes, & seruatur text. in c. in nostra. extra de
testi & in l.ob carmen.§.fin.ff.eo.tit. quia ex
quo sunt contrarij, præualebunt digniores,
uel dicentes magis uerisimilia,uel plures nu-
mero;quo casu media summa probabit̃, quia
in ea cõcordant etiã qui dicũt de pluri, ut di-
cit Salic.in l.ij.C.de rescind.uend.pen.col.&
sic uincũt numero illos qui dicũt de minori,
unde si duo testes dicant rem ualuisse decem,
alij duo dicant ualuisse quindecim, alij uigin
ti,stabit̃ mediæ summæ,ut etiã cõsulendo te-
nuit Alex.cõsil.lxiiij.in ij.Aret.in l.ex facto.
§.i.in ult.col.ff.de uulg.& in cõsil.lxv.in pri.
Et ad §.si plures.in l.diem proferre.de arbit.
qui uidetur obstare, responde ut ibi per eos.
Data uerò paritate, puta quia duo dicãt rem
ualere uiginti,alij duo dicant ualere triginta,
tunc posset procedere opin.Alex.hîc, quòd
censeat̃ probata minor summa.arg.d.l.Sem-
pronius.& istud tenet Aret.in d.§.i.pen.col.
& fa.quod not.Bald.in l.falsus.pen.col.C.de
39 furt.ubi uult,†quòd si producantur duo man
data, in dubio seruabitur quod cõcedit mino
rem potestatẽ. Est uerũ ꝙ cõtra hanc cõclus.
tenuit Aret.in d.consil.lxv.in præsenti cõsul
tatione.ij.col.& idem tenuit Ioan.de Imol.in
c.pen.col.pen.de emp.& uen.Mouentur,qa
40 †deponẽtes de minori summa,uident̃ astrue-
re negatiuam de maiore, & sic quòd non fue
rit plus ꝗ̃ ipsi dixerint, unde minus eis cre-
ditur: quia data paritate plus credit̃ testibus
affirmantibus ꝗ̃ negantibus,ut est gl.in d.§.
si plures.& ita referunt tenere Bald.in l.ij.C.
de rescind.uend.in fi.Sed aduerte,quia idem
Aret. quem refert & sequitur Felin. ibi in d.
c.in nostra.tenent cõmunem opi reproban-
tes Bal in d.l.ij. quia illa regula non procedit
ubi affirmatiua & negatiua æqualiter possũt
cadere in sensum directum testis, uel habent
simul æquale fundamentũ ueritatis,quod est
in casu nostro, prout declarat ipsemet Aret.
in d.§.i.pen.col.in v.conclus.Et sic ista cõmu
nis conclusio remanet defensata. Tu aduer-
te, quia contra eam fortiter stringit: nam ui-
deretur standum maiori summæ, ex quo illi
duo testes deponentes de minori summa,nõ
uident̃ deponere taxatiuè,& sic negare quòd
res nõ ualeat plus. arg.d.l.cum furti.ff.de in
lit.iur.& per Bar.in l.fin.§.qui indiuisam ubi
Paul.de Cast.& Com.ff.de lega.ij.& istud in
testibus expresse tenet Alex.in d.consil.lxv.
& Aret.in d.§.i.in ij.conclus.pro quo facit q̃d
singulariter consuluit Raph.Co.consil.xci.[a]
in ij.colu. ubi in teste qui intertogatus cuius
ætatis esset,dixerat se habere XLV.annos,ex
qua cõputatione resultabat manifestũ men-
dacium,ipse concludit quòd nõ uideatur de-
posoisse per taxatiuam:unde etiam si habuis-
set maius tempus,excusabatur, arg.d.l.cum
furti,& idem uidet̃ tenuisse Bald.consil.cc-

[a] Adde Soci. cõsil.lvj. in pen. col.in iiij.uol.

xlvij.in prin.Puto istam opin.nõ esse ueram,
& quòd imò in teste subaudiat̃ taxatiua,pro-
ut est de mente gl. in d.§.qui indiuisam.& ita
etiam tenet Sali.in d.l.ij.pen.col.uers.sed cir
ca probationes.& Bald.ibidem,& Aretin.&
Felin.in d.c.in nostra.& est de mente Docto
rum in c.i.de arbit.lib.vi.ubi uolunt, quòd si
unus testis dicat quòd mutuauisti decẽ,alius
quòd mutuauisti quinq;, quòd propter con-
trarietatem præsumunt̃ singulares;nisi tantũ
subaudiretur taxatiua, tunc nõ esset cõtrarie
tas.Et pro hac parte primo facit:quia si in ar-
ticulis diceretur quòd res ualebat centum et
testis interrogatus super eis dicat quòd uale-
bat quinquaginta, uidetur negare quòd ua-
leat plus.c.nõne.de præsum.Bal.in l.sed si li-
ne.§.sed quod Papinianus.ff.de minor.Car-
din.Alex.xxv.distin.c.qualis.Secundo facit,
quia si testis deponat de ualore secundũ con-
munẽ æstimationẽ,& dicat rem ualere quin-
quaginta, certè uidetur negare quòd ualeat
plus: quia aliàs esset defectiuus in dicto suo,
& non probaret.per gl.in d.l.Lucius.& quia
tacendo illud plus, sciẽter cõmitteret falsum.
d.c.i.de crim.fals.quæ interpretatio nõ est as-
sumenda,ut per Bart.in l.Labeo.penult.col.
uers.crederem contrarium.ff.de supel.lega.
Tertio,quia uidemus in instrumentis,†quòd 41
si unum instrumentũ dicat de pluri, aliud di-
cat de minori,stabitur huic ultimo.d.l.Sem-
pronius.de lega.ij.Bald.in l.Imperator.ff.de
stat.ho. Nam nisi instrumentũ de minori ha-
beret in se taxatiuam, esset standum maiori:
quia in ea summa aliud nõ discordaret, quod
tamen est falsum. Si istud est instrumentis,
multò magis in testibus, in quibus maior ra-
tio hoc suadet,ut suprà dixi. Non obstat d.l.
cum furti. quia loquitur in simpliciter affir-
mante,& qui nõ tenetur de toto dicere, sicut
testis. & ita procedũt etiam not. in l.si quidẽ.
C.de transact.& gl.in c.i.in gl.mag.xv.dist.
Non obstat quod not.Com.in d.consil.xci.
quia illud posset procedere tantũ quo ad cui-
tandum periurium,pro cuius euitatione fiũt
multæ subauditiones.c.cum tu.ubi Felin.de
testibus.Non obstant notata in d.§.qui indi-
uisam.quia Bart.non firmat: & Raph.Imol.
& Paul.de Castr.possunt bene loqui in casu
suo:quia si testis dicat de re ualẽte plus quàm
ualeat centum, dicit ueritatem in hoc, sed est
falsus,quia tacuit illud plus.d.c.i.de crim.fal.
Et ex istis infertur ad §.si plures.in d.l.diem
proferre. Nam ibi ex quo arbitri debẽt quan
tum possunt laborare ut sint concordes,& u-
nus iudicare super toto eo super quo alter
iudicat,l.si tres.l.sicuti.ff.de arbit.& hoc non
faciant,præsumitur in dicto eorum taxatiua,
sicut in testibus. Vnde primus arbiter dicẽs
de minori summa, intelligitur negare maio-
rem: & sic non est differentia siue apponant
taxatiuam,siue absoluant à reliquis, ut etiam
tenet Aret.hîc. Et quamuis in casu illius §.ui
deretur standum mediæ summæ, secundum
quam secundus arbiter pronunciauit,tamen
ex quo

ex quo primus illi resistit per subauditam ta-
xatiuam,& tertius non consentit nisi tacitè,
consensus istius tertij tacitus expugnaĩ per
dissensum primi æquè tacitũ,& in dubio præ
ualet negatiua quę nocet. l.si qs in graui.§.fi.
ff.ad Sylla.Bart. in l.si uir. ff.pro donat. l.Sa-
binus.ff.cõmuni diuid.& statur minori sum-
mę.l.semper in dubijs.ff.de rebus cred.Et in
hoc ultimo est differentia inter arbitros & te-
stes:quia in testibus dictum unius testis ex u-
na parte, & dictũ alterius ex altera uicissim,
non diminuuntur, ut declarat Ant.de Butr.
& Abb.in d.c.in nostra.Doct.post Bart.in l.
admonendi.in ult.col.ff.de iureiur.& tamen
contrariũ uidemus in arbitris.Ratio est,quia
sententia istorum est quid unitum & coniun-
ctum,unde est repugnantia in eodem subie-
cto, quæ diminuit de uiribus ipsius subiecti
quatenus est repugnantia.l.ubi repugnãtia,
ff.de reg.iur.Sed attestationes unius nõ sunt
unitæ cum attestationibus alterius,seu in eo-
dem subiecto.Et ista ratio differentiæ est me-
lior quàm illæ quas refert Sali. in d.l.ij.& A-
lex.in d. consil.lxiiij. & istud magis placet q̃
ea quæ posuit Felin. in d.c.cum inter. in ult.
col.Subsequenter Bart.impugnat calumniã
42 aduocatorum tenentium,†quòd quãdo posi-
tio cõtinet plus debito, potest in totũ negari
absq; periurio. Et cũ Bar.est magis cõmunis
opin.licet Imol. cõtrariũ dicat in c.dilecti.de
maior.& obed.& dicit Abb.in c.i.in fi.extra
de plus pet. quòd in practica nõ solent aduo-
cati recedere ab ista opin.contra Bart.& eam
etiam ego puto ueriorē. Nam aut loquimur
quo ad finē, quòd iste negans totũ incidat in
periurium,& tali casu nõ uidetur quòd opin.
Bar.possit procedere, ut etiã tenent Perusini
hic,& Soci.& moder.quia semper faciēda est
illa interpretatio, per quam euitatur periu-
rium.c.cum tu.extra de testib. unde hoc casu
fiet interpretatio quòd negauerit positionē
habito respectu ad totam summam, non au-
tem ad partem. Aut loquimur quo ad finem
condemnationis expensarum, tanquam iste
interrogatus de toto,iniustè litigauerit nõ cõ
fitendo partem,& adhuc opinio Bartoli non
potest procedere: quia imò non est condem-
nandus in expensis, ut firmat ipsemet Bart.
in l.qui solidum.ubi alij sequuntur. ff.de leg.
ij.& est cõmunis opi.quam etiã tenet Ias.in l.
properandum.§.si autē alterutra.in vi.col. C.
43 de iudi.ubi etiã Sali.idem tenet. † Nec obstãt
adducta in contrariã opi. Et primò, q̧ ponēs
affirmatiuã,uideatur ponere nõ solùm de to-
to, sed etiam de qualibet parte. l. si quis cum
totum.ff.de except.rei iud. ergo etiã respon-
sio debet esse non solùm de toto, sed etiam de
qualibet eius parte.l.si defensor. §.i. ff. de in-
ter.act. Respondeĩ,quòd imò ponens se cre-
didisse centũ,intelligitur integra & unita,nõ
autē separata.l.Titia qui testamentũ. §.i.ff.de
leg.ij.& quia appellatione rei in dubio uenit
integra.l.si rem.ff.de rei uend.l.de pupillo. §.
qui nunciũ.ubi notaĩ.ff.de oper.no.nun.per
Doct.in l.serui electione.§.fi.ff.de leg.i.& qa
iste ponens iurat,& per iuramentũ actus red
ditur indiuiduus,secundũ Bald.in c.i.de con
tro.inuest.in ij.col.unde iste potest negare to
tum,quia uerisimiliter credit interrogationē
factã de toto indiuiduè. Nec d.l.si quis cũ to-
tum.obstat in cõtrariũ:quia ibi nisi etiã intel-
ligereĩ de qualibet eius parte, actus esset elu-
sorius,ut ã declaraui. Idem in litis contest. in
qua fit interpretatio,ut de eodem sentiat reus
de quo actor,ut per Bar. in l.inter stipulantē.
§.si Stichũ.j.eo.tit. Potes etiam respõdere ut
per Paul.de Cast.in d.l.qui solidũ. Nec obst.
d.l.pupillus.§.fi.ff.de uerb.sig. Nam text. ibi
efficaciter probat contra Bar.licet gl.cauillet
illum tex.Nec obstat l.qui solidum.ff.de leg.
ij.quia in casu illius l.actor obtulerat quod e-
rat contentus receptare partem : unde cessan
te ista oblatione,tex.probat cõtrarium.† Nec 44
obstat tex.in l.de ætate.§.si interrogatus.ff.de
interrog.actio.alleg.hic per Aret. quia ut di-
cit Soci.hic, probat potius cõtrarium, ut hic
per eum. Non obstat l.qui seruum. .fi. ff. de
inter.actio. allegatus hic per Ias. quia in casu
d.§.si quis possidebat fundum ex quota par-
te, uerum est dicere quòd possideret fundũ.
l.Meuius.§.duorum. ff.de lega.ij. & notatur
in l.iij.§.ex contrario.de acqui.possess. Sed in
casu nostro si quis debet octoginta, nõ est ue
rum dicere quòd debeat centum : unde po-
test reus negare totum, ex quo positio acto-
ris non est uera: quod non est in d. §.fin. qui
debet intelligi in possidēte prò indiuiso:quia
si possideret diuisim, pars sua esset integer
fundus.l.planè.§.si.ff.de leg.i.l.si duas. ff.cõ-
mun.præd. Alex.consil.clxxxiij.in v. † Non 45
obstat tex.in l.si is qui ducenta.§.utrũ.uersic.
proinde.ff.de rebus dubijs. quem inducit ibi
Bar. quia ibi intelligitur interrogatio de qua
libet parte,propter distributiuũ,quid, id est,
aliquid quod uerificatur in qualibet parte e-
tiam minima, ut est gl.in Clem.i.in uerb. aut
earum.de for.compet.cum concord. per Ias.
in l.Gallus.§.in omnibus.in iij.not.ff.de libe.
& posthum. Præterea generaliter ad omnia
supradicta fundamenta potest responderi,
quòd nõ est bonum argumentum in nostra
materia si dicamus,† interrogatio affirmati- 46
ua intelligitur de qualibet eius parte, ergo re
sponsio negatiua debet etiam ipsa intelligi de
qualibet parte. Nam istud procederet nisi a-
geremus de euitando periurio,propter cuius
euitationem capiuntur uerba impropriè. d.
c.cum tu. Vnde si unus testis dicat quòd Ti-
tius possedit fundum,alius dicat quòd nõ pos
sedit, ut saluētur à periurio, intelligenĩ q̧ u-
nus sentiat de toto, alter de parte,ut dicit Dy.
& Bal.in l.ij.ff.de cond.inst. Idem ergo est di
cendũ in casu nostro. Ad euitandas igiĩ istas
cõtrarietates inoleuit practica, ut actor posi-
ta certa summa,subdat illã clausulã,Si nõ cre
dit de tanto, dicat de quãto, usq; ad unum nu
mum:nam tunc tenetur reus respondere etiã
de qualibet parte,ut dicit Ang.& moder.hic.

47 †In cōtrarium tamen facit, quia si fiat positio multiplex, licet subdatur clausula, quòd ponitur coniunctim & diuisim, non tamen tenetur respondere, ut dicit gl. in c. ij. de confessis. lib. vi. & Bald. in l. precibus. C. de impub. in prin. & in l. ij. §. quod obseruari. in vi. col. C. de iura. calum. & ibi Aret. & Franc. de Curt. idem tenent: ergo idem in casu nostro, cū ista clausula uideatur eiusdem effectus. Sed tamen in tali casu melius est adhærere Bart. & mod. hic: quia illa gl. debet intelligi ubi positio est multiplex respectu qualitatis, secundū Bart. hîc, non quantitatis, ut tenet Pet. de Anch. in d. c. ij. de confess. lib. vi. & propterea illa clausula non operabitur, ubi positio continet aliquid falsum in qualitate, per supradicta: & secundum istam limitationē Bar. consuluit Alex. in d. consil. clxxxiij. in v. de qua etiam per Feli. in c. nam concupiscentiā. in fin. de constit. Postremò, in quantū Bar. hîc cōcludit,

48 †quòd creditor petendo totū, constituit debitorem in mora respectu partis, allegādo text. in d. l. qui solidū. intellige prout ibi declarat, uidelicet quando obtulit se partē accepturū. Et est ratio, quia non est uerisimile quòd petens totum, sit contentus accipere partem. l. tutor. §. Lucius. ff. de usur. alias enim nō esset in mora, ut est tex. in l. in fideicōmissi. in pri. ff. de usur. & ita tenet Io. de Imol. Paul. Castr. & alij in d. l. qui solidum. Alex. hic, & cōmunis opinio. Aduerte, quia in contrariū urget quod tenet ipse Bar. in l. non potest uideri. ff. de reg. iur. ubi etiam nō facta ista protestatione uult Bar. reū constitui in mora ratione minoris summæ, nisi debitū sit intricatū: & sic uidetur concordare Bar. cum his quæ dicit hîc generaliter intelligendo. & pro hac parte fa. tex. in l. si seruus. § bonæ. ff. de cond. fur. nam si fur bouis dederit preciū corij domino, & dominus cōdicat bouem nisi fur offerat precium bouis, detracto precio corij semel soluti est in mora: nisi respōdeas ut hîc per Alex. cuius prima responsio potest defendi. Sed tu concordando istas opin. distingue, quòd aut pars quam potest retinere debitor, est incerta, & anteq̄ liquidetur habet ius retinendi totum, & nunq̄ dicitur in mora. d. l. in fideicōmissi. & Bar. in d. l. non potest. & fa. l. quæ de tota. §. incertæ. ff. de rei uendic. Aut pars quæ potest retineri est liquida, puta ex confessione rei uel aliter, & tunc actore partem se accepturum offerente, reus esset in mora. d. l. qui solidum. Aut nō sumus in materia in qua detur ius deductionis, & sic reus non habet ius aliquam partē retinendi, & tūc etiam si actor non offerat se accepturū, est in mora, secundum Bar. hîc, & in d. l. nō potest. Et ista faciūt ad quęst. fideicōmissarius petit fideicōmissū, hæres opponit detractionē quarundā expensarum & æris alieni quod sibi debebatur per testatorē, dubitabatur nunquid interim non esset in mora, ita quòd faceret fructus suos. Videbatur quòd sic, per d. l. in fideicōmissi. & ita uidetur tenere Guido Pap. q. ccccxcvi. Respōdeo contrariū: quia propter tale debitum hęres nō habet ius retinendi fideicōmissum, sed debet restituere saltem uerbo, & retinere res iure pignoris. l. debitor. ff. ad Trebel. unde non facit fructus suos, nisi impetret ius dominij, ut ibi probatur. quæ ratio cessat in falcidia, in qua cō petit ius retinendi, & ante eius deductionē non compellitur hæres restituere neq; uerbo. d. l. & fideicōmissi. Et per hæc sit expeditus iste notabilis §. si stipulanti.

1 *Si stipulatio sit concepta per uerbū generale, licet sint plures res, tamen una est stipulatio.*
2 *Stipulatio nulla, non dicitur stipulatio propriè loquendo.*
3 *Vtile non uitiatur per inutile.*
4 *Fallit in indiuiduis.*
5.6 *Indiuiduum dicitur quatuor modis.*
7 *Vbi contractus fit in scriptis, scriptura est de forma.*
8 *Si testator ultra solennitatem requisitam à lege, aliam adhiberet solennitatem, an ualeat testamentum.*
9 *An formæ iuris aliquid addi possit. & num. 11.*
10 *Si aliquis ultra solennitatem in codicillis requisitam addat aliam, nihilominus ualebunt codicilli.*
12 *Electio in qua interuenitū laici cū clericis, est in totū nulla.*
13 *Statuto mandante, ut electio cōsiliariorum tantùm fiat per annum, aliquis est electus per tres annos, nunquid ualeat electio saltem per annum.*
14 *Si locatio quæ non potuit fieri sine autoritate Episcopi, est facta ultra nouem annos, & Episcopus interposuit suā autoritatem post actum, an ualeat. & num. 23*
13 *Hæres conficiens inuentarium, si non citauit omnes legatarios, an instrumentum sit in totum nullum.*
16 *Actu principali annullato, pacta accessoria in eo contenta quoq; annullantur.*
17 *Confeßio accessoria in contractu nō annullatur, etiamsi cōtractus annulletur.*
15 *Vxoratus quidam se & sua bona obtulit monasterio: uxor eum, quod potest, repetijt, an actus sic inutilis uitiet oblationem bonorum.*
19 *An adscriptitij Christiani sequātur fundum uenditū Iudæo*
20 *Quando actus est indiuiduus ex uoluntate contrahentiū, utile uitiatur per inutile.*
21 *Compromissum est in tres, quorum unus est frater minor, utrum standum sit laudo, cùm fratres minores non possunt esse arbitri.*
22 *Si monachus sibi per pactum in profeßione, contra cap. cum ad monasterium. extra de stat. mona. reseruauerit aliqua bona, nunquid uitietur profeßio.*
24 *Si stipuler mihi & socio seruitutem, ista stipulatio respectu socij est inutilis, sed respectu mei tenet.*
25 *Quare utile per inutile uitietur in indiuiduis.*
26 *In decreto siue sententia, licet sit indiuidua, tamen non uitiatur utile per inutile. Idem & in testamento. num. 27*
28 *Si datio in solutum fiat plus debito, an ualeat saltem in parte uerè debita, aut in totum sit nulla.*
29 *Cum testis admiscet falsa ueris, uitiatur totum dictum. & num. 50. & quando non procedat. num. 51. 52*
30 *In his quæ recipiunt separationem, utile per inutile non uitiatur.*
31 *Si pater donat filio ultra quingentos solidos, nec facit insinuari, actus est omnino nullus.*
32 *Si donatio fuerit ultra legitimam summam, an non possit retrò trahi nisi usq; ad tempus confirmationis.*
33 *Episcopus tantū potest donare quinquagesimam ecclesiæ quam ille ædificauerit.*
34 *Episcopo dicente, excōmunico unum de illis, qui tale pactum fecerunt, nullus erit excōmunicatus.*
35 *Actus factus in fraudem legis, totus annullatur.*
36 *Quando utile tacitè inest inutili, perit actus in totum.*

Si interro

37 Si interrogatus de duabus speciebus copulatiuè, & respondeat de una, uel econtra, tenet stipulatio.
38 Conditiones quarũ euentus nihil operatur, habentur pro puris.
39 Libellus alternatiuus licet nõ admitteretur, si tamen utraq; pars alternatiuè tendit ad eundem effectum, procedet.
40 In contractibus stricti iuris non sufficit interesse affectionis in faciendo.
41 Quando stipulatio est alternatiua in summis, & stipulator reseruauit sibi electionem, utrunq; est in obligatione.
42 Quot modis stipulatio uitietur propter incertitudinem. & num. 43. 44.
45 Interrogatio facta per nomen uniuersale, ualet.
46 Et quid si per generale nomen interrogetur.
47 Si in contractibus dependentibus à uoluntate duorum, sit actum de certo, nec constet de quo, non statur declarationi unius.
48 Coniunctio, Si, in his quæ sunt iuris non inducit dubitationem, sed importat rationem legis.
49 Rescripta principum debent interpretari secundum ius.
53 Testis propter iuramentum præsumitur deponere consideratè, & de eo cuius est certus.
54 Testis dicens aliquid falsum, committit contra ius diuinũ & naturale, unde ignorantia non excusat.
55 In quibus debet praecedere diligentia, non admittitur excusatio ignorantiæ.
56 Rusticus idiota sibijpsi contrarius in dicto, non tenetur pœna falsi.
57 Quando testis deponens falsum, ex ignorantia fecisse præsumatur.

§. SED SI MIHI PAMPHILVM.

Summa & diuide ut hic per alios. In text. ibi, Stichi adiectionem pro superuacuo habendam. Nota istum text. quòd promissor non tenebitur ad Stichum, neque ex pacto, quod uidebatur tacitè interuenisse, quia tendit in fauorem stipulatoris. l. qui patitur. ff. mand. Et ultra dicta in præcedenti §. potest esse ratio, quia ex quo partes agebant stipulari, si promissor respõdit de pluri, quia sciebat quòd actus peccabat in forma respectu superadiecti, non uidebatur habuisse animum paciscendi. l. an inutilis, ff, de accept. & notatur in §. si quis ita.

In text. ibi, quot sunt corpora. Nota istam regulam, quæ etiam probatur in l. scire debemus. j. eod. Sed difficultas est, nunquid istud sit propriè loquendo, uel iuris intellectu. Ioan. de Imol. & Raph. Com. in d. l. scire, dicunt quòd est iuris intellectu. Idem tenet Aretin. hic per istum text. in uerb. quodammodo. ad quem respondent Socin. & Ias. hic; die ut per eos. Adde quòd opinio Aretini uidetur uerior, pro qua facit text. in l. quid tamen. in uerbo, quasi plura sint compromissa. ff. de arbit. Item facit, quia ista regula non procedit in iuramento, ut per Archid. xxij. q. iiij. c. inter cætera. Neq; in donatione, quantum ad insinuationem. l. sancimus. §. si quis autem. C. de donat. Bart. in l. Modestinus. ff. de donat. in fin. Neq; in stipulatione legatorum, ut dicit text. in d. l. scire. Certè si ista regula procederet ex proprietate uerbi, uideretur quòd deberet habere locum etiam in illis ll. arg. l. cum lege. ubi Aret. ff. de testa. & istud magis placet, quicquid teneat Iason hic, & in d. l. scire. Sed pulchrum est asignare rationem istarum fallentiarũ à regula supradicta; & potest dici quòd
aut sumus in materia in qua lex considerat
formalitatem uerborum, & procedit regula
generaliter. Vnde uidemus, †quòd si stipula 1
tio sit cõcepta per uerbum generale, licet sint
plures res, tamen est una stipulatio. l. quod dicitur. j. eod. Aut sumus in materia, in qua lex
non tam considerat uerba, quàm ipsam præstationem, & procedunt limitationes: in donatione enim, ut dicit Bart. in d. l. Modestinus. in fi. quo ad effectum insinuationis, lex
considerat ipsam præstationẽ unitam seu cumulatam rerum donatarũ. d. l. sancimus. quæ
quidem præstatio est una tantùm, Item in iuramento considerat præstationem fidei uersus Deum, qui quidem actus pręstationis est
unicus. Idem est in stipulante legata sibi dari, quia etiam quòd plura sint legata, tamen legatarius stipulatus considerat ipsum actum
præstationis omniũ sibi faciendum ab hærede, & secundum illum actum stipulatio regulatur. l. i. §. si sub cõditione, & §. bellissimè. ff.
ut lega. nom. cauea.

In text. ibi, duæ sunt quodammodo stipulationes. noto tertio, †quòd stipulatio nulla, 2
non dicitur stipulatio nisi impropriè loquendo: etiam hoc importat uerbum, quodammodo, quod denotat improprietatem. l. i. ff. de rerum diuis. per Bar. in l. iiij. §. Cato. in sexta oppos. & ibi Aret. j. eod. scriben. in l. prætor. ff.
de eden. facit, quia sententia nulla, nõ dicitur
sententia. l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iud.
Clem. pastoralis. in ult. col. de re iud. Abb. in
c. i. extra eod. tit. Et testamentũ nullum, non
dicitur testamentum. l. ij. §. i. ff. quemad. testa.
ape. Et instrumentum guarentigiæ nullum,
non dicitur instrumentũ. Bald. in c. constitutus. de transact. Et electio nulla, nõ dicitur electio. Ias. in l. serui electiõe. in i. col ff. de leg. i.
Et istud procedit propriè loquendo, aliàs generaliter actus nullus largè & impropriè seruat nomen actus. gl. in l. iij. ff. de testa. tute. &
ibi Bald. dicit quòd istud est uerum in uerbis
iuris, secus in uerbis facti; quia tunc etiã propriè seruat nomen actus. l. mulier. §. penul. ff.
de cond. instit.

In text. ibi, neque uitiatur utilis &c̃. nota,
†quòd utile per inutile non uitiatur, circa quã 3
regulam uide latè Bald. in l. certi condictio. §.
quoniã, ff. si cert. pet. ubi ponit decem casus,
in quibus regula procedit, & totidem in quibus non procedit. Tu post Bart. & alios fac
duas conclusiones. Prima est: †In indiuiduis 4
utile per inutile uitiatur, secundũ gl. in l. pecuniæ fœnebris. ff. de usur. & probatur in l. i. §. Trebatius. & §. seq. ff. de aqua quo. & æst. †Dicitur 5
autẽ indiuiduum quatuor modis, ut declarat
Bart. in l. græcè. §. illud. ff. de fideius. & Bal. in
c. cum autem. de cõtrouers. inuest. Primò res
est indiuidua propter formã, quæ in actu requiritur. d. §. illud. Secũdò ratione necessariæ
dependentiæ. l. i. & ij. de pecul. leg. Tertiò propter uoluntatẽ cõtrahentiũ. l. Pedius. ff. de arbi. Quartò ex natura rei, ut in seruitutib. l. iiij.

§.Cato.j.eod.& in equo uel ſimilibus.gl.in l.
nunc autem. ff.de cond.ob turp.cauſ. Videa
6 mus nunc particulariter de unoquoq;. †Cir
ca primũ indiuiduũ ubi forma requiritur, op
ponitur primò per moder. nam lex requirit
pro forma, quòd donatio ultra quingentos
aureos inſinuetur.l.pen.C.de donat.& tamẽ
ſi ſit facta ultra, nõ annullatur in totũ, ſed ſo-
lùm illud plus.l.ſancimus. C. de donat. Re-
ſpondet Iaſ.quòd iſtud eſt, quia in donatione
lex non procedit ultra annullando actum:q̃d
non eſt in caſu d.§.illud. Tu dic melius, quòd
dicta per Bar.loquunť in forma uel in ſolen-
nitate ſubſtantiali: ſed inſinuatio nõ eſt de ſo
lennitate ſubſtantiali: quod patet, quia poteſt
interuenire poſt actum, ut per Bar.& Doct.
in l.uniuerſa.C.de preci.Imper.offer.Secun
do oppo.de §.præſenti:nam in ſtipulationib.
requiritur forma,& tamẽ utile per inutile nõ
uitiatur. Reſponde ut dixi in §. præced. nam
debemus dicta Bart.intelligere, quando for-
ma reſpicit rem, prout in caſu d.§.illud.ſed in
noſtro tex.forma non reſpicit rem, ſed ordi-
nem. Tertio opponitur de regula, quę habet,
quòd forma requiſita ſi amplietur, nõ tamen
actus uitiatur, ut uult gl.in l.nõ ſunt liberi.&
ibi Alber.de Roſa.ff.de ſtat.hom. Pro reſo
lutione iſtius difficultatis uidendũ eſt de ue-
ritate iſtius regulæ:& licet gl.ibi alleget quoſ
dam tex.tamen illi tex.parum faciunt. Proba
tur itaque iſta concluſio primò per tex.in l.i.
uerſ.ſed Pomponius.ff.quod fal.tut. auth.u-
bi ſi contractui pupilli interueniant duo tuto
res qui interponant autoritatẽ, ex inhabilita-
te unius, actus non uitiatur, ex quo unus ſo-
lus ſufficiebat. Secundo probatur per tex.&
ibi gl.in l. hæredes palàm.in prin. ff. de teſta.
ubi ſi in teſtamẽto addatur ſolennitati requi-
ſitæ, puta ſi interueniant plures teſtes, nihilo
minus teſtamentũ tenet. Tertio cõprobatur,
7 †quia ubi contractus fit in ſcriptis, ſcriptura
eſt de forma, ſecundum Bal. in l.fin.in i.col.
C.de ſuis & legit.& tamen ſi aliquid addatur,
non uitiatur contractus: quia nõ ſolent quæ
ſuperabundant uitiare ſcripturas. l. non ſo-
lent.ff.de reg.iur.l.qui mutuã.ff.man. Quar-
to fa.text.in l.ſi quis mihi bona.§.ſed ſi man-
daui.ff.de acquir.hæred.ubi mandatũ poteſt
adimpleri in forma pinguiore, licet mandati
forma ſit diligenter attendenda.& illum text.
ad hoc notat Alex.in l.puberem.C.de iur.de
lib.Quinto fa.arg. D.Laurentij Calcanei,in
conſil.viij.in xiij.col.uolũtas teſtatoris eſt ſer
uanda tanq̃ forma. §.diſponat. in auth.de nu
ptijs.l.cum allegas. C.de uſur. & tamen ſi te-
ſtator grauet hæredem ut aliquẽ pauperẽ eli-
gat cui diſtribuat hæreditatẽ, poterit hæres e-
ligere duos, quia dicitur exequi mandatũ in
pinguiore forma.per Bar.in l.unum ex fami
lia.§.ſi duos.ff.de lega.ij. Sexto fa. gl.in l.pa-
tris & filij.ff.de uulg.& pupill.prout eam de-
8 clarat Aret.ibi in ij.col.†ubi ſi quis teſtator ul
tra ſolennitatẽ requiſitam à lege, adhibeat a-
liam ſolennitatẽ in teſtamento, teſtamentum
ualet, etiã ſi illa ſuperflua ſolennitas minus le
gitimè eſſet adhibita, & faciunt not.per Feli.
in c.cum ordinẽ.in prin.de reſcript. & ad ſu-
pradicta facit tex.in l.teſtamentũ nõ ideo. C.
de teſta.Cõtrariũ,†quòd imò formæ nihil ad- 9
di poſſit, tenuit principaliter Bald. in l. quo-
tiens.in i.col.in fin.C.de ſuis & legit. quẽ re-
fert & ſequitur Iaſ.in l.ij.in vi.col. ff.de lib. &
poſthu. & in l. nemo poteſt, in prima oppoſ.
Bar. ff.de lega.i.Idem tenent moder.in c.pru
dentiam.in iiij.not.de offi.deleg.& latius per
Felin.in c.cum dilecta. in xi.col. uerſ.amplia
primo.de reſcript.Mouetur Bal.quia ubi lex
tradit formã, diciť actum perfectũ facere.pro
quo fa.quod dixi in §.i.ũ. ſed perfectioni ni-
hil addi poteſt, aliàs uitiatur.l.i.ff.de manu.te
ſta. Secũdo pro iſta parte Iaſ.in d.l.nemo po-
teſt, adducit tex.in l.diuus.§.licet. ff.de iur.co
dicil.†ubi ſi ultra ſolennitatẽ in codicillis re- 10
quiſitam à iure aliquis addat aliam, puta quia
dicat nolle codicillos aliter ualere, q̃ ſi ſua ma
nu ſubſcripti ſint, ſi condat codicillos & non
ſubſcribat, nihilominus ualebũt, quia formæ
iuris addi nõ potuit. Sed aduerte, quia ille te-
xtus probat contrariũ:ſi enim ille feciſſet co-
dicillos ſubſcriptos manu ſua, tex.præſuppo
nit quòd ualuiſſent. Tertio pro iſta opin.ad-
ducitur gl.not.de conſecr.diſt.iiij. c.ſi nõ ſan
ctificetur.ubi ſi quis dicat, ego te baptizo in
nomine patris,& filij,& ſpiritus ſancti, & o-
mnium ſanctorũ, propter illam additionẽ a-
ctus annullatur: quia in baptiſmo uerba ſunt
de forma, & ſic formæ addi nõ potuit. Quar-
to iſta opinio probať in d.l.gręcè.§.illud.ff.de
fideiuſſ.ubi ſi fideiuſſor addat obligationem
quantitatis ultra debitum principalis actus,
in totum perit ex defectu formæ. Quinto ad-
ducitur quod not.Ioan.And. in c.ſolent.de
ſent.excõm. quem refert & ſequitur And.Si
cul.cõſil.xliiij.in ij.col.in i.uol.ubi dicit, q́ in
tantum forma mandati eſt attendenda, quòd
non poteſt fieri illud per quod mandatũ ex-
pediretur citius uel facilius. Sexto adducitur
c.Meſſana.de elect.de quo ĩ dicam: & ex his
iſte articulus redditur ſatis dubius. Conclu-
dendo tamẽ puto regulariter dicendum,†q̃d 11
ſi addať formæ actus, nihilominus ualet. per
gl.in d.l.ſi non ſunt liberi. & per ſupradicta.
Fallit quando expreſſe & ſub pœna nullita-
tis actus reprobaret iſtam adiectionem.d.§.il
lud.& d.c.Meſſana. Item fallit quando adie-
ctio repugnat actui.per gl.in d. c.ſi nõ ſancti
ficetur.ſacramentũ enim baptiſmi cõcipi de-
bet in nomine Dei, non ſanctorũ, ut declarat
ibi gl. Item fallit quando ex iſta adiectione al-
teraretur forma præcedens, ſeu induceref di
uerſitas prioris actus.arg.c.cui de nõ. de præ
bend.lib.vi.& §.ſi quis ſimpliciter.ũ.eod.& in
iſtis tribus caſibus poteſt procedere opinio
Bar.in d.§.illud. Et ex iſto primo indiuiduo
inferť ad tex.in d. c. Meſſana.†ubi in electio- 12
ne ſi laici interueniant cum Canonicis, ele-
ctio eſt in totum nulla:& ratio eſt, quia nõ eſt
ſeruata forma, ex quo in huiuſmodi electiõe
eſt

est de forma quòd fiat præsentibus omnibus qui uolūt & possunt cōmodè interesse. c. quia propter. de elect. Imol. in c. quod sicut. in ij. col. eod. tit. & sic nō admissis alijs. Sed laici se immiscentes electionibus ecclesiasticis malè faciūt, & in eorum odium lex introduxit pro forma ne adessent, aliàs actus in totum annullatur. ita tenet Card. & Ioan. de Imol. in d. c. Messana. unde cessante defectu formæ esset secus, puta in alijs factis uniuersitatū, in quibus si admittunt̃ inhabiles, non tamen actus uitiat̃, ut dicit Abb. in c. fin. in ult. not. de procur. licet Ias. hîc eum reprehendat, per d. c. Messana. & c. illa. & c. cū terra. de elect. & malè, quia illa iura loquunt̃ in electione ecclesiastica, in qua cōtrauenit̃ formæ, ut suprà dixi.

13 †Secūdo infertur ad aliam quæstionē statuti mandantis electionem consiliariorū fieri per annum, & non ultra. Pone electus est aliquis per tres annos, nūquid ualebit saltem electio per annum? Lud. Roma. consil. lxvi. uir eximie. consulit quòd non, ex quo statutum per clausulā decreti apposuit formā, unde actus redditur indiuiduus, & cōsequenter utile per inutile uitiatur. Tertio infertur ad id quod consuluit Alex.[a] consil. lij. uiso instrumento locationis. in iiij. col. quem refert & sequitur Ias. in auth. qui rem. C. de sacr. san. eccle. in fi.
14 ubi uoluit †quòd locatio facta ultra nouē annos, quæ nō potuit fieri nisi cū autoritate episcopi, si sit facta & episcopus interposuerit autoritatē nō in ipso actu, sed post actum, quòd nō ualet neq; in tempore aliàs permisso: & est ratio, quia actus peccat in forma, ex quo talis solēnitas requirebatur in ipso actu. Bart. in l. uniuersa. C. de precib. Imper. offer. licet Bal. quē ipsi nō uiderūt, teneat contrariū consil. cccclxxv. in i. uol. & de hoc ĩ latius dicetur.

a *Adde eundem Alex. cons. 17 in 1. uol. tenuit Bart. in auth. q rem. C. de sac. san. eccl. Ang. in §. emphyteosim. per illum tex. in uerbo, nihil penitus. in auth. de non alien. Bal. in l. quicunq;. in prin. C. de bon. quæ libe. idem etiā Bal. in l. etiam. sol. matri.*

Quarto infertur ad id quod notanter consuluit Soci. cōsil. xxxvij. circa prędicta. in primo, ubi stante statuto, quòd non possint fieri cōductę nisi per quinq; uel quatuor: ex quinque sapientib. studij Perusini si sint quatuor habiles, & unus inhabilis, qui faciāt istas cōductas, actus in totū annullat̃, quia cōtra formam statuti, ut ibi per eum. Quinto infer-
15 tur ad quæst. †si hæres conficiens inuentariū, nō citauit omnes legatarios, an instrumentū sit in totū nullum. & Ang. in l. i. §. hæc stipulatio. ff. si cui plus q̃ per leg. fal. uidetur tenuisse quòd sic, ex quo nō seruauit formā traditā à lege, de qua in auth. sed cum testator. C. ad leg. fal. unde actus in totū corruit. & idem tenet Ro. & And. Sicul. hîc, & Ang. in d. auth. sed cum testator. & ibi dicit Corn. q̃ ista opinio de rigore iuris est uerior. Credo contrarium, quòd imò inuentariū solū uitiet̃ respectu eorū qui non sunt citati, prout tenet Bar. & Bal. cum cōcord. ibi per Alex. & Feli. in c. cū inter. in vi. col. extra de re iud. & est ratio, quia lex non procedit ultra annullando totū actū in casu quo aliquis legatarius non citet̃, prout fa. in d. l. græce. §. illud. cum simil.

Circa secundum indiuiduum uult Bar. q̃ †quādo aliqua res est accessoria alicui princi- 16
pali, uitiato principali corruit accessoriū. l. i. & ij. & l. tūc inutile. ff. de pecul. leg. Dic idem esse quando accessoriū est penitus indiuiduū à principali, quia trahit ad se principale. l. iij. C. de agric. & censi. lib. xi. de quo ĩ dicam. Et pro doctrina Bart. fa. gl. not. in l. si patronus. §. patronū. in uerb. Flauiana. ff. quæ in fraud. patro. qui dicit, quòd si principalis actus annullatur, etiam pacta accessoria in eo contenta annullantur. sequitur Bal. in l. Imperator. ff. de stat. hom. & in l. i. C. de inoffic. testa. & consequenter in eo non tenebit constitutum nec precarium, ut per Bald. in l. ex testamento. C. de fideicōm. cum simil. per Ias. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. in antepenul. col. ĩ. eod. Contra istam conclusionem opponitur: †quia confessio accessoria[b] in contractu 17
non annullatur, quamuis contractus annulletur. d. §. Chrysogonus. ubi Bart. & Bar. in l. certi condictio. §. quoniam. ff. si cert. pet. & uidimus in §. si quis ita. in fin. ĩ eod. & sic utile per inutile non uitiatur. Sed responde, quòd in casu d. §. Chrysogonus. ex quo actus qui agebatur erat de iure nullus, contra uoluntatē partium: quia ibi stipulatio alteri facta nō ualebat, lex sustinet confessionem ex ea resultantem, attenta uerisimili uoluntate partium, propter quam actus fit diuisibilis. quæ ratio cessat in casu Bar. quando testator legauit seruum cum peculio. Ex quo enim posuit peculium accessoriè, uerisimilis testatoris uoluntas fuit, ne peculium non deberetur nisi unà cum seruo: quia ista est natura illius dictionis, Cum, ut copulet accessoriè. Vnde secus erat si testator usus esset copula, Et, puta quia dixisset, lego seruum & eius peculium, ut dicit ipse Bar. in d. l. i. Et secundum hanc distinctionem intelligenda est gl. in d. §. patronū. cum simil. ut procedat in dubio; non autem quando de uerisimili mente cōtrahentiū est, ut uelint saltē accessoriū tenere. Et hoc quantum ad materiam nostram respicientem contractus aliàs generaliter. Nunquid sublato principali, accessoriū cesset, uide longam doctrinā per Cyn. & Salic. in l. intelligere. C. de luitione pignorū. Secundo obstat, quia imò uidetur q̃ quādo aliquid est accessoriū, quod fieri de se nō possit, & sic aliàs inutile, q̃d tamē ualeat ratione principalis utilis. l. si is q duos. ff. de lib. legat. l. si sponsus. §. generaliter. ff. de donat. inter uir. & uxor. Paul. de Cast. hîc respondet limitando supradictam regulam, ut fallat quando illud accessorium est inutile ex iure speciali. d. §. generaliter. uel quando essemus in actibus fauorabilibus. d. l. si is qui duos. Sed ista dicta nō sunt uera: q̃a prohibitio donationis inter uirū & uxorē, licet inducta iure speciali, tamen est fauorabilis fauore publico, propter bonos mores. l. i. & seq. ff. de donat. int. uir. & ux. unde debuerat potius fieri interpretatio fauorabilis, ut donatio nō teneret. Itē quia in legatis nō fit fauorabilis interpretatio, ut uoluit Pau. de Cast. sed stricta.

b *Adde tex. in l. proinde. in fi. ff. de ædil. edi.*

l.numis.de lega.iij. Bartol.in l.cum auus.in
fin.ff.de cond.& demonst.Roma.in l.si plu-
res.ff.de dam.infec.Socin.in l.si sic fuerit.ff.
de rebus dub.& per moder.in l.in testamen
tis.ff.de reg.iuris. Quare tu responde, quòd
ibi actus indiuiduus est inutilis pro parte, in
odium accipientis. Nam in casu d.§.generali
ter. alter coniugum cui donatur, præsumit
alterum blanditijs spoliasse.d.l.iij. ibi, & de-
terior ditior fieret. Item in casu d. l. si is qui
duos. ille est incapax ex culpa sua. In tali er-
go casu si fiat donatio uel legatū habili prin-
cipaliter, licet in consequentiam resultet uti-
litas inhabili, lex sustinet contractū, ex quo
præualet fauor habilis cui principaliter dat,
odio inhabilis qui in consequentiā lucrum
sortit.arg.l.si quis nec causam. ff. si cert. pet.
Vnde si esset aliqua coniectura fraudis, ali-
ter esset secundum Bart.in d.l.si is qui duos,
in quæst.de spurio. Illis ergo casibus inutile
non uitiat, quia cessat ratio legis, per quam
actus annullabat. Et sic procedit etiam text.
in c.sacris.de sepulturis. & de his etiam infra
dicam. Tertio obstat, quia contractus dicit
indiuiduus, non solùm quia accessoriū non
posit diuidi à principali, ut uult Bar.sed etiā
è conuerso: quia principale non diuellatur
ab accessorio.l.ædiles.ij.ff. de ædil.edict. de-
clarat Bald. in l.ij.in i.col.C.de ædil.act. ubi
propter sellam non præstitā agitur ad rescis-
sionem totius contractus uenditionis equi.
& facit l.plerunq;.ff.eo.tit.Sed ad hoc respō-
de,quòd istud est ex uoluntate contrahentis,
qui non emisset aliter, uel quia induceretur
dura separatio. Et supradicta inferuntur ad
quæstionem: quia disputauit Marinus Silli-
mani,prout eum refert Ioan.Andr.in addit.
18 in Spec.tit.de stat.monach.uers.xliij.†Pone,
aliquis uxoratus intrauit monasteriū, & ob-
tulit se & bona sua illi: uxor eum repetijt, q̄d
potest,27.q.2,agatosa.& sic actus oblationis
de se inutilis nunquid uitiet oblationem ho-
norum? Mar.Silli.& Io.And.in d.loco tenēt
quòd sic: sequitur Andr. Sicul. consil.iij.in
fin.in i.uol.& ista opi.mihi magis placet,per
supradicta,licet Bar.distinguat in d.auth.in-
gressi. Secundo & ultimo infertur ad quæ-
19 stionem: †Si uendidi fundum Iudæo, nun-
quid sequentur ascriptitij Christiani? & gl.
in l.quemadmodum.in uerb. manserunt. in
fi.C.de agric.& cens.lib.xi. quam ibi Doct.
sequunt, tenent quòd uitietur uenditio: quia
licet Iudæus potuisset fundū separatim eme-
re, nō tamen potest emere ascriptitios Chri-
stianos.l.i.C.ne mancip.Christia.unde utile
uitiat per inutile, q̄d uenit in necessariā cōse-
quentiā.l.plerūq;.ff.de ædil.act.quia ascripti
tij sunt indiuidui à fundo.d.l.quemadmodū.
20 Circa tertiū indiuiduum, uidelicet†quan-
do actus est indiuiduus ex uoluntate contra
hentiū, firmant Doct.etiam tali casu utile per
inutile uitiari.l.Pedius.ff.de arbit.ad idem fa
cit l.quòd si duo.ff.de in diē adiec.& l.si quis
aliam.ff.de solut.ubi traditur contractus esse
indiuiduos, quia nō possunt pro parte appro
bari,& pro parte reprobari.& faciunt quædā
decisiones relatę per Ias.in l.stipulationes nō
diuid.in octaua oppos.Bar.j.eo.& singularis
decisio Guidonis Papæ ccccc viij.Et est ratio,
quia lex præsumit quòd pars aliter nō cōtra-
xisset: & sic istud procedit nō solùm conside-
rata uoluntate utriusq; contrahentiū, sed etiā
alterius tantū.d.l.cum eiusdem.ff.de ædil.ed.
& l.si duos.ff.de cōtrah.empt.nam nō est ue-
risimile quòd pars uoluerit damnificari. Et
sub isto membro potest cōprehendi casus c.
cum super.extra de offi.deleg.per quem tex.
dicit ibi Io.de Imol. quòd sufficit indiuiduita
tem esse respectu intentionis agentiū, licet in
ueritate nō sit. Nam ibi ex duobus delegatis
cum clausula, quòd si ambo &c̄. uno recusa-
to q̄uis alter solus procedere potuisset, si cū
recusato procedat uidet credidisse se nō pos-
se solum procedere, & iudiciū in totū annul-
latur. Et sub hoc membro etiam potest cōpre
hendi præcedens indiuiduū,[a] d. l.i. & ij. ff. de
pecul.leg.de quo suprà dixi. Sed contra ista
dicta Doct. hic uidetur obstare text. noster:
quia in eo aut responsio deberet in totum ua-
lere, aut in totum uitiari, quia est copulatiuè
facta, ergo uidetur respōdens uoluisse quòd
requiratur concursus utriusq;. l.si hæredi. ff.
de cond.instit.Sed respōde,quòd ex quo ista
sunt separata, nec tendunt ad eundem effe-
ctum, copula nō requirit concursum, ut per
Bal.in l.si mater tua.C.de contrah.empt.& in
l.edita.circa fin.C.de eden.refert Ias.in l.i.in
iiij.col.uers.vij.limita.ff.de iust.& iur. Et ista
etiam inferunt ad aliquas quæstiones.†Pone 21
compromissum est in tres, inter quos erat u-
nus frater minor, nūquid standum sit laudo?
Videt q̄ nō: fratres minores nō possunt esse
arbitri nec arbitratores. Cle. exiui de paradi-
so.§.ad nostrū,etiam de consensu sui ministri
generalis, ex quo illa decretalis habet clausu-
lam derogatoriā in fin. cui nō potest per inse
riorem à Papa derogari, ut per Angel. Imol.
Alex.& Ias.in l.nemo potest.ff.de legat.i.per
Canonist. in c. at si clerici. §. de adulterijs. de
iudi.& in fortiori casu consuluit Soci.consil.
xcix.in iiij.col. in ij.uol. quòd etiam si super
ueniat habilitatio, tamen laudum est nullum,
& sic utile uitiatur per inutile. d. l. Pedius. &
consuluit Bal.consil.cccxiij.in v.quæ decisio
fundatur ea ratione, quia præsumitur partes
non confidere de duobus tantū: unde si in cō
promisso dictum fuerit, quòd si duo erūt cō-
cordes stetur illis, tunc ualebit cōpromissum
ex persona habiliū, ut per Bal.consil.xlij.in i.
Idem si sit cōpromissum in duos tantū, & de-
tur potestas insolidum unicuiq;: nam nō pro
cedet d.l.Pedius.ut probatur in l.seq.& tenet
Ioan.And. in regula iur.utile.in nouell. tum
quia cessat ratio d.l.tum etiam per text.in d.l.
i.uers.quid enim. ff. quod fal. tut. & fa. quod
not.Bal.in l.Imperator. ff.de stat.ho.& in l.si
quis ex argētarijs.ff.de eden. ubi instrumen-
tum rogatū à duobus notarijs, insolidum ua-
let,

a Ratio est, quia peculiū nō iudicatur accessoriū seruī, nisi hoc constet esse de uoluntate domini: nam si utatur dictione Cum, est accessoriū: secus si utatur copula Et, ut p Bar. in d. l. j. & in l. si cui fundū. ff. de fun. instr.

let, quis unus fuerit inhabilis. Secundo in-
22 fertur ad quæstionē† de monacho, qui in professione reseruauit sibi per pactum aliqua bona, quod facere non potest. c. cum ad monasterium. extra de statu monach. nunquid uitieř professio? Rom. hic & Aret. latè tangūt. Per supradicta uideř quòd debeat uitiari in totum actus, ex quo aliter nō est uerisimile ꝙ iste fecisset professionē, nisi reseruatio teneret. & ita tenet gl. in c. ij. in gl. mag. & in d. c. cū ad monasteriū, de sta. mona. & istā opi. sequiř hic Aret, & magis cōmunē dicit esse And. Sicul. consil. iij. in i. uol. licet Ias. in auth. ingressi, C. de sac. san. eccl. aliter dicat; & ista opi. mihi magis placet, quia pactū contra substantiā contractus tollit cōtractū præcedentē[a]. l. per seruū. §. fi. ff. de usu & hab. & q̄d not. in l. pacta cōuenta. ff. de cōtrah. emp. Nec obstat l. cum precario. ff. de precar. in qua est fundamentū Bar. & aliorū: quia ultra respōsionē Aret. hic potest dici, quòd in illo casu est diuersa ratio. Nam ideo annullař professio, quia actus est indiuiduus ex uolūtate cōtrahentis, arg. d. l. ædiles. ij. ff. de ædil. edict. quia nō fuit mentis istius profiteri, nisi tale pactū ualeret; sed in d. l. cū precario. cessat hæc ratio, quia ex quo precariū tendit in solū fauorē accipiētis, quis pactū cōtra substantiā reijciař, lex tamē præsumit consensum accipientis, ex quo adhuc sibi resultat ex contractu principali aliqua u-
23 tilitas. Tertio infertur ad quæstionem; † Si ecclesia, quæ nō potest locare nisi in nouenniū ex cōsuetudine, uel dare in emphyteosim nisi in tertiā generationē, transgrediař terminum, ut quia locet in xv. annos, uel det in emphyteosim in quartā generationē, an concessio uitieř in totū, an in partē? Et cōmunis opi. est quòd uitieř nisi in parte; quia sumus in separabilibus, ut dicit Ias. in auth. si rem. C. de sacr. san. eccl. quam cōmunē conclusionē restringe per supradicta, uidelicet ut nō procedat quando pręsumpta mens cōtrahentis est, quòd nō contraxisset nisi actus ualeret in totum; nam tunc talis contractus dicitur indiuiduus. Colligitur autē ista mens ex pluribus coniecturis. Primo ex uniformitate precij, quando conductor non conuenit ut solueret tantum in annos singulos æqualiter, sed unā solutionem pro toto tempore. arg. l. si plures, & l. ædiles. ff. de ædil. edict.[b] & ita tenet Bald. consil. ccccLxxv. in i. uol. Secundo præsumitur ex magna quātitate pecuniarū soluta ante terminū: quia non est uerisimile quòd dedisset illam pecuniā, nisi credidisset cōtractū in totum ualere; unde ratione damni quodaliàs immineret, contractus resoluitur. d. l. ædiles. §. cum autem. & tradit Alex. hic. Tertio præsumitur, quando isti fundi essent steriles à principio, & in tēpore superadiecto uenirēt meliorandi, secundum Aret. in l. quod dicitř. ſ. eo. puta si esset aliqua sylua cædua, quæ nō soleret incidi nisi ultra nouennium. Quarto generaliter præsumitur si aliquæ aliæ coniecturæ uerisimiles hoc suadeant, ut per Lapū alleg. lxxx. Aduerte tamen in hac quęst. quia Ias. in d. auth. qui rem. & moder. hic, tenēt cōtra cōmunē opin. quòd imò talis cōtractus in totum annulletur: primo per tex. in §. emphyteosim. in auth. de nō alie. ubi dicitur, locatio aliter facta nullū penitus robur habeat. Sed ad hunc text. omissa responsione Aret. tu dicas, quòd text. solùm annullat cōtractū aliter factum: unde cùm simus in separabilibus, solùm ipso iure tolleř quatenus aliter factū est. Secūdo, quia ista locatio ultra tempus trāsit in uim alienationis, unde in totum cōtractus debet rescindi ex defectu solennitatū. Cle. i. de reb. eccl. nō alie. ubi est casus. Contra hāc opi. secundū Soci. hic respōde, ꝙ ille tex. loquiř in alienatione nulla ex defectu solēnitatis requisitæ, de qua per Alex. in præalleg. cōsil. lij. & ā dixi; sed nostra quęstio procedit ubi nō requiruntř solennitates: quia bona essent consueta dari in emphyteosim, uel nō essent demensa, ut declarat Bart. in d. auth. qui rem.

a Intellige in cōtinenti & sine interuallo, aliàs pactum uitiaretur, & nō contractus. l. sed si defuncta. ij. respōs. ff. de usu & hab. & tenet gl. in §. si. hic alleg. in uerb. denique. post medium glos.

b Adde tex. in l. cum eiusdem. eod. tit.

Circa quartū indiuiduū, uidelicet ex natura rei, largè intellige de quolibet indiuiduo tam naturaliter quàm legaliter, secundū declarationem moder. in §. & harum. in l. ij. ſ. eo. Vbicunque ergo contractus est hoc modo indiuiduus, utile per inutile uitiatur, secundū Bart. in d. §. illud. & Doct. hic. Sed cōtra hanc conclusionem primo obstat text. in l. propriū. ff.
cōm. præd. ubi† si stipuler seruitutem mihi & 24
socio, ista stipulatio est inutilis respectu socij, & tamen non uitiař quin respectu mei teneat. Sed respōde, ꝙ una seruitus non potest diuidi, sed plures diuiduntř saltē numero. arg. l. in stipulationib. §. operarū. ſ. eo. unde in casu d. l. propriū. ex quo in persona duorū fuit concepta stipulatio, uel etiam actum fuit de duabus seruitutib. numero, & una per aliam non uitiatur, prout uoluit Io. And. in dicta regula iuris, Vtile. & sequuntř moder. hic. Tu dic melius, quòd est una tantū seruitus, quæ nō potuit acquiri alteri, unde stipulator totā habet per ius non decrescendi, ut declarat ibi Flor. & Doct. in l. si mihi & Titio. ſ. eo. & fa. l. fundus ille ff. de cōtrah. empt. Secundo oppo. de l. fi. ff. quib. ad liber. proclam. nō licet. & l. liberis. §. si duo. ff. de lib. caus. ubi si duo, alter sciens, alter ignorans, emant hominē liberū, licet respectu sciētis emptio sit inutilis, tamē ualet in totū respectu ignorātis, & tamē sumus in indiuiduis: quia homo uenditus nō potest pro parte esse liber, & pro parte seruus. l. si pariter. in fin. ff. eod. tit. Responde, quòd imò sumus in separabilibus, ex quo in casu d. l. fin. quilibet emebat insolidum, unde ipse remanet insolidum seruus ignorantis, & emptio unius est separabilis ab emptione alterius. Idem in casu d. §. si duo, ubi licet quilibet emeret pro parte dimidia, tamen emptor ignorans habet totū, in necessariā cōsequentiam, ex quo sciens excluditur ex culpa sua, per rationem quam dixi ā respondendo ad l. si is qui deos. ff. de lib. leg. Tertio oppo. quia aditio hæreditatis est actus indiuiduus, l. i. &

ij.ff.de acquir.hæred. & tamen si aliquis pro
parte adijt, & pro parte repudiat, aditio non
uitiatur, sed repudiatio, ut est gl.in d.l.i. quæ
25 cõmuniter tenetur. Responde,† quòd ratio
cur utile uitiet per inutile in indiuiduis, est,
quia aliter utile per seipsum stare nõ potest,
uel prohibente lege, uel uoluntate cõtrahen
tium: unde si stare potest per seipsum, secus
est. & ita procedit d.gl. quia repudiatio par-
tis reijcitur: & qui adiuit partem, totum ha-
bet in necessariã consequentiam, quia actus
26 est indiuiduus, ut s dixi. Quarto oppo.†De
cretum seu sententia est indiuidua, quia non
potest pro parte ualere.l.in hoc iudicio.ff.fa-
mil.ercis.& tamen in ea utile per inutile non
uitiatur.l.qui testamento.ff.de excus.tut.In-
noc.in c.in præsentia.extra de renunc.& per
Alex.in l.qui Romæ.§.duo fratres.j.eod.ubi
sententia lata ex duabus causis, una uera, al-
tera falsa, sustinetur ex utili, ex inutili reijcit.
ad idem l.i.§.biduum.ff.quando appell.sit.se
cundum primum intellectum gl.in uers. sta-
tim. Sed responde, quòd etiam hîc sumus in
separabilibus, quia una causa est separabilis
ab alia; nec sententia est indiuidua respectu
causarum, sed eo respectu, quia super omni-
bus pronunciandum est, & sic respectu pro-
nunciati.l.i[a].C.si aduer.rem iud. & dicta l.in
27 hoc iudicio. Quinto oppo. per las.hîc:†Te-
stamentum est indiuiduum. l. furiosum. C.
qui testa.facere poss. & tamen in eo utile per
inutile non uitiatur.l.ij.ff.de his quæ pro nõ
script.hab. l.hac consultiss. §. ex imperfecto.
C.de testa.Sed respõde quòd testamentũ est
indiuiduum quo ad hoc, quia nisi totam uo-
luntatẽ suam explicauerit[b] testator, nihil ua-
let; non autẽ quo ad hoc, quòd in eo non pos
sit ualere aliqua dispositio, aliqua non. Se-
xto oppo.hîc per las.quia iuramentum est in
diuiduũ, ut per Bal. in l.si ex falsis.C.de trãs.
& in c.i.§.cum autẽ.de contro.inuest. in feu.
& tamen potest pro parte ualere, ut est gl. in
c.petitio. in gl.i. de iureiur. Sed responde quòd
iuramentum est indiuiduum quo ad fidem:
quia falsus in uno, falsus in omnibus, ut per
Innoc.in c.fraternitatis.de hęret.& per Mar.
de Laud. in d.§.cum autem, quo ad alios ef-
fectus non: unde in eodem iuramentum tene
bit licitum, & reprobatur illicitum.c.inter cę
tera.xxij.q.iiij. ubi Archid. Septimo oppo.
de l.quæritur ff.de sta.hom.ubi attendit cau
sa potentior, & illud pręualet, inutili reiecto.
Potes respondere, quòd nos loquimur quan
do actui utili additur species, uel res inutilis:
sed d.l. quæritur. loquitur in eodem actu in
quo duæ qualitates contrariæ concurrunt,
unde attenditur potentior: & sic ille tex. facit
potius ad regulam, nunquid dispositum de
simplici, trahatur ad casum mixtum, de quo
in l.ij.in prin.j.eo. Ang. tamẽ & Imol. hîc per
illum tex, aliter concludunt, uidelicet esse at-
tendendũ quid in se sit potẽtius, ut si utile sit
potentius uel fauorabilius, trahat ad se inuti-
le.& ita potest intelligi gl.in d.l.i, de acq.hęr.

a Vide ibi Paul. de Cast. col.ij. in fi. ubi notabiliter declarat

b Intellige, eodẽ cõtextu, & sic eodẽ loco & tẽpore. l. hac cõsultiss. uers. quibus omnib. C. qui testa.fa. poss. l. hæredes palam. §.fi.ff. de testa. & iste casus poterat situari sub primo indiuiduo ratiõe formæ.

& tex.in l.si is qui duos.de lib.leg.& l.si spõsus.
§.generaliter.ff.de don.int.uir.& ux.& d.l.li-
beris. §.si duo. Si uerò aliter sit, actus in totũ
annullabit. Vnde in actib. uniuersitatis si re-
ctores eius sint inhabiles, puta quia excõmu
nicati, actus in totũ uitiatur, licet in eo inter-
uenerint alij qui de se fuissent habiles, intelli
gendo ut per Abb.in c.si.de procu.& moder.
in c.cũ super.de offi.dele. Et ista inferunt ad
quæstionẽ†nunquid datio in solutũ si sit facta 28
plus debito, ualeat saltẽ pro parte uerè debita,
an in toto sit nulla.& cõmunis opin.est in to-
tum annullari, per l.si non sortem. §.si centũ.
ff.de cond.indeb.& Doct.in d.§.quoniã.Ra-
tio est, quia talis datio fit uigore decreti, unde
non potest pro parte ualere. Quare nõ proce
dit in datione quæ fit pignore cõuentionali,
ut per moder.in d.§.quotiam, nec ubi potest
esse decretũ diuiduũ respectu personarũ. per
not.in l.de unoquoq;. ff. de re iud.& ita tenet
Bal.in l.ordo. in pen.quæst. C.de except.rei
iud.de quo uide per Alex.in l.iustè. ff. de ac-
quir.poss.cum concord.hîc per eum. Aduer
te tamen, quia etiam in casu in quo nõ inter-
ueniat decretũ, datio in solutũ annullabitur
in totum, si aliàs ille qui dedit fundum non
fuisset daturus partem, puta quia noluisset in
cidere in cõmunionẽ, ita propriè loquit text.
in d.§.si centũ.& est ratio, quia iste actus red-
ditur indiuiduus ex uoluntate contrahentiũ.
d.l.si quis aliam.ff.de solut.cum simil. ut s di-
xi. Secundo infertur ad quæstionẽ,†testis qui 29
admiscet falsa ueris, nunquid totũ dictum ui-
tietur? Et clarum est quòd sic.c.pura.iij. q.ix.
quia eius dictum est indiuiduum ratione iu-
ramenti, ut per Bald.in d.l.si ex falsis, cum si-
mil.hîc per Aret.& in c.in nostra. extra de te
stib.Idem in rescripto, quia falsa grammatica
in parte rescripti uitiat totum.c.ad audientiã.
ubi Bald.extra de rescrip. Et ratio est, quia re
scriptum redditur suspectum, & sic deficit in
fide, quæ est indiuidua. c. si ad scripturas. ix.
distin.Et ex hoc potest decidi quæstio in qua
Bal.dubitauit in l.sancimus.C.de donat.Po-
ne statutum dicit, si quis cõtraxerit cũ mino-
re à decẽ libris supra, tali casu præsumat con
tractus extortus per dolum, nũquid à decẽ li-
bris infra saltẽ tenebit, & solum superadiectũ
uitiabitur? Credo in totũ annullari, quia sta-
tutũ diminuit de fide contractus respectu cõ
trahentis, quæ fides est indiuidua, ut s dixi.
Non obstat l.sancimus. quia licet nõ interue
niente insinuatione præsumatur fraus, ut di-
cit Bar.in l.Modestinus.ff.de donat.& Aret.
in cõsil.xiij. istud fuit introductum respectu
tertij, non respectu contrahentis.
Secũda principalis conclusio est,† quòd in his 30
quæ separationẽ recipiũt, utile per inutile nõ
uitiat, ita procedit tex.hic, & in l.si mihi & Ti
tio.j.eo.& in l.si duo rei. eod.tit. & l.duobus.
ff.de testa.tutel.& l.iij.§.si cui plusquam.ff.de
adim.leg.cum alijs alleg.hîc per mod. Adde,
pro ista regula primo fa. quod not. Paul. de E-
lea, in disputationibus suis, quæst. vij. incip.
causa

causa fuit cõmissa. ubi ponit de tribus iudicibus simul procedentibus, quorũ unus detulerat appellationi à quodam articulo interpositæ, & sic nõ poterat amplius procedere, an processus aliorũ ex admixtione ipsius uitietur? & per istam regulã concludit quòd non. Secundo facit quod not. Lauren. de Rodul. in repet. c. consuluit. de usur. q. cxxxv. Pone, aliquis mutuauit mihi centũ, & ego propter usurariam prauitatem promisi illi ducenta, & ita obtinuit contra me in foro ciuili: nunquid ad mei instantiam poterit iudex ecclesiasticus inhibere in totum, an tantũmodo ratione usurarum? latè disputat, tandem cõcludit quòd non debebit nisi pro parte: & ratio est, quia licet sentẽtia ipsa in se fuerit indiuidua, istud est uerum ratione iudicis in foro ciuili, sed iudex ecclesiasticus habet inhibere respectu summæ quæ est separabilis, unde utile per inutile non uitiatur. Tertio adde quod notat Bald. in c. i. §. ad hæc. hic finitur lex. in usibus feud. quem refert & sequitur Aret. in l. continuus. §. illud. in i. col. in fin. ĩ. eod. ubi si stipulatio apponatur cõtractui bonæ fidei, in quo sit deductum aliquid impossibile, licet uitietur stipulatio, quæ est stricti iuris propter difficultatem præstationis, orietur tamen obligatio ex contractu bonæ fidei; quia utile per inutile non uitiatur, ex quo sunt separabilia. arg. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. & §. sequen. ĩ. eo. Quarto facit quod not. Alex. post alios in l. eo facto. §. fin. ff. de uulg. ubi si hæres accõmodat tacitè fidẽ de restituendo partem bonorum incapaci, non annullatur tota institutio, sed fiscus aufert solùm pro parte, ex quo sumus in separabilib. per l. hæres qui tacitam. ff. de his qui. ut indig. quicquid dixerit Bald. in l. etiam. in penult. quæst. ff. de his qui, ut indig. Quinto facit quod consuluit Alex. consil. lxxxiij. uisa facti narratione. in ij. uol. in penult. col. Pone, duo fratres inter se pacti sunt, quòd præmorienti sine liberis alter succedat, & ex tunc alter eueniente tali casu, donauit inter uiuos alteri superuiuenti omnia bona quæ habebat cõmunia cum eo: quæritur utrum ista dispositio uitietur in omnibus? Et uidebaĩ quòd sic, quia pactũ de succedendo appositũ nõ ualet. l. licet. C. de pact. l. stipul. hoc modo concep. ĩ. eod. Cõtrarium determinat ibi Alex. per regulam istius text. quia ex quo pactum donationis est separabile à pacto succedendi, utile per inutile non uitiatur, ut ibi per eum. Sexto fa. quod not. Socin. cõsil. xli. in penult. col. in iiij. uol. Amplia istam regulam ut procedat etiã in tempore[a]. l. in pupillari. ubi Aret. ff. de uulg. & fa. gl. notab. in c. fin. de poenit. & remiss. in vi. & Iason hîc. Amplia secundo, idem esse in personis. d. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. & tenet Signor. consil. cxiiij. Limita istã conclusionem in casu l. donationes quas parentes. C. de donat. inter uir. & uxo. 31 †ubi si pater donat filio in potestate, uel maritus uxori ultra quingentos solidos, nec facit insinuari donationem, tunc actus in totum fit nullus, non autem ualeat usque ad legitimam summã. & sic limitatur d. l. sancimus. de donat. Et est ratio secundum gl. ibi, quia cõcurrit duplex defectus, scilicet rei & personæ[b]. & idem tenet Salic. ibi, & Ias. hîc, & Socin. in l. i. viij. col. ff. sol. matr. & in consil. cxv. in i. col. in fin. in iiij. col. ubi dicit istam opinionẽ fuisse approbatam per totum collegium Pisanum: & ista opinio mihi placet, pro qua induco tex. in d. l. donationes. duobus modis. Primo, dum dicit talem donationẽ confirmari, non concedimus, si sit amplioris quantitatis: nam illa negatiua postposita uerbo, negat in totũ, ut dicit Bal. in l. si is qui ducenta. §. utrum. ff. de rebus dub. & sic non poterit confirmari in parte. Secundo, quia text. ibi, ex eo tempore ex quo eædem donationes cõfirmatæ sunt &c. præsupponit, 32 †ubi donatio fuerit ultra legitimam summã, nõ retrò trahi nisi usque ad tempus cõfirmationis: certè si à principio tenuisset in parte, debuisset pro illa parte retrò trahi usque ad tẽpus donationis, cuius cõtrariũ tex. præsupponit. Nec obstat quòd contrariũ tenuerit Io. And. in addit. Spec. tit. de donat. in prin. in additione incip. quinto scias. quẽ refert & sequiĩ Aret. consil. xvij. in ij. col. quia fundamentũ per quod moueĩ Aret. non est uerum, dum dicit quòd d. l. uenit interpretatiuè & extensiuè ad d. l. sancimus. unde debet interpretari secundũ illã, ut per Bart. in l. nihil. ff. de cõiug. cũ eman. lib. & in l. prætor. §. erit. ff. ui bo. rap. & sic declarabiĩ secundũ eum, ut donatio tantũmodo nõ confirmeĩ quantũ ad insinuationẽ, nisi ratione superadiecti, quia ualebat usque ad quingẽtos solidos: nam respõdeo quòd est falsum, quòd d. l. ueniat interpretatiuè, imò expresse probaĩ cõtrariũ, ut s induxi. Nec etiã ista opinio Aret. probaĩ per tex. in l. si quis pro redemptiõe. in fi. C. de donat. ubi secundũ Ias. lex dicit, quod donatio ultra quingẽtos aureos nõ insinuata, ualet usque ad quingentos, sine distinctione: quia ultra Ias. dic melius, quòd illa uerba, sine distinctione, referunĩ ad supradicta in materia legis: quia in principio erat facta distinctio, an donatio fieret pro redemptione, & similib. casibus, uel nõ: unde clausula finalis declaratur secundũ præcedentia. l. si seruus pluriũ. §. fi. ff. de leg. i. l. Titia. §. i. ĩ. eod. Limita, ut prædicta regula non procedat ubi actus est inutilis pro parte, & concurrit incertitudo: quia propter incertitudinem in totum uitiabitur, ut est tex. in l. si libertus minorẽ. §. si plures. ff. de iur. patro. Adde primo ad illum text. quod not. Abb. & Io. de Imol. in c. fraternitatem. extra de dona. ubi uolunt, quòd si donatio fiat à prælato in graui summa, si sit dubium quæ res prius uel posterius fuerint alienatæ, ratione dubij reuocabuntur omnes, quamuis aliàs in modica summa teneat alienatio. Secundo adde quod not. gl. in c. bonæ. xij. q. ij. Ioan. And. Abb. & Io. de Imol. in c. apostolicæ. de donat. 33 †episcopus potest donare quinquagesimã ecclesiæ

a Adde quod not. idem D. meus in §. si quis simpliciter. in ij. not. ĩ. eod.

b Facit, quia duo obiecta fortius impediunt quam unum. l. non passam. §. præscriptione. ff. de adult.

quam ædificauerit, & nõ plus: si uerò donauerit plus, simul & dubiũ est, quod prius datum sit reuocabit̃ totũ. Tertio adde q̃d not. Ioan. And. & Abb. in c. dilectus. el i. de præben. ubi si in ecclesia determinatus sit numerus Canonicorũ, puta decẽ: si recipiant̃ quindecim, aut sit successiuè, & quinq; ultimi repellunt̃: aut simul, & ratione dubij omnes repellunt̃. & dicit Abbas quòd istud est, quia ex quo isti sunt simul admissi, talis actus reddit̃ indiuiduus. Quarto adde quod not. Cald. Abb. & Imol. in c. si sacerdos. extra de offi. ordi. ubi si sacerdos habebat ante se quindecim hostias, & eas cõsecrauit existimans esse nisi decẽ, & ea intentione ut nõ cõsecrarer nisi decem, dicunt præfati Doct. quòd nulla erit cõsecrata propter incertitudinẽ, arg. gl. notab. ibi, quæ
34 uult, † quòd si episcopus dicat, excõmunico unũ de illis qui tale pactũ fecerũt, nullus erit excõmunicatus propter incertitudinẽ. l. cum ex plurib. ff. de manu. testa. l. duo sunt. ff. de testa. tute. & fa. l. si fuerit. in primo respons. ff. de reb. dub. ad idem l. scientiã. §. stramenta. ff. ad leg. Aquil. & c. sacris. de sepul. Quinto adde quod not. Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta. in iij. char. ʃ. eod. & in d. consil. lxxxiij. in pen. col. in ij. uol. ubi si facta sit donatio omnium bonorũ præsentiũ & futurorum, reuocatur in totũ: quia nõ subest ratio, cur magis debeat inualidari in futuris quàm in præsentibus. per d. §. si plures. & idem tenuit Bal. in d. l. certi condictio. §. quoniam uerò tertius casus. de quo etiã per Ang. consil. clxxix. uisis præfatis instrumentis. Tertio limita, † ubi
35 actus fit in fraudem legis, quia tunc in totum annullatur. d. l. si libertus. in prin. Sed aduerte: quia imò actus factus contra legem in totũ nõ est nullus, ut probatur in l. si ut allegas. C. de usur. & in l. placuit. ff. eo. tit. & l. si pro mutua. C. si cert. pet. & facit tex. in c. quæst. sunt. xvij. q. iiij. ubi si donatio facta sit prohibente canone, non reuocat̃ nisi pro ea parte quã ca non uetat, & utile per inutile nõ uitiatur. Ad idem q̃d not. Alex. post alios in l. si donationis. C. de collat. Pater nõ potest donare filio in potestate, quia lex prohibet: ponamus q̃d donet, & persistat in illa uoluntate, ualebit in uim relicti, & utile nõ uitiat̃. fa. q̃d not. Aret. in consil. ij. Nec obstat d. l. si libertus. quia ibi dispositio erat non solùm in fraudẽ legis, sed etiam in fraudem hominis. Pone enim quòd libertus habebat in bonis centũ uiginti, & alienauit triginta, alienatio in totũ est nulla, ex quo omnia illa uiginti fuissent reuocãda per Flauianã uel Caluisianã actionẽ, unde lex maluit in totũ annullare. arg. l. eum qui. ff. de usu cap. Et sic intellige istam limitationẽ quando alienatio sit in fraudẽ legis & hominis simul.
36 Quarto limita, † quãdo utile tacitè inesset inutili, quia tũc etiam in separabilibus actus in totum perit: & ratio est, quia uitiato expresso, debet etiam uitiari tacitũ. ita est text. & ibi gl. in l. si sponsus. §. si maritus. ff. de donat. inter uirum & ux. de quo dic ut hic per moder.

Et ita sit expeditum istud quartum notabile.
Quinto & ultimo nota, † quòd si interrogas 37
me de duabus specieb. copulatiuè, & ego respondeã de una uel econtra, tenet stipulatio in illa. fa. tex. in l. inter stipulantem. §. si stipulanti. ʃ. eod. Secus est si alternatiuè interrogẽ, & tu respondeas præcise de una, nam uitiatur stipulatio in totum. d. §. si stipulante. Et ratio differentiæ est, quia in isto secũdo casu diuersitas est obligationis inter interrogationẽ & responsionem, unde uitiatur stipulatio. §. si quis simpliciter. ã. eod. interrogans enim alternatiuè, est perinde ac si sub conditione interrogaret; quia idem est dicere, promittis Stichum aut Pamphilum? sicut si diceres, si non dabis Stichum, dabis Pamphilum: & si nõ dederis Pamphilum, dabis Stichum, ut est text. in l. iij. in fi. ff. qui & à quib. manu. unde si respondeas purè, est difformitas, & annullatur stipulatio. d. §. si quis simpliciter. Facit, quia in obligatione alternatiua mortuo altero nõ tamẽ esses liberatus. l. græcè. §. si quis Stichũ. ʃ. de fide. & tamẽ ex obligatione pura esset secus. l. quod te. ff. si cer. pet. Et ex suprascripta ratione infertur ad aliam rationẽ differentiæ inter promissionem alternatiuam specierum & summarũ. Nam in summis si dicatur, si nõ dederis mihi decẽ dabis quindecim? & si non dederis quindecim dabis decem? quocunq; modo eueniat conditio, debebuntur decem: unde interrogatio habet̃ pro pura, respectu
decem: quia † cõditiones quarum euentus ni- 38
hil operatur, habentur pro puris, & frustra expectãtur. l. Iulianus uerum debitorẽ. ff. de condict. indeb. uers. quia nec absolutus. l. aliquando. in fin. ff. ad Velleia. unde in summis semper censetur promissum id quod est minus, & sic censetur una stipulatio de minore summa, quod nõ est in speciebus, & sic idem uult gl. & Bart. licet prima facie uiderent̃ discordes: & idem uult Bart. in l. si duo rei. ʃ. eo. Io. de Imol. in §. si quis ita. Alex. & alij hic, & Io. Fab. in §. præterea. Instit. de inutil. stip. & ista declaratio est uerior q̃ Doctorũ hic. Et ex suprascriptis habes, quòd si interrogo te, promittis decem uel quindecim? & tu respõdeas, promitto decem, uel etiam respondeas, promitto quindecim, ualet stipulatio nisi in decem, quia uideor de minore tantum summa interrogasse. & idem tenet Io. de Imol. in §. præced. & etiam Alex. ad fin.[a] Limitatur ista conclusio secundũ Bar. hic. & Alex. in §. præced. nisi stipulator reseruasset sibi electionem, uel aliter interesset promissoris soluere potius maiorẽ summã; quod interesse cõsiderabitur uel ex affectione personæ cui facienda est solutio, uel ratione loci, ut per Bar. in d. l. si duo. ʃ. eod. Ang. & Ias. hic: unde stipulatio tali casu erit nulla. Tu aduerte circa istam limitationem ad tria. Primo, quia imò uidetur quòd quando stipulator reseruauit sibi electionẽ, ualeat stipulatio, ex quo quancunq; partẽ eligat stipulator, semper respõsio cõueniet interrogationi, unde stipulatio debet ualere.

[a] *Adde pro hoc uideri esse tex. in l. inter stipulantem. §. si stipulante. ʃ. eod. ibi, hic enim et si decem spoponderis &c.*

ualere. d. §. præterea. Nam in præmiſſo caſu
ſi interrogas me, promittis decem uel quin-
decim, prout uoluero? & reſpõdeam, promit
to quindecim, ſi elegeris quindecim reſpon-
ſio eſt conformis electioni: ſi elegeris decẽ,
adhuc eſt conformis, quia in maiori ſumma
minor ineſt, ut in §. præced. Idem ſi reſpon-
deã de decẽ, quia utrũcunq; elegeris, ſemper
reſponſio concordabit, ergo ſtipulatio debet
39 ualere. †Facit in ſimili quod dicit̃ de libello,
qui non admittitur ubi eſt alternatiuus. l. ubi
autem. §. qui illud. j. eod. & tamen ubi utraq;
pars alternatiuè tendit ad eundem effectum,
libellus procedit, ſecũdum Cyn. in l. Gallus.
§. ſi eius. & ibi Doct. ff. de lib. & poſthu. & A-
lex. in d. §. qui illud. fa. etiam quod not. Ioan.
And. in c. i. de pact. in vi. & Alex. in l. inter ſti
pulantem. §. i. j. eod. ubi licet probatio ambi-
gua nõ releuet probantem, c. in pręſentia. de
probat. tamen ubi in omnib. ſuis partibus eſt
cõcluſiua ad intentionẽ agentis, probat. Sed
ad iſtud obiectũ potes reſpondere, quòd imò
reſponſio eſt difformis: quia ſtipulans ſibi da
ri decẽ uel quindecim, prout uoluerit, eſt ue-
riſimile ꝙ eliget quindecim, & non minus,
quia iſtud magis tendit ad fauorem ſuum: un
de ſi reſpondeatur de decem, reſpõſio eſt dif-
formis, quia lex nõ præſumit eum fore con-
tentum de minore ſumma: unde tunc in ma-
iore minor nõ ineſt, ex quo pars nõ eſt cõten
ta, ut eſt gl. in §. præced. Item reſpondens tol-
lit electionẽ, ex quo reſpondet præciſe, & in-
terrogatus uult eam habere: unde reſultat a-
lia differentia, & meritò annullatur ſtipula-
tio. Secundo aduerte, quia quando intereſt
promiſſoris ratione perſonæ ſoluere maiorẽ
ſummã, non uidetur quòd ſtipulatio debeat
annullari, ex quo iſtud intereſſe eſt de affe-
ctione: quod nõ habet locum in cõtractu ſtri
cti iuris, ſicut eſt ſtipulatio, ut eſt gl. ſingula-
ris in l. ſed ſi fideiuſſor. ff. de pactis. & ſa. l. fin.
ff. de oper. ſer. unde affectio non debet opera
ri ut ſtipulatio quæ aliàs ualeret, annihiletur.
Et iſtud argumentũ etiam facit contra aliam
rationẽ Bart. in d. l. ſi duo. dum dicit, quòd in
ſummis ſemper minor cenſetur promiſſa: ſe-
cus in ſpeciebus, quia inter eas cadit affectio.
40 Sed ſuſtinendo cõmunem reſpõde, †quòd in
contractibus ſtricti iuris intereſſe affectionis
non ſit ſufficiens in faciendo quòd oriatur a-
ctio ubi aliàs nõ oriretur: tamen eſt ſufficiẽs
ad prohibendum ne oriatur ubi aliàs oriret̃,
ex quo propter tale intereſſe ceſſat præſum-
ptio conſenſus, ſuper quo fundatur contra-
ctus. l. i. §. i. ff. de pact. facit regula l. iij. ff. de ſu
ſpect. tut. Tertio aduerte ad rationẽ Bar. &
41 Doct. in d. l. ſi duo. dum dicunt, †quòd quãdo
ſtipulatio eſt alternatiua in ſummis, & ſtipu-
lator reſeruauit ſibi electionẽ, utrunq; eſt in
obligatione. Nam contra hoc facit, quia ſi
quando electio eſt debitoris, minor ſumma
cenſetur tantũ in obligatione: quia nõ eſt ue-
riſimile quòd det maiorem: ergo quando eſt
creditoris, ſola maior debet eſſe in obligatio-
ne, ex quo nõ eſt uериſimile quòd creditor at-
tentauit minorẽ. l. cum de indebito. ff. de pro
bat. Nec obſtat quòd facilius ſit remittere ꝙ
dare, quòd licet hoc in ſe ſit uerũ, tamen non
eſt præſumẽda iſta remiſsio, ex quo præſum
ptio donationis non eſt admittenda, imò po-
tius ſtipulatio in effectu annullatur, ꝙ præſu
matur donatio. l. à Titio. ubi Alex. j. eo. Suc-
ceſsiuè Bar. hic tangit iſtam quæſtionẽ: Si di
co, promittis mihi omnes ſeruos tuos? & tu
reſpondeas, promitto omnes uno excepto,
utrum ualeat ſtipulatio? Gl. & Dyn. tenebant
quòd nõ. Bart. tenet quòd imò ſtipulatio ua
let, ſed uitietur exceptio ratione incertitudi-
nis. l. ſi fuerit. ff. de reb. dub. & l. Titiæ texto-
res. ff. de lega. i. In hac quæſtione uidendũ eſt
primò, an iſta ſtipulatio uitiet̃ ratione incerti
tudinis, Secundò, an uitietur propter diffor-
mitatem ſeu differentiã obligationis in quali
tate, quæ eſt inter interrogantẽ & reſponden
tem. Circa primum puto, quòd iſta exceptio
non ſit incerta, ita quòd debeat uitiari. †Nam 42
propter incertitudinẽ uitiatur ſtipulatio duo
bus modis. Primus eſt quando ex tali incerti
tudine promiſſor dando rem minimã libera-
retur, ueluti in ſtipulatione animalis, uel etiã
fundi: nam ex quo fundus cõſtituitur uòlun
tate domini, l. planè. §. fin. ff. de legat. i. dando
palmitem terræ quis liberaretur, & propte-
rea ſtipulatio nõ ualet, ut per Bart. in l. ita ſti-
pulatus. in viij. oppoſ. j. eod. Iſtud non poteſt
procedere in caſu noſtro. Secundo uitiatur,
quando ſtipulatio eſſet incerta in genere ge-
neraliſsimo: aliàs ſi ſit incerta de certis, ut eſt
in caſu noſtro, quia familia eſt certa, ſed ſer-
uus exceptus eſt incertus, talis ſtipulatio ua-
let, & electio eſt apud promiſſorẽ dare quem
uelit, ut eſt tex. in l. qui ex pluribus. & ibi Dd.
j. eo Et propriè nõ uidetur quòd iſta promiſ-
ſio ſit inualida ratiõe incertitudinis, quia iſta
exceptio poteſt certificari ex electione pro-
mittentis, ut dixi, & eſt caſus in l. Iulianus. in
fin. ff. qui & à qui. manu. Nec obſtat l. ſi fue-
rit. ubi ſi teſtator leget Sempronio, hæres nõ
eligit, ſed ratione incertitudinis legatum cor
ruit. Sicut ergo incertitudo perſonæ uitiat le
gatum, ita incertitudo perſonæ exceptæ de-
bet uitiare exceptionẽ. Nam reſponde, quòd
ex quo teſtator ſenſit de uno Sempronio cer
to, & retulit mentẽ ſuam ad ſpeciẽ præciſam,
ſi non poteſt probari de quo ſenſerit, uitiatur
legatum: ſicut etiam ſtipulatio, quando ſenſe
rũt partes de certa ſpecie, quæ nõ poteſt pro-
bari propter incertitudinẽ, ut tenet Bar. in d.
l. ita ſtipulatus. in vi. oppoſ. pro tex. in d. l. qui
ex plurib. Sed in caſu noſtro promiſſor non
applicauit mentẽ ſuã ad unũ in ſpecie, puta
Stichum, ſed ad unum in genere quẽ ipſe po
ſtea elegiſſet, unde talis incertitudo nõ uitiat.
Præterea in caſu noſtrę quæſt. etiã ſi promiſ-
ſor applicauiſſet mentẽ ſuam in ſpecie, adhuc
non uidetur exceptio propter incertitudinẽ,
quia poteſt declarare de quo ſenſerit, ut etiã
tenet Socin. hic in ſecunda concluſ. Secus in

casu d. l. si fuerit. nam facilius quis declarat mentem suam quàm testatoris. l. item Pomponius scribit, si mihi frumentū. §. fi. cū gl. ff. de rei uend. l. inter stipulantem. §. i. ubi Bar. j. eo. Nec obstat l. Titiæ textores. nam ibi illa exceptio non poterat aliquo modo certificari, ut declarant Raph. Com. Alex. & Ias. hic. Et ex his apparet, quòd ista exceptio nō uitiaṫ propter incertitudinem: unde nō est uerū quod dicit Bart. hic eam rejci, quòd ultra supradicta esset iniquissimum, ut promissor qui promisisset minus, teneretur ad plus: nam in illo uno nō promisit: si ergo non est consensus,

43 non est stipulatio. l. i. in fin. ff. de pact. †Secunda dubitatio est, utrum uitietur saltem ratione discordantiæ, propter differentiā qualitatis in interrogatione unius, à respōsione alterius. Et uideṫ quòd sic: quia si dico, promittis mihi omnes seruos tuos? ponamus ꝙ sint decem, tu respōdeas, uno excepto, ista stipulatio nō debet ualere, ex quo ille unus exceptus potest esse maximi precij, ut est gl. in d. l. si fuerit. uel etiā mediocris uel minimi. Sed qui ratione affectionis excipiatur, ut not. in l. apud Iulianum. §. scio. ff. de legat. i. uidetur quòd ad illum quis se obliget eum dare si uoluerit: & sic est eadem ratio quæ in alternatiua, ut dicit Comeñ. Ioan. de Imol. Aret. & alij hîc: pro qua opinione est text. in d. l. iij. ff. qui & à quib. manu. Secundo adducit Aret. quia interrogans per collectiuū, omnis, puta, promittis omnes seruos? non uidetur uelle decē, cùm in maiori summa insit minor: quia pars propriè non dicitur de toto in nomine collectiuo. l. non distinguemus. § cum plures. ff. de arbit. & propterea promissor excipiendo unum, non respondet interrogationi. Tertio adde quòd etiam alio modo ostenditur differentia inter interrogationem & responsionē: nam omnes serui ex interrogatione essent in obligatione, sed ex forma respōsionis nemo esset in obligatione antequā sit facta electio. l. cum is. §. fin. ubi gl. & Doct. ff. de cond. in-

44 deb. †In contrarium, quòd imò ista stipulatio non uitietur ex dissensu, facit, quia si dicis, promittis omnes seruos? & ego respondeam, promitto, excepto Sticho, talis stipulatio ualet secundum Dyn. & Bart. & alios hîc, & tamen si esset differentia in dissensu, non ualeret: sequitur ergo quòd sit nulla, secundum Doct. hîc, solùm ratione incertitudinis: quæ ratio non est concludens, ut suprà deduxi. & consequenter stipulatio deberet ualere. Secundo facit, quia dictio, omnis, est uniuersalis, ut dicit Bart. in l. quod Nerua. in secunda quæst. ff. depositi. & consuluit Decius consil. lxix. in ij. col. In uniuersali autem non censentur res particulares principaliter considerari, sed in consequentiam & tacitè, ut per Paul. de Cast. in l. i. ff. de offic. eius cui. ult. col. & Abbat. in c. ex literis. de iure patro. Vnde in proposito, si te interrogo, Promittis mihi omnes seruos? ista interrogatio refertur ad singulos particulariter, sed in genere; unde si respondes, uno excepto, ista exceptio etiam ipsa refertur ad unū in genere: unde uidetur quòd responsio sit conformis, & consequenter ualeat stipulatio. Et hoc tenendo posset responderi ad argumenta contraria. Non obstat primum fundamentū, quia procederet quando in interrogatione esset actum de certis speciebus: sed in casu nostro ex quo interrogatio fit uniuersaliter, nō uidetur habitus respectus particulariter ad singulos: unde etiam si excipias quē uolueris, ualet stipulatio, quia lex non præsumit dissensum meū. ex quo interrogatio non arguit affectionē ad singulas species: unde propriè loquendo singulæ species nō sunt in obligatione secundū formā interrogationis. Nō obstat fundamentū Aret. quia falsum est, quòd interrogans per collectiuū, nō uideaṫ uelle quòd in maiori summa insit minor: nam licet terminus uniuersalis, omnes, non uerificeṫ in parte, ut dicit Bar. in l. si pluribus. ff. de leg. ij. tamen pars continetur sub illo uniuersali: sicut decem non uerificantur in quinꝗ, & tamen quinꝗ continenṫ in decē: aliàs attenta ratione Aret. etiam si exceptio esset certa, stipulatio uitiareṫ, quod est contra cōmunem. Non obstat tertium, quòd ex forma respōsionis nullus istorum decem esset in obligatione ante electionem: quia nouem sunt in obligatione in abstracto considerari, argumento notatorū per Bart. in l. Meuius. §. duorū. in vij. col. ff. de lega. ij. & in l. cū incertus. per Doct. ff. de lega i. Et hoc modo posset defendi ista opinio, quòd imò stipulatio in totū ualeat: sed tamē nō recedendo à cōmuni, fac aliquas cōclusiones. †Prima est: Si 45
interrogo per nomē uniuersale, puta, promitti, mihi chorū seruorū tuorū? uel, promittis familiā tuam? & tu respōdeas, promitto, uno excepto, ualet stipulatio, per rationē supradictam: quia satis sumus concordes, ex quo tu non uideris habuisse respectū ad aliquā particularē. & ita puto ꝙ fuerit de mēte Aret. hîc, licet eius lectura sit corrupta. Non obstat l. si chorus. ff. de leg. i. ubi in legato chori seruorū cēseṫ personæ singulariter cōsideratæ: quia respōdeo quòd istud non est uerū propriè loquendo, ut probat ille tex. in dictione, quasi, & dicā in §. seq. Secūda cōclusio est, †quando 46
sit interrogatio per uerba generalia, prout in casu Doct. hîc: nam dictio, omnis, licet sit uniuersalis quādo additur rei uniuersali, secus est si addaṫ contemplatione pluriū particulariū, ut declarat Bar. in l. si ita, in ij. col. ff. de aur. & arg. leg. unde hęc interrogatio, promittis omnes seruos tuos, non est uniuersalis, sed generalis, ut etiā dicit Bar. in §. sequiṫ. & cōsequenter tali casu si fiat exceptio de aliquo incerto, nō ualet stipulatio, quia est eadē ratio in isto casu quæ est in alternatiua, ut s dixi. & ista cōclusio est cōmunis. Nec obstat fundamentū, quòd facta electione censebitur à principio nouē fuisse in obligatione, & sic exceptionē fuisse certā: quia potest primò responderi ex mente Soci. hîc, ꝙ licet declaratio retrò traha-

tur,

tur, nõ tamen retrò trahit electio, in qua propriè procedit quæstio nostra: quia nos loquimur quãdo nõ est cogitatũ de certa specie, unde attendimus tempus electionis: sed ista respõsio nõ est dubia, quia uidet quòd etiã electio retrò trahat, & dicat à principio fuisse in obligatione deductus ille, de quo facta est electio. per tex. in d. l. iij. ff. qui & à qui. man. lib. & in l. cũ incertus. ff. de leg. i. & per Bar. in d. l. Meuius. §. duorũ. in vij. col. Vnde ego aliter respõdeo. Nam ita est necessaria cõformis responsio in stipulatione, ut nõ sit satis si deinde retrò trahat per fictionẽ, puta qa retrò trahitur ista electio, tum quia ex quo interrogatio procedit secundũ ueritatẽ, ita etiam debet esse respõsio, ne eadẽ res diuerso iure censeatur. arg. l. eum qui. ff. de usucap. tum etiã quia aliàs stipulatio in casu nostro staret in pẽdenti, quod esse nõ potest: quia ex tẽpore præsenti uires accipit stipulatio, ut est tex. in l. usufructus. ff. de stipul. ser. ubi seruus hæreditarius nõ potest stipulari sibi dari usumfructũ, qa usufructus sine persona esse nõ potest, & tamẽ in illo casu interueniebat persona per fictionem, quia hæreditatis aditio retrò trahitur, & fingitur hæres usq; à principio adiuisse. l. hæres quandocunq;. ff. de acq. hær. Tertia conclusio est: Si in casu prædictæ quæstion s sit facta exceptio in specie, puta, promittis omnes seruos? promitto præter Stichum, quòd ualet stipulatio. & uult Dyn. Bar. & alij hic, licet gl. innuat contrariũ, prout etiã tenet Bal. in c. ad audientiã. i. in ult. col. de rescript. pro quibus facit gl. ratio quam adducit: nam ex quo ista interrogatio, promittis omnes seruos tuos, est unita, non debet posse diuidi, ut probatur in nostro tex. dum dicitur ualere stipulationẽ, quia duæ sunt quodãmodo stipulationes: & sic præsupponit tex. quòd si esset stipulatio unita, quòd nõ ualeret, & non posset diuidi, tanq; quid inseparabile: sed tamen nõ est recedendum à cõmuni. Nõ obstat iste tex. quia ratio Iurisconsulti in casu suo est bona, nec est trahenda ad istum in quo est alia ratio, de qua in §. præced. Amplia hanc conclusionem de mente moder. hic, ut procedat etiam si expressum nõ sit in exceptione speciale nomen serui, sed tamẽ promittens intelligeret de certo: nã adhuc ualet stipulatio, & poterit declarari. Vnde si responsio sit facta, excepto Sticho, cùm plures haberet Stichos, poterit declarare de quo intelligit. l. hæredes palàm. §. i ff. de testa. & ille declaratus à principio dicetur fuisse exceptus. per not. in l. si quis à filio. §. si quis plures. ff. de lega. ij. & ita tenet Soci. hic. Sed aduertendum puto: quia uidetur quòd ista declaratio fieri non possit,
47 †ex quo in contractibus dependentibus à uoluntate duorum, si sit actum de certo, nec cõstat de quo, nõ statur declarationi unius, imò stipulatio non ualet tanquam incerta. l. si ex pluribus. j. eod. & per Bart. in d. l. ita stipulatus. in viij. oppos. Nec obstat d. §. si quis plures. quia procedit in actu dependenti à uolũtate unius, in quo distinguitur ut ibi, & per gl. in d. l. si fuerit. Nec uidetur esse ratio differentiæ, siue quis excipiat unum in genere de omnibus seruis, siue Stichũ in specie de pluribus Stichis: quia semper exceptio est incerta de certis, unde semper stipulatio annullatur, propter differentiam in qualitate obligationis, quæ est inter interrogantem & respõdentem, ut ã dixi. Sed pulcher casus est. Pone, interrogaui te, promittis omnes seruos tuos? tu respondisti, promitto omnes uno excepto: nunquid possumus ego & tu dicere, quòd tempore cõtractus intelligebamus de certo seruo excipiendo, ad finem, quòd dicatur stipulationem ualuisse, & hoc in præiudicium fortè aliquorum creditorum, qui sunt posteriores? Et uidetur quòd sic: quia declaratio retrò trahitur, & fingitur uno & eodem tempore facta cum re declarata: & dicit Ioan. And. in addit. Specul. in tit. de teste. §. nunc uidendum. ult. col. in addit. incip. plus dico. refert & sequitur Rom consil. lxv. & consil. cccclxxxij. in ult. col. C ntrarium puto uerius, quia ista declaratio non debet retrò trahi in præiudicium tertij: pro quo facit, quia si debitor soluit creditori, non possunt ex post facto declarare intentionẽ suam, in quam causam uoluerint illam solutionem uerti in præiudicium tertij. l. ij. & iij. ubi Ang. Imol. Paul. de Cast. j. de solut. ad idem text. in l. si partem. §. fin. ff. quemad. seruit. amitt. ubi non potest legatarius declarare uoluntatem suam, & dicere se repudiasse in præiudiciũ tertij. ad idem l. scripturas. C. qui pot. in pig. hab. & quod not. Paul. de Cast. cõsil. cxxxiiij. in causa Ser. Ludouici. in i. uol. ubi nõ ualet confessio cõtrahentium ex post facto, si potuerũt alterare scripturam & tempus anticipare in præiudicium aliorum creditorum. Ad idem quod notatur in l. facta. .si hæres. ff. ad Trebellian. ubi non ualet confessio cedentis in fraudem cessionarij. & quod notat Felin. in c. cum olim. in iij col. de re iudic. ubi declaratio quæ non consonat uerbis, in præiudicium tertij non ualet, & declarans præsumitur circunuentus. Vnde in casu nostro ista declaratio non retrò trahitur: quia propter præiudiciũ tertij res non dicitur amplius integra. l. bonorum. ff. rem rat. hab. & quod not. Oldra. consil. cxlvij. ante omnia. in fin. Et istud satis est de mente Bartoli & Aret. in d. l. hæredes palàm. §. sed si notaui.

In gl. in uerb. si tot quot pro constanti &c.
†Nota quòd coniunctio, Si, in his quæ sunt 48
iuris non inducit dubitationem, & sic nõ seruat naturam suam: imò importat rationem legis, non autem cõditionem: de quo per Bartolum in l. demonstratio. §. i. ult. col. ff. de cond. & demonst. Et est ratio, quia ius est semper certum ipsis Iurisconsultis. l. ij. §. Seruius autem. ff de orig. iur. facit quod notatur in l. cum quidam. §. suum. ff. de acquir. hered. Et istud facit ad clausulam quæ solet apponi in rescriptis, Concedo si de iure uel prout

iuris &c. Nam ex quo princeps præsumitur
certus, & habere iura in scrinio pectoris, l.o-
mniũ. C. de testa. uideretur talem dictionẽ im
portare causam seu rationẽ, nõ autem condi-
tionem. Facit, quia in sententia principis ta-
lis clausula nõ importat conditionem. c. quo
niam Abbas. in fin. de offic. de leg. Idem in pri
uilegijs, per text. in c. Abbate. extra de uerb.
sig. de quo per Feli. in c. ij. in v. col. de rescrip.
In contrariũ facit, quia imò uidetur quòd in re-
scriptis subintelligatur talis clausula, etiam si
non sit apposita, & operetur effectum condi-
tionis, ut dicit Innoc. in c. ex parte. de rescrip.
quem allegat Bal. in margarita sua, in uerb. li
teræ. ubi concludit quòd literæ super confir-
matione sententię intelliguntur, si de iure est
confirmanda. fa. quod not. Ioan. de Ligna. in
49 c. ad audientiam. in ij. col. de regul. † nam re-
scripta principum debent interpretari secun
dum ius. l. iij. C. de paganis. & not. in c. pasto-
ralis. de fid. instr. cum simil. Item facit, quia re
gulariter ista clausula, Si de iure &c. nõ ope-
ratur nisi quatenus sit iuris, & stat cõditiona-
liter, ut per Bar. & Imol. in l. si quãdo. de leg. i.
& Feli. in c. cum contingat. in iiij. col. de effi.
de leg. cum cõcord. & fa. l. ij. in prin. C. de his
qui latro. Credo quòd etiam in rescriptis stat
conditionaliter, quia debent interpretari se-
cundum ius cõmune. l. puniri. C. de diuer. re
script. nisi quando princeps causa plenè co-
gnita & ex certa scientia concedit, ut in simi-
li dicit Abbas in c. examinata. ad fin. extra de
confir. utili uel inutil. & ita procedit iste text.
quia Iurisconsultus hanc conditionem appo
suit in re, in qua habet certam scientiam: aliàs
in dubio puto secus. Non obstat quòd prin-
ceps præsumitur in iure informatus, quia re-
sponde ut per gl. xxiiij. dist. c. præterea. Item
illa clausula potuit subdi respectu facti: pro-
pter minimam facti alteratione iusuitiatur. l.
si ex plagis. §. in cliuo. & ibi Alber. de Ros. ff.
ad leg. Aquil. uel etiam respectu iuris dubij,
in quo sint uariæ opiniones, cuius ignoran-
tia probabilis est, ut not. in §. quibus, in prima
constit. C. per Bar. & alios. Extra gl. & Bar.
50 quærit hic Ro. & Aret. † quid de teste qui est
falsus in uno, an eius dictum uitietur in om-
nibus: ut suprà tetigi unũ uerbum. Dic quód
sic: quia fides est indiuidua, unde in totum ui
tiatur. c. pura & simplex. ij. q. ix. & est cõmu
nis opinio per Doct. in l. si ex falsis. C. de trãs-
act. & Canonistæ in c. fraternitatis. de hæret.
51 † Limita primò, ut nõ procedat si falsitas non
consistat circa substantialia, ut per Specul. &
Io. And. in tit. de teste. §. i. cum concord. per
Feli. in d. c. fraternitatis. fa. quod not. Maria.
Soci. in c. fin. in iij. col. de crimin. fal. & refert
Feli. in c. ij. in ix. col. de rescript. ubi si quis ad
dat uel diminuat aliquid in rescripto non sub
stantiale, nõ punitur de falso, licet secundum
eum sit excõmunicatus. & facit quod consu-
luit Ang. consil. cxciiij. in ij. col. ubi dicit, quod si
testis interrogatus super generalibus respon
det rectè, cùm tamen esset affinis, si nõ erat in
gradu prohibito ad ferendum testimonium,
quód dictum ualet, nec est falsus: quia illud
mendaciũ nõ respicit substantialia. allegat Ia
cob. But. ita tenentem in l. Lucius. ff. de infa-
mib. & idem Ias. in l. si duo. §. idem Iulianus.
in fi. ff. de iureiur. Fran. de Cur. in tract. de te
stib. in quinta conclus. cum concord. Si uerò
esset in gradu tam propinquo ut propter su-
spicionem ei nõ crederetur, si tacuit affinita-
tem, esset falsus, & eius dictum in totũ uitiare
tur. ita potest intelligi quod not. Bart. consil.
lxxxviij. in quæst. inter Franciscũ. in i. col. &
Barthol. Veroneñ. in cõsil. iij. in criminalib.
Sed aduerte, quia illa decisio Ang. adhuc nõ
uidetur uera: quia ista limitatio debet intelli-
gi, quando testis esset mendax super aliquo
nõ substantiali, & nihil pertinente ad causam:
secus si aliquo modo possit pertinere, ut di-
cit Aret. hic, & in consil. lxxi. in ij. col. & etiã
leuiter adminiculantia dicuntur pertinere ad
causam, ut dicit Bald. in c. iij. extra de testib.
Istud autẽ est in casu nostro: quia quando affi
nis admittitur in testem pro affine, licet pro-
bet, nõ tamen est maior omni exceptione, ut
est gl. in §. cogitandum. in Auth. de monach.
Guil. de Cun. in l. cui corum. §. affinitatis. ff.
de postul. & per Alex. in cõsil. xviij. in i. uol. et
istud puto uerius, & est de mente Bart. in d.
consil. lxxxviij. dum loquitur in nepote con-
sobrino, qui admittitur ad testimonium: uel
per Doct. in l. parentes. C. de testib. unde cre
do quòd prædicta decisio Ang. solùm proce
deret ad euitandam pœnam falsi, prout loqui
tur Ias. in d. l. si ex falsis. Secũdo limita, quan-
do testis falsum ignorãter dixisset, ut per Bal.
in d. l. si ex falsis. & Feli. in d. c. fraternitatis. cũ
simil. † Sed nunquid in dubio pręsumatur igno 52
ranter deposuisse, an scienter: & sic præsumitur
dolus. Specul. in tit. de teste. in §. i. in ult. char.
uers. item quòd aliquid de suo addidit. & An
gel. in l. pro hærede. ff. de petit. hære. & Aret.
hîc, & in c. in nostra. de testi. in iij. col. præsup
ponit præsumi dolum, nec admitti istam ex-
cusationẽ ignorantiæ, ex quo testis nõ debet
dicere nisi quod in ueritate uidit & cogno-
uit. Confirmo istam sententiã per tres ratio-
nes. Primò, † quia testis præsumitur propter iu- 53
ramentũ deponere cõsideratè, & de eo quod
est certus. c. ex rescripto. extra de iureiur. &
quod not. Alex. in rub. ff eo. in pen. col. Secũ-
do, † quia testis dicens aliquid falsum, cõmit- 54
tit contra ius diuinũ & naturale, unde igno-
rantia non excusat à dolo, ut per Ang. in l. pla
gij. C. ad l. Flauiam. de plagia. & Salic. in l. se-
natus. C. de ijs qui sibi in testa. adscrib. & Bar
thol. Veroneñ. in consil. xxi. in pen. col. Ter-
tio, † quia in his in quibus debet præcedere di 55
ligentia, præsumitur scientia & dolus illius qui
debebat diligenter inquirere, nec admittitur
excusatio ignorãtiæ, ut est gl. in c. ad falsario-
rum. & ibi Ioan. de Ana in pen. col. extra de
crim. fals. Et sic concludo, quòd in dubio nõ
præsumitur ignoranter deposuisse falsum. et
consequenter in dubio totum dictũ annulla-
tur.

tur. Fallit tamen in facto multũ antiquo, uel multũ implicito; quia tunc pręsumit̃ ignorãter deposuisse, ut dicit Aret. in d. c. si nostra. et Felin. in d. c. fraternitatis. Puto istud non esse ita generaliter uerum: quia nõ debet excusari in tali casu testis qui deposuit certitudinaliter, & sic uidetur confiteri se plenè recordari, unde non est ei succurrendum, & militant cõtra eum prædictæ rationes, quare tu intellige ea procedere accedentibus alijs coniecturis; nam debet iudex attendere qualitatẽ hominis, si sit uir simplex, uel improbus. Vnde dicit Ang. in auth. de testi. §. & licet. per illum

56 text. in uerb. astu, †quòd si rusticus idiota nullatenus intelligens sit sibijpsi contrarius in dicto suo, non tenetur pœna falsi: quia non ex malignitate præsumitur deposuisse, sed per imprudentiam: & ad hoc dicũt debere aduertere ~~domo~~ [dños] iudicantes: & etiam dicit Socinus in l. si is qui ducenta. §. utrum. penul. col. ff. de reb. du. Vnde si sit uir aliàs bonæ æstimationis & magnæ probitatis, præsumitur potius deposuisse falsum per errorem, ut dicit Bald. in l. quotiens. ff. de hær. instit. & Barthol. Veroneñ. in d. consil. xxi. in ult. colu. & sic istud multum consistit in arbitrio iudicis, qui habebit arbitrari, nunqd iste dolose deposuerit, & quã fidem debeat adhibere eius testimonio. c. literas. uers. quanquam uerisimilius. extra de præsumpt. & tradit Barbat. consil. lxv. in iiij. col. in iiij. uol. Facit etiam, quia licet falsum non committatur sine dolo. l. nec exemplum. C. de fal. tamẽ est in arbitrio iudicantis qua alia pœna eum iudex puniat, ut est gl. no tab. in l. & si seuerior. C. ex quib. caus. infa. irro. & in simili quod not. Iacob. But. & Ang. in d. l. Lucius. Aduerte etiam,

57 †quia in uno alio casu testis præsumitur ex ignorantia mendacium dixisse, scilicet quando dicit aliquid non esse factum coram se, quia subintelligit̃ quòd ipse sciat, & est glos. viij. q. iij. Artaldus. Bal. Ang. & Imol. in l. hæredes palàm. in pri. ff. de testa. Francis. de Cur. in tract. testium in conclus. lvij. & sic tali casu dictum eorum nõ uitiabitur per falsum quod est inutile: nisi dicas quòd ista subauditio fit ad saluandũ alios qui dixerunt tales esse præsentes, ut propriè loquuntur Doctores, non autem ad saluandum dicta ipsius arrogantis se interfuisse. & pro hoc facit text. in d. c. Artaldus. quia aliter ille superfluè addidisset in iuramento illa uerba, me sciente &c̃. Reliqua dic ut per modernos in d. c. fraternitatis. Et hoc modo sit expeditus iste §.

1 *Stipulatio est contractus, cui tradita est forma à iure ciuili Romanorum.*
2 *Non refert si latinè interroganti respondeatur græcè, dummodo responsio intelligatur.*
3 *Ad hoc ut ualeat stipulatio, uerba debent esse congrua.*
4 *Quod fit per interpretem, non dicitur fieri per se.*
5 *Vt stipulatio ualeat, requiritur ut interpres sit uerus.*
6 *Verũ dicitur, non quod in se uerum est, sed quod est probatum.*
7 *Intelligentia partium inter se, licet sit de forma in stipulatione, tamen satis est si habeatur per interpretem.*
8 *Quid sit forma.*
9 *Quare à Romanis sit constitutum, ut sententia à magistratu ferretur latinè.*
10 *In actibus semper utendum ea lingua, quæ intelligatur ab his, quibus actus potest præiudicare.*
11 *Libellus qui offertur iudici & non parti, debet offerri lingua latina.*
12 *Interpres in casu huius legis non est testis, sed declarator, ut arbiter & agrimensor.*
13 *Et huius rei ratio.*
14 *Quilibet peritus deponens in iudicio de sua arte, dicitur testis.*
15 *Quare credatur unico interpreti. & num. 16. 17.*
18 *An partes possint facere, quòd dicto solius interpretis credatur.*
19 *Acta non possunt destrui de partium consensu, nisi iudice consentiente.*
20 *Dicta testium inualida possunt de communi consensu partium ualidari.*
21 *Quando statur dicto unius testis. usq; ad num. 25.*
26 *Cùm partes promiserunt stare dicto tertij, nunquid possit probari contrarium.*
27 *Sicut partes possunt conuenire, quòd stetur dicto unius certi testis, ita possũt cõuenire qd' stetur priuatæ scripturæ.*
28 *Dilutio argumentorũ Socini contrariũ tenẽtis. & nu. 29*
30 *Quid obseruandum sit in faciendo instrumento contractus facti inter theutonicos. & num. 32. 33*
31 *Si duo adhibeantur testes, an unus de alio possit testificari.*
34 *Peritis in arte antequam credatur, oportet quòd sint magistri in illa arte.*
35 *Periti qui dicantur.*
36 *Quando periti inter se sunt discordes, quibus maior sit fides adhibenda.*
37 *Ad assumendum informationes extraiudicialiter, statur dicto unius periti.*
38 *In actibus iudicialibus requiruntur duo periti.*
39 *Quando hæc regula fallat. usq; ad num. 42*
43 *Si interrogatus de toto & uniuersali respõdeat impropriè, an uitietur stipulatio.*
44 *Sub seruitute uiæ, continetur seruitus itineris.*
45 *Quando diuersitas interrogationis & responsionis uitiet stipulationem.*
46 *Vsusfructus causalis est inseparabilis à fundo.*
47 *Si interrogatus an promittat uiam, respondeat promitto actum, ualet stipulatio.*
48 *Si interrogem, promittis uiam? & respõdeas, promitto iter & actum, ualet stipulatio.*
49 *Quando interrogatione facta de uniuersali, respõdeatur de particulari, an ualeat stipulatio.*
50 *Si interrogem, promittis gregem? & tu respondeas, promitto ouem, non ualet stipulatio.*

§. EADEM▸ Summa & diuide hunc text, ut hîc per alios. Circa primã partẽ tex, ratio dubitandi potuit esse, †quia stipula- 1
tio est contractus cui tradita est forma à iure ciuili Romanorum. §. de constituta. Instit. de act. unde debuisset etiam eorum lingua concipi. & facit text. in l. an inutilis. in fin. ff. de accept. & Instit. de pat. pot. §. i. Sed contrarium deciditur: quia cùm ex isto contractu oriatur uerborum obligatio, ergo qualiacũq; uerba sint, dummodo cõgrua, debẽt producere istã obligationẽ, per arg. à generalitate uerbi, q̃d ualet. l. i. §. quod autẽ. ff. de aleat. cum simili. Circa secundã partẽ in uers. sed utrũ. ratio dubitãdi esse potuit secundũ moder. hîc, q̃a maior cõformitas est inter latinũ & græcũ, q̃ cũ alijs linguis, ut est gl. in §. alienatiõis. in auth.

de non alien. Sed ista ratio nō est cōcludens,
nec facit ad propositū, quando interrogarē te
assyriè, & tu respōderes punicè. Vnde dic me
lius, quòd ratio dubitandi est, quia latina lin-
gua & græca erat magis generalis & cognita
per omnes prouincias Romani imperij, ut
dicunt historici, & facit §. sed nostra. Instit. de
suc. lib. & gl. in prooem. ff orum. ibi, nostra &
græca lingua. Ratio decidendi fuit, quia quæ
statuuntur propter maiorem frequentiā, lo-
cum sibi uendicant etiam in casu non ita fre-
quenti, ut est gl. in l. unic. C. de rap. uirg. & in
auth. cassa & irrita. C. de sacr. san. eccles.

2 Not. primo ex text. † quòd nō refert si lati-
nè interroganti græcè respōdeatur, dummo-
do responsio intelligat̃. Et hoc facit ad quęst.
quam posuit Alber. de Ros. hic, & in l. i. in ij.
col. C. de Iustin. Cod. emen. ubi dicit se fuisse
interrogatū per quendam magnū Doctorē,
utrum interpretationes græcorū uerborum
quæ sunt in ff. fidem faciant, & habeant uim
legis: & de iure uidetur concludere quòd nō:
& ita tenet Azo in summa, C. quod cū eo qui
in alie. po. in iiij. col. uers. quid si pater. Tu dic
quòd imò standū est, arg. istius tex. & ex quo
iam longa consuetudine sint approbatæ: si-
cut dicimus de feudis, arg. l. minimè. ff. de le-
gib. & ubi dubitatur, nunquid interpres ue-
rè transtulerit, recurrendū est ad literam Pisa
nam tanq̃ originalem. fa. text. in c. ut ueterū.
ix. dist. Et ista utilia sunt propter tit. ff. de ex-
cus. tut. in quo omnes ll. Modestini interpre-
tatæ sunt græcè, & propter auth. cum multis
alijs, in quib. non est arguendū à proprietate
uocabuli. Not. secūdo in uerbo, dummodo
3 congruenter &c. † quòd uerba debent esse cō
grua ad hoc ut ualeat stipulatio: & hoc fa. pro
gl. in §. sed hæc solennia. Instit. de uerb. oblig.
quæ cōmuniter tenetur, ut dixi ã in prin. l. Et
ex isto tex. confundit̃ limitatio Paul. de Cast.
hic, dum dicit illam gl non procedere, quan-
do partes à principio per protestationē decla
rauissent intellectum illarum uocalium. arg.
gl. in l. si quis in simili. ff. de lega. i. Sed contra
rium est uerius, ut tenet Ias. hic, & fa. iste tex.
qui requirit uerba congrua pro forma. & gl.
in d. l. si quis fundi. loquit̃ in actu in quo non
attendunt̃ uerba, sed uolūtas. Vnde dictum
Paul. posset procedere in contractib. qui con
sensu cōtrahuntur, ueluti in mandato, prout
etiam est principalis intentio Alex. in consil.
cxlvi. in causa & lite. in pen. col. in uers. v. ubi
dicit tales contractus posse etiam fieri per lite
ras & zipheras: & etiam in talibus contracti-
bus satis esset si uerba inducentia consensum
perciperentur sono tubæ, ut dicit Bal. in l. fal
sus. in viij. col. C. de fur. per tex. in l. Labeo. in
fi. ff. de supell. leg. licet Alex. hic teneat idem
esse in stipulatione, quod est falsum, & tex. in
d. l. Labeo probat contrariū, dum præsuppo-
nit, eos qui inarticulata uoce uel sono quodā
loquūtur, nō posse dici quòd loquant̃. Not.
4 tertio, † quòd illud non dicitur fieri per se, q̃d
fit per interpretē. & hoc facit ad quæst. Quan
do princeps cōmittit ordinario, quòd in tali
causa per se procedat, & iustitiam faciat, nun
quid censeatur sublatū consilium sapientis,
quod aliàs sequi debuisset ex forma statuti?
Et uidet̃ quòd sic, per istum text. ad idem fa.
tex. in c. in criminalib. v. q. iij. & ibi Gemi. no
tat, quòd ubi lex apponit dictionē, per se, a-
ctus nō potest expediri per aliū. & faciūt no-
tata per Barto. in l. iubemus. C. de erog. milit.
anno. lib. xij. In contrariū fa. quod not. Ias. in
l. i. in x. col. ff. de off. eius cui. ubi uult, quòd si
princeps in rescripto dicat, per te cognoscas,
quòd tamē iudex poterit delegare. alleg. Bal.
in c. fi. in ij. col. extra de offi. dele. Sed ista deci
sio cōfunditur per hunc text. per supradicta:
nec Bal. loquitur quando uerba sic concepta
sunt, sed quando in rescripto simpliciter dici-
tur, tu cognoscas: nam uidetur potius expres
sum quod tacitè inerat. arg. l. ij. ff. de lega. i.

Not. quarto in text. ibi, per uerū interpre-
tem. quòd ad hoc ut stipulatio ualeat, † ubi est 5
difformitas linguæ, requirit̃ quòd interpres
sit uerus. Et cōsequenter infertur, quòd cùm
ista qualitas requirat̃ in interprete, quòd de-
beat probari. per notata per Bal. in c. i. §. si in-
strumentū. de notis feudorū. Areti. cōsil. lxx-
xiij. quia multa fuerunt. in pen. col. unde nisi
probaretur quòd iste fuisset uerus interpres,
stipulatio non esset probata. Facit, † quia illud 6
dicitur uerum, non quod in se uerum est, sed
quod est probatū, ut per Archid. xxx. q. v. iu-
dicantē. & Bal. in c. i. in i. col. de constit. Doct.
nō ponderant istum tex. & præsupponunt q̃
partes promiserint stare dicto istius: quod ni-
si rectè intelligatur, diuinat ad tex. Sed nō re-
cedendo à cōmuni sententia potest sic dici:
quia aut loquimur quo ad stipulationē in es-
se deducendam, & tali casu eo ipso quòd par-
tes eligāt istum interpretē, intelligitur quòd
uelint stare dicto eius, & oritur obligatio. &
ita loquit̃ iste tex. Aut loquimur quo ad pro
bandam stipulationē in esse deductam, quan
do pars negat contractū, & iste casus nō tan-
gitur in tex. & tūc potest procedere quod di-
cunt Doct. uidelicet quòd nō probabitur sti-
pulatio per solum interpretem, nisi partes ex
presse conuenerint stare dicto illius, & de ista
cōuentione plenè constet, ut dicit Raph. Co.
& Soci. hic. Aut nō negat̃ cōtractus, sed dici-
tur interpretē nō tradidisse fideliter sensum
uerborū contrahentibus, & tali casu mihi ui-
detur quòd debeat stari dicto ipsius interpre
tis, nisi probaretur contrariū. Moueor, quia
iste est testis in re à se gesta, quæ ad suam utili
tatem non spectat, unde debet illi stari, ut di-
cit Paul. de Cast. in l. quicūq. ad fin. C. de ser.
fug. & in l. si debitorē. ff. de noua. Salic. in l. si
quis decurio. in iiij. oppos. C. de fal. & Firmi.
in repertorio, in uerb. testes duo regulariter.
Deci. consil. lvi. & consil. clix. & licet de illo di
cto dubitent Alex. & Ias. in l. nec is. ff. de acq.
hær. tamen sine dubio debet procedere quan
do iste testis fuit talis, de quo semel partes ha
buerunt fiduciam eum eligendo. arg. l. Theo
pompus.

pompus. ff. de dot. præleg. ſi non militet ali-
qua ſuſpicio cōtra eum: & eſt de mēte Doct.
ut ī dicetur. Quatenus ergo text. requirit ue-
rum interpretem, intellige præſumi uerum,
quando fuit electus à partibus, ſecundum ſu
7 pradicta. Not. ultimo,† quòd quis in ſtipu-
latione ſit de forma, φ partes inuicē ſe audiāt
& intelligant, ut probat ī in prin. l. tamē ſatis
eſt ſi iſta intelligentia habeat per aliū, uideli-
cet per interpretē: & ſic uidet probari ex iſto
text. quòd ſufficiat ſi forma adimpleat per æ-
quipollens, qd eſt cōtra cōmunem regulā la-
tè traditam per Iaſ. in l. i. ff. de lib. & poſth. per
Felin. in c. cum dilecta. de reſcript. Sed reſpō
de, quòd imò intelligentia inuicem nō requi
ritur pro forma: ſed bene uerum eſt, quòd in
conſequentiam, ſi lex requirit quòd ſe exau-
diant, etiam ſubintelligendū eſt quòd debeāt
ſe inuicē intelligere: & ſic habes ſecundū mo-
der. hîc, quòd ſufficit formam, reſpectu eorū
quæ ueniunt in conſequentiā, adimpleri per
æquipollens. facit quod not. Bal. in l. unic. in
iij. col. C. ſi ſeruus exte. ubi dicit, φ ubi cōtra-
ctus deficit in forma conſenſus, qui conſen-
ſus ueniat in conſequentiā, tunc talis contra-
ctus quis à principio inualidus, poteſt cōua-
leſcere. l. fin. C. ad Maced. quod nō eſſet ſi cō
ſenſus requireret principaliter, ſecūdū eum
tamen poteſt dici, φ ubi aliquid uenit in con-
8 ſequentiā, nō uidet propriè eſſe de forma,† ex
quo forma eſt quid principaliter requiſitum
quod dat eſſe rei. l. Romæ. §. Flauius. ī. eod. l.
Iulianus. §. ſi quis. ff. ad exhib. & ad prædictā
regulam uide aliam limitationē per Bald. in l.
unic. in iiij. oppoſ. C. ut quæ deſunt aduoc.

In i. oppoſ. Bart. de l. decreta. ff. de re iudi.
dum ibi interpretatur, uerbis latinis, id eſt, in
telligibilibus, ſecundū Dyn. & Oldr. idem e-
tiam tenent Alex. & cōmuniter Doct. hîc, &
fa. ad quæſt. ſtatuti Lucani, de quo dic ut hîc
per Com. & Soci. Adde quòd iſte intellectus
eſt uiolatiuus, & impropriè intelligit literā:
unde Raph. Com. & Iacob. de Put. ibi aliter
intelligunt illum tex. & magis propriè, uideli
9 cet† quòd ita conſtitutū ſit à Romanis, ut ma
giſtratus lingua latina ferrēt ſentētias, ut lin-
guam ſuam magis dilatarent, & redderēt ma-
gis honorabilem. allegant Valer. Max. in ij.
lib. in tit. de inſtitutis antiquis. Sed iſte intel-
lectus non placet: quia Valerius loquitur de
priſcis inſtitutis, quæ fuerūt obſeruata à ma-
ioribus, & quæ tempore ſuo amplius nō ſer-
uabantur: & fuit tempore Tiberij Imperato-
ris, & multò antiquior Tryphonio Iuriſcōſul
to autore dictæ l. decreta. qui fuit ſub Seuero
& eius filijs. Preterea Valerius expreſſe dicit,
quòd nolebant magiſtratus Romani neq; lo
qui græcè, & tamē ſentētia poteſt ferri uerbis
græcis. l. iudices. C. de ſent. Quare tu intelli-
ge planius: nam ille tex. loquit in pretoribus,
& ſic in magiſtratib. qui dicebāt ius Romæ. l.
Barbarius. ff. de offic. præt. unde non eſt mi-
rum ſi debent pronunciare latinè, ut dicit gl.
hîc: in prouincijs enim nō dicebāt ius præto-
res, ſed proconſules uel præſides, ut not. per
moder. in l. i. ff. de offi. eius cui. Poteſt tamen
ſaluari cōmunis intellectus: quia ut ī dixi, in
prouincijs Romani imperij tam lingua lati-
na φ græca erant multum in uſu, & ſic ſi iudi
ces illo idiomate pronunciabāt, ſatis diceban
tur uti uerbis intelligibilibus: hodie uerò ubi
iſta idiomata nō ſunt in uſu, non procederet
d. l. iudices. ſed ſeruāda eſſet cōſuetudo fori,
prout fit Pariſijs, ubi etiā acta ſcribunt in uul
gari, ſecundū Paul. Caſt. in l. ſed ſi pupillus. §.
proſcriptū. ff. de inſtit. act. & in Burgundia,
ut dicit Iac. de Put. in d. l. decreta. Et iſta pro-
cedunt in ſentētijs:† in alijs uerò actibus ſem 10
per utendum eſt ea lingua, quæ intelligat ab
his, quibus actus præiudicare poteſt. d. §. alie
nationis. in auth. de non alien. & d. §. proſcri-
ptum. fa. c. oportet. viij. q. i. & Cle. ne in agro.
§. ſanè in ſingulis. de ſtatu monach. & conſe-
quenter ubi ad aliquem ſcribitur, utendum
eſt lingua intelligibili per eum cui ſcribitur.
l. i. in prin. ff. de excuſat. tuto.† Unde libellus 11
qui offertur iudici, nō parti, debet offerri lin-
gua latina, nō uulgari, licet pars nō intellige-
ret, ut hîc per Imol. Alex. & alios: quia ſatis
eſt quòd intelligatur per aduocatū, uel quē-
libet alium. l. i. §. i. ff. de edendo.

Circa ſecundā oppoſ. Bar. collige tres cō-
cluſiones, ut hîc per Iaſ. Prima concluſio eſt,
† quòd in caſu noſtræ l. iſte interpres nō eſt te 12
ſtis, ſed potius declarator, ſicut eſt arbiter &
agrimenſor. Contra hanc cōcluſionem tenet
Iaſ. & ſequuntur aliqui moder. quòd imò ſit
teſtis: quia quotieſcunq; declarator deponit
ſeu declarat id quod ab alio audiuit, dicitur eſ
ſe teſtis: ſecus ſi ex ſuo iudicio, ut dicit Bar. in
l. Theopompus. ff. de dot. præleg. unde in ca-
ſu noſtro, cū iſte interpres declaret quod au-
diuit à partibus, debet eſſe teſtis. Puto quòd
Iaſ. nō bene loquatur, nec rectè perceperit in
tentionē Bart. hîc: quia oppoſitio quam facit
Bart. de d. l. iuſiurandum C. de teſtib. ita for-
manda eſt: Sicut in iudicio nō ſtatur dicto u-
nius teſtis, d. l. iuſiurandum. ita nec extra iu-
diciū in cōtrahenda ſtipulatione debet credi
uni interpreti, ex quo poteſt eſſe φ malè in-
terpretabit dicta partiū. Et reſpondet Bar. φ
iſte interpres non eſt teſtis: & ratio inter hos
caſus eſt,† qa teſtis in iudicio debet deponere 13
& probare ueritatē, aliàs reus abſoluit. l. qui
accuſare. C. de eden. & ueritas nō poteſt pro-
bari per unum: ſed interpres in noſtro caſu
ſatis eſt quòd declaret, & ex illa credulitate
quam habet utraq; pars in illum, contrahitur
obligatio. In teſtibus eſt ſecus, ex quo ſem-
per altera pars contradicit. l. inter ſtipulantē.
§. ſi Stichum. infra eòd. Et ita declarando nō
obſtat doctrina Bart. in d. l. Theopōpus. quia
Barto. ibi loquitur de eo qui debet in iudicio
deponere quod audiuit à partibus: ſed text.
noſter loquitur in eo qui non debet depone-
re in iudicio, ſed ſimpliciter declarare uolun
tatem partium quo ad ſtipulationem in eſſe
deducendam, non quo ad probandam, ut

suprà dixi:& sic æquiparatio Bar.de agrimēsore & arbitro est uera: quia sicut illi dicunt secundum suum iudiciū, ita iste interpres declarat partibus uerba græca seu punica, secūdum suum iudicium. Et ex dictis per Bar.hic inferē limitatio ad dicta per eum in d.l.Theopompus, quatenus uoluit, quòd quando aliquis dicit de re quam audiuit à partibus, q est testis: nam istud procedit quando deponit in iudicio: secus si simpliciter diceret apparere suum extra iudicium. Et idem uidetur dicen
14 dum† in quolibet perito in arte, qui si deponat in iudicio, propriè dicitur testis, & debebit iurare.c.proposuisti.de probat.gl.in c.penul.in uerb.pars.eo.tit.& fa.tex, in l.hac edictali.§.his illud.C.de secun.nupt, quia deponit de facto, licet etiam reddat rationē per iudicium intellectus. Nec Bal.in d.c.proposuisti.uult contrariū, dum dicit tales peritos nō cōprehendi in statuto puniente falsos testes: quia istud non est:nam nō dicunē etiam propriè testes: sed quia illa dictio, falsos, non uerificatur in eis: q̄uis enim reperiatur contrarium, tamen nō conuincunē de falso, ex quo nō attestantur de ueritate, sed de credulitate. per not.in l.i.in prin. ff.de uent.inspic.Ias.in rub.ff.de iureiur.

Secunda conclusio est, quòd in isto textu
15 †ideo creditur soli interpreti, quia assumptus est de uoluntate partiū, arg.l.Theopompus. ff.de dot.præleg.ubi statur dicto unius de uoluntate ipsius testatoris. Aduerte primo circa intellectum d.l.Theopompus, quia intellectus cōmunis non uidetur posse procedere. Primo, quia si ille text. esset principaliter factus ad decidendū, quòd staretur dicto illius electi à testatore, illa l.nihil faceret ad titulū, quod est cōtra l.Imperatores, ff. de in diē adiect. Secūdo, quia in casu illius l.uidetē quòd testator expresse declarauerit mentē suam, quæ erat, ut illa secunda filia æqualem portionem dotis nomine haberet, sicut prima: unde etiam si ille electus nihil dixisset, idem erat.

Tertio, quia secundum intellectum Bart. ibi est casus specialis fauore dotis: quia aliàs nō staretur dicto illius electi, tanq̄ dispositio esset captatoria, prout etiā tenet Alex. ubi allegat concor.in consil.liiij.circa id quod quæritur.in ij.uol.& tamen tex.ibi non fundat se in aliquo speciali fauore dotis: imò ista specialia sunt euitanda, ut dicit gl.in l.filium quem habentem.C.fam.ercis. Quarto, quia in cōclusione quæsiti expresse intellectus dubitat in hoc, uidelicet an extra partē hęreditatis eadem summa minori filiæ esset præstanda, nō autem an ille electus probet: & illa conclusio quæstionis est attēdenda, sicut dicimus in petitione.c.ex parte.extra de so.comp.& quod not.Bal.in l.si uoluntate.C.de rescin.uend.
16 Verus itaq; intellectus est, quia dubitabatur an dos esset danda huic filię minori tanquam prælegata, secundum naturam tituli, & sic ex cōmuni pecunia omniū, de bonis ultra partem hæreditatis. Et ratio dubitandi erat, quia satis uerificabantur uerba testatoris, si dos illi fuisset statuta æqualis doti prioris filię, licet non de bonis cōmunibus: & potuisset ista filia minor acceptare dotem, & repudiare hæreditatem, si uoluisset: lex tamen decidit dotem dandam de bonis cōmunibus: quia hoc modo est omnimoda æqualitas cum filia prius nupta. Et hunc intellectum tenendo, illa uerba in text. sciens mensem meam in æqualibus portionibus, non specificant qualis fuisset mens sua: sed simpliciter attestantur illum electum scire, nunquid mens testatoris esset, ut æqualis dos daretur secundæ filiæ. & istud etiam melius colligitur ex litera Pisana, in qua uerba testatoris scripta sunt græcè. Nec est uerum quòd dispositio ibi esset captatoria, & propterea lex illa procedat speciali fauore dotis: quia aliud est cōmittere dispositionem in uoluntatem tertij, quo casu dispositio est captatoria.l.captatorias. C.de testa.milit. aliud cōmittere alicui amico tanq̄ informato de mente sua, ut dicit Raph.Com.cōsil.cxvij. in secundo dubio: & in hoc ille tex. est singularis. Secundo aduerte, quòd ista conclusio Bart.in casu suo est uera, ex quo assumptus fuit hic interpres ad declarandum de consensu partiū, unde ei statur respectu declarationis, secus si perhiberet testimoniū in iudicio: nam tunc ei soli non crederetur, ex quo non fuit assumptus à partibus ad finem testificandi, & ita est cōmunis opi, quam tenet Bald.in c.pen.de probat.in c.ueniens.de testi.in l.penul.C.de testa.manu.in l.iudices, C. de sent. Raph.Com.& Soci.hic. Et pro hac parte facit, quia etiā peritis in arte non statur regulariter, si sit nisi unus, ut per Abb.Aret.& moder.in c.proposuisti.de proba. nisi sit electus ad hoc à partibus.l.si irruptione, ff.fi.regun. sed in nostro casu iste interpres non fuit electus ad hoc ut testificaretur, ergo non debet plenè probare. Limita istam conclus. ut non
procedat† quando iste interpres esset solus in 17
ciuitate qui intelligeret illam linguam: quia tunc uidetur propter necessitatē, quòd solus etiam in iudicio probaret istam stipulationē. per tex.in §.quod autem.in auth.de nō alien. Et ita potest saluari dictum Bal. in l.iudices. C.de sent.& in c.licet uniuersis.circa fin. extra de testi.de quo per Ias.hic. Et pro ista limitatione facit, quia cùm interpres sit solus in ciuitate intelligens illam talem linguā, partes eum eligendo, uidentur elegisse non solùm quo ad declarationē stipulationis in esse producendę, sed etiam quo ad finem testificandi in iudicio si stipulatio negareē, ex quo sciunt partes illam stipulationē aliter nō posse probari: nec præsumūtur uoluisse facere actum elusorium, l.iij.ff.de testa.milit.& qui si negaretur, probari nō posset. arg. l. conficiuntur. uers.quid enim.ff.de iur.codicill.quod nota, quia est pulchra limitatio, si est uera.

Tertia conclusio, quæ tacitè colligitur ex uerbis Bart.est secundum Lud. Rom. Aret.
& Ias.† quòd partes non possunt facere quòd 18
credatur

credatur dicto solius testis. pro qua cõclusione adducunt moder. quia nõ potest fieri per statutum uel consuetudinem ut credatur soli testi, ut est cõmunis opinio Canonist. in c. ij. de probat. quia talis consuetudo esset nedum contra ius ciuile & canonicum, sed etiã contra ius diuinum. Si non potest fieri per statutum, ergo nec per pactum. iuxta gl. in rubri. C. de decret. decur. lib. x. & Doct. in l. non impossibile. ff. de pactis. Adde quòd pro eadem opinione facit, quia plures testes ad probandum requiruntur, ut falsitas euitetur. l. fin. C. de fideicõmiss. l. hac consultissima. in fin. C. qui testa. fa. poss. unde partes nõ debent posse renunciare huic dispositioni legali, ex quo nõ possunt renũciare neq; falso præsumpto, ut est tex. in l. transigere. C. de transact. ad idẽ facit gl. in Auth. ut sine prohibitione matres debitrices. §. quia uerò. facit quod not. Alex. in l. si quis id quod. ff. de iurisdict. om. iud. Secundo pro opinione Bald. facit text. in c. licet uniuersis. in ti. extra de testib. ubi lex expresse prohibet in aliquo casu admitti probationem per minorem numerum testium, quàm per duos; sed legi prohibitiuæ non potest renunciari. gl. in rub. C. ne fideiuss. dot. dentur. Bald. in c. transmissam. de elect. & Doct. in l. Modestinus. ff. de donat. Tertio comprobatur, quia non debet attendi sola uoluntas partium, ut stetur dicto unius testis, ex quo istud respicit non solùm interesse partis, sed etiam iudicis: quia hoc attinet ad iuris publici obseruantiam, & eius interest ferre sententiam ex legitimis probationibus, ut probatur ex notatis per Bart. in l. iiij. §. hoc autem. ff. de dam. infect. & Aret. in l. unic. C. ut quæ desunt aduoc. part. dum allegat text. in authen. de tabel
19 lionib. in prin. cum ibi not. Et facit,† quia acta non possunt destrui etiam de consensu partium, nisi iudice consentiente. l. acta. ff. de re iud. Item facit quod not. Bald. in extrauag. de pac. Constan. in uers. secundũ mores. ubi dicit, quòd tabellio nõ potest recipere dicta testium de consensu partium, nisi accedente etiam iussu iudicis: quia eius interest. Ad idem quod not. gl. Ioan. And. Bald. & cõmuniter alij in c. tuis. extra de testib. ubi quamuis possit iuramentũ remitti de cõsensu partium, tamen istud intelligitur ita demũ procedere, si etiam ipse iudex consentiat, quicquid ibi dixerit Abbas & Ias. in l. i. ff. de ferijs. Et ex his probatur istam opinionem Bart. pluribus rationibus fulciri. Adde quòd eandem opin. etiam tenet gl. in d. l. Theopompus. prout eam declarat & sequitur ibi Dynus & Ray. & gl. in c. ueniens. in gl. fin. & in c. licet uniuersis. & utrobiq; Bal. extra de testib. And. de Pisis antiquus doctor in proœm. Instit. Bal. in l. unic. in i. col. C. de sent. quę pro eo quod inter. profer. & ibi dicit quòd ita tenet gl. ubiq;: & uidetur cõmunis sentẽtia Doct. in d. l. Theopompus. dum dicunt in d. l. dispositionem esse captatoriam, ut s. dixi: nam si crederetur plenè huic electo, istud non esset uerum. Idem etiã firmat And. Sicul. hic: quia quòd ad probandum requirantur plures testes, fuit introductum pro cõmuni utilitate. l. fin. C. si cer. pet. ergo partes non debent posse illis renunciare, ut dicit ibi Bald. de quo per Alex. in auth. iubemus. C. de iudi. & si moder. hic considerassent istas autoritates, nõ ita de facili dixissent cõmunem opin. esse contra Bart. hic. Et hanc partem tenendo de facili posset responderi ad allegata in contrarium. Et primo non obstat quod notat Bart. in l. fin. ff. de præt. stipul. & in l. iusiurandum quod ex conuent. in prin. ff. de iureiur. ubi Doct. tenent quòd ualet pactum de stando simplici uerbo creditoris respectu interesse, & est cõmunis opinio: quia respondetur in d. casu cessare prædictas rationes, ex quo potest recurri ad arbitriũ boni uiri, ut ibi per eum. Non obstat l. fin. C. de fideicõm. quia illa lex non loquit̃ in teste, sed in parte cui defertur iuramentũ, cuius cõfessioni statur, secundũ tradita in l. manifestè ff. de iureiur. Non obstat l. si cõuenerit. ff. de re iud. quia illa lex simpliciter ꝑcedit in his quæ respiciũt priuatũ fauorẽ partiũ, ut ibi per Alex. & Ias. Secus uidetur in teste, qui respicit etiam interesse iudicis, & obseruantiam iuris
publici, ne cõmittatur falsitas. Nec obstat† ꝙ 20
dicta testium inualida, possunt de cõmuni cõsensu partium cõualidari, ut per gl. in c. cum causam. in fin. extra de testib. Bald. in l. fin. in prin. C. eo. & faciunt notata in c. ueniens. eo. tit. & in d. c. tuis. per Aret. ubi testes examinati in iudicio summario, faciunt fidem de consensu partium in iudicio ordinario: quia respondetur ꝙ in isto casu cessant prædictæ rationes, ex quo concurrit legitimus numerus testiũ. Nec obstat l. Theopompus. quia ibi ille electus non est testis, nec deposuit in iudicio, secundũ Bar. hic, & Salic. in l. iusiurandi. in iij col. C. de testib. Sed nostra quæstio procedit in iudicio, in quo militãt prędictæ rationes. Vnde in casu d. l. si ille fuisset electus à testatore ad perhibendũ testimoniũ in iudicio, puta quia testator dixisset, uolo ꝙ si oriat̃ controuersia inter hęredes meos, iudex stet dicto Polliani amici mei, cuius dictũ habeatur pro plena probatione: certè talis non faceret nisi semiplenã probationẽ, ut declarat ibi Dyn. et Ray. cum simil. supradictis. Et sic ista opinio Bart. hic uidetur multũ defensabilis etiam in practica, propter prædictas autoritates. Contrariam tamẽ sententiã sequitur Alex. Aret.
Ias. & cæteri moder. hic, tenentes† stari dicto 21
unius testis, quando partes semel consenserunt in eum: quam sententiam sequendo, ut etiam tollantur obiecta contraria, poteris declarare eam aliquibus modis. Prima declara
tio est, † quòd ualet pactum partiũ de stando 22
dicto unius testis in aliquibus casibus particularibus: secus si generaliter fieret. Nõ ualet etiam statutum, quòd omni casu stetur dicto unius: secus si disponeret in aliquibus casibus particularibus ex aliqua causa, ut dicit Math. in not. suo 51. incipiente, nota quòd cõ

suetudo,& per Alex.cõsil.cxxxviij.in iij.col. in prin.facit quod not.Felin.in d.c.ij.de probat.& in c.tuis.in ij.col.de testib. Adde tamẽ, quòd ubicunq; statutum uult quòd stetur dicto alicuius intelligitur semper,dummodo ille sit maior omni exceptione.per Bald.in l.directas.C.de testam.manu.Alex.consil.cxiiij in ij.col.in iiij.uol.facit gl.in c.significasti.i. in uerb.si ita est,de homicid.& quod not.Ias. in l.pro hærede.in iij.col.ff.de acquir.hæred. unde aliàs inferebam ad statutũ,uolens quòd stetur iuramento domini conquerentis de re furto sibi ablata per domicellum,quod debet intelligi,si aliàs dominus est uir fide dignus, & bonæ æstimationis[a]. Et istud etiam facit ad statutum mandans quòd stetur libro mercatoris tam pro se,quàm contra se: nam intelligitur si mercator est aliàs fide dignus & legalis,ut per Bald.in l.si quis ex argentarijs.§.i.

[a] Adde qđ hoc facit ad statutum prouinciale, dictans qđ stetur iuramẽto damnũ passi,&c.

23 ff.de eden. Secunda declaratio est,†ut ista opinio procedat, ut stetur dicto unius, quando specificatꝰ certa persona,in qua quælibet partium habet confidentiam. Secus si agatur de persona incerta, quia in tali militat maior timor falsitatis.arg.l.ij.C.de ponder.aur.pub. lib.x.ibi,qui sua fide atq; industria, neq; fallat,neq; fallatur.& ita tenet Ang.in l.pactum inter hæredes.in ult.col.ff.de pact.per tex.in l.conuenire.ff.de pact.dot.idem tenet Aret. Ias.& Socin.hîc. Adde quòd contrarium tenent moder.quia imò in persona etiã incerta nõ est timor falsitatis, ex quo potest probari contrariũ, ut cõmuniter dicunt Doct.in d.c. ꝓposuisti.& infrà dicã. Vnde uerisimile est, quòd propter metũ magnæ pœnæ si detegeretur falsitas,dicet potius ueritatem.arg.not. per Bar.in d.l.fin.J.de præt.stipu.ubi idem dicit in parte, cuius iniquitas detegereꝰ per arbitrium boni uiri. Sed ista consideratio nõ uidetur cõcludens;quia ad exclusionem edicti præsumpti non est sufficiens præsumptio timoris,quòd cõtrarium possit probari per testes; quia talis probatio censetur difficilis, ut per Specul.in tit.de libel.cõceptione.§.si uerò.graue enim est,facit l.is qui destinauit.ff. de rei uend. Secundo mouentur per doctrinam Bar.in l.si merces.in prin.ff.loca.ubi nõ ualet locatio facta arbitrio incertæ personæ, propter præsumptã discordiam partiũ in eligẽdo;unde ea cessante,uidereꝰ quòd ualeret. Responde, ꝙ dictum talis arbitri si est dolosum,potest reduci ad arbitriũ boni uiri.l.si societatem.§.arbitrorũ.ff.eod.tit. quod facilius fit quàm probatio per testes in contrariũ. Tertio mouentur alij, quia uideretur quòd stari posit dicto incertæ personæ. Nec obstat ꝙ daretur occasio delinquendi; quia istud non debet haberi in cõsideratione, ex quo hæc cõuentio directè nõ est ordinata ad hũc casum, ut per Bar.in l.ij.§.fi.ff.si quis cau. Alex.cõs. ij.in antepen.col.in i.uol.uers.non obstat septimo.Feli.in c.de cætero.extra de sen.excõ. Sed respõde.ꝙ etiã si in consequentiã inducatur præsumptio delicti, dummodo sit uerisimilis, adhuc prohibeꝰ actus fieri, & procedit d.l.conuenire.ut per Bar.in l.nemo potest.in iij.oppos.ff.de leg.i.& in l.damni.§.Sabini.in i.col.ff de dam.in fe.& ita resideo cum Ang. & moder. Est uerum quòd tex.in d.l.ij.non multum facit pro eis, quia loquitur in eo qui constitutus est de publico.

Tertia declaratio sit,†ut quando iste testis deposuit testimo- 24
nium, iudex debeat pronunciare secundum eius dictum:non quòd ille faciat plenam probationem,sed quia partes ita cõuenerũt.arg. d.l.si conuenerit.ff.de re iud.& propterea cõclusio Doct.non procederet in his,in quibus partes nõ possent sibi per pactũ uel cõfessionem præiudicare,ut not.in c.tuis.extra de testi,uidenꝰ enim partes cõfiteri ea,quę dicunꝰ per illũ testem in quẽ consenserũt, arg.gl.in auth.ut diffe.iudi.in uerb.conuentum.& ex ea confessione fertur sententia, nõ quòd testis de se plenè probet;quia plena probatio recipit declarationẽ à iure publico,nõ aũt à uoluntate partiũ, ut apparet ex diffinitione tradita per Abb.in rub.extra de probat.unde cõfessio propriè nõ est probatio,ut ibi cõmuniter dicunt Canonist.& facit tex.in c.forus.in uerb.probatio.de uerb.sig.ibi,probatio testibus constat.& sic in numero plurali.fa.quod not.Alex.hîc,dum dicit,ꝙ nõ potest fieri cõsensu partium,ut scriptura priuata sit publicum documentũ[b], & tamen potest fieri ut illi stetur: inter quos casus est magna differẽtia, licet moder.nõ aduertant, & incõsultè reprehendant Alex. Et ista inuestigatio potest esse utilis ad statuta inducẽtia aliquid in casu,quo quis fuerit cõuictus per plenam probationẽ

[b] Adde qđ istud facit ad statutũ curiæ cameræ Aquen. dictãs quòd non possit exponi clamor, nisi debitum probetur instrumẽto publico:nam non haberet locum in scriptura priuata,cui de cõsensu partium deberet stari. per not.hîc.

factam per testes.†Quarta declaratio colligi- 25
tur ex not.per Bal.in l.in bonæ fidei.in pen. col.C.si cer.pet.quẽ sequiꝰ Alex.& Ias.hic,& Ias.in repet.l.admonendi.in xxi.char.ff.de iureiur.ubi dicunt,quòd cõmunis opinio procedit,quando partes expresse promiserũt stare dicto ipsius testis: secus si simpliciter approbauerunt personam: quia licet non possit amplius reprobare nisi ex causa superueniente.l.si quis testibus.C.de testib.gl.in §.et licet.in uerb.supplicijs.in auth.de testi.tamẽ talis non faceret nisi semiplenam probationem.

Sed dubiũ est,†quando partes promi- 26
serunt stare dicto tertij, nunquid possit probari contrariũ? Et Bald.in d.l.in bonæ fidei. præsupponit ꝙ non,dum dicit,ꝙ ubi talis testis est confidatus utriq; parti,quòd non licet eius dictum infringere. Puto quòd ueritas sit in contrarium;sicut uidemus quòd ubi lex in aliqua materia statuit stari dicto unius, tamẽ potest probari contrariũ,ut dicit Bal.& Sali. in l.i.per illum text.C.de re iud.& est cõmunis cõclusio Canonist.in c.proposuisti.extra de proba.& ualet argumentũ de dispositione legis,ad dispositionẽ cõtrahentiũ.l.nõ impossibile.ff.de pac.Cõsirmaꝰ per id ꝗd not.Bart. in l.si cõuenerit.de re iud.ubi si partes conueniũt stare sententię ferendæ per talẽ confidatum partium, nihilominus poterit appellari. Confir

Confirmatur etiam per id quod not. Abb.
in consil. li. in primo uol. ubi si testator man-
dat quòd circa talem negociationem stetur
libris certi mercatoris tantum, poterit tamen
probari contrarium: & taxatiua uidetur ap-
posita nou ut excludat contrariam probatio-
nem, sed ut ostendat dictis libris debere cre-
di, etiam in casibus ubi aliàs non crederetur.
Limitatur hoc ut non procedat, quando par-
tes expresse egerint quòd non possit probari
contrarium: nam ualeret talis conuentio, ut
presupponit Abb. in d. consil. li. & Doct. hic,
dum præsupponunt istud pactū ualere pro-
pter indubitatā fidem, quæ habetur in eum,
in quem consentiunt. & ita respondent ad gl.
in d. §. quia uerò. in auth. ut sine prohib. & in
isto casu potest intelligi decisio Bal. in d. l. in
bonæ fidei. Adde quòd uideretur istud non
procedere, ubi iste testis enormiter læderet:
sicut uidemus, quòd si pars promittat stare
dicto arbitratoris, & renunciat reductioni ad
arbitriū boni uiri, & quibuslibet defensioni-
bus, etiā cum iuramēto, tamen tale pactū nō
ualeret quādo enormiter quis læderet, ut est
cōmunis cōclusio Doct. in c. quintauallis. de
iureiur. Et est ratio, quia tale pactū si ualeret,
de facili induceret aliquē ad delinquendum:
ideo tanquam inutile in tali casu debet reijci. l. cō
uenire. ff. de pact. dot. quod not. ad doctr. Bart.
in l. fin. de præt. stipul. de qua per Alex. con-
27 sil. liiij. in ij. Quinta declaratio est, ut† sicut
partes possunt conuenire quòd stetur dicto
unius certi testis, ita etiam possunt conueni-
re quòd stetur scripturæ priuatæ, ut dicit Bal
dus in l. de quibus. in iij. col. ff. de legib. cum
concord. per Alex. hic, & Cano. in c. cum P.
tabellio. de fid. instr. & per Ias. in repet. d. l. ad-
monendi. in xij. char. & per Alex. cōsil. cxiij.
in iiij. uol. Confirmo istam opin. per ea quæ
not. Bar. Bald. Aret. & moder. in auth. si quis
in aliquo. C. de eden. ubi concludunt, quod quis
exemplū nihil plus probet quam scriptura priua-
ta, tamen si sit factū de consensu partiū, faciet
28 plenā probationē. † Nec obstaut fundamēta
Soci. hic contrariū tenentis, dum dicit quod non
est bonū argumentū de scriptura ad testem:
quia nos uidemus quod testis de se facit semiple-
nam probationē, & scriptura priuata nō: nam
respondet ut s. dixi, quòd testis nō plenè pro
bat ex se, sed ex cōsensu partiū: quia partes ui-
dentur cōfiteri ea, quæ ille testis dicet esse ue
ra. arg. d. gl. in auth. ut diffe. iud. in prin. Istud
est in scriptura priuata: quia per cōuentionē
prius factā uident partes cōfiteri de eius ue-
ritate, unde probat, licet ex se nō probaret: si
cut uidemus in simili de schedula approbata
à testatore in testamēto, de qua per Bar. in l. si
ita scripsero. s. de cond. & demonst. unde me
ritò dicit hic Alex. quòd talis scriptura nō ua
lebit ut publicum instrumentū, licet probet
propter cōuentionem partium, quod est uti-
le ad statuta concedentia executionem publi
29 cis documētis. † Secundo nō obstat aliud ar
gumentū, dum dicit Soci. in teste requiri iu-
ramentū, quod nō est in scriptura priuata: &
facilius quis cōmitteret falsum, si nō iurabit.
Nam respondeo, quòd partes consentientes
stare scripturæ priuatæ, uidētur remittere iu
ramentū, quod possunt. c. tuis. extra de testi.
Idem in teste in quē cōsenserint partes, nō re
quiritur iuramentū, ut per Bart. in l. Lucius.
in fi. ff. de fideiuss. † In quæst. Bar. quando no 30
tarius cōficiat instrumentū cōtractus facti in
ter theutonicos, habenda est cōsideratio cir-
ca tria principaliter. Secūdo aduertendū est
dum dicit, quod debet prius cōficere instrumen
tum qualiter interpres fuit electus de uolūta-
te partiū: nam in isto casu erit difficultas: quia
notarius nō debet cōficere instrumentū nisi
de eo de quo fuit rogatus per partes, & quod
ipse intellexit per uisum & auditū, ut est gl.
in auth. de instru. caut. & fid. §. si uerò morian
tur. Sed ad hanc difficultatē tollendam Io. de
Imol. & Aret. hic ponunt duo remedia. † Pri- 31
mū est, si duo interpretes adhibeant: quia po
terit unus testificari de alio, & unus corrobo-
rabit dictum alterius. per l. si quis ex argenta
rijs. §. i. ff. de eden. Tamen aduerte, quia ista opi
nio in pūcto iuris est satis periculosa, ex quo
isti interpretes sunt singulares, unde non de-
bet illis credi. arg. d. l. iurisiurandi. In practi-
ca tamen non putarem recedendum ab eorū
opinione, tum quia ista singularitas non est
obstatiua, sed adminiculatiua, per not. per
Bal. Ias. & Soci. in l. Gallus. §. ille casus. ff. de
lib. & posthu. tum etiam, quia potest iudex si
inducat in credulitatē, adhibere fidem etiā te
stibus singularibus, ut dicit Paul. de Cast. in
d. l. admonendi. & in l. Lucius. ff. de his qui
not. infam. sequitur consulendo Soci. consil.
cclxij. in causa magnifici. in antepenult. col.
Idem uidetur dicendum in casu nostro, in no
tario, qui uerisimiliter debet credere istis in-
terpretibus, licet singularibus. facit in simili
quod not. Bald. in c. i. §. si instrumentū. de no
tis feud. ubi si requirunt duo testes pares cu-
riæ, satis est quod unus attestetur de alio. ad idem
gl. not. ij. q. vij. c. quærendum. ubi unus testis
attestatur de probitate alterius inuicē, & cre-
ditur, licet sint singulares. Secundū reme-
dium est, quando esset nisi unus interpres, quod
faciat se eligi prius in interpretem, deinde de
claret notario: quia notarius debebit illius di
cto stare, ex quo est electus de consensu par-
tium. Sed circa hoc est difficultas: quia ut di-
cit Soc. ex quo illi adhibetur fides, quia inter
pres debet prius constare notario de qualita
te, per quam fides illi adhibetur. arg. not. per
Bart. in l. diuus. ff. de testa. milit. & quæ not.
in l. non erit. §. dato. ff. de iureiur. & sic debe-
bit prius notarius scire quòd sit interpres. Re
sponde ex mente Alex. & Doct. hic, quòd sa
tis est si notarius istud percipiat per nutus &
signa: ex quo enim uidet partes præsentes, et
facientes illum interpretari dicta sua, satis de
clarant uoluntatē suam quòd eum elegerint
in interpretem: quia uoluntas nō tam uerbis
quàm factis declaratur. l. reprehendenda. C.

de inſtit. & ſubſtit. & de hoc ſtabitur inſtrumento notarij, arg. not. per Bar. in l.i. C. de fide inſtr. & iure haſtæ fiſca libr. x. & iſtud poteſt procedere in primo exemplo ſ dicto, & maximè eſt uerum in iſto actu extraiudiciali. arg. d. l. Theopompus, ut ſ dixi.

32 †Secũdo principaliter aduertendũ eſt, dum Bar. dicit, ꝙ ſi notarius ipſe intelligeret theutonicos, tunc ſtaret̃ dicto ipſius ſolius. arg. l. ſi quis decurio. C. de fal. Adde ꝙ cõtra hanc concluſionem facit, quia tex. in d. l. ſi quis decurio. quatenus uult ꝙ credatur ſoli notario, habet tantũmodo locum quando inſtrumentum in ſe habet omnia requiſita, & tantũ dubitat̃ nunquid ſcriptũ fuerit per talem notarium: nam quoad hæc creditur ſoli notario, ut dicit ibi Bar. & Bal. nõ autẽ ubi dubitat̃ de ueritate negocij principalis, prout eſt in caſu noſtro. Item in contrariũ facit, quia notarius non poteſt habere duplex officiũ, & ſic eſſe interpres, & eſſe notarius: ſicut nõ poteſt eſſe teſtis & notarius. l. Domitius. ubi Bart. ff. de teſta. & quod not. Bar. in l. ex ſententia. ff. de teſta. tutel. ad idem facit quod not. Bald. in l. iubemus. per illum tex. C. de libe. cauſa. Innoc. & Bald. in c. quoniã contra. extra de probat. ubi dicunt, ꝙ nõ creditur notario dicenti, ꝙ talis ſit confeſſus aliquid coram ſe. Item in contrariũ facit, quia cõcurrerẽt duo ſpecialia in perſona iſtius notarij: unũ, quòd crederetur ſoli notario, quod eſt contra not. in d. c. quoniam contra. aliud, quòd unus interpres ſufficeret, contra regulam de qua in d. § quod autem. in auth. de non alie. Et iſta quæ dicunt̃ de notario, habent locum etiam in iudice. d. c. quoniam contra. Non puto recedendum ab opinione Bar. qui dicit ueritatem in caſu ſuo, uidelicet in notario cauſę ſeu banchi, cui ſoli creditur quando eſt electus à iudice ad examinationem teſtium in ſecreto, ut dicit Bal. in l. iuriſiurandi. in fi. C. de teſtib. Abb. in d. c. quoniã cõtra. in x. col. uerſ. ad unum tamẽ notabile. & idem debemus dicere in iſto caſu, quando iudex ipſe unà cum notario examinat talem teſtẽ, quia ſtabit̃ interpretationi iudicis intelligentis tale idioma, ex quo ad iudicem ſpectat examinare teſtes, & eſt officiũ ſuum. auth. apud eloquentiſsimũ. C. de fide inſtru. & creditur ſoli dicto cuiuslibet in officio ſibi de publico iniuncto. c. cum parati. extra de appell. c. ad audientiã. de præſcrip. Bart. in extrauag. ad reprimendum. in uerb. nuncium. in fi. nec text. in d. c. quoniã cõtra. loquitur in tali caſu quando iudex ſolus intelligens examinat teſtẽ unà cum notario. & iſtã opi. tenent hîc mod. & placet, licet Roma. Aret. & Iaſon hîc diſſentiant in iudice. per tex. in d. c. quoniam contra. & q̃d not. Bar. in l. ne in arbitris. C. de arbit. Sed limitatur regula dictorũ iurium reſpectu examinationis teſtiũ: nec poteſt aſsignari in iſto caſu ratio differentiæ, cur magis credatur notario actorũ ꝗ̃ iudici: & iſtud tãto magis procederet in terris ubi uiget ſtatutũ guarentigiæ, & ubi ſunt iudices chartularij: q̃a tũc poteſt iudex fungi utroq; officio tam iudicis ꝗ̃ notarij, declarando tamen ut per Bar. in l. iubemus. in ult. col. C. de ſac. ſan. eccl. Tertio principaliter aduerte, in quantũ Bar. dicit, †ꝙ 33
ſi iudex uel notarius neſciret interpretari, cõſiliũ eſt ꝙ adhibeat duos interpretes uel unũ, ſi unus tantum in loco reperiat̃. Pro eius declaratione uidendi ſunt duo articuli. Primus eſt circa perſonas, ubi admittunt̃ periti, quales eſſe debeant, & quibus magis credat̃. Secundus eſt circa numerũ perſonarũ, uidelicet quot eſſe debeant. Circa primum, †quando periti in arte teſtificantur, uideretur q̃d 34
nõ ſufficiat eſſe aliquo modo inſtructos de illo negocio, ſed neceſſariũ eſſet ꝙ eſſent magiſtri in illa arte: aliàs eorum dicto non ſtaret̃. ita probatur in d. §. quod autẽ. ibi, duobus in ſignibus mechanicis. idem tenet Spec. in tit. de fruct. & intereſſe. §. uiſo, circa fin. & ſequit̃ cõſulendo Aret. in conſil. lxxxiij. in pen. col. ubi reprobat quendã teſtem molendinariũ, qui depoſuerat molendinũ eſſe bene inſtructũ: nam licet haberet aliquã intelligentiã de hoc, utpote molendinarius, tamen nõ habebat ueram & perfectã intelligentiam ex quo nõ erat magiſter ædificãdi. Ad idem facit q̃d not Bal. in l. ſeptimo menſe. in tertia lectura. ff. de ſtatu hom. & Ang. in l. qui luminibus. ff. de ſerui. ubi dicũt regulariter requiri duos de peritioribus. Sed in contrariũ facit quod conſuluit Alex. conſil. xv. in ult. col. in prin. refert & ſequit̃ Iaſ. in l. ij. in fi. ff. quod quiſq; iuris. ubi ad cognoſcendũ nunquid uulnus ſit mortale, ſatis eſt quod adhibeantur medici in talibus experti, quamuis non ſint doctores nec magiſtri in tali profeſsione. arg. l. i. §. ne autẽ. C. de cõmuni ſer. manumiſſ. & iſtud puto uerius. nec Bald. & Angel. dicunt contrariũ: quia bene faciet iudex ſi adhibeat duos ex peritioribus: ſed tamen poterit adhibere etiam nõ tam peritos, & iſtud multum eſt arbitrariũ iudici; †& ille qui ter ſe bene geſſerit 35
in diſputatione illius artis, exiſtimabit̃ peritus, ut dicit Bar. in l. uni. C. de athle. lib. x. Sed conſequẽter quæritur, † quid ſi iſti periti ſunt 36
diſcordes inter ſe, quibus magis fides ſit adhibenda. Puto hoc multum conſiſtere in arbitrio iudicantis: ſicut etiam dicimus de teſtib. l. iij. §. tu magis. ff. de teſtib. qui inclinabit in eam partem, in qua concordat maior numerus. l. i. §. i. & §. ſi omnes uel plures. ff. de uentre inſpic. niſi ille numerus maior eſſet imperitorum, ſecundum Specul. in tit. de homici. poſt prin. in uer. de facto quæritur. Data uero paritate numeri, magis credet ueriſimiliora deponentibus, ut dicit Bal. in c. i. in iij. col. quibus modis feud. amit. & uerisimilius exiſtimabit quod dicunt illi qui ſunt famoſiores in arte. l. penul. C. de cond. indeb. uel qui meliora ſtipendia de publico conſequũtur. l. ij. C. de offic. magiſtri offi. uel etiã qui ſunt ſeniores in illa arte. arg. not. in l. cũ q̃d. ff. ſi cer. pet. & in c. clerici. de iudi. & ita intelligendũ

eſt

est quod not. Bal. in prima constit. ff. ueteris,
& Alex. hic in ij. not. dum dicit, in dubio, ubi
discordant, stari peritioribus: nam difficultas
est maxima in discernendo peritiores: & ple-
runque uidemus indoctos uulgò haberi pro
doctioribus, ut dicit Quintilianus in 1. lib. in-
stitutionis oratoriæ, & fa. text. in c. penult. in
fin. de pœnit. distin. v. Vbi uerò cessant supra
dicta, & omnimoda est æqualitas, pronũcian
dum erit pro reo, sicut dicimus in testib. arg.
gl. in c. clerici. lxxxi. distin. & per moder. hic.
Circa secundum, quòd periti debeant inter-
37 uenire, fac duas conclusiones. Prima est, † quod
ad assumendũ informationes extraiudiciali-
ter, statur dicto unius periti, ut est text. in §. il-
lud quoque. in auth. ut præponatur nomen Imp.
fa. gl. not. in l. Titio fundus. ff. de cond. & de-
monst. ubi uiro bono extra iudicium creden
dum est. & tex. in c. de Syracusanæ. xxviij. di-
stin. & text. in c. qualia. vij. quæst. iij. Vnde si
quis haberet cõsiliũ ab uno solenni doctore,
diceretur sufficienter instructus, ut per Bar. in
l. in bonorum. ff. de bon. poss. & excusaretur ab ex
pensis: de quo tamen dic ut per moder. in l. iu
ris ignorantia. C. qui admit. Secunda cõclu-
38 sio est, † quòd in actibus iudicialibus debent
saltem esse duo, sicut dicimus in testibus. arg.
d. l. iurisiurandi. & fa. text. in l. lex quæ tuto-
res. circa med. in uers. multorum testificatio-
ne. C. de admi. tut. & firmat Aret. & Soci. hic
post alios, & Cano. in d. c. proposuisti. & A-
lex. hic, dum reprobat Ang. & Alex. in con-
39 sil. xxxv. in ult. dubio, in i. uol. † Fallit pri-
mo, quando esset unus electus de publico:
quia illi staretur. l. ij. C. de pond. auri pub. lib.
x. ubi Bart. Sed aduerte, quia in cõtrarium fa
cit l. semel. C. de re mil. lib. xij. ubi requiritur at-
testatio plurium medicorũ, ad hoc quòd mili
tes impetrent missionem tanquam infirmi,
& tamen illi medici in exercitibus cõstituun-
tur de publico. l. i. & l. fin. C. de profess. & me-
dicis. lib. x. Responde, quòd nõ constituitur
de publico principaliter ad iudicandos mili-
tes quibus concedenda sit missio, sed ut illis
medeantur: & sic ista fallentia procedit, ut cre-
datur uni, quando principaliter de publico
40 constituitur ad hoc. † Secundo fallit, ubi par-
tes consentirent in unum etiam in iudicio, ut
suprà dixi in teste. & ita potest intelligi l. iij.
C. si. regun. & in c. quia indicante. de præscri
ptionib. Et istud procedit etiam si partes taci-
tè consentirent, puta si iudex eligeret nisi u-
num, cuius dicto diceret se crediturum, par-
te præsente electioni, & nõ appellante infra
debitum tempus. arg. not. per Bar. in l. i. C. de
relat. Tertio fallit, quãdo esset unus ualde pe
ritus & maximę autoritatis, secundum Aret.
hic, per l. septimo. ff. de stat. hom. & idem te-
net Abb. in c. calumniam. de pœnis. extra. &
fa. text. in l. sed & reprobari. in uerb. ualde di-
sciplinatos. ff. de excus. tut. Aduerte tamen,
quia tex. in d. l. septimo. parum facit, quia lo-
quitur de Hippocrate, cuius opera in studijs
publicis sunt approbata, & ideo illi statur, se-
cundum Bar. & Doct. in l. i. ff. si cer. pet. dum
loquitur de argumento sumpto ab autorita-
te. † Quarto fallit in præiudiciũ producentis 41
nisi unum peritum, ut innuit Alex. hic: quod
intellige procedere, si producens expresse di
cat se uelle stare interpretationi suæ: secus si
approbat tantummodo personam, sicut dici-
mus in teste. per Bald. in d. l. in bonæ fidei. C.
si cert. peta. † Vltimo fallit, quando in ciuitate 42
esset nisi unus. arg. §. quod autẽ. & uult Bart.
hic, & in prima constit. ff. ueteris, in fi. & mo-
der. reprobata sententia Aret. ut hic per eos.
Istud tamẽ quod dicitur sufficere unũ ubi so-
lus est in ciuitate, sublimita primo, ut nõ pro
cedat in causa ualde ardua: quia tali casu de-
bebit mitti ad loca uicina. per tex. in c. si fortè.
lxix. dist. & gl. in c. suggero. iij. q. viij. Abb. &
Aret. in d. c. proposuisti. & Aret. hic: & facit
quod not. Alex. in l. si ab hostibus. ff. sol. ma-
tri. col. iij. ubi uult quòd maritus teneatur pro-
uidere uxori ægrotæ de altero medico, etiam
mittendo ad loca uicina: de quo etiam per A-
ret. in l. si seruum. in iij. col. ¶. eo. & facit quod
not. Bal. in addit. Specul. in tit. de homi. uers.
an mortuus, ubi arguendo uidetur conclude
re, quòd non statur dicto unius medici quòd
uulnus sit mortale, etiam si solus esset in ciui-
tate, propter magnũ præiudiciũ. & ista opin.
magis placet, quicquid dicat Alex. hic & mo
der. in d. c. proposuisti. Nec obstat tex. in d. §.
quod autem. quia ultra responsionem Abb.
potest dici quòd ibi in re ardua sufficit unus,
ex quo ultra illum architectũ requirũtur etiã
multæ aliæ solennitates, quibus interuenien
tibus nõ est uerisimile quòd ecclesia lædatur.
arg. l. hac consultissima. in fin. C. qui testa. fa.
poss. Secũdo sublimita ut nõ procedat, ubicunque
lex requirit præcise determinatum numerũ:
quia si non reperitur in ciuitate, eundum est
ad loca uicina, ut dicit Bald. in prima constit.
ff. ueteris, in ij. col. allegat l. nemini. §. iurispe-
ritos. C. de aduo. diuer. iu. melius fa l. si quis.
& gl. in l. magistros. C. de profess. & med. lib.
x. & quod not. Abb. in d. c. proposuisti. in iiij.
col. & ita etiã potest intelligi tex. in d. c. si for-
tè. & gl. in d. c. suggero. & fa. quod not. Bar. in
l. cõtinuus. §. item qui insulam. in fin. ¶. eod.

Circa doctrinam Bart. quia maior pars est
expedita in pręcedentibus, aduertendum est
primo, dum dicit, † quòd quando quis inter- 43
rogatur de toto nõ uniuersali, & respõsio est
de parte impropriè, quòd uitiatur stipulatio.
per l. & per iusiurandũ. in ij. respons. ¶. de ac-
cept. Et propterea si interrogo te, promittis
mihi uiã? & tu respondeas, promitto iter uel
actum, nõ ualet stipulatio. Adde quod pro opin.
Bart. fa. tex. in l. si mater. §. si quis iter. ff. de ex
cept. rei iud. ubi ita sunt diuersa actus & uia
uel iter, quòd qui succubuit in uno, non pro
hibetur petere aliud: ergo propter istam di-
uersitatem non debet ualere stipulatio. Licet
Dd. nihil dicant, puto tamẽ quòd Bar. nõ be-
ne sentiat, & sic teneo quòd imò tali casu ua-
leat stipulatio. Pro qua conclusione primo fa

cit text.in l.uia. ff. de ser.rust.præd.& l.si tam
angusti.ff.de seruit.ubi secundum intellectũ
cõmunem Doct.in §.si quis ita. ß.eod. si quis
stipulatur uiam,quæ stipulatio nõ ualeat, pu
ta propter angustiam loci, ualebit saltem pro
ut ualere poterit,puta in uim itineris.& est ra
44 tio secundũ Raph.Com. & Ias.ibi,†quia sub
seruitute uiæ,quę est amplior,continetur ser
uitus itineris,quæ est minor.l.i. ff. de seruit.
rust.præd.certè ibi nisi interrogãs de uia, cen
seretur interrogare etiã de itinere, stipulatio
nõ posset ualere, deficiente consensu & for
ma.l.i.in fi.ff.de pact.Si ergo censetur etiam
interrogasse de itinere, debet ualere stipula-
tio,tanquam cõformiter sit respõsum.Et ille tex.
probat à fortiori:quia si ualet stipulatio in iti
nere,quãdn uterque dixit de uia, tãto magis in
casu nostro,quãdo saltem unus expresit ser
uitutẽ itineris. Secundo facit,quia ratio Bar.
nõ uidetur cõcludens,dum dicit,quòd quan
do pars est impropriè,nõ uidet quis de ea in-
terrogasse:nam imò uidemus contrariũ:quia
ut stipulatio sustineatur, debent interpretari
uerba contrahentium etiam impropriè.d.l.si
tam angusti & in l.si pecuniam. ff.si cert.pet.
per moder.in l.quotiens.ʒ.eod. Tertio proba
tur per tex.in l.qui usumfructũ.ʒ.eod.&gl.in
l.scire debemus. in uerb.in præcedenti. eod.
tit.ubi quantum ad decidendam in esse stipu
lationem, actus dicitur pars uiæ, & iter pars
actus:nam aliàs si ego stipulatus essem uiam,
deinde stipularer actũ: uel si stipulatus essem
actum,deinde stipularer iter,ista secunda sti
pulatio ualeret, tanquam si stipulatus essem rem
diuersam à priore,&tamen tex.ibi dicit cõtra
rium:qui etiam probat fortius,dum æquipa
rat talem stipulationẽ,stipulationi quantita
tis. Vnde sicut si dicerẽ,promittis decẽ: cùm
responderes, promitto quinque, ualeret stipu
latio.§.si stipulanti.ß.eod.idem in isto casu,ar
guendo ab æquiparatis, quod argumentũ ua
let.l.non possum.ubi Fulg.ff.de legi.nam ni
si iter esset pars actus propriè quando in esse
deducitur, argumentũ Iurisconsulti nõ esset
concludens.Quarto pro ista opin. facit text.
in d.l.& per iusiurandum. in uers. si autẽ iter.
ubi si quis accepto fert iter & actũ, censetur
accepto tulisse uiã:ergo iter & actus sunt pro
priè pars uiæ.Quinto probat ex uerbis Bart.
hîc in fin. dum summat totam hanc materiã,
45 & dicit,†quòd tũc diuersitas interrogationis
& responsionis uitiat stipulationem,quando
inducit differentia in qualitate obligationis:
sed in casu nostro non oritur ista differentia,
quia actus à uia, & iter ab actu, prout in esse
constituuntur, non differunt nisi secundum
plus & minus.l.ij.ff.quemad.ser.amitt.Insti.
de seruit.rust.præd.in prin. & l.i. ff. de adim.
leg. Nec obstat text.in d.l.& per iusiurandũ,
quia ille tex. loquit in seruitute uiæ seu actus
iam cõstituta,& ideo indiuidua, unde nõ po
test pro parte accepto ferri. & quod ille tex. pro
cedat propter indiuiduitatẽ tantum,tenet ibi
Bar.Alber.de Ros.Ang.& Imol. Sed in no
stro casu nõ procedit ista ratio,ex quo loqui
mur in seruitute prout in esse deducitur: &
istud est de mente gl.ibi,in uerb.momenti.et
fa.quod not.etiam gl.in uerb.illud.ubi si debeas
mihi fundũ,& accepto feram usumfructũ,ni
hil agitur: quia aut appellatione ususfructus
intelligo de causali, & acceptilatio nõ tenet,
†quia usus fructus causalis est inseparabilis à 46
fundo:aut intelligo de formali,& adhuc non
ualet,quia usus fructus formalis non est pars
fundi,nec propriè,nec impropriè.Et sic ratio
illius tex.est,quia res indiuidua nõ potest per
partes accepto ferri. Sed eodẽ modo respõ
detur ad §.si quis iter. quia ibi petebat actus
tanquam quid in esse deductũ, & sic censetur res
diuersa à uia. Nec obstat si diceretur,quòd
ex quo actus inest uiæ tanquam cõmoditas, non
dicitur esse pars uiæ: quia respondeo, quòd
istud procederet in seruitute uiæ iam consti
tuta,ut dixi, ex quo habens uiam dicitur ha
bere etiam cõmoditatem actus: sed quãdo in
esse deducitur,secus èst; quia intentio contra
hentiũ est, ut si nõ possunt cõsequi uiam, sal
tem consequant actũ.d.l.si tam angusti.&sic
uident etiã interrogare de actu prout est ser
uitus.Et sic in ista materia facias tres casus.
Primus est,†quando interrogo te,promittis 47
uiam:& tu respondeas, promitto actũ,& ua
let stipulatio in actu,per supradicta.Secũdus
casus est, quando uiæ iam in esse deductæ uo
lo partẽ detrahere,puta,uiam quam tibi con
stitui accepto fers: & tu respondeas, accepto
fero actum: nam nõ ualet stipulatio,quia ob
ligatio est indiuidua, & non potest per partẽ
diminui: & in isto casu posset procedere opi.
Bar.hîc per tex.in d.l.& per iusiurandum. &
sic Bart.debet intelligi secundũ l.quã allegat,
& not.per Bar.in l.nõ solum. §.si liberationis
uerba.ff.de lib.leg. Tertius casus est,†quãdo 48
interrogo te, promittis uiã: & tu respondes,
promitto iter & actum: nam ualet stipulatio.
d.l.& per iusiurandũ, in uers.si autẽ iter. Sed
certè hic casus uidet mirabilis: nam si aliquis
habeat actum, non poterit ligna uel lapides
trahere,uel hastam rectam ferre, sicut nec ha
bens iter;quod secus est in habente uiã. l.uia.
l.qui sella.ff.de ser.rust.præd.&sic plus est in
uia,quàm sit in actu uel in itinere, quomodo
ergo accepto feretur id quod est plus, per ex
pressionẽ eius quod est minus: & cõsequen
ter in stipulatione non uidetur promissio iti
neris & actus esse conformis interrogationi
de uia. Circa hoc multũ laborat Imol. in d.l.
& per iusiurandum. sed tu ultra eum cogita,
si posset dici, quòd quãdo aliquis interrogat
de uia,& alius respõdet de actu & itinere,lex
interpretatur in dubio responsionem cõfor
mem interrogationi, ut actum sustineat: &
ex quo constitutio actus non habet certos fi
nes,sed dependet à pactione cõtrahentiũ,uel
ab arbitrio iudicis,l.certo.§.latitudo.ff.de ser.
rust.pręd.pars promittẽdo actũ & iter, uidet
intellexisse de tali actu,qui iũctus cũ itinere idẽ
cõprehẽdat quod uia;&sic sustinebit stipulatio.
Secundo

Secundo principaliter circa hanc doctrinā
Bar. aduertendū est in illa quęst. quādo inter
rogatio est facta de uniuersali, tu respōdes de
particulari, an ualeat stipulatio. In qua quęst.
49 facias tres casus. Primus casus est, † quādo in-
terrogo de uniuersali iuris, prout est hæredi-
tas sui natura, & tali casu si respōdeatur de re
particulari, nō ualet stipulatio secundū Bart.
hîc, & sequunī alij. Pro quo facit, quia in hæ-
reditate ista particularia nō cōsiderant̄: quia
illud ius cōsistit etiā sine tali corpore particu
lari. l. hæreditas. in prin. ff. de pet. hęr. fa. quod
not. Bal. in rub. extra de iud. ubi in hęreditate
uel iurisdictione non attenduntur nisi partes
quotatiuæ, nō autē res singulares. Secūdus
casus est, quādo te interrogo de uniuersali fa
50 cti, puta de grege: † unde si interrogo, promit
tis gregem: tu respondeas, promitto ouē, nō
ualet stipulatio. l. i. in fi. ff. de rei uend. Limita
tur primo ista conclusio, ut nō procedat in fa
milia seu choro: nam q̄suis sit nomen uniuer-
sitatis, l. pronūciatio. §. familię. ff. de uerb. sig.
tamen in eis singulæ personæ considerant̄. l.
si chorus. ff. de leg. iij. Raph. Ias. & Socin. hîc.
Et potest esse ratio, ex quo persona hominis
est preciosissima, arg. l. bellissimè. ff. de ædil.
edict. lex reputauit absurdum nō habei e par
ticularem considerationē de eis. arg. l. item a-
pud Labeonē. uers. ea enim quæ not. ff. de in-
iur. Puto cōtrariam opin. esse ueriorem, quæ
est de mēte Bar. & Doct. hîc, quòd imò idem
sit etiam in choro uel familia: quia, ut etiā di-
xi in §. præced. d. l. si chorus. non uidetur mul
tum probare pro Raph. & moder. quia ibi
est dictio, quasi, quæ est nota impropr ietatis.
Imò ut dicit ibi Bart. aliud est legare chorum
seruorū, aliud singulos seruos, & quo ad for-
mandum libellum, & quo ad separationē &
actionē de euictione, quę omnia satis indicāt
differentiam in qualitate: unde meritò Bart.
ibi æquiparauit tale legatum legato gregis,
dum allegat l. v. ff. de leg. ij. Potest tamen opi.
Raph. & moder. saluari in casu sequentis limi
tationis. Secundo limita, quando partes ex-
presse egissent ut in tali interrogatione uni-
uersali censeretur particulariter etiam actum
de singulis. arg. l. ita stipul. magna. in prin. I.
eo. Idem si tacitè egissent. præsumunt̄ autē e-
gisse, quādo aliàs sine illo particulari nō fuis-
sent contracturi. arg. l. cum eiusdē. §. interdū.
ff. de ædil. edict. Vnde quando aliquis habet
modicā familiā, uerisimile est eum etiā singu-
lariter cōsiderasse de quolibet: & in tali casu
ualeret stipulatio, & posset defendi quod di-
cit Raph. Co. & ā retuli: & ista limitatio etiam
potest trahi ad alios duos casus. Secundus ca
sus est in uniuersitate mixta, scilicet iuris & fa
cti, ut est peculiū uel dos: & in tali casu Iason
hîc tenet q̄ ualebit stipulatio, si respōdeat̄ de
re particulari, ex quo peculiū uendicatur nō
uniuersaliter, sed per res singulas. l. uendica-
tio. ff. de rei uend. Contrariū est uerius: quia
aliud est peculiū, aliud res, prout singulæ cō-
sideratæ in peculio. l. si peculiū seruo. ff. de pe
cul. leg. & tex. in l. proinde. ff. de ædil. edi. ubi
uendito peculio nō redhibetur in eo aliquod
corpus particulare. & ista opin. est de mente
Bar. Soci. & aliorū hîc. Non obstat quòd res
singulariter debeāt uendicari in peculio, q̄d
nō est in grege. d. l. uendicatio. quia respōdeo
quòd illud est introductum ratione impossi-
bilitatis: nam cùm peculiū sit res mixta, & sic
etiam iuris, non potest uendicari: quia iura
non uendicantur, ut tenet ibi gl. & Bulgari-
nus Seneñ. in repet. rubricæ. ff. sol. matr. in ij.
col. unde debent corpora particulariter uen-
dicari: sicut etiam in grege possunt corpora,
si pars uelit, particulariter uendicari. l. i. in fi.
ff. de rei uend. Et per hæc l. i. sit expedita.

1 *Diuisio stipulationis.*
2 *Tertia species stipulationis, quæ mixta uocatur, consistit in dando & in faciendo.*
3 *Contraria opinio Petri de Besut. de hac specie.*
4 *Datio quæ ordinatur ad factum, censetur factum.*
5 *An casus mixtus contineatur sub simplicibus.*
6 *Presbyter, cui parochialis ecclesia confertur, debet ordinari infra annum sub pœna amissionis beneficij.* (quẽdi.
7 *An mixtū per se constituat tertiā speciem de proprietate lo-*
8 *An statutū, quo cauetur, quòd in actione reali sententia lata contra quemlibet mandetur executioni, habeat locū in petitione hæreditatis.*
9 *Dispositio loquens in casu simplici, habet locum etiam in habente aliam qualitatem.*
10 *Dispositio loquens de clericis, cōprendit etiā Canonicos cathedralium ecclesiarum.*
11 *An mulier, quæ uigore statuti prohibetur contrahere sine consensu agnati, possit donare causa mortis.*
12 *Adultus habens procuratorem non potest contrahere sine eius autoritate.*
13 *Si res immobilis ex forma statuti prohibeatur alienari in forensem titulo inter uiuos, nūquid hæres nēdens ex iussu testatoris comprehendatur in statuto.*
14 *An priuilegia concessa scholaribus, habeant locum in scholaribus ciuibus.*
15 *Cōuentio loquens de ciuibus Castellensibus, num habeat locum in Castellensi, qui per priuilegium sit Florentinus.*
16 *Quādo de utroq; simplici est dispositū separatim, et simplicia simul iuncta sunt separabilia, tunc unumquodq; iudicatur per se.*
17 *Vendens domū minori precio ultra dimidiū iusti precij, si dicit se illud plus emptori donare, utrum cēsebitur uenditio in totum an donatio.*
18 *Si aliquis facit plures artes, sub quo iudice debeat cōueniri.*
19 *Vendo tibi domū precio centum aureorum, & unius uineæ ualentis alios centum aureos, qualis sit iste contractus.*
20 *Quando simplicia simul iuncta sunt inseparabilia, tūc in fauorabilib. dispositio in simplicib. habet locū in casu mixto*
21 *Si pater legat filio libros legales si fiat doctor iuris, & medicinales si fiat doctor medicinæ, si filius assumat utrunq; gradum habebit omnes.* (sus mixtus.
22 *Quando appellatione simplicium, non comprehendatur ca*
23 *Coniunctionis aduersatiuæ, Si uero, natura est ponere casum diuersum.*
24 *Incestus simplex non præscribitur quinquennio.*
25 *An appellatione munerum ciuilium contineatur tutela.*
26 *Priuilegia in dubio debent strictè & propriè intelligi: idem & in dictis prætorum obseruandum.*
29 *An casus mixtus in feudali, cōprehendatur sub simplicibus.*
29 *In compromisso pœnali dispositio in casibus simplicib. non habet locum in mixtis.*
30 *An cōsuetudo feudalis, quæ porrigit feuda ad descendentes masculos, habeat locum in hermaphrodito.*

31 *Quando in aliquo actu concurrunt duæ qualitates incompatibiles, attenditur quæ est potentior.*
32 *Quæ qualitas dicatur potentior. & num.33.usq; ad 38.*
39 *Habens potestatē legitimādi spurios, item incestuosos, an possit legitimare qui simul est spurius & incestuosus. & nu.42*
40 *Dictio, item, posita inter genus & speciem, facit ne genus illam speciem comprehendat.*
41 *Spurij unde dicantur.*
43 *An beneficium legitimandi spurios sit fauorabile.*
44 *Quomodo cognoscendum, nunquid aliquid sit fauorabile uel odiosum.*
45 *Quotiescunq; unum conceditur propter aliud, concessio illa sortitur naturam eius propter quod conceditur.*
46 *Princeps non potest legitimare spurios de ordinaria potestate, sed tantum de absoluta.*
47 *Potestas legitimandi concessa Comiti per Principem, est fauorabilis. fallit ut num.48.usq; ad num.51.*
52 *Legitimatio respectu parentum est odiosa, tanquam suasoria delicti.*
53 *Si Comes palatinus legitimet adulterinum siue incestuosum, nō tenebit legitimatio, si sit natus ex adulterio & incestu.*
54 *Comes habens a principe ius legitimandi quoscunq; spurios, si legitimet aliquem simpliciter ad petitionem patris, an intelligatur eum legitimasse ad feuda.*
55 *Quid in in spurijs sacerdotum.*



TIPVLATIONVM.

Not. primo diuisionē stipulatio-
1 num, quæ est bimēbris:† quia aliæ
2 consistunt in dando, aliæ in faciendo.† Adde
quod Bar. & alij addunt tertiā speciē, scilicet
mixtam, uidelicet quæ consistit in dando &
in faciendo, de qua est tex. in l. ueteris. C. de
contrah. stipul. & in l. cum seruus. ff. de cond.
& demonst. & facit quod notant Doct. in §.
seq. in stipulatione seruitutis, quæ consistit
in dando & in faciendo: quia quis tenet̃ præ-
3 stare patientiam.† Contrariā opi. tenuit Petr.
de Besutio hîc. Primò per istum text. quia si
daretur istud tertium membrum, diuisio Iu-
risconsulti esset diminuta & imperfecta. Se-
cūdo, quia sequeretur quòd ex eodem facto
oriretur certi cōdictio, & actio ex stipulatu,
quod uidetur impossibile: & hoc optimè cō-
probatur per not. per Alex. Aret. & alios in
4 l. ij. in prin. ff. si cert. pet. ubi dicunt,† quòd ex
eodem facto non debent resultare duæ spe-
cies contractus & quod not. Bart. in l. i. in v.
col. ff. de pec. Tertio, quia si in isto contractu
stipulationis deducat̃ factum & datio, erunt
duæ stipulationes, l. scire debemus. j. eod. &
quoad factū cōpetit actio ex stipulatu, quo
ad dationē certi condictio. l. certi condictio.
in prin. ff. si cert. pet. Adde quòd istud tertiū
fundamentum probatur ex notatis per Bar.
in l. lecta. in ult. col. ff. si cert. pet. ubi in tali ca
su firmat cōpetere diuersas actiones. & idem
tenet Alex. Ias. & alij in l. si quis certū. ff. eod.
tit. Et hoc tenendo non obst. d. l. ueteris. quia
illa l. loquitur respectu uerborum: quia eo re
spectu talis stipulatio est mixta, sed conside-
rato effectu est simplex. & facit tex. in d. l. sci-
re debemus. in uer. ut mixta una summa. j.
eo. Non obst. d. l. cum seruus. quia quamuis
ibi sit factum & datio, tamen illud factū sub-
ordinatur ad dationem, unde in eo casu dicit̃
esse simplex obligatio dandi, ut dicit Paul. de
Cast. ibi, & Bal. in l. cum allegas. in ij. col. C.
de usur. & licet Ias. hic teneat contra Pet. per
tex. in l. liber homo. §. si. j. eo. & in l. quod dici
tur. j. eod. tamen illa iura nihil faciunt: & pri-
mò tex. in d. l. liber homo. loquitur in stipula
tione alternatiua, in qua compellit̃ actor eli-
gere unam actionem; secus est in rebus copu
latiuè prolatis. d. l. scire debemus. & latius per
Lancel. Deciū in d. l. si quis certū. Minus etiā
pro Ias. fa. tex. in d. l. quod dicitur. quia loqui
tur in stipulatione, in qua deducunt̃ plures
res sub una conceptione uerborum eiusdem
naturę, unde unica est tantum stipulatio. nos
uerò loquimur quando sunt plures res diuer
sæ naturæ, puta, quia una respicit factū, alia
dationem. Puto faciendas tres conclusiones.
Aut æquè principaliter pactum & datio ue-
niunt in stipulatione, & procedit opi. Besu-
tij, quòd erunt duæ stipulationes, una facti,
altera dationis, ut etiam uoluit Bar. in d. l. le-
cta. quem alij sequunt̃, & Doct. in d. l. si quis
certum. Aut factum subordinatur ad datio-
nem, & hoc casu orietur nisi certi condictio,
& erit una tantum stipulatio de dando. & ita
procedit d. l. cum seruus. & q̃d ibi not. Paul.
de Cast. & Bal. in d. l. cum allegas. Aut datio
subordinatur ad factū, & adhuc erit nisi una
stipulatio consistens in faciendo, & orietur
actio ex stipulatu, ut est casus in l. fideicom-
missa. §. pen. ff. de leg. iij. & not. Pau. de Cast.
in l. in executione. in prin. j. eo. Soci. & Ias. j.
in §. seq. ubi dicā. Et est ratio,† quia datio quę 5
ordinatur ad factum, censetur factum: sicut
econtra. l. naturalis. §. & si quidem. & §. quod
si faciam. ubi Bart. ff. de præscript. uerb. & l.
cum proponas. C. de dolo. facit q̃d not. Bart.
in l. scire debemus. & sequit̃ ibi Alex. & mo-
der. ubi quando una res uenit in consequen-
tiam alterius, tamen dicetur nisi una stipula-
tio. & in istis duobus ultimis casibus erit sti-
pulatio mixta, considerata forma uerborum
tantum. d. l. ueteris. Et meritò d. l. fecit men-
tionem de tali stipulatione mixta, in qua ca-
sus erat magis dubius, quàm in simplici sti-
pulatione de dando. & ita est intelligenda gl.
& Bar. hic, præsertim dum uult quòd in ca-
su nostri tex. stipulatio mixta non faciat ter-
tiam speciem, ex quo nō cōfunditur substan
tia. l. adeò. §. cùm quis. ff. de acq. rer. dom. Cō
siderata uero dispositione iuris, tales stipula-
tiones erunt simplices: & ita procedunt uer-
ba literæ in nostro tex. nam quæ ueniunt ac-
cessoriè, de se non considerantur, sed repu-
tantur idem cum principali. l. si quis nec cau
sam. ubi moder. ff. si cert. pet. Nota secundo
functa gl.† quòd sub simplicibus continetur 6
casus mixtus. Videndū primò est, nunquid
contineat̃ sub proprietate uerborū. & Alex.
& Aret. hic post alios uident̃ uoluisse q̃ nō,
per text. in l. quid ergo. §. ait prætor. ff. de his
qui not. in fa. ubi probat text. casum mixtum
contineri sub simplicibus ex sententia legis,
ergo non ex ui uerborū, & sic continebitur:
impropriè

impropriè. l. si quis adulteriū. secūdo respon. ff. ad legē Iul. de adult. Alex. in l. cùm mulier. ff. sol. matr. & quod not. Doct. in l. prætor. in prin. ff. de oper. no. nunc. & pro ista opin. fa. quod not. Bal. in l. omnes populi. in x. col. ff. de iustit. & iur. & quod not. Doct. post Bar. in l. certi condictio. §. quoniam. ff. si cert. pet. ubi per istam rationē teneť quòd in statutis sub simplicibus nō comprehendiť casus mixtus. cum concord. hîc per Alex. & consil. cxvi. in ij. Ad idem facit quod not. Ang. in l. si ita scriptum. ff. de lib. & posth. ubi in qualibet dispositione in qua cautū sit quòd uerba intelligantur ad literam, casus mixtus nō cōprehendeť sub simplicib. sequūtur moder. in l. i. in x. col. ff. de offi. eius cui. Pro contraria opin. fa. tex. in l. i. §. interdictorū. ff. de inter. ubi Iurisconsultus triplici diuisione interdictorū cōprehendit quartam speciem mixtam, ergo propriè, aliàs diuisio Iurisconsulti nō esset bona. Secundo pro eadem sententia est tex. hîc, declarando ut ā feci: quia Iurisconsultus ponit nisi bimembrem distinctionem in stipulationibus, cùm tamen sit tertia mixta. d. l. ueteris. ergo illa mixta propriè continetur in simplicibus. Tertio & fortius fa. quod not. Io. And. Pet. de Anch. & Gemin. in c. statutū. de elect. lib. vi. ubi dispositio c. licet canon. eod. tit. quę est pœnalis & odiosa, loquens in ecclesia parochiali, habet locum etiam si talis sit unita alteri habenti dignitatem, seu collegiatæ, & sic in casu mixto, secundum c. super eo. de præbend. lib. vi. Quarto facit quod not. Iac. But. & Bal. in §. omnium. Instit. de act. ubi tenent prædictā regulam habere locum etiam in statutis. Vnde si statuto cauetur quòd macellarij sint immunes, cōprehendet etiam macellarium piscatorem. Puto esse distinguendos tres casus. Aut sumus in separabilib. & pars considerata separatim propriè seruabit nomen simplicis. ita loquitur Iacob. But. & Bal. ubi ā. Aut in inseparabilibus, & tunc aut unū consideratur principaliter, aliud secundariò, & casus mixtus propriè appellabitur nomine simplicis principalioris. ita procedit d. §. interdictorum. nam interdicta mixta, non sunt propriè mixta, ex quo principaliter sunt exhibitoria, unde propriè dicentur exhibitoria, & sic seruabunt nomen speciei potentioris. & ita etiam procedit tex. noster, & uoluit Angel. & quidam moder. hîc. Aut utrunq; consideratur principaliter, nec unum cedit alteri, & tunc procedit cōmunis opin. quia tunc casus mixtus propriè nō comprehendeť appellatione simpliciū. d. §. quod ait pretor. & fa. q̃d not. Imol. & Doct. in procemio sexti decretalium, ubi dicūt, in materia propriè intelligenda appellatiōe Doctoris nō uenire Licētiatū, qui participat de doctore & de scholari. & ista distinctio probať etiā in d. c. licet canon. iuncto c. statutū. de elect. lib. vi. & ibi Pet. de Ancha.
6 Dicit tex. in c. licet. †quòd parochialis ecclesia si alicui nondum presbytero conferať, debet ordinari presbyter infra annū, sub pœna amissionis beneficij: nunquid ista dispositio loquens in casu simplici, habeat locum in mixto? Et distinguitur: aut est ecclesia eadem parochialis & collegiata, & nō habebit locū in tali: quia collegiata est nobilior. d. c. statutum. unde talis non appellabiť propriè parochialis, sed collegiata. Aut est alia ecclesia collegiata, quæ fuit accessoriè unita parochiali, & tunc seruabit propriè nomē parochialis: et in tali casu, ꝓcedet dispositio d. c. licet canon. ꝗ̃uis sit pœnalis. Et ex his resultat alia dubitatio, †nunquid mixtū per se constituat tertiam 7
speciem de proprietate loquendi: & dicendū est quòd nō, nisi quādo sumus in inseparabilibus: & utrūq; principaliter considerať quo ad illū actum, ut ā dixi: nam tunc ex mixtura imitatur substantia simpliciū. l. adeò. §. cum quis. ff. de acq. rer. dom. fa. text. in l. nam hoc iure. ff. de uulg. & pupill. & l. imperium. de iuris. om. iud. & l. rerum mixtura. circa med. ff. de usucap. Bart. in l. i. in fin. ff. de inter. Bal. in rub. C. de probat. in prin. Et ista faciunt ad quæstionem, quam tangit D. Signorolus de Homod. consil. xlviij. †nunquid statutū Me- 8
diolani, quòd in actione reali sentētia lata cōtra quemlibet mandetur executioni, habeat locum in petitione hæreditatis. Et primo arguit quòd nō, ex quo petitio hęreditatis non propriè uidetur realis, sed potius mixta: unde statutum debet intelligi in casu simplici. Cōcludit contrariū, quia magis participat de reali. l. sed si lege. §. penultimo. ff. de petit. hære. unde cōprehendetur in tali statuto. Nec obstat secundū eum, ꝙ dicať mixta: quia ista mixtura nō efficit tertiam speciem. allegat hunc text. & l. actionū. ff. de act. & oblig. & text. in l. i. §. æstiua. ff. de aqua quot. & æst. & l. Titiæ textores. ff. de leg. i. ꝙ not. Nunc pro declaratione istius regulæ faciamus quinq; conclusiones.

Prima est cōclusio, †ꝙ dispositio loquēs in 9
casu simplici, habet locū etiā in habente aliā qualitatē. istud probatur in l. per adoptionē. & ibi Bald. ff. de adopt. & facit l. falsa. §. i. ff. de cond. & dem. & q̃d not. Bar. in l. exceptores. C. de numera. & actua. lib. xij. & ita tenet Aret. hîc. Adde pro illa cōclusione tex. in l. seruis urbanis. §. penul. ff. de leg. iij. ubi seruis lecticarijs legatis, quoniam idem lecticarius & coquus sit, accedit legato. & fa. q̃d not. Iacob. But. & Bal. in §. omniū. Instit. de act. & ā retuli. fa. etiā tex. in l. si quis seruos. ff. de leg. iij. & in l. pediculis. §. quidā. ff. de au. & arg. leg. Adde tamen quòd contrariū tenet Soci. hîc per tex. in d. l. hoc legatū. ff. de leg. iij. ubi si quis leget uxori ea quæ eius causa parata sunt, non ueniunt ea quę parata sunt promiscuè tam in usum uxoris quàm mariti. Sed respōde, ꝙ ille text. limitat istam conclusionē, ut non procedat quando illa qualitas adiecta repugnat simplici dispositioni, uel eam alterat: nam in casu d. l. ideo non ueniunt cōmunia, quia ex quo maritus est principalior, lex præsumit ea potius principaliter parata usui mariti, quàm uxoris, ut dicit ibi Petrus. Vel ut

dicit Raph. Com. non ueniunt parata gratia
cōmunis uſus, quia non poteſt ſecerni quæ
pars ſit parata pro uxore; nam teſtator legan-
do quæ uxoris cauſa parauit, intelligit de his
quæ principaliter eius cauſa parauit, l. ſi quis
nec cauſa. ff. ſi cert. pet. & in tali caſu non po-
teſt diſcerni nunquid ſint principaliter para-
ta pro uxore, uel pro marito, & pro declara-
tione illius tex. uide etiam Paul. de Caſt. in l.
ſerui electione. §. i. ff. de lega. i. Secundo limi-
tatur iſta concluſio, ut non procedat in odio-
ſis uel pœnalibus, per tex. in d. c. licet canon.
& in c. ſtatutum. de elect. lib. vi. Abb. in c. fin.
de ſimo. Aduerte tamen, quia iſta concluſio
non uidetur bene probari in dictis iuribus:
nam ibi illa qualitas adiuncta uariat rationē
diſponendi, ut declarat hic Aret. nam nō eſt
eadem ratio priuandi aliquem titulo eccleſię
collegiatæ, quæ eſt in prælatura, ſicut titulo
eccleſiæ ſimplicis parochialis, ut not. in c. i. de
conſuet. lib. vi. & ita tenet Aret. hic, & eſt de
mente Pet. de Anch. in d. c. ſtatutū. ubi dicit,
quòd ideo illa diſpoſitio nō cōprehendit ec-
cleſiam collegiatam, quia eſt dignior, & mi-
xtum capit nomen à digniore. l. quæritur. ff.
de ſtat. hom. & iſtud mihi magis placet. Nec
obſtat tex. in d. c. ſtatutū. ibi, quod cùm ſit pœ-
nale, quia illa ratio eſt iungenda cum prædi-
10 ctis. Et hæc inferuntur primo ad illā quæſt.
†nunquid in diſpoſitione loquēte de clericis,
comprehendantur Canonici cathedraliū ec-
cleſiarū, uel alij qui ſunt in dignitate. Et com
munis cōcluſio eſt quòd ſic, niſi in odioſis &
pęnalibus, per ſupradicta, de quo hic per Ro
ma. & And. Sicul. & per Abb. in rub. extra de
11 uit. & hon. cle. †Secūdo facit ad quæſt. ſtatuti
prohibentis mulierem contrahere ſine con-
ſenſu agnati, nunquid poterit donare cauſa
mortis; in qua Petr. de Anchar. in conſil. ccc-
lxxxiiij. dubium in iſta quæſt. facit mixtura.
tenet quòd non: quia donatio cauſa mortis
prout eſt in cōtrahendo, æquiparatur magis
contractui quàm ultimæ uoluntati, ut eſt gl.
cōmuniter approbata in l. i. in prin. ff. de dote
præleg. ſequitur hic Alex. & eſt cōmunis opi
nio, ut per Iaſ. in l. ij. ff. de lega. i. Putarem con
trariam opin. eſſe ueriorē, quam tenet Rom.
& Soci. hic, & moder. Ferrarienſes, quorum
fundamenta refert & ſequitur Iaſ. in d. l. ij. &
probatur ex ſupradictis: nam iſta qualitas, ui
delicet cauſa mortis, uariat rationē prioris di
ſpoſitionis: unde diſpoſitū in contractu ſim-
plici, non habebit locū in qualificato. d. c. ſta-
tutum. & d. l. hoc legatum. & l. cum ex oratio
ne. §. fin ff. de excuſ. tut. Et quòd iſta qualitas
uariet rationem prioris diſpoſitionis, proba-
tur: quia ſtatutū eſt factum ut ſuccurratꝰ mu-
lieribus, quæ de facili decipiuntur; quæ ratio
ceſſat, propter iſtam qualitatem, ex quo con-
tractus eſt reuocabilis, non præſumitꝰ iſta de-
ceptio. l. ſed interim. §. i. ff. de donat. inter uir.
12 & ux. ſicut etiam uidemus †quòd adultus ha-
bens curatorē, nō poteſt contrahere ſine au-
toritate eius, l. ſi curatorē habens. C. de in in-
teg. reſtit. mino. & tamen poteſt donare cau-
ſa mortis, ut per Bald. in l. i. in prin. per illum
tex. ff. de tutel. & ratio. diſtrah. Bald. & Alex.
in d. l. ſi curatorem. & Anch. in d. cōſil. loqui-
tur in eo qui teſtari prohibebatꝰ, quo caſu cō-
munis opinio ſine dubio eſt uera. Infertur
ad quæſt. †nunquid ſi res immobilis ex forma 13
ſtatuti prohibeatur alienari in forenſem titu-
lo inter uiuos, hæres uendens ex iuſſu teſta-
toris comprehēdatur in ſtatuto; & Imol. in l.
qui fundum. ff. ad leg. falcid. Rom. in l. ſi tibi.
ff. ſi cert. pet. concludunt quòd ualebit uendi
tio: quia ſtatutū illud loquens in ſimplici, nō
habet locū in qualificato, ex quo principali-
ter hęres alienat propter iuſſum teſtatoris: &
ſic iſta qualitas uariat ſimplicē caſum proui-
ſum à ſtatuto, & eſt cōmunis opin. ut per A-
lex. in l. ſi dignū. ff. ad leg. falcid. Quarto infer
tur ad quæſt. †nūquid priuilegia cōceſſa ſcho 14
laribus, habeant locum in ſcholarib. ciuibus;
& Bal. & Salic. in auth. habita. C. ne filius pro
patre. dicunt quòd non: quia iſta qualitas, ꝗ
ſint ciues, facit ceſſare rationē d. auth. ex quo
tales amore ſcientiæ nō ſiunt exules: & quan
tum ſit ad illum tex. iſta opin. uidetꝰ uerior, ex
quo ille tex. propriè conſiderat dictam ratio-
nem: aliàs ſi ſtatutum generaliter cōcederet
priuilegia ſcholaribus, puto quòd etiā tales
comprehenderentꝰ, quia uidentur cōceſſa fa-
uore ſtudiorū. l. i. C. de aſſeſ. unde in tali caſu
iſta qualitas non repugnaret, per ſupradicta.
& ita poteſt ſaluari opin. quorundam moder.
repetentiū ibi. †Quinto infertur ad quæſt. de 15
cōuentione loquente de ciuibus Caſtellenſi-
bus, nūquid habeat locum in Caſtellenſi qui
per priuilegiū ſit Florentinus; de qua Socin.
conſuluit quòd nō, conſil. lxxxvi. in ult. col.
in iiij. uol. Et ex his redditur dubia una nota-
bilis deciſio eiuſdem Soci. inter conſil. Fran-
ciſ. de Cur. conſil. xviij. in iij. col. Quidā natu-
ralis fuerat ſemel legitimatus citra ſpem ſuc-
ceſſionis bonorū: deinde fuit per Comitē pa
latinum habentē poteſtatē legitimandi quoſ-
cūq; ſpurios uel illegitimos, rurſus legitima-
tus, & effectus capax ſucceſſionis paternę: di
cit Soci. quòd iſta ſecunda legitimatio nō ua
let, quia priuilegium Comitis continet quòd
poſſit legitimare illegitimos: ſed iſte nō erat
illegitimus ſimpliciter, ſed ſecundum quid:
quia ſolùm erat illegitimus reſpectu ſucceſ-
ſionis, non autem reſpectu perſonæ, arg. d. l.
hoc legatum. Nam iſta deciſio nō uidetur ue-
ra: quia iſta qualitas non alterat diſpoſitionē
præcedentem, imò potius auget & corrobo-
rat, unde ſumus in caſu prædictæ concluſio-
nis. facit quod not. Hoſtieñ. & Abb. in d. c. ſi.
de ſimon.

Secunda eſt concluſio, †quòd quando de 16
utroq; ſimplici eſt diſpoſitū ſeparatim, & ſim
plicia ſimul iuncta ſunt ſeparabilia, tūc unun
quodq; iudicatur per ſe. §. pen. in auth. de nō
elig. ſecundo nub. l. ſi uiua matre. in fin. C. de
bo. mater. l. Ariſto. ff. de dona. facit gl. in Cle.
i. de elect. in uerb. monaſterijs. & gl. in c. à col
lectione

lectione.de appel. lib.vi. & ita tenent Angel.
Rom.& moder. hic, & ita intelligit Soci. tex.
in l.si ita facta.ff.de iniust.rup.per quam am-
pliat conclusionem istam, ut procedat in ma
teria etiam strictè interpretanda. & idem etiā
tenet Corn. consil. lxvi. in iij. col. in i. uol. &
facit, quia tunc sub simplicibus mixtus casus
propriè comprehenditur, ut dixi ꝗ, & est ca-
sus in l. si statulib. §.fi.ff.de statulib. Et ex ista
17 cōclusione inferṫ ad quæst.† de eo qui uēdit
domum minore precio, ultra dimidium iusti
precij, & dicit ꝙ illud plus donat, utrum cen-
sebitur ueditio in totū, uel donatio? & Lud.
Rom.hic tenet quòd usq; ad summam con-
gruentem precio censebitur uenditio, respe-
ctu ualoris erit donatio.arg.l.si sponsus.§. cir
ca.ff.de donat.inter uirum & ux.& l.cum hic
status.§.pen.uers.idem erit dicendum.eo.tit.
& ita etiam tenet Petrus de Anch. & Io.de I-
mol.in c.cùm causam. extra de empt. allegāt
gl.in l.si quis obligatione.ff.de regul.iuris.&
facit l.res bona fide.ff.de cōtrah.empt. & ista
opi.mihi magis placet, quicquid consulendo
tenuerit Cal. quem refert & sequitur Andr.
Sicul.hic.Sed prima opinio est uerior, quia
hic sumus in separabilibus, unde utrunq; cen
sendum est per se, secundū supradicta.& pro
hoc facit quod notat Soci.cōsil.xxij. in quar
to uol. ubi consuluit ꝙ dispositio l. si unquā.
C.de reuocan. donat. habet locum in simili
contractu, quantū sit respectu portionis do-
18 natæ. Secundo infertur ad quæst.† quando
aliquis facit plures artes, sub quo iudice de-
bet conueniri? & cùm sumus in separatis, at-
tendetur causa actionis, & sub tali iudice cō-
ueniet, licet magis incalescat in una arte. ita
tenet Rom.& moder.hic per tex.in l.i.§.fi.ff.
de tribu.Tertio inferṫ ad quęst.Vēdo tibi do
mum precio centum aureorum, & unius ui-
neæ ualentis alios centum aureos, qualis erit
iste contractus? & Bal.in procem.feud.in iiij.
col.dicit in totum censendum esse contractū
emptionis.Rom.in l.Aristo.ff. de donat.di-
cit, ꝙ imò in totum censebiṫ cōtractus inno-
minatus permutationis.arg.l.pen.ff.de æsti-
ma.actio. Puto ꝙ sint duo contractus, per ꝗ
dicta: & censebitur domus dimidia uendita,
& dimidia permutata: secus ubi est disparitas
ualoris inter rem & preciū, quia tunc recur-
rendū est ad doctri.Bar.in d.l.Aristo.Et præ
dicta inuestigatio est ualde utilis in practica,
propter Laudemia quæ præstantur in uendi
tionibus, & ex consuetudine non pręstanṫ in
permutationibus: nam in tali casu emphyteo
ta non tenebiṫ præstare laudemium nisi pro
dimidia. facit l.quicquid.uers.Cassius.ff. de
acquir.re.dom. & si maioris sit ualoris, pars
permutata in nullo tenebitur, ut dicit Guido
Papæ in decisionib.delphinalibus.q. xcij. in
fi.quia iste contractus censebitur in totū per
mutatio, per doctr.Bar.in d.l.Aristo.in prin.
Sed quid in iure luendi uel prælationis? &
casus est magis dubius, ex quo uideretur ꝙ
hic essemus in materia inseparabili; quia nō
est uerisimile ꝙ dominus partem emat.l.si
quis aliam.ff. de sol. tamen puto idem: quia
sibi imputet dominus si nolit partē, cùm pos-
set emphyteota etiam partē de per se uende-
re, licet tali casu dominus nō teneṫ diuidere
ius exigendi canonis, ut not.in l.si.C.de iure
emphy.& tangitur in § ex his.ꝭ.eo.& facit ꝙd
not.Guid. Papæ q.cccceviij.incip. pone ali-
quis.nisi istud fieret in fraudem domini.arg.
d.l.si spōsus.§.circa.quæ tamen fraus nō præ
sumatur ex simplici contractu, nisi accedant
aliæ coniecturæ.arg.text.in c. i. §.i. per quos
fiat inuest.cum ibi not.
Tertia conclusio est,† quando simplicia si- 20
mul iuncta sunt inseparabilia, tunc in fauora
bilibus dispositio in simplicib.habet locū in
casu mixto.l.si ita scriptū. ff.de lib.& posthu.
& ita tenet Bar.hic, & in l. Gallus. §. & quid
si tantum.ff.eod.& fa.l.Clemens.ff.de hære.
instit.Et propterea infert Alex.in d.l.gallus.
§.ille casus.in vi.col.ꝙ si statutum det iurisdi-
ctionē in actionibus personalib. uni iudici,
in actionibus uerò realibus alteri, quòd qui-
libet poterit cognoscere de actione mixta: qa
sumus in materia iurisdictionis ordinariæ,
quæ est fauorabilis, ut est gl.in c.i.de rescrip.
lib.vi. quod dictum puto intelligendū, nisi ta
lis actio præualeat in altero, secundum con-
silium D.Signo.xlviij.ꝗ allegatū. Item infert
Bal.in l.fi.in prin.C.cōmunia de lega.† quòd 21
si pater legat libros legales filio, si fiat doctor
iuris ciuilis: & medicinales, si fiat doctor in
medicina; si filius assumat utrunq; gradum,
habebit omnes: quia sumus in fauorabilib.
fauore studiorū & scientiæ.idem tenent mo-
dern.in d.l.Titię textores. Aduerte circa istā
conclusionē: quia Bar.in l.cum auus. in fi.ff.
de cond.& demonst.uideṫ uelle ꝙ ista regula
procedat in fauorabilibus, quādo militat ma
gnus fauor, puta institutionis uniuersalis: se
cus in fideicōmissi uel legati. Sed talis decla-
ratio nō est uera: quia nos uidemus ꝙ ista re-
gula procedit etiā in legatis.d.l. Titiæ texto-
res.unde tenēda est ista cōclusio generaliter.
Nō obstat doctrina Bart.in d.l.cum auus.se-
cundū lecturā quā refert Ias. hic, qa illud est
propter aduersariuā, si uerò, quę ostendit ex-
pressam mentē testatoris nolentis disponere
nisi in altero casuū, ut dicā ꝭ in seq. cōclusio-
ne, declarando d.l. si ita scriptū. & etiā absq;
aduersatiua mens testatoris ibi hoc suadebat,
quia militabat in tali casu ratio d.l.cum auus.
Quarta cōclusio est,† quòd in odiosis non 22
procedit ꝗ dicta regula: quia tunc appellatio
ne simpliciū, nō cōprehendeṫ casus mixtus.
probatur hoc primo in d.l. si ita scriptum. in
uers.licet subtilis iuris regulæ.& in uerb. hu-
manitare suggerēte.ad idem tex.in l. uim pas
sam.§.præscriptione.ꝭ.de adult. & facit l. spa-
donē.§.quia cœpit.ff.de excus.tut. ubi in pri
uilegijs, quę strictè interpretanṫ, nō procedit
talis regula.& ita tenet Bart. & seq.alij com-
muniter. Contrariam opin. quòd imò etiam
in odiosis procedat ista regula, tenuit Raph.

Com.per tex.in l.si ita facta. ff.de iniust.rup. ubi exhæredatio facta in casibus simplicibus, trahitur ad mixtum,& tamen sumus in odiosis. Nec est bona solutio Paul. de Cast.ibi,& Alex.hîc, quòd ille text.procedat ratione testamenti conseruandi; quia q̃uis ex ualiditate exhæredationis conseruetur testamentũ, nihilominus adhuc exhęredatio dicitur odiosa,& strictè interpretatur.l.cum quidam.& l.cõmodissimè. ff.de lib.& posthu. Nec uidetur etiã uera secunda solutio tradita per Bar. & Imol.in d.l.si ita scriptũ.& repetentes modernos in d.§.& quid si tantũ. col.xxvij. dum dicũt,quòd ibi testator fecerat prouisionẽ de casu mixto,quod apparet ex dictiõe,ue,quæ stat cõiunctiuè,ut per Bar.in l.i. ff.de his qui not.infam. quia imò talis dictio est disiunctiua.l.sæpe.ff.de uerb.sig.&Card.in Clem.plerisq;.de elect.Item attenta hac ratione sequeretur,quòd ibi testator non prouidisset in casu simplici, sed in mixto tantũ. Item ille text. ut etiam dicunt moder.ita intellectus; poneret unam decisionẽ satis indubitatã. Nec etiã tertia solutio tradita hîc per Ias.uidetur uera, q̃uis eam teneat Imol.in d.l.si ita.& alij repetentes in d.§.&quid si tantum.dum dicunt,quòd ibi q̃uis testator disposuisset in casu simplici, tamen uerisimile est quòd si considerasset casum mixtũ, idem disposuisset, ergo habetur pro disposito,arg.gl.in l,tale pactum.§.fin.ff. de pact.nam ista solutio fatetur intentionem Raph.quia præsupponit quòd disponens in simplicibus, præsumatur idem dispositurus fuisse in casu mixto, si talem casum considerasset, & propterea etiã in odiosis talis casus comprehendatur: quod de directo est contra Bart.in d.§.& quid si tantũ.in ij.col.dum allegat d.§.præscriptione, & sic uidetur ille text. concludere pro opinione Raph. Nec obstat d.l.si ita scriptũ. ff.de lib.&posthu.quia ibi sumus in casu in quo clarum erat quòd testator uolebat expresse disponere nisi in casib. sim-
23 plicibus,†ex quo subiũxit aduersatiuã, Si uerò, de cuius natura est ponere casum diuersum, ut uno existente, nõ habeat locũ dispositio facta in alio, ut per Bart. in l.in repetendis.in fi.ff.de leg.iij.& Ias. in d.l.si ita scriptũ. in ij.not.Præterea &secundo in casu d.l.si ita scriptum. testamentũ rumpebatur de subtilitate iuris: quia in casu mixto nõ poterant uerificari partes secundum intentionẽ testatoris,ut dicit Raph.& Soci.hîc:unde filius & filia tali casu nascẽtes uidebantur præteriti, & rumpebant testamentũ de rigore iuris:& ista solutio est etiã ipsa defensabilis, quicquid dicant moder.in d.§.&quid si tantũ. Non obst. d.§.præscriptione. quia secundum Raph.potius probatur contrarium, ex quo ibi dispositio odiosa, uidelicet pręscriptionis,loquens in simplici,& sic in incestu, habet locum etiã in casu mixto, puta quando est incestus iun-
24 ctus adulterio:& sic tenet Raph.†quòd incestus simplex non pręscribatur quinquennio: quæ opinio uidetur uerior: quia solùm delicta quæ puniũtur per legem Iuliam,præscribuntur quinquennio, l.mariti. §. quinquennium.ff.eod.tit. sed lex Iulia loquitur solũ de adulterio & stupro.l.inter liberas.§.i.ff.eo.& §.item l.Iulia. Instit.de pub.iud. ergo non est trahenda ad incestũ.Pręterea,ut dicit Ias.hîc, esset absurdum quòd tam faciliter præscriberetur adulterio iũcto cũ incestu, sicut adulterio solo,cùm grauius sit delictũ illud mixtũ.l.i.in uer.quæ multò magis.C.de rapt.uirg.l.si cui.§.fin.ubi Bart.ff.de accus. Et eodem modo potest responderi ad l.quid ergo.§.ait prætor.ff.de infam.allegato hîc per Aret.Præterea & tertio ad tex.in d.§.præscriptiõe.respõdetur alio modo in cõsilijs Cor. cõsil.lxvi.in ult.col.in i.uol. & per Aret.hîc, quòd ibi sumus in mixto recipiente separationẽ,ex quo in tali casu potest quis simpliciter accusari de incestu tantũ,uel de adulterio tantũ,ut est textus in l. si adulteriũ cum incestu. in prin. in uerb.remota.ff.eod.tit.& firmat Bart.in l.senatus.in i.col. ff. de accus. Cùm ergo sumus in materia separabili, unumquodq; iudicatur per se,& incestus longiori tempore præscribitur:& ista solutio tenendo opin.Raph. etiã ipsa satis potest defendi. Et ex ista solutione infertur etiam solutio ad l.is qui puteum.§.interdictum.ff.quod ui aut clàm.Nõ obstat tertio tex.allegatus pro cõmuni in d.l.spadonẽ.
§.qui accepit.†quia ibi appellatione ciuilium 25
& publicorũ munerũ non continetur tutela, ut not.per supradictã regulã;sed quia immunitas loquens de similibus muneribus ciuilibus & publicis,intelligitur de publicis autoritate principaliter,nõ autem secundariò,ideo de tutela non continetur, ut dicunt ibi Dyn, Nicol.de Neapol.& Bal.unde ille text.quicquid dicat Aret.hîc,non facit ad propositum materiæ nostræ. Et ex his apparet, quòd ista opin. Raph.est satis sustentabilis;quid tenendum: Pro resolutione puto aduertendũ, quẽadmodum intelligi debeat prædicta conclusio. Nam si loquimur, quando casus mixtus est separabilis, uel quando altera species præualet, tunc ex quo propriè uenit appellatione simplicis,ut s̃ dixi,nõ est dubiũ quòd talis dispositio habebit locũ etiã in pœnalibus, ex quo in materia quantumcunq; stricta appellatione uerbi omne illud continet̃ quod propriè uenit.l.cum lege.ubi Aret.ff.de testa.& in tali casu opinio Raph.est uera. Sed Bar.& Doct.nõ loquuntur in istis casibus,sed in casu quo mixtum efficit tertiam speciẽ de se,puta quia species sunt inseparabiles,& quęlibet est æquè potens,quod apparet ex quæstione per eos formata de incestuoso & adulterino simul,qui in totum est incestuosus, & in totũ adulterinus,de quo ĩ dicam.In tali ergo casu non recedendo à cõmuni, est aduertendum; quia aut loquimur in materia in qua uolũtas contrahentium præualet.& tunc sub simplicibus comprehenderetur casus mixtus. Et hoc probatur primò:quia nos uidemus quod materia legatorũ strictè interpretat̃ & propriè.l.

numis

numis. & l. nō aliter. de leg. iij. l. si fuerit. ff. de
reb. dub. & tamen in tali procedit regula, ut
est text. in d. l. Titiæ textores. ff. de leg. i. Se-
16 cundo probatur,† quia priuilegia in dubio de
bent strictè & propriè intelligi. d. §. qui acce-
pit. & tamen in talibus procedit etiam regu-
la l. ij. §. amplius. ff. de excus. tut. Tertio proba
27 tur,† quia edicta prætorum propriè & strictè
sunt intelligenda, præsertim pœnalia, c. odia.
de reg. iur. lib. vi. & tamen in eis procedit re-
gula d. l. quid ergo. & d. l. is qui puteum. & su
prà dixi. Quarto probat, quia ista regula pro
cedit in contractibus bonæ fidei: unde si uen
do tibi uaccam prægnantē, pacto, quòd si pa
riat masculum, pullus sit meus: si fœminam,
sit tuus: si contingat quòd pariat utrunq; de-
bebit diuidi, ut quilibet habeat suum, ut dicit
Bar. in d. l. si extraneus. ubi omnes antiqui ita
tenuerunt, & est uerior opinio. ff. de cond. ob
caus. Quinto probatur in d. l. si ita facta. quæ
aliàs cōcludenter probat pro Raph. ut suprà
ostendi. Aut sumus in materia in qua princi-
paliter uerba attenduntur, & in qua non cen
setur actum nisi quod est expressum, & n ta-
li casu procedit opinio Bart. & cōmunis hîc,
quòd sub simplicibus non cōprehenditur ca
sus mixtus: unde in contractu stricti iuris nō
procederet dicta regula, quia in eo omne o-
missum habetur pro omisso. l. quicquid. j. eo.
& in isto casu potest procedere quod notat
Lud. Rom. hîc, dum dicit prædictā regulam
non procedere in contractibus. Et ex his in-
28 fertur primo ad quæstionē,† nunquid in con-
tractu feudali casus mixtus comprehendat
sub simplicibus. Et Lud. Ro. hîc tenet quòd
non. allegat Ant. de But. in prooemio Greg.
Sed puto indubitanter quòd ista opinio non
sit uera, tum quia feuda sunt beneficia, & la-
tè interpretantur, unde in eis dispositio lo-
quens in filijs, extenditur ad nepotes. c. pri-
mo. §. & si clientulus. de alienat. feud. Bal-
dus consil. clxx. ad euidentiam. in primo. Ia-
son in d. l. Gallus. §. instituens. & in d. l. si ex-
traneus. tum etiam quia talis contractus sa-
pit naturam bonę fidei, ut per moder. in rub.
feud. & in c. i. de benef. frat. Bald. in rub. C. de
rer. permut. præsertim si sit initus cum princi
pe: quia omnes cōtractus facti cum principe,
sunt bonæ fidei, secundum Bal. in extrauag.
de pace Constant. uers. si qua uerò. per illum
29 text. Secūdo infertur ad quæst.† nunquid in
cōpromisso pœnali, dispositio in casibus sim
plicibus habeat locum in mixtis: in qua Cor.
consil. lxiij. in ij. col. in ij. uol. concludit quòd
nō: quod satis placet, secundum supradicta,
uidelicet quando nō est uerisimile quòd par
tes cogitauerint de casu mixto. Tertio infer-
tur, an si iudex statuat terminū ad proponen
dum omnes exceptiones dilatorias, compre-
hendantur peremptorię, quæ proponunt ad
processum in uim dilatoriarum, de quibus in
c. i. de litis contest. lib. vi. & sic sunt exceptio-
nes mixtæ. Abb. in c. pastoralis. de except. te-
net quòd non: pro quo facit, quia materia iu-

diciorum est stricta, l. i. ubi not. C. si plures una sent. unde sub simplicibus non continetur mixtum: de quo dic ut ibi per Doct. Quarto infertur,† an consuetudo feudalis, quæ porrigit feuda ad descendentes masculos, habeat locum in hermaphrodito. Et si iste incalesceret in sexum masculinum, casus esset clarus, d. l. quæritur. sed nos loquimur in dubio. Et in tali casu Baldus in consil. ccxxxvij. quidam magnificus. in iij. uol. cōsuluit quòd nō, per supradicta: quia consuetudines strictè interpretantur. Quinto infertur ad notata per Alex. consil. xcvi. in ult. col. in ij. ubi infert ad quæst. statuti aliquid disponētis in causis motis uel mouendis, nunquid habeat locum in causa appellationis. Et concludit quòd non: quia licet principalis tempore conditi statuti esset iam mota, tamen statutum non trahitur ad appellationem, & sic ad casum mixtum, ex quo sumus in exorbitantibus: causa enim appellationis non est penitus una & eadem, nec penitus diuersa, ut dicit Cyn. in l. inuitus. in xi. quęst. C. de procur. unde est casus mixtus, ut ibi per eum, & est singularis decisio, si est uera. Sexto infertur ad id quod tenet Petr. de Anch. in repet. c. canonum statuta. uersus finem. in uers. inter consilia quæ habeo. extra de constit. ubi decidit notabilem quæst. Statutum dictat, quòd existente patruo mater non succedat: pone, contingit quòd extat patruus, mater & soror utrinq; coniuncta, nunquid statutum habebit locum, ita quòd patruus excludat matrem? Dicit quòd nō: imò mater succedet cum sorore, excluso patruo: quia iste uidetur casus mixtus, & in exorbitantibus sub simplici nō comprehenditur mixtus. d. §. præscriptione. refert & sequitur Socin. consil. xxviij. in vi. col. in iiij. de quo dic ut per eum. Septimo infertur ad id quod notat Ang. consil. cclvij. quia consultatio. in ij. col. ubi statutum abbreuians instantiam causis ciuilibus, item abbreuiās causis criminalibus, non extēditur ad causas mixtas: quia tale statutum est exorbitās, & strictè intelligendum, tanquam correctorium iuris cōmunis. Item quia lex attribuit causæ mixtæ naturam distinctam à quolibet simplicium, unde nunq; in tali casu dispositio loquēs in simplicibus, habet locum in mixto, ut ibi per eum. Octauo infertur ad id quod not. Alexander in rubri. C. de iudi. dum dicit, quòd ubi pro delicto de iure cōmuni pœna applicatur partim fisco, & partim actori tale iudiciū dicitur mixtum: unde statutum loquens de iudicio ciuili uel criminali, tanquam exorbitans & strictè intelligendum, non comprehenderet talem casum. d. l. si ita scriptū. cum simil. quam decisionē intellige secundum supradicta, uidelicet quando pœna applicanda fisco, uel illa quæ applicaretur parti, non esset maior, & præualeret: nam tunc comprehenderetur etiam in statutis appellatione simplicis potentioris, ut suprà dixi. & probatur hoc in d. c. tuæ, de procur. allegato per Alex. nam ibi il-

lud iudiciū præualet respectu ciuilis, ex quo
principaliter agebatur ad separationem tho-
ri, licet in cōsequentiam probanda essent cri-
mina; unde tex. dicit illud iudicium esse quasi
mixtum, & sic propriè. l. in id tempus. §. fin.
ff de usucap. propriè enim loquendo esset ci
uile. c. per tuas. de simo. ubi si monachi agūt
ut Abbas remoueatur nō ad pœnam, sed tan
quam indignus & inhabilis administrationi,
licet in consequentiam probanda sint crimi-
na, iudicium dicitur ciuile.
31 Quinta conclusio est: †Quando in aliquo
actu cōcurrunt duæ qualitates incompatibi-
les, attenditur quæ est potentior. l. quæritur.
ff. de stat. hom. l. generaliter. ff. de fideiuss. q̄d
intellige etiam si causa potentior in illo actu,
in alijs actibus esset minus potens, ut est tex.
in c. per hoc. de hæret. lib. vi. ubi ordinarius
procedens unà cū delegato Papæ, seruat mo
dum procedendi delegati, qui est potentior
quo ad illum actū; licet secus sit generaliter in
alijs. fa. tex. in l. i. C. de offi. uic. Punctus est
uidere, in dubio quæ dicatur qualitas poten-
32 tior. †Et primo dicitur potētior illa quæ est di
gnior, ut dicit Bart. in l. præcipimus. §. hoc eo
dem obseruando. per illum tex. C. de appell.
ubi infert, quòd laicus fruitur priuilegio cle-
rici tanquam dignioris, quādo ambo sunt in
eadē causa. Et per hoc infert hîc Ro. & And.
Sicul. quòd si aliquis maior & aliquis minor
habent causam cōmunem indiuisibilem, be-
neficia minoris competēt etiam maiori. arg.
l. si cōmunē. ff. quemad. ser. amitt. de qua mul
ta per Feli. in rub. extra de appell. col. iiij. & in
c. ij. de Iudæis. & facit text. cum ibi not. in l. i.
C. si in cōmuni eademq; causa. facit etiam q̄d
notat Rom. consil. ccccxcviij. in iij. col. ubi si
Papa imponat charitatiuum subsidium qui-
buscunque administratorib. ecclesiarum, nō
comprehendetur Cardinalis administrator,
quia talis qualitas Cardinalatus est dignior,
unde illa debet attendi. Faciunt multa similia
notata per moder. in l. imperium. ff. de iurisd.
om. iud. Adde etiam quod not. Alex. consil.
lxxxij. in ult. col. in prin. ubi dispositio prohi-
bens compromissum in causis criminalibus,
habet locum etiam in causis in quibus pœna
partim applicatur fisco, & partim applicatur
parti, ex quo fiscus tanquam dignior trahit
ad se aliam qualitatem, & causa censetur in to
tum criminalis. l. i. C. de uend. re. fiscal. lib. x.
de quo per Math. notab. lxx. Et ista decisio ui
detur cōtrariari his quæ dixit Alex. in d. rub.
33 C. de iudi. quare dic ut suprà dixi. †Secun-
do dicetur qualitas potentior in dubio quæ
est benignior. l. si pupillus. ubi Bart. ff. ad leg.
falcid. nam ibi potius consideratur quòd hæ-
res consequatur pecuniam à pupillo tanquā
debitam naturaliter, quàm tanquam datam
causa conditionis adimplendæ; quia istud est
benignius: nam hoc modo legatarij conse-
quentur integra legata, secundum uolunta-
tem testatoris, ut ibi per eum. & fa. quod no-
tat Bald. in procem. feud. in v. col. Sed aduer-
te, quia in contrarium uidetur text. in l. ij. in
fin. ff. ad leg. Aquil. ubi elephantes & came-
li mixti, quia iumentorum operam præstant,
& natura eorum est fera, interpretantur tan-
quam iumenta, & sic in partem duriorē, quia
dans damnum in eis tenetur l. Aquilia. quòd
si interpretatio fieret ut essent feræ, quis dans
damnum in nihilo tenetur. & propterea dicit
ibi Flori. in tertio notab. q̄ quādo aliquid est
mixtum, accipimus partem potentiorem, e-
tiam quòd quis in plus puniretur. allegat ad
idem tex. in l. fi. uers. sed & si quis. ff. nau. cau-
po. stabul. Potest responderi, quòd istud ibi
sit, qa nisi fieret talis interpretatio, dominus
elephantorū uel camelorū indebitè damnū
pateref: unde ista pars uideť benignior, per
quam resarcitur damnū, ut not. in l. fi. §. in cō
putatione. C. de iur. delib. †Tertio dicetur 34
qualitas potentior quę foueť iure cōmuni, &
præualebit illi quæ nititur iure speciali. l. nam
si miles. ff. de iniust. rupt. ubi l. præsumit po-
tius militem uoluisse testari iure cōmuni, q̄
de iure speciali: & propterea Bald. in l. si quis
decurio. C. de fal. infert ad statutū prohibens
inquisitionē contra Doctores, & permittens
cōtra milites, si accidat eūdem & militē & do
ctorem delinquere crimine indifferēti, atten
detur illa qualitas quæ est magis cōformis iu
ri cōmuni. sequunť moder. hic, & Alex. in cō
sil. 100. in fin. ex inspectione. in iij. uol. ubi in-
fert ad alium notab. casum. †Quarto in du- 35
bio existimabiť qualitas potētior illa quæ no
cet, q̄ quæ prodest. l. si quis in graui. §. fi. ff. ad
Sylla. Bart. in l. si uir. ff. de usucap. pro donat.
facit quod not. Bald. in procem. decret. in iij.
col. ubi stante statuto q̄ nullus Doctor pos-
sit esse Rector scholariū si quis sit Doctor in
artibus, & scholaris in iure non poterit esse,
quia attendiť qualitas quæ nocet: & fa. tex. in
c. cum super. de offi. deleg. ubi Io. de Imol. In
contrariū tamen facit quod not. Ant. de But.
in c. fi. de except. & sequunť Doct. in c. intelle
ximus. de iudic. Excōmunicatus non potest
esse actor in iudicio, sed tantū reus, nunquid
poterit esse in iudicio duplici, in quo qlibet
sustinet partes actoris & rei: Et præfati docto
res determinant q̄ sic, & consequenter atten
ditur qualitas quòd sit reus, quæ prodest, nō
autē quòd sit actor, quæ nocet. Potest dici q̄
qualitas quę prodest in isto casu est potētior,
quia benignior, ut s̄ dixi. Cogita tamen, quia
cōtra illam decisionem etiam uidetur facere
quod not. Abb. & alij cōmuniter in c. cum in-
ter. de excep. ubi excōmunicatus non potest
opponere compensationem, & tamen com-
pensatio uidetur casus mixtus. †Quinto exi- 36
stimabitur in dubio potentior causa [a] natura-
lis, quàm accidentalis. l. qui habet. & ibi Bart.
ff. de tutel. intelligendo ut ibi, quando causæ
ipsæ naturalis & accidentalis nō sunt contra
riæ, sed effectus sic: & ita tenetur cōmuniter.
Aduerte, qa in contrariū adduco text. in l. cū
allegas. C. de cast. pecul. lib. xij. ubi duo fra-
tres erāt milites, & unus instituit hæredē aliū;

nunquid

a Adde tex. in l. tutor petitus. §. j. ff. de excus. tut. p quē ibi dicit Bald. quòd si Papa cōtulerit beneficiū alicui cō sanguineo suo, quòd caro & sanguis reuelauit sibi, et non spiritus. Adde etiam quod dicit Pan. in c. licet. ad fin. post Bal. ibi, de off. deleg. quòd si sit factū legatū fratri alicuius Abbatis, intelligitur de fratre carnali, & non de monacho fratre religionis. Adde etiā Paul. de Cast. et alios in l. si eadē. ff. de offic. assess.

nūquid attenditur causa accidentalis, ut censeatur castrense peculiū, an naturalis? Et probatur ibi q̄d attenditur accidentalis. Potes dicere q accidentalis ibi est potentior, propter
37 fauorē militię. †Sexto, in dubio existimabit potentior causa prohibitiua, q̄ causa permissiua. l. Sabinus. ff. cōmu. diuid. l. iij. in prin. & ibi Bart. ff. de suspect. tut. Bal. in c. cū omnes. in vi. col. extra de constit. Adde quòd in contrariū fa. text. in §. sed neq. uers. deinde tēplorum. in auth. de mand. prin. ubi quādo cōcurrit ratio suadens aliquid nō fieri fauore reuerentiæ quæ debetur ecclesijs, alia uerò suadet fieri ut delicta puniant, ista permissiua est potentior: & istam regulā etiā reprobat Iaf. in l. i. §. ueteres. in iij. not. ā. de acquir. poss. in l. si Ruffinus. C. de testa. in l. si arrogator. in xxij. col. ff. de adopt. Tu salua regulā, & eam intelli
38 ge ut procedat cæteris paribus tantum. †Septimo potentior existimabitur causa specialis q̄ sit generalis[a]. l. seruis urbanis. §. fin. ff. de leg iij. Doct. in d. l. Titiæ textores & Corn. in d. consil. lxvi. in i. uol. Ex supradictis infertur per Bart. & Doct. hic ad diffusam quæst.
39 †nunquid habens potestatē legitimandi spurios, item incestuosos, possit legitimare unū qui idem sit spurius & incestuosus. Et stantibus hoc modo uerbis quæstionis, uidetur casus indubitabilis quòd sic, ex quo illud uerbum, spurios, comprehendit etiam istum casum: quia spurius dicitur quilibet natus extra puritatem matrimonij, secundum gl. in auth. quib. mod. nat. effic. sui. §. fin. & per Bart. in l. fin. ff. de his qui, ut indig. & quod not. Bald. in c. innotuit. de elect. & in c. i. §. naturales. si de feu. fuerit controuer. inter dom. & ag. Respōdet Iaf. quòd imō quæstio est dubitabilis: quia licet spurius sit dictio multū generalis, nō tamen comprehendit casum mixtū. quod esset notabile pro Comitib. palatinis, qui habent priuilegia simpliciter legitimandi spurios. Istam opinionē Iaf. reprobant moder. in c. at si clerici. §. de adult. extra de iudi. quia cū dictio spurius sit generalis, debet cōprehendere quascūq species etiam mixtas. l. ij. §. doli. ff. ui bo. rapt. Item quia aut mixtum est tertia species, & debet comprehendi sub genere: aut non est tertia species, & comprehendetur sub suis simplicibus. Adde, quòd si spurius dicitur quasi extra puritatem matrimonij natus, talis debet comprehendi arguendo ab etymologia uocabuli, quod argumentum ualet, cùm nō repugnet diffinitio. l. ij. §. appellata. ff. si cer. pet. Facit etiam, quia donatio est nomen generis. l. i. ff. de donat. & tamen comprehēdit casum mixtū. l. Aristo. in prin. ff. de donat. Potes dicere saluando Bar. tribus modis. Primo, quòd q̄uis spurius sit nomen generale, non tamen in casu nostræ quæstionis
40 comprehendit incestuosos: †quia illa dictio, item, posita inter genus & speciē, facit ut genus illam speciem non comprehendat, ut est text. in l. i. secundum unam lecturam. ff. de rebus dub. Secūdo potes dicere, q cū fiat mentio in specie de spurijs per se, & etiam de incestuosis, unum nō cōprehenditur sub altero, q̄uis aliàs comprehenderetur. l. doli clausula. ubi Bart. j. eod. Tertio potes negare quòd dictio spurius sit ita generalis, prout ipsi dicunt, ut comprehendat incestuosum: & contrarium probat in §. si aduersus. Instit. de nuptijs. ubi. ex. cùm prohibuisset nuptias inter consanguineos, subdit quòd filij nati ex similibus nuptijs prohibitis, sunt similes spurijs quantum sit ad patriam potestatem: & sic expresse tex. ibi indicat differentiam inter istos.
†Et est fatuū dicere, quòd spurij dicant quasi extra puritatem matrimonij nati: quia text. ibi dicit cōtrariū, q imò dicunt[b] spurij à græca uoce σποράδην, quæ significat passim & uulgò: uel ex duabus priorib. literis, s & p, quasi sine patre, ut etiam dicit Plutarchus in problematis: unde propriè spurij significant uulgò conceptos, licet largè cōprehendant etiā qui patrem habent, quem habere non licet. l. uulgò. & ibi Bald. in secunda lect. ff. de statu hom. & l. spurij. ff. de decur. prout eam etiam declarat Felin. in c. postulasti. de rescript. & sic in quæstione Bartoli ista dictio, spurios, intelligenda est propriè & strictè. †Sed ueniendo ad principalem quæst. utrum habens potestatem legitimandi natos ex adulterio, item ex incestu, possit legitimare natū ex utroque, & sic habentē duas maculas? Communis opinio est quòd sic, prout tenet Bart. Bal. Ang. Imol. Rom. Raph. Com. Hiero. Tor. Alex. & alij moder. hic. Idem etiam tenet Baldus, Ang. & Alex. in d. l. si ita scriptum. ff. de lib. & posthum. Ang. in l. Clemens. ff. de hæred. instit. Bal. & Ang. de Aret. in §. omni. Instit. de actio. Ant. de Rosellis in tract. legitimationum, in secundo lib. uers. sed iuxta hoc quæro, aliquis habet potestatē &c. Abb. Felin. & Decius in c. at si clerici. §. de adulterijs. extra de iudi. Abb. & Feli. in c. fin. de simo. Felin in c. postulasti. de rescript. Præpos. S. Ambrosij in c. per uenerabilem. in xvi. col. extra qui filij sint legit. Ioan. de Anania consil. xcv. uisis & ponderatis. in fi. Moder. repetētes in Gallus. §. & quid si tantū. in vij. char. ff. de lib. & posthu. & ab ista opinione in practica non esset recedendum, quæ etiam uidetur uerior in iure, ut ſ ostendam. Contrariam opin. tenuit disputando Ioan. Cald. & eum sequitur Ioan. And. in addit. Specul. in rub. qui fil. sint legi. Imol. in §. de adulterijs. Pet. de Anch. Aret. Iaf. Soci. hic adducunt multa quæ parum stringūt: sed solùm una est ratio quæ uidetur prima facie concludens: nam plus est effenatum ex duab. maculis, q̄ ex una. l. unic. uers. quæ multò magis. C. de rap. uirg. unde in tali concessione nō debet cōprehendi iste casus tanq̄ maior: quia sequeret, quòd cui licet minus, censeret etiam cōcessum q̄d est plus: q̄d non est rationabile. l. cui pacto. ff. de ser. expor. & q̄d not. Bal. in c. i. §. naturales. si de feu. fue. contr. inter dom. & agna. Ad istud argumentum respondet per Doct. in effectu duo

41 (margin, beside "†Et est fatuū dicere")
42 (margin, beside "†Sed ueniendo")

[a] Adde q̄d not. Rom. in repet. auth. similiter. in antepenul. char. C. ad le. falc. ubi priuilegiatus in specie, præfertur priuilegiato in genere.

[b] Vide D. Ioan. Bapt. de Caccialup. in rep. l. si qua illustris. col. j. C. ad Orficia. ubi de hoc laté.

bus modis. Et primo respōdent moder. in d.
§. de adulterijs. quod imò plus conceditur huic
Comiti palatino ꝙ sit legitimare in casu mi-
xto; nam clarū est quòd iste comes posset le-
gitimare plures filios, quorū aliqui essent na
ti ex adulterio, aliqui ex incestu: si potest in di
cto casu simplici, ergo etiā in mixto, ex quo
maius est peccatū in illis pluribus, quia plu-
ries peccatū est ꝙ in mixto, in quo peccatum
est nisi semel. arg. l. iij. in fin. & quod ibi not.
Bald. C. de episc. audien. & per Bald. in l. si fa
milia. ff. de iurisd. om. iud. Sed aduerte, quia
ista responsio non uidetur bona, quia proce-
deret respectu patris: sed respectu filij nō po
test negari quin minus sint odiosi decem sin-
guli nati ex simplici adulterio uel incestu, ꝙ
iste habens duas maculas, & propterea iste
difficilius debet posse legitimari, ut etiā not.
Bal. in l. eam quam. in ix. col. C. de fideicom-
miss. Facit, quia decem adulteria uel decem in
cestus præscribunt quinquennio, & tamen
unum adulterium cum incestu non. d. §. præ
scriptione. Item simplex sacerdos absoluet
decem, qui cōmiserint decē stupra, & tamen
nō poterit absoluere unum qui cōmiserit in-
cestū, ut est gl. in c. ij. de pœnit. lib. vi. Secū-
da est solut. Alex. & moder. hîc, ꝙ cùm tale
beneficium legitimandi sit fauorabile, ut di-
cit Bart. hîc, debet fieri lata interpretatio etiā
ad casum in quo non sit tanta ratio. c. fi. extra
de simo. Sed pro uidēda ueritate istius respō-
sionis, à qua dependet difficultas totius quæ
43 stionis, †uidendū est, nunquid ista legitima-
tio sit fauorabilis, uel odiosa. & Bart. hîc di-
cit quòd est fauorabilis, ex quo est beneficiū
principis, unde latè debet intelligi. l. fin. ff. de
constit. prin. quod dictum cōmuniter intelli
gunt Doct. ut sit uerum respectu ipsius pote
statis quæ conceditur à principe Comiti pa-
latino: secus respectu ipsius legitimati: &
sic facultas ipsa seu potestas est fauorabilis.
d. c. fi. de simo. & c. si cui nulla. de præben. lib.
vi. Exercitium uerò est odiosum. c. quamuis.
primo. iuncta gl. in c. dudum. in uers. benefi-
cia. de præben. lib. vi. & hanc distinctionem
tradit Abb. in c. at si clerici. §. de adulterijs. ex
tra de iudi. & sequuntur ibi modern. & Feli.
in d. c. postulasti. Imol. Lud. Rom. & Alex. &
Soci. hic, moder. in §. & quid si tantū. in xxv.
col. Soci. in consil. iij. in iij. uol. & cōsil. xlvij.
in vij. col. in iiij. Francis. de Curt. consil. xlix.
in col. iij. uer. coadiuuantur præmissa. & con
sil. lxiij. super memorata. in i. col. Decius in
consil. lxxvi. in ij. col. Sed contra istā opinio-
44 nem obstant multæ rationes: †& primo, ad
cognoscendū nunquid aliquid sit fauorabile
uel odiosum, non considerantur præcise res
prout sunt in se, sed effectus qui inde resul-
tat. casus est in l. i. ff. sol. matr. & in l. i. §. & ge-
neraliter. ff. de uent. in pos. mit. ubi dos est fa
uorabilis respectu liberorum, & sic propter
effectū qui deinde subsequitur post dotē. Item
uenter parturiēs est fauorabilis respectu filij
qui inde nascetur. Si ergo uerum esset ꝙ ex-
ercitiū sit odiosum, & sic effectus potestatis,
certè potestas legitimandi non poterit dici fa
uorabilis. Secundo contra istam opinionem
obstat, quia potestas ista cōceditur ad finem
ꝙd quis possit eam exercere: parum est enim
habere potestatem, nisi exerceatur. l. ij. uers.
post originē. ff. de orig. iur. †Sed quotiescūq; 45
unum conceditur propter aliud, illa conces-
sio sortitur naturam eius propter quod con-
ceditur, ut per Bart. in l. constitutionibus. ff.
ad municip. & facit text. in l. in argento. ff. de
aur. & arg. leg. Et ex his duobus fundamen-
tis respondetur ad iura allegata per Doct. ui-
delicet ad d. c. si cui nulla. & gl. in d. c. dudū, et
ad d. c. fi. quòd in illis casibus effectus qui re-
sultabat ex concessione principis, nō erat o-
diosus, prout in casu nostro. Tertio arguitur
sic: Ista concessio est quędam delegatio facul
tatis reseruatæ principi in Comite palatinū,
secundum Bart. & alios in l. imperium. in pri
mo gradu mixti imperij. ff. de iurisd. om. iud.
& Bald. in l. ij. in vi. col. C. de ser. fug. sed in de
legatione non solùm est odiosum ipsum ex-
ercitiū quod præiudicat ordinario, & sic pro
pter effectum, sed etiam cōcessio ipsius pote-
statis, quæ in se non præiudicat ordinarijs. c.
gratum. ubi Innoc. Io. And. & Bald. extra de
offic. deleg. distat enim iurisdictio ipsa ab ex-
ercitio, ut per Bald. in rub. extra de off. deleg.
& Doct. in d. l. imperium. in fin. Quarto pro
eadem sententia adduco: nam istud ius legiti
mandi est de reseruatis & concessis principi
in signum supremæ potestatis, ut tenent om-
nes in d. l. imperium. sed in reseruatis si cōce-
dantur alicui proceditur strictè, nec fit exten
sio de una specie ad aliam. c. quod ad transla-
tionem. extra de offic. leg. Quinto facit, †quia 46
legitimare spurios non potest princeps de or
dinaria potestate, sed de absoluta tantū. §. fin.
in auth. quib. mod. nat. effi. sui. Ant. de Rosel
lis in loco ꝫ alleg. sed concessio eorum quæ
competunt de absoluta potestate tantùm, est
odiosa. l. quidam consulebat. ubi Doct. ff. de
re iud. per Paul. de Cast. in l. ex imperfecto.
C. de testa. & Doct. in l. quanquam. C. de te-
sta. milit. Sexto pro hac opinione facit, quia
ꝙuis Comes palatinus habeat latum priuile-
gium, nisi expresse dicatur non potest legiti-
mare spurios stantibus masculis, nec natura-
les, ad petitionem ipsorū filiorū, ut refert Ias.
in d. §. & quid si tantū. cum multis concord.
Item non posset legitimare filiū Baronis, nisi
sit expressum, ut per Hosti. Io. And. & Ant.
de But. & moder. in c. fin. de filijs presbyt. &
quod not. in c. lator. extra qui fil. sint legi. quę
tamen omnia uideretur quòd posset, si esse-
mus in casu fauorabili. d. c. fin. de simo. & istā
opin. contra cōmunem hîc uidetur tenuisse
D. Signor. de Homo. in consil. ccxx. quidam
Ioannonus. & in alio consil. hic allegato per
Ias. Idem etiam tenuit Pet. de Anch. & Aret.
hîc per alias rationes, quibus respondent hic
moder. & propterea non refero.

In practica tamen nō recedendo à cōmuni
sententia

sententia, fac duas conclusiones. Prima con-
47 clusio est, †quòd potestas legitimandi cōces-
sa per principē Comiti, est fauorabilis, quia
beneficium principis.d.l.fin. & quia nemini
nocet nisi principi, ut dicit Bald. in l.i.ff. de
tut.& cur.da.ab his.& ita se habet cōmunis o-
pinio hic. Fallit primo, quando princeps da-
ret autoritatē dispensandi, hoc est, legitiman-
di pro parte: nam talis dispensatio est odiosa,
quia sapit quid monstruosum & contra natu
ram, uidelicet quòd quis posit facere aliquē
pro parte legitimum, & pro parte non. c. per
uenerabilem. extra qui fil. sint legit. & decla-
rat Bald. in l. cam quam. in ix. col. C. de fidei-
cōmiss. Paul. de Cast. in l. i. C. de iur. aur. ann.
Corn. consil. ix. in ult. col. in iiij. Francisc. de
Cur. consil. xvi. in ult. col. And. Sicul. consil.
xxxviij. in ij. uol. licet in casu suo malè loqua-
tur. Vnde Comes palatinus habens faculta-
tem legitimandi, nō posset dispēsare, ex quo
istud est magis odiosum, ut uoluit Socin. in
consil. ccxlvi. in iij. col. quod est repetitū in-
ter consilia Francis. de Cur. consil. xviij. idem
etiam est de mente Alex. in cōsil. ult. in v. uol.
in ij. col. & istud puto uerius, quod tene men
ti, quia quotidie Comites palatini habentes
simpliciter facultatē legitimandi, legitimant
adiecta clausula, quòd talis non succedat nisi
quatenus uolet pater suus: nam ista est dispē-
satio, & consequenter non ualet. Est uerum
quod Paul. de Cast. tenet contrariū in subscri
ptione cuiusdam consilij Raph. Com. quod
est inter consilia Raph. consil. xcviij. Mouet,
quia Comiti palatino licet quod est plus, sci-
licet legitimare in totum, ergo debet licere q
est minus. d.c. per uenerabilem. & l. nec in ea.
ff. ad l. Iul. de adult. Sed istud argumentū pos-
set procedere respectu ipsius legitimati, non
respectu potestatis cōcessæ Comiti: quia dif-
ficilius conceditē dispensatio à principe, quia
odiosa, quàm legitimatio, quę est fauorabilis,
48 ut ō dixi. †Fallit secundo, quando concessa est
potestas legitimandi aliquam particularem
personam, quia talis concessio strictè inter-
pretatur. arg. c. si cui nulla. de præbend. in vi.
Abb. & Felin. in d.c. fin. de simon. & Feli. in
d.c. postulasti. quod intellige procedere quā-
do in concessione specificatur certa persona:
quia princeps uidetur potius concessisse gra
tiam personæ nominatæ, quàm ipsi mandata
rio: aliàs si princeps concederet Comiti in ge
nere quòd posset legitimare unū, puto quòd
concessio esset fauorabilis, quia adhuc est be
49 neficium. d.l. fin. †Fallit tertio, quando prin-
ceps cōcederet ut posset legitimari ad succes
sionem aliquis incapax de iure diuino, puta
incestuosus uel spurius. c. nisi cum pridem.
circa med. extra de renunc. & d.c. per uenera
bilem. in fi. & ita tenet Aret. hic: alleg. gl. quā
ibi sequuntur Doct. in l. filius à patre. §. fin. ff.
de lib. & posthu. ubi habens potestatē dispen
sandi à Papa per uerba quantumcunq; gene-
ralia, non potest dispensare contra prohibita
iure naturali uel diuino: ergo concessio stri-
ctè intelligitur. Nec obstat responsio Socin.
hic, quòd gl. loquitur quando nec Papa ipse
poterat dispēsare, quia loquitur in causa ma-
trimoniali. Nam respōdeo, quòd imò etiam
in tali causa potest dispensare certis casibus,
de quibus per Doct. in c. ex publico. de con-
uers. coniug. & in c. literas. de restit. spol. Item
illa gl. secundum hanc intelligentiam esset sa
tua & indubitabilis, & sic illa gl. cum not. ibi
per Doct. multū obstat cōtra cōmunem opi-
nionem Doct. hic, qui propriè loquuntur in
incestuoso. Posset fortè dici, quòd nō est con
tra ius diuinū, quòd spurius uel incestuosus
legit metur, & cōsequenter factus legitimus
deinde succeda‹t›: unde ista fallētia posset pro-
cedere, quādo principaliter respiceretur ius
succedendi, quia istud tenderet ad derogatio
nem iuris diuini, ut per Bart. in l. iij. in fin. ff.
de test. Vnde si princeps diceret, concedo ti-
bi quòd posis legitimare quoscūq; spurios,
quo ad ius succedendi, tunc talis cōcessio es-
set odiosa: quia uidetur pr‹i›ncipaliter conside
rasse modum additū dispositioni, ex quo mo
dus stat restrictiuè. l. ca tamen. ff. de leg. iij. Se
cus si diceret, quòd concederet ius legitiman
di, ut tales essent tanquam legitimi quo ad o-
mnes effectus iuris. †Fallit quarto, quādo de 50
præiudicio alicuius ageretur: quia talis con-
cessio tanquam odiosa debet restringi, ut di-
cit Ant. de But. in c. per uenerabilem. qui fil.
sint leg. Paul. de Cast. Raph. Co. Aret. & mo-
der. hic: & per Alex. consil. lx. in vij. col. in ij.
& cōsequenter si Comes palatinus habet po
testatem legitimandi spurios, etiam existenti
bus filijs legitimis, ista concessio censetur o-
diosa, ex quo respicit præiudicium filiorum:
filij enim habent spem iustam & approbatā
in bonis paternis, etiam eo uiuente. l. nec ei.
§. præterea. ff. de adop. l. scripto. ff. unde lib. l.
fin. C. de iur. codicill. Pet. de Anch. consil. cc-
lxxxij. ex tenore priuilegij. in ij. col. cum con
cord. per Francis. de Cur. consil. xvi. Nec ob-
stat doctr. Bart. in l. Gallus. §. & quid si tantū.
alleg. hic per Alex. dum cōcludit, in legitima
tione non esse necessariam citationē istorum
filiorum, ergo nō habent ius uiuente patre. l.
nam ita diuus. ff. de adop. nam respondeo, da
to quòd opinio Bar. sit uera, quòd licet pater
posit auferre istam spem filijs quis non cita-
tis, nō tamē potest negari quin odiose faciat,
ut dicit Bal. in c. filij nati. si de feud. fuer. con-
trouer. inter dom. & ag. & fa. tex. in auth. præ
terea. ubi Bal. C. de natu. lib. & consequenter
talis cōcessio est odiosa. †Quinto fallit, quan 51
do Imperator cōcederet q posset Comes legi
timare etiā causa nō cognita, & nō obstāte ui
tio surreptiōis & obreptiōis, prout uidi quan
doq; simile priuilegiū: nam tūc talis cōcessio
esset odiosa & irrationabilis, per text. in d.c.
per uenerabilem. in uerb. diuersis causis in-
spectis. & uidi cōsilia solenniū Doct. quòd ta
lis concessio non ualebat, & rescriptum præ-
sumebatur surreptitiū, tanq; deuians à cōmu
ni stylo, ut not. in c. quàm graui. extra de cri.

fal.& Bal.in procem.feud.cum similib.

Secunda conclusio est in ista materia,
52 †quòd leginimatio respectu parẽtum dicitur odiosa, tanquam suasoria delicti. §.fin. in authent.quib.mod.nat.effi.sui.l.fin.C.de natu. libe. Bald.& Rayn.in l.Gallus.§.i. ff.de lib.& posthu. respectu uerò filiorum dicitur fauorabilis: quia misericordia digni sunt qui alieno laborant uitio.l.legem.C.de natur. liber. l.spurij.ueri.nõ enim impediẽdus.ff.de decurio.c.nndecunq;.& c.sequenti.lvi.dist.& tex. in c.nõ debet. extra de reg.iur. in vi.auth.idẽ de Nestorianis.C.de hære.&Bar.in d.l.Gallus.§.quid si is. Nec est nouũ q̃ una cõcessio sit ex parte fauorabilis,& ex parte odiosa. gl. &ibi Doct.in l.ij.C.de in iua uoc.Bene uerũ est q̃ in tali casu odiũ parentis prævalet,unde absolutè loquendo talis legitimatio diceret odiosa,per doctrinam Bart.in l.qui exceptionem. ff. de cond.indeb. ubi exceptio prouenіens ex senatusconsulto Macedoniano,dicitur odiosa, ex quo illud senatusconsultum fuit principaliter introductum in odium mutuantium pecunias filijsfamiliâs: ita leginimatio dicitur odiosa, ex quo principaliter prohibetur in odium parentis.d.§.fin. & est cõmunis opinio Doct.hic,& latè consuluit Franc. de Cur.consil.xvi.col.ix. & consil.xxxv. col. vi. Præsuppositis igitur istis duabus conclusionibus,redeundo ad principalem quæstionem, tenendo opinionẽ Bartoli & cõmunẽ, responderẽ ad rationẽ in cõtrarium adductã: quòd si consideremus illam rationem respectu parentum, tunc casns mixtus est minor simplicibus expressis: nam si parentes fecissent plura adulteria,& plures incestus, unde nati essent plures filij, tamen possent omnes legitimari per Comitem palatinnm, & tamẽ pater plus delinquit in omnibus his casibus quàm in mixto.d.l.iij.C.de episc.audien. maximè propter cõsuetudinem,secundum Bal. in d.l.si familia.ff.de iuris.om.iud. & fa.quod not.Paul.de Cast. & Salic. in auth. sed nono iure.C.de furtis.Ioan.de Anania in c.fin.extra de furtis.ergo debet fieri extensio in casu, ut cui licet plus, liceat q̃d est minus. d. c. per uenerabilem.& l.nec in ea.ubi Bar.ff.ad leg. Iul.de adult. Si uerò consideramns istam cõcessionem respectu filiorum,cùm eorum respectu sit fauorabilis, debet fieri extensio etiam ad casum mixtum, quamuis in eo nõ sit tanta ratio.d.c.fin.de simon.& sic licet natus ex adulterio & incestu simul, sit magis odiosus quàm natus ex adulterio uel incestu simpliciter, tamẽ poterit legitimari,& fier extensio, quia sumus in fauorabilibus. & ita resideo cum cõmuni. Ex supradictis duabns
53 conclusionibus infertur primo,†quòd si Comes palatinns aliquem legitimet, siue sit adulterinus, siue incestuosus, non tenebit legitimatio, si sit natus ex adulterio & incestu simul, ut per Oldr.consil.ccxlvij.cum concor. hîc per Alex.ex quo hîc sumus in odiosis, & cessant ratioues supradictæ. Secundo infertur,†quòd quamuis princeps concedendo 54
potestatem legitimandi quoscunq; spurios, intelligatur concessisse etiam ius leginimandi ad feuda, ex quo concessio est fauorabilis, ut concludit latè Socin. consil.cccxix. in iij. uol.tamen Comes simpliciter aliquem legitimans ad petitionem patris, nou intelligetur legitimasse ad feuda,gl.in §.naturales. in c.i. si de feud.fuerit coutro. inter domi. & agna. Alex. consil.lx.in ij.uol. Tertio & ultimo infertur ad quæst. Pone, princeps concessit tibi feudum,& dedit licentiã, quòd post mortem tuam posses illud relinquere filio fratris tui spurio, dum tamen à patre suo legitimato: reperitur quòd iste spurius est filius sacerdotis, quia frater tuus erat ecclesiasticus, nunquid poterit succedere? Dicendum uidetur quòd sic: quia licet prima facie obstet, quòd si princeps sciuisset eum filium presbyteri, nõ ita de facili fecisset illam cõcessionem, tamen ex quo sumus in fauorabilib. debet talis spurius admitti: sicut uidemus quòd Comes palatinus habens facultatẽ uerbis generalibus legitimandi spurios, poterit legitimare etiam filios clericorũ, quo ad bona temporalia, ut latè dedncit Socin. in d. consil.xlvij.in iiij. ita hæc cõcessio generalis debet comprehendere etiam filium spurium sacerdotis, ut talis admittatur tum ex natura concessionis, qnæ est fauorabilis,& sic beneficinm, unde latissima fit interpretatio: tum etiam considerato ipso spurio, cuius respectu, ut suprà dixi, legitimatio est fauorabilis: tum etiam quia cessat odiũ paternnm, ex qno hic agitur de succedendo patruo,& nõ patri. Intellige tamen istud procedere, quando Comes palatinus sciuisset eius patrem fuisse in sacris: quia aliàs legitimatio tanquam surreptitia non teneret, ut dixit Alex. consil.xxxvij. in ult. col. in prin. cum concord. unde aliàs uerba principis concedentis non uerificarentur, dum requirit eum esse legitimatum, ergo ritè legitimatum. l.nõ putauit.§.non quæuis.ff.de bon.possess. contra tabulas.

1 *Duplicem esse stipulationem, diuiduã scilicet & indiuiduã.*
2 *Stipulationum indiuiduarum subdiuisio.*
3 *Quando contractus reddatur indiuiduus ex necessitate.*
4 *Quando ex uoluntate expressa.*
5 *Quando ex uoluntate præsumpta.*
6 *Diuisio huius §. in tres partes per Paul. Cast.*
7 *Stipulatio dandi quantitatem omni respectu dicitur diuidua. Fallit ut num. 8. usq; ad num. 14.*
15 *Creditor potest agere particulariter etiam inuito debitore.*
16 *Debitor hominis in genere uel alternatiuè, soluẽdo partem hominis non liberatur respectu ipsius partis.*
17 *Intentio contrahentium declaratur secundum dispositionem legis.*
18 *Stipulatio amplius non agi, est diuidua.*
19 *Qui cogi potest non uidetur uelle.*
20 *Nemo potest cogi ad accepto ferendum, sicut nec ad donandum.*
21 *Stipulatio generis & alternatiua sunt eiusdem conditionis. & num. 22. usq; ad 26.*
27 *Quæ sit natura dictionis, item.*
28 *Stipulatio plurium operarum est diuidua.*
29 *Stipulatio unius operæ est regulariter indiuidua: fallit tamen*

men in pluribus.
30 *Stipulatio plurium operarum est diuidua numero.*
31 *Quæ sit ratio quòd obligatio dandi sit diuidua.*
32 *Si unus ex hæredibus creditoris exigat partem suam à debitore, qui postea efficiatur n. 7 soluendo, non tenebitur conferre illam partem cum suis cohæredibus.*
33 *Si unus ex hæredibus debitoris efficiatur non soluendo, alij cohæredes non poterunt conueniri pro portione illius.*
34 *Hæredes non tenentur ultra uires hæreditarias.*
35 *Vtrum is, qui stipulatur uiam, dicatur ius uel factum stipulari.*
36 *Debitor uiæ tenetur ad duplicem patientiam.*
37 *Qui promittit uiam, dicitur promittere factũ, quia tenetur præstare patientiam.*
38 *Quomodo patientia hoc loco intelligenda.*
39 *Alciati de promittente seruitutem sententia, eiusq; cõfirmatio. & num. 41. 42. 43. 44.*
40 *Præstatio patientiæ in incorporalibus, idem operatur quod traditio in corporalibus.*
45 *Vsusfructus præteriti temporis amplius præstari nõ potest.*
46 *An obligatus ex testamento ad dandum, teneatur ad patientiã.*
47 *Ad hoc ut promissor seruitutis liberetur, tenetur cauere de præstanda patientia.*
48 *Quando aliquis simpliciter promitteret cõstituere seruitutem, talis promissio continet solam dationem.*
49 *Quomodo intelligendum quando dicitur, stipulationẽ seruitutis continere dationem & factum.*
50 *Stipulatio usufructus rerum quæ usu consumuntur, est tantùm dandi.*
51 *Cùm seruitus legata ipso iure constituitur, non tenetur hæres ad dandum, sed solùm ad præstandam patientiam.*
52 *Quæ sint quæstiones de stipulatione uiæ utilitates. nu. 53. 54. 55*
56 *Ratio, cur debitor hominis uel uasis in genere, soluẽdo partẽ nõ liberetur, donec soluerit hominẽ uel uas integrũ. nu. 57. 58*
59 *Condictio indebiti non uidetur competere, nisi quando soluitur ob errorem propter ignorantiam.*
60 *Debitor hominis soluens in genere partem Stichi, non potest statim agere condictione indebiti, sed solutio stabit in pendenti.*
61 *An debitor soluens partem in obligatione generis uel alternatiua, possit conueniri ad totum.*
62 *Si soluens in obligatione diuidua minus perfectè soluat, potest agi in totum.*
63 *Si creditor cùm posset petere totum, tantùm partem petit, ista petitio non admittitur parte opponente.*
64 *Quæ sit significatio nominis Reliqua.*
65 *An creditor poterit agere ad totum, si in obligatione saltem generis promissor soluat partem.*
66 *Hæredes soluentes partes hæreditarias, amplius molestari non debent.*
67 *Obligatio semel nata, quo ad sui substantiam nunquam stat in pendenti, sed sola exactio seu exercitiũ actionis suspẽditur.*
68 *Exceptio respiciens exercitium actionis, nõ potest opponi post sententiam.*
69 *Si promitto seruum alienum, qui interim manumittatur, tollitur obligatio: si uerò reincidat in seruitutẽ, obligatio reuiuiscit.*
70 *Vbi obligatio à lege cessare dicitur, intelligitur de exercitio & effectu ipsius obligationis.*
71 *Genus comprehendit sub se singulas species.*
72 *Sicut in obligatione alternatiua potest statim agi & fit transmissio, ita etiam in obligatione generis.*
73 *Nulla est differentia inter obligationem generis & alternatiuã.*

§. ET HARVM. Hic exorditur Iurisconsultus aliam distinctionem sti
1 pulationum: † quia aliquæ sunt diuiduæ, aliquæ indiuiduæ. Et pro intelligentia, omissis dictis moder. præmittite, quòd stipulationũ
2 indiuiduarũ † aliæ sunt indiuiduæ necessitate, aliæ ex uoluntate contrahentium expres-
sa, aliæ ex uoluntate præsumpta. † Ex necessi- 3
tate redditur contractus indiuiduus, quando quis stipulaĩ iter, uel aliam similem seruitutẽ sibi dari; ex quo enim res natura sui est penitus indiuisibilis, etiam si partes uellent, non possent facere ut talis stipulatio diuidatur. l. uiæ itineris. ff. de seruit. l. stipulationes nõ diuiduntur. §. eod. † Ex uoluntate expressa con- 4
trahentium est indiuidua stipulatio, quando quis stipulatur aliquid faciendum, puta fundum tradi, fossam fodi, insulam fabricari: uidentur enim considerare effectum operis, quod opus non assumit nomen nisi à perfectione. l. in executione. §. i. in uerb. quia operis effectus. §. eod. unde in tali casu non satisfit stipulationi si pro parte adimpleretur, puta quia pars fundi traderetur, uel pars fossæ foderetur. † Ex tacita uoluntate contrahen 5
tium stipulatio redditĩ indiuidua, quando cõtractus regulariter de se est diuiduus, sed uerisimile est à principio id actum ut totum soluereĩ, puta quia solutio particularis non eandem cõmoditatem afferret pro parte, quam solutio totius in toto: ueluti si stipuler in genere hominem dari, ista stipulatio ex quo est in dando, regulariter est diuidua, ut in hoc text. Sed si solueres mihi partem Stichi, ista solutio non satisfaceret pro parte, nisi solueretur alia pars in eodem Sticho. Dicetur indiuidua, quia non eandem utilitatem haberem de dimidia parte duorum seruorũ, quam haberem de uno qui in totũ esset meus. In primo ergo casu stipulatio dicitur indiuidua contractu, petitione, & solutione: quia nec pars uiæ uel similis seruitutis potest in contractum deduci, nec in iudicio peti, nec per debitorẽ solui. In secũdo casu stipulatio est indiuidua petitione & solutione, nõ contractu, quia in cõtractum potest deduci ut pars fundi tradatur, uel pars insulæ fabriceĩ. l. locus. ff. de acquir. possess. sed ubi stipulatio in contractũ est deducta, non potest diminui, & sic diuidi per petitionem uel solutionem. In tertio casu est indiuidua solutione tantùm. d. l. in executione. §. pro parte. Et est ratio, quia cùm promissio de dando regulariter sit diuidua, ut est textus hic, si quis promittat hominẽ, non debet posse soluere pro parte, quia ista particularis solutio esset damnosa stipulatori, ut suprà declaraui: quæ ratio nõ concludit nisi respectu solutionis, ergo respectu petitionis & contractus debet regula stare firma.
† His sic præmissis, cum quibusdam de 6
quibus hîc per Paulum de Castro, diuiditur iste §. in tres partes. In prima ponit de stipulatione dandi, quæ est omni casu diuidua. In secunda ponitur de stipulatione seruitutis, quæ est omni casu indiuidua. In tertia ponitur de stipulatione in genere uel alternatiua, quæ est diuidua contractu & petitione, sed indiuidua solutione. Partes per se patent. & non ponit Iurisconsultus aliquid de stipulatione factorum, tum quia in eis idem iuris est, quod de seruitutibus, quantum sit

ad casum nostrum, unde illis æquiparantur,
ut in d.l. stipulationes non diuid. tum quia
ex ordine diuisionis per eum traditę, prius di
cendum erat de obligationibus dandi.
7 Not. primo ex tex. †quòd stipulatio dandi
quantitatē, dicitur omni respectu diuidua, &
propterea per solutionē partis cōtingit libe-
ratio in illa parte. ad idem tex. amplians istud
procedere etiam in specie danda, in l. si stipu-
8 latus. §. i. ff. de solut. †Limitat istud Alex. non
procedere in stipulatione fundi, quando sol-
ueretur pars integralis; nam tunc non cōtin-
git liberatio in aliquo. l. si ita stipulatus fuero,
si Titius. §. i. ɉ. eo. & ratio est, quia pars integra
lis nō est propriè pars fundi, ut per Alex. in l.
eū qui ita. §. qui ita. ɉ. eo. unde soluens talē par
tem, non dicitur soluere partem debiti: qua-
re in prædicto casu si non solueretur pars in-
tegralis, sed alia, puta pars quotatiua, tunc cō
tingeret liberatio pro illa parte, ut per Bar. in
l. stipulationes non diuid. in ij. q. in fin. ɉ. eod.
9 †Limita secundo ut nō procedat, quādo prin
cipali promissioni de dando addita est pœna:
nam tunc pro minima parte non soluta com-
petit actio ad totam pœnam. l. v. §. fin. ɉ. eod. &
d. l. in executione. §. pen. & per Bar. in d. l. sti-
pulationes. in ij. q. Et est ratio, quia pœna ap
ponitur sub conditione, si contrà factum fue
rit, & conditio efficit actum indiuiduum,[a] ex
quo debet adimpleri formaliter & specificè. l.
Meuius. ff. de cond. & demonst. tangunt mo
10 der. hic. †Tertio limitatˀ secundū Alex. & mo
der. hic, quando aliquis, puta hæres, esset de-
bitor certæ quātitatis pro certo opere facien-
do: quia talis obligatio q̄uis dandi, erit indiui
dua, & quis soluendo portionem suam nō li-
beraretur. per text. in l. fideicōmissa. §. pen. ff.
de leg. iij. & idem tenent Ang. Imol. Paul. de
Cast. in l. in executione, in prin. ɉ. eo. Et est ra-
tio, quia illa datio est ordinata ad factum, un-
de sapit naturam facti. l. cum proponas. C. de
dolo. & ita etiam tenet Ias. in d. l. stipulationes
non diuid. Contrarium tenet Ias. hic & Alex.
in d. l. stipulationes, sequendo intellectū Bar.
in d. §. penult. quòd ibi erant hæredes grauati
ad factum, scilicet quòd facerent tale opus ci
uitati, & expenderent centum. Secus si testa-
tor simpliciter dixisset, lego centum pro tali
opere faciendo: quia tunc erit obligatio dan-
di, & in totum erit diuidua. l. mortuo. §. fin. ff.
de leg. ij. Sed tu aduerte, quia Doct. uidentur
solùm dissentire in intellectu d. §. penult. non
autem in ista limitatione: quia non potest ne-
gari si datio ordinetur ad factū, quin debeat
iudicari idem quod de facto. pro quo facit e-
tiam quod not. Bal. in l. cum allegas. in ij. col.
C. de usuris. & Paul. de Cast. in l. cum seruus.
ff. de cond. & demonst. Dubium est ergo si te
stator dicat, lego centum pro tali palatio fa-
ciendo, quid sit magis principale, & nūquid
hæres ipse teneatur ad factum uel legatarius.
& in hoc est differentia inter scribentes: quia
Ang. & Imol. Paul. in d. l. in executione. te-
nent quòd principalius sit factum, per d. §. pe
nult. qui aliter intellectus multum uiolatur:
& cōsequenter tenēt, quòd hæredes ipsi erūt
obligari nedum ad exbursandam pecuniam,
sed & ad opus faciendū. Dyn. & Bar. & Bald.
tenuerunt cōtrarium, per tex. in d. l. mortuo.
§. fi. & sic quòd hæredes tantū tenebuntur ad
dandum. Puto priorem opin. esse ueriorem:
nam in d. §. penult. nisi pecunia in totum data
esset, illud opus in totū fieri nō potuisset: un-
de illa datio regulatur à facto, & tamen testa-
tor simpliciter legauerat pro opere ciuitatis
faciendo: & sic uult text. quòd ex talibus uer-
bis hæredes ipsi teneantur etiam ad factum:
& facit text. & quod ibi not. Bald. in l. si ser-
uus legatus. §. qui margaritam. ff. de legat. i.
ubi in dubio censetur hæres grauatus, nō le-
gatarius. Nec obstat d. l. mortuo. in §. fin.
quia in illo text. non disputatur, utrum obli-
gatio, per quā testator mandat aliquod opus
fieri, uel munus, puta gladiatorium, dari, sit
diuidua uel non: sed principalis decisio est,
an portio accrescat cum onere suo. & dum di
cit text. accrescere & teneri, præstare pro por
tione sua, intellige text. ut loquatur respectu
ipsorum hæredum: quia inter ipsos fit talis
præstatio per actionem famil. ercisc. §. ex his.
infra eod. non autem respectu legatariorum:
nam aliter text. malè diceret: quia si testator
iubet opus fieri, talis obligatio est indiuidua,
quia est facti. l. stipulationes nō diuiduntur.
infra eod. †Quarto limitatur in condemna 11
to ad dandum actione noxali: nam talis obli-
gatio est indiuidua. l. seruus communis. ff. de
noxal. l. & tantum. §. item seruus. ff. de ser. cor
rup. Et ratio est secūdum Bart. in l. supra iter.
§. officium. de aqua plu. ar. ff. & in l. si commu
nes. ff. de neg. gest. quia aliàs sequeretˀ, quòd
posset fieri solutio partim in pecunia, & par-
tim in dando partē serui pro noxa, quod lex
reputat absurdum. d. l. in executione. §. pro
parte. ɉ. eod. Sed aduerte, quia ista ratio
non uidetur uera: quia si istud esset propter
euitationem dicti absurdi, talis obligatio es-
set indiuidua solutione tantùm. d. §. pro par-
te. & tamen uidemus quòd est indiuidua etiā
petitione. l. si cum uno. ff. si ex noxali causa a-
ga. & facit quod notat Alex. in d. l. stipulatio-
nes nō diuiduntur. in fin. iij. quæst. Bar. dum
reprobat Bart. uolentem stipulationē de am-
plius nō petendo, speciem esse indiuiduā pe-
titione & solutione, ut euitetur dictum absur
dum; nam secundum Alex. ibi euitatio istius
absurdi facit solùm, ut obligatio sit indiuidua
solutione tantùm, ut declaraui suprà in eui-
dentialib. Secundo contra Bart. facit text.
in d. l. si seruus cōmunis. ubi ante litem con-
test. potest unus ex dominis dare partē suam
serui, & liberatur, & tamen potest sequi di-
ctum inconueniens, quòd alter dominus sol
uat æstimationem. Tertio inducitur d. l. si
cum uno. ff. si ex noxali causa agatur. ubi tex.
assignat aliam rationem, à qua non potest
recedi sine calūnia iuramenti, dum se fundat
ꝙ quodammodo totū suū hominē defendere
debet

a Adde tex. in l. qui duobus hæredibus. ff. de condit. & demonst.

debet, cui insolidũ defendendi necessitas es-
set: & sic uult tex. ex eo, quia suscepit iudiciũ,
quòd obligatio reddatur indiuidua. Quare
cogita si posset dici, quod imò regula proce-
dit etiam in obligatis ex actione noxali: sed
cùm seruus ipse cõmiserit maleficiũ, lex no-
luit quòd durior esset conditio damnum pas-
si, si ageret cum dominis, quàm si contra ser-
uum ipsum agi posset: unde si dominus uo-
luit litigare, & litem cõtestari, tenetur insoli-
dum, sicut teneretur liber homo qui ipse da-
mnum dedisset: & hoc ne beneficium cõces-
sum dominis per legem, quòd possint æsti-
mationem soluere uel noxæ dedere, præiudi
cet damnum passo, qui si deberet agere cõtra
quemlibet dominũ pro portione sua, frustra
retur maioribus expensis. l. iam tamẽ. §. pen.
ff. iudic. solui. l. huiusmodi. §. fi. ff. de leg. i. un-
de cùm quilibet teneatur in solidum defende
re, litem cõtestando uidetur profiteri se inso-
lidum uelle teneri. facit l. qui seruum. in prin.
12 ff. de interrog. actio. †Quinto limita secun
dum And. de Pisis, quem refert Bald. in d. l.
cum allegas. in i. col. quando obligatio rem
dari ita esset contracta, ut statim cùm erit da-
ta res restituatur: nam tũc talis obligatio erit
indiuidua. Ratio est secundum eum, quia di-
cetur potius obligatio facti, & sapiet eius na-
turam. allegat text. quem ita intelligit, in l. si
pœnam. ∫. eod. Sed iste intellectus nõ placet,
& alius intellectus cõmuniter tenetur ad illũ
tex. de quo dic ut ibi per moder. Sexto limi
13 ta, †quando unus ex hæredibus qui habebat
peculium de bonis defuncti, uiuente defun-
cto se obligasset ad aliquam quãtitatem: nam
talis obligatio non diuidit inter hæredes, sed
creditor exigit insolidum illum cohæredem.
l. frater à fratre. uers. idq; maximè. ff. de cond.
indeb. ubi Ioan. Bapt. de S. Seuerino, & tra-
dunt moder. hic: & est ratio, quia obligatio se
quitur peculium. Est uerum quòd ista pro-
priè non est limitatio ad hanc regulam, quia
nõ potest negari quin etiam in illo casu obli-
gatio dandi sit diuidua, licet creditor habeat
facultatem totum consequendi ab illo cum
14 quo contraxerat. †Septimo limita, ut quod
dicitur in tex. quòd obligatus ad dandum sol
uendo partem liberetur, pro illa parte sit ue-
rum, si creditor accipere uelit illam partem,
aliàs creditor nõ cogeretur accipere. l. tutor.
§. Lucius. ff. de usuris. & ita tenet gl. hîc in uer
bo, præstationem. & est cõmunis opinio per
moder. in l. quidam æstimauerunt. ff. si cert.
peta. Aduerte circa istam limitationẽ, quia
contrarium probatur in isto text. inducendo
eum dupliciter, quicquid dixerit glos. Et pri-
mo, quia nimis magna subauditio est quæ fit
ad text. si intelligamus quòd procedat tantũ-
modo si creditor sit contentus accipere par-
tem, & non aliter. Secundo, quia text. in fine
uult, quòd debitor hominis in genere, soluẽ-
do partem Stichi non liberatur: & sic tex. de-
bet intelligi quãdo pars Stichi solueretur in-
uito: quia si solueretur uolenti, liberaretur
pro illa parte, ex quo aliud pro alio uolente
creditore solui potest. l. ij. §. i. ff. si cert. pet. er-
go apparet quòd iste tex. propriè loquitur de
solutione quæ fit inuito creditore: & de hoc
ultimo dicam infra in seq. notabili. Secun-
do pro hac opinione contra cõmunem facit,
†quia creditor potest agere particulariter etiã 15
inuito debitore. l. iam tamen. §. penul. ff. iudi.
sol. quicquid dicant Doct. in l. in cõmodato.
§. duobus. ff. cõmod. uiolantes illum text. er-
go idem in debitore, per regulam correlati-
uorum. l. i. C. de cupressis. lib. xi. & à fortiori,
quia magis fauet debitori, & sic reo quàm a-
ctori. l. Arrianus. ∫. tit. i. Tertio facit, quia in
fisco habet locum particularis solutio. l. fin.
C. de apochis. lib. x. l. placuit. C. de collat. fun
do. patri. lib. xi. ergo multò magis in priuato,
ne fiscus sit deterioris cõditionis. Quarto fa-
cit, qa si defunctus erat obligatus ad dandũ,
& habuerit plures hæredes, si unus ex eis ue-
lit soluere partẽ suã, tenetur creditor accipe-
re. l. in testamento. §. i. ff. de fideiussorib. ergo
idem potuisset testator, quia obligationes nõ
uariantur ex persona hæredum. §. ex his. ∫. eo.
Quinto facit, quia aliàs sequeretur quòd lex
XII. tabularum, quæ diuidit obligationem
dandi pro portionibus hęreditarijs, l. ij. C. de
hæredit. actio. fuisset iniqua, & præiudicaret
creditoribus, ex quo solutio particularis uide
tur damnosa. l. planè. ff. famil. erciscun. & ista
opinio in puncto iuris uidetur uerior, quam
etiam tenet Fulgos. in d. l. quidam æstimaue-
runt. Nec obstat text. in d. l. tutor. §. Lucius.
hîc allegatus in gl. quia respondeo quòd in il
lo text. sorti accedebant usuræ, quæ apponũ-
tur per stipulationem conditionalem: puta,
si non solueris infra talem terminum, promit
tis tales usuras? l. lecta. ff. si cert. peta. sed nos
habemus quòd conditiones faciunt actum
pręcedentẽ indiuiduũ. l. cũ fundus. ff. de cõd.
& dem. sicut etiam dicimus de pœna, per quã
actus præcedens fit indiuiduus. l. v. §. fin. ∫. eo.
& suprà dixi: & ualet argumentum de pœna
ad usuram, quo ad formam contrahendi sti-
pulationem, d. l. lecta. in uerb. tunc pœnæ no
mine. & ista opinio contra cõmunem uide-
tur uerior, etiã in casu quo ex solutione par-
tis nõ contingeret liberatio respectu eius, sed
suspenderetur tantũmodo exercitium actio-
nis, ut dicam in sequenti notabili. Nota se-
cundo, †quòd debitor hominis in genere uel 16
alternatiuæ, soluendo partem hominis, puta
Stichi, nõ liberatur etiam respectu illius par-
tis. ad idem text. in l. si non sortem. §. penult.
ff. de condict. indeb. & text. in d. §. pro parte,
ubi ponitur ratio istius dicti. Limita primo,
quando solutio partis fieret fictè, puta per ac
ceptilationem. l. qui hominem. ff. de acceptil.
per Bart. & Doct. in §. si quando hominem.
infra eodem. Secundo limitatur, quando
constaret tacitè uel expresse de uoluntate cre
ditoris, qui contentus esset quòd iste soluens
liberaretur. l. cum debitore decem. in fine.
ff. rem ratam haberi, quia potest creditor

renunciare fauori ſuo, ut tenet Paul. de Caſt.
& moder. hic. Tu aduerte, quòd imò uide-
retur dicendum, quòd in caſu noſtri text. iſte
ſoluens partē, debeat liberari pro illa parte,
tanquam ſemper tacitè conſtet de uoluntate cre-
ditoris, ex quo contentus fuit acceptare illam
partem: quia quando aliud pro alio ſoluit̃ uo
lente creditore, induciť liberatio. l.ij. §.i. ff. ſi
cert. pet. Sed ad hoc reſpondet Ioan. de Imol.
Raph. Co. Paul. de Caſt. & moder. quòd quā-
do debitor ſoluit partem Stichi, præſumitur
ſoluere eo animo, quòd uelit etiam dare reli-
quam partem in eodem Sticho, unde præſu-
mitur quòd creditor eodem animo recipiat:
unde ſi non ſequatur ſolutio in eadem parte,
in nihilo liberaretur; iſtud enim diſponit ius,
17 †& ideo intentio contrahentiū declaratur ſe-
cundum diſpoſitionem legis. l. quidam cùm
filium. J. eod. Bar. in l. hæredes mei. §. cum ita.
ff. ad Trebell. & fa. tex. in l. ſi ita ſtipulatus fue
ro, ſi Titius. & ibi Io. de Imol. in §. i. in fi. J. eo.
Sed aduerte, quia iſta reſponſio non uide-
tur poſſe ſuſtineri, ex quo non probať quòd
ſoluens partē Stichi, præſumatur ſoluere eo
animo quòd uelit etiam ſoluere aliam partē
in eodem Sticho. Nec notata in d. §. cum ita.
faciunt ad propoſitū; quia nos diſputamus de
ratiōe legis, cur lex hoc diſpoſuerit: unde nō
eſt faciendū fundamentū in eo de quo diſpu-
tamus. Et cōtra iſtam ſolut. primo facit, quia
non uideť capienda eſſe iſta præſumptio, ſed
potius contraria, quando ſoluens haberet fa-
cultatem totius Stichi ſoluendi: quia quando
quis habet facultatem faciendi totum, & facit
niſi partem, non præſumitur uelle facere to-
tum. arg. gl. in l. i. §. ſed ſi legi. ff. de his quæ in
teſta. Doct. in l. ſi is qui. ff. de teſta. Iaſ. in l. Sti
chum qui meus erit. in v. col. ff. de lega. i. Se
cundo in cōtrariū facit, quia cùm ſimus in du
bio, interpretatio debuit fieri cōtra ipſum cre
ditorem, ut debitor liberetur pro illa parte. l.
ueteribus. ff. de pact. l. Arrianus. ā. tit. i. Ter
tio facit, quia ſi uerum eſſet quòd creditor in
telligereť acceptare, quia crederet fore ut ſibi
in eadem ſpecie alia pars ſolueretur, iſta acce
ptatio haberet tacitam cōditionē, ſi ſibi in ea-
dem parte ſolueretur: unde reſpectu rei acce
ptatæ non transferreť dominiū. l. qui abſen-
ti. §. i. ā. de acquir. poſſ. & tamen tex. uult con
trarium hîc, dum dicit competere condictio-
nem indebiti, quæ condictiones non compe
tūt niſi tranſlato dominio. §. ſic itaque. Inſtit. de
actionib. Quarto & fortius uidetur urgere,
quia ſi admittamus quòd creditor in caſu no
ſtro ſpontè receperit ſolutionē partis Stichi,
non uidetur quòd bona ſit ratio Iuriſconſ. in
tali caſu, per quam ipſe inducit ne debitor li-
beretur: nam ut dicit text. in d. l. in executiōe.
§. pro parte. ideo debitor nō liberatur, quia ſe
queretur inconueniens, quòd fieret ſolutio
partim in una re, partim in alia, & conſequen
ter creditor nō haberet quòd ſtipulatus eſſet;
& non poteſt debitor facere, ut quod quis ſti-
pulatus eſt, non conſequatur. ita dicit ibi tex.
quæ ratio nō concludit quando creditor par
tem accepit: quia ſibi imputet qui partem ac-
cepit, cùm eam inuitus accipere non cogere-
tur. d. l. tutor. §. Lucius. ff. de uſur. Et confir-
matur hoc ex notatis per Doct. in l. iiij. §. Ca-
to. J. eodem. dum dicunt, †quòd ſtipulatio am- 18
plius non agi eſt diuidua, quia nō poteſt de-
ueniri ad incōueniens, de quo in d. §. pro par-
te. ex quo ſtipulator poteſt repellere agentē
ope exceptionis, & ideo non cogitur habere
partē rei, & partē pœnæ inuitus, ſed tamē uo
lens habebit: & ſic ubi exceptio competit ſti-
pulatori, ſi eam nō oppoſuerit, non procedit
d. §. pro parte. Certè iſtud idem eſt in caſu no
ſtro, ex quo poterat ſtipulator excipere, quia
non cogebatur acceptare partē. Tenendo cō
munē opin. ad d. §. Lucius, nō uideo quomo-
do ſine aliquo cauillo poſsit defendi iſte tex.
quapropter puto ueriorē opinionē eſſe quā
ſuprà tenui, quòd imò creditor cōpelleť etiā
particularē ſolutionē acceptare, ut ſ dixi; un
de in caſu noſtro non poteſt dici quòd credi-
tor uolens acceptauerit, †quia nō uidetur uel 19
le, qui cogi poteſt. l. iiij. J. de reg. iuris. & quod
ſingulariter not. Alex. in l. ſi quis maior. in ij.
not. C. de tranſact. Et ex hoc reſultat ratio ad
text. in d. l. qui hominē. J. de acceptil. ubi text.
uult, quòd ſi debeas mihi decem aut Stichū,
& accepto ferā quinque, eris liberatus reſpectu
illorū quinque: & ſic plus operať ficta ſolutio
quàm uera; nam ratio diuerſitatis eſt, quia in
uera ſolutione creditor illam partē accipiens
non præſumitur conſentire, ut dixi, quod nō
eſt in acceptilatione; †quia nemo poteſt cogi 20
ad accepto ferendum, ex quo acceptilatio eſt
donatio, & nemo cōpellitur ad donandum. l. *a Adde tex. in l. non ignorat. C. de donat.*
nec emere. C. de iur. delib.[a] & iſtud magis pla
cet quàm ratio quam ponūt Doct. in d. §. ſi ta-
men. J. eod. Not. tertio, †quòd ſtipulatio ge 21
neris & alternatiua, ſunt eiuſdem cōditionis.
& procedit iſte text. quo ad ſolutionē, prout
etiam loquitur text. in l. in executione. §. pro
parte. J. eo. & ſa. l. qui hominē. §. i. iuncto §. fin.
J. de ſolut. Adde quòd idem uidetur etiā quo
ad obligationē contrahendam, prout loquiť
text. in l. cum is. §. fi. ff. de cōd. inde. ibi, ſimilis
eſt ei qui hominē aut decem debet. Idem etiā
uidetur quo ad ſtipulationē in eſſe deducen-
dam, prout declaraui in l. i. §. ſed ſi mihi Pam-
philum. in quæſt. Bar. ā. eod alleg. tex. in l. iij.
ff. qui & à quib. manumiſſ. Contra hoc nota-
bile oppo. primo, quia imò quo ad obligatio-
nem contrahendam eſt differentia, ex quo in
contractu alternatiuo utraque ſpecies eſt in ob
ligatione. l. ſi duo. J. eod. ſecus in obligatione
generis. l. cum incertus. ff. de leg. i. Reſponde
quòd imò non eſt differentia, quia tam obli-
gatio generis quàm alternatiua, habet in ſe ta
citam cōditionē. d. l. iij. ut ſi unus nō detur, a-
lius detur, & tam in una quàm in altera nemo
eſt in obligatione præciſe, ſed omnes, prout
fingunt, ſunt in obligatione ſub cōditione ta
cita, ſi alius nō detur, ut J dicam. Nec obſtat
d. l. ſi duo, quia nō admittit illum intellectum
quem

quę dant Doct. cōmuniter, ut ĩ dicam: sequen
do tamen cōmunē opin. habes primā limita-
22 tionē ad d. regulam. †Secūdo oppo. quia si do
minus Pamphili stipulatur sibi Stichum aut
Pamphilum dari, nō tenet obligatio respectu
Pāphili, nec poterit solui, dato quòd interim
exeat de dominio stipulatoris: & tamen secus
est si quis stipuletur hominē in genere. l. qui
decem. §. Stichum aut Pamphilū. ff. de solut.
& iste tex. uidetur de directo cōtrarius textui
in l. Meuius. §. duorum. in fin. ff. de leg. ij. ubi
tex. uult, quòd imò etiā in obligatione gene-
ris Pamphilus nō poterit solui. Doct. cōmu-
niter in dictis iuribus respondent, quòd text.
in d. §. Stichum. procedit de æquitate, alter' de
rigore; quæ respōsio nihil ualet, quia præsup
ponit unā legem corrigi per aliam, ut dicit gl.
in l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de public.
Dubitaui quandoq; ne textus in d. §. Stichū.
esset corruptus uitio scriptorū; quia illa uer-
ba, ui quidem ipsa, non multum congruunt
ad sensum Iurisconsulti; sed pro nunc, nō re-
cedendo à communi litera, dic quòd in casu d. §.
Stichum. differentia est inter promissionē al
ternatiuam, uel hominis in genere; quia in al
ternatiua, si tu promittas mihi Stichum aut
Pamphilum, nō ualet stipulatio in Pamphi-
lo, quia nemo potest rem suam stipulari sibi
dari. l. nemo rem. l. existimo. ĵ. eod. unde iste
qui ita stipulaẽ, uidetur stipulari purè, & sic si
bi dari solū Stichum, unde cōsideraẽ tempus
contractus, sed in stipulatione generis nō ui-
detur stipulator habuisse affectionē magis ad
unum quàm ad alium, nec plus de una specie
egisse quàm de alia, unde poterit sibi solui ser
uus, qui aliàs fuisset in dominio ipsius stipula
toris: quia stipulans hominem in genere, ui-
detur considerasse tempus solutionis, ex quo
tunc incipit certificari per electionem debito
ris. Vel potest quis stipulari rem suam sibi da
ri casu quo amplius sua non sit. d. l. existimo.
& hoc est quod dicit text. loquens de alterna
tiuis, in d. l. si duo. ĵ. eod. ibi, quia utraque res
ad obligationem ponitur, nō ad solutionem:
in alternatiua enim uideẽ habitus respectus
etiam ad tempus contractus seu obligatio-
nis: sed in stipulatione generis est secus. Nec
per hoc sequitur, ut dicunt Doct. quòd ma-
gis in alternatiua utrunq; sit in obligatione,
quàm in stipulatione generis singula corpo-
ra in genere considerata. Nec huic declaratio
ni obstat text. in d. §. duorum. quia text. ibi di
cit, nō posse eundem hominē solui à duobus
promissoribus hominis in genere ex causa lu
cratiua: & ratio est, quia duæ causæ lucratiuę
non possunt simul concurrere; & ibi dicitur.
Tex. uerò in d. §. Stichū. nō loquitur in tali ca
su, sed quādo obstat regula, ꝙ quis rem suam
sibi dari stipulari non potest, quo casu distin-
guitur ut ibi. & sic habes secundā limit. ad d.
23 not. †Tertio oppo. de l. si unus. §. sed si stipula
tus. cum seq. ff. de pactis; ubi pactum de non
petendo super una ex rebus alternatiuè debi
tus, porrigitur ad aliam; sed interpositū super
una re præcedente obligatione in genere, nō
porrigitur ad aliam rem. Responde, quòd in
alternatiuis nemo est in obligatione præcise,
ut ā dixi: unde si paciscar de non petendo Sti
chum, tale pactū trahitur ad aliam partē alter
natiuæ, quia aliàs si possem petere illam par-
tem, sequeretur quòd deberetur præcise: nec
intentio paciscentiū fuit facere de obligatio-
ne alternatiua obligationem præcisam, unde
in tali casu pactum de non petendo idem ope
ratur quòd ipsa solutio unius speciei. Sed in
obligatione in genere aliud est: quia quam-
uis non possim petere Stichū, potero tamen
petere alios homines in genere, nec per hoc
obligatio redditur præcisa. Et consequenter
infero, quòd si tu deberes mihi tres species al
ternatiuè, puta Stichū, aut Pamphilum, aut
Semprotuiū, si paciscerer de non petendo Sti
cho, tale pactū nō extingueret debitū de alijs
speciebus, quia tūc idem esset q̄d in obligatio
ne generis: nec in tali casu pactū de nō peten-
do æquiparaẽ solutioni uel acceptilationi. &
sic habetis tertiam fallentiā. †Quarto oppo. 24
nam una ex rebus alternatiuè debitis oblata,
post eius interitū debitor ipso iure liberatur.
l. stipulatus sum Damā. ĵ. eo. & tamen in obli
gatione generis uno oblato non liberatur de
bitor ipso iure, sed ope exceptiōis. l. huiusmo
di. §. si cui homo. ff. de leg. i. Bar. & cōmuniter
Doct. in d. l. stipulatus sum Damā. dicunt nō
esse differentiā inter istos casus, nisi quando
promissor rei debitę alternatiuè, reseruauit si
bi expresse electionem per futurū subiuncti-
ui, ita quòd non potest amplius uariare; & in
tali casu per oblationem liberatur ipso iure,
aliàs stat firma regula: & sic liberabitur pro-
missor tantūmodo ope exceptionis in alijs ca
sibus, siue obligatio sit alternatiua, siue gene-
ris. Ista solut. cauillat ad text. in d. l. stipulatus
sum Damā. quia ibi nihil diciẽ ꝙ ista reserua-
tio esset facta per futurū subiūctiui: unde ma
gis placet solutio Raph. in d. §. si cui homo. ꝙ
imò semper iste offerens liberetur ipso iure,
tam in obligatione alternatiua, quàm gene-
ris; & text. in d. §. si cui homo. loquitur de ex-
ceptione intentionis & facti, non iuris. Te-
nendo tamen cōmunem intellectum ad d. l.
stipulatus. haberes quartam differentiam seu
limitationē ad istam regulam. †Quinto op- 25
ponitur, quia acceptilatio interposita super
parte rei alternatiuè promissę, trahitur ad par
tem alterius. l. si hominem. ff. de accepr. & ta-
men acceptilatio super parte rei promissæ in
genere non ualet, ut declarat Aret. in d. §. si ta
men hominē. ĵ. ead. l. unde ex hoc colligereẽ
quinta limitatio. Sed quicq̄d dicat Aret. quā-
tum sit ad hoc nō uideẽ differētia de una obli-
gatione ad aliā, unde standū est regulæ: & cō-
tra Aret. tenet Ias. in d. §. si tamē. & ibi dicam.
†Sexto opp. de l. si nō sortē. §. fin. ff. de cond. 26
indeb. ubi si soluatur pars rei alternatiuè de-
bitæ, nō competit repetitio incōtinenti, & ta
men secus uidetur in obligatione in genere,
per istum tex. & sic haberes sextam fallentiā.

ſecundum Iaſ. hic in gl. in uerb. repeti. in fin. & ibi dicam poſt alios, quia opinio Iaſ. uidet̃ contra iſtum text. Alia notabilia ex iſto text. uidere per moder.

In gl. in uerb. & harum. In prima parte iſta gloſſa colligit etiam ex tex. quòd quædam facta ſunt diuidua, & enumerat aliquos caſus. Sed aduerte, quia iſta ſolutio ad text. licet teneatur per Bart. & alios, non uidet̃ uera: quia cùm Iuriſconſul. hîc procedat diſtinguendo per uiam regulæ, nõ eſt ueriſimile quòd conſiderauerit iſtos caſus ſpeciales, arg. l. iiij. in ij. reſponſ. ff. de fideicõmiſſ. liber. Nec eſt ueriſimile quòd habuerit reſpectum ad caſus ſpeciales quando facta ſunt diuidua, & nõ ad caſus ſpeciales quando obligatio dandi eſt indiuidua, prout ſuprà enumeraui plores caſus; uode puto uerius quòd Iuriſconſultus in iſto §. uſq; ad §. item ſi in facto, non loquat̃ niſi de ſtipulationib. dandi, & in §. item ſi in facto. uſq; ad §. fin. loquatur in obligationib. faciendi: quod apparet ex uerbis tex. nam uſq; ad d. §. itẽ ſi in facto, ſemper utitur uerbo dandi. Nec obſtat ratio gl. & Bart. dum dicunt, ꝙ Iuriſconſultus utendo iſtis uerbis, & harum omniũ &c. uidetur præſupponere quòd aliqua ſint facta diuidua: quia reſpondeo quòd debent ſingula ſingulis cõgrue adaptari, prout in ſimili dicit gl. in §. quiſquis. in auth. qui. mod. nat. effi. legi. & ſic cùm primo dixerit ſtipulationũ alias eſſe in dando, alias in faciendo, ſubdendo, & harum omtuiũ, intellige, ſtipulationũ quæ ſunt in dando: quia aliam partem diuiſionis proſequitur in §. item ſi in fa-
27 cto.†Pro quo facit illa dictio, item, quę arguit dependenoam à præcedentibus, in re tamen diuerſa. per tex. in §. item lapilli. ubi gl. Inſtit. de rer. diuiſ. & Bart. in l. in recipiendis. ff. de leganis tertio.

28 Ex ſecunda parte gl. not.†quòd ſtipulatio operarũ eſt diuidua, per tex. in l. in ſtipulationibus. §. operarũ. in fin. j. eod. Solutiones gl. cõmuniter nõ tenent̃: ſed Doct. diſtinguunt, quòd ſtipulatio operarũ numero diuidit̃, ſed una opera eſt indiuidua. Aduerte primo circa primã concluſionẽ, quia non uidet̃ uerum quòd operæ poſsint diuidi numero, nec eſſet differẽtia inter unam operam & plures: nam una opera ſecundũ Doct. eſt indiuidua, quia nõ poteſt qui tenetur hodie ad unam operã, mihi ſeruire hodie per medium diem, & cras per alium mediũ diem, ex quo una opera unius diei eſt diuerſa ab opera alterius diei, ſecundum diſpoſitionẽ corporũ, ut dicit text. in l. ſi noo ſortem. §. libertus. ff. de cond. inde. certè iſta ratio militat etiam in pluribus operis. Pone quòd tu mihi promiſeris triginta operas, incipiendo ab hodie uſq; ad finem: certè iſta promiſsio debet eadem ratione dici indiuidua: & cõſequenter ſi ſoluas quindecim, deinde mora medij tẽporis facta facias alias quindecim, nõ deberes eſſe liberatus. Præterea cõtra cõmunem opin. etiam adduco tex. in l. i. §. ſi uſusfructus. in fi. ff. ad l. falcid. ubi legatis ſerui operis non fit diuiſio neq; per numerum, quia pars operæ intelligi nõ poteſt. & ille text. uidetur urgere contra cõmunem: quia ſi operæ eſſent diuiduæ per numerũ, in caſu illius §. hæres deberet retinere quartam partem operarũ per l. falcidiam, & tamẽ text. dicit contrariũ: quia imò debent reduci ad æſtimationẽ, ſicut de alijs rebus in totũ indiuiduis. Secundo aduerte ad aliam concluſionem, dum dicunt quòd una opera eſt indiuidua: quia in cootrariũ urget text. alleg. in gl. in d. §. operarũ. ibi neceſſe eſt utriq; dominorum partem operę petere, & intelligere illum tex. prout facit Bar. in l. ſtipulationes non diuid. in ix. oppo. & Doct. hîc & ibi cõmuniter, ut intelligamus partẽ operæ, id eſt, partẽ æſtimationis operę, eſt expreſſa uiolentia quæ fit ad illum tex. imò uidetur quòd hęc expoſitio ſit contra literam, dum ſubdit, Solutio autem eſt expeditiſsima, ſed æſtimationẽ operę &c. nam per illam dictionẽ, autẽ, oſtendit̃ quòd in uerſ. præcedenti Iuriſconſultus nõ loquit̃ de petitoone æſtimationis operæ, ex quo illa dictio ſtat aduerſatiuè. l. hoc amplius. §. de his autẽ. ff. de dam. infe. nec Iureconſul. ibi loquitur de promiſsiooe operæ cui ſit ſtatuta dies, & conſequenter lapſa die quando opera eſt præterita, qoo caſu ſuccedit obligatio ad æſtimationẽ. d. l. ſi quando. ſed loquitur à principio, quãdo promiſſa eſt opera in genere, quę adhuc nõ eſt præterita. quid tenendum? Nõ recedendo à cõmunibus, adhæreo prædictis concluſionibus; & pro reſolutione cõtrariorum fac primã concluſionẽ, †ut ſtipulatio u- 29
nius operæ ſit regulariter indiuidua. d. l. libertus. d. l. iij. & d. l. ſtipulationes non diuid. cum ſimil. Fallit primo, quando opera iam eſt debita, & lapſus eſt dies quo debuit fieri: quia tunc debetur æſtimatio, quæ eſt diuidua. d. l. ſi quando. ff. de oper. lib. & d. l. ſtipulationes. uerſ. Celſus. Fallit ſecuodo quo ad cõmoditatem; unde ſi duo, quibus debeatur opera, cõcordent quòd debitor præſtet illam operam in aliqua re cõmuni eodem tempore, dicetur diuiſa opera reſpectu cõmoditatis. d. §. operarum. in ultimis uerbis. Fallit tertio quo ad liberationẽ conſequendam uolente creditore; unde ſi tu debeas mihi operam, & ſum cõtentus quòd hodie opereris uſq; ad dimidiũ diem, & cras etiam ad dimidiom, eris liberatus, nõ tamen per hoc quòd opera cenſeatur dioiſa, uel quod cenſearis mihi ſoluiſſe operã debitam, ſed potius, quia ſoluens aliud pro alio uolente creditore liberat̃. l. ij. §. i. ff. ſi cer. pet. & ita eſt de mente Bart. in d. l. ſtipulationes. in ix. oppoſ. Fallit quarto, quando tacitè uſq; à principio uidetur actum quòd poſſit ſolui dimidia opera: ueluti ſi libertus duobus patronis uel ſeruo cõmuni duorum dominorũ unam operam promiſerit, cùm iſta opera ſit præſtanda ex cõmodo patronorũ. l. quotiens. in fi. ff. de ope. liber. uidetur actum quòd quilibet poſſit petere partem operę, ex quo una nõ poteſt inſolidũ præſtari duobus,

ita

ita intelligo tex. in d. §. operarũ. & iste intellectus est de mente gl. hic. Nec obst. fundamẽtum Bart. quòd etiam uolente creditore opera nõ potest diuidi: pro quo facit text. in d. l. libertus. ibi, nec promitti, nec solui, nec peti, nec deberi opera pro parte potest, quia respõdeo, quòd opera est diurnũ officiũ, & istud nomen habet à iure: quia aliàs opera est nomen ualde generale: sed quantum sit in iure, habet statutos ac certos fines. d. l. iij. de oper. lib. unde nõ possunt cõtrahentes eos alterare uel diuidere. & ita procedit d. l. libertus. Sed si contrahentes à principio tacitè uel expresse agãt ꝙ opera debita possit solui pro parte, ualet cõuentio, & poterit pro parte peti, & pro parte solui: sed nõ diceť per hoc diuisa opera, quia quantũ sit ad debitorẽ, erit integra opera, quoniam tenebiť operari per integrũ diem: sed respectu creditorũ erit diuidua, propter cõmoditatẽ. Vnde in casu d. §. operarũ. dum dicit tex. quòd necesse erit utriq; dominorũ partẽ operæ petere, nõ intellige ꝙ unus possit petere ut libertus tali die operetur sibi usq; ad sex horas, alter alia die: sed debebunt conuenire qua die sibi uelint præstari operã, & libertus operabitur per dimidiũ temporis in agro unius, & per dimidium in agro alterius. fa. l. hæ operæ. §. patroni. ff. de oper. liber. Secunda
30 conclusio sit, †quòd stipulatio plurium operarum est diuidua numero. d. §. operarũ. in pri. d. l. libertus. in fi. & facit, quia regulariter stipulatio cõtinẽs plura facta, est diuidua respectu singulorũ factorũ, ut dicit hic Alex. Fall. primo in casu d. l. i. §. si usufructus. ubi legatis operis serui, hęres nõ deducit falcidiam in ipsis operis, ut de singulis quibusq; quatuor operis hæres sibi retineat unã, sed recipit æstimationem, sicut fit in legatis penitus indiuiduis. Ratio est, quia à principio incertum est quantus futurus sit numerus ipsarum operarum, unde nõ poterunt diuidi numero. Nec debuit cõpelli hæres ad expectandũ tempus quo certificareň, quia hæres nõ cogitur expectare, sed potest incõtinenti recipere falcidiam suã. l. i. in prin. in uers. dum ita detur legatum. & l. hæreditatũ. ff. ad l. falcid. & fa. l. linea. eo. tit. ubi falcidia resecat ipso iure, & incõtinenti quæriť ius hæredi. & ita intelligo illum tex. cogita tamẽ, quia nec ista solutio caret difficultate. Fall. secundo, quãdo esset statuta certa dies istis operis: nam tunc nõ fit diuisio, quia uideň præcise cõsiderati dies, ex quo differt opera facta in una die, ab opera facta in alia. d. l. si nõ sortem. §. libertus. Sed tamen aduertendum est ad istam limitationẽ: quia ista ratio nõ infert, ꝙ ideo operæ sint indiuiduæ, quia una distat ab alia: sed bene infert, si opera non sit facta in die statuta, quòd amplius pręstari nõ possit, quia nõ præstaretur eadem: & istud puto uerius.

Gl. in uerb. præstationẽ. Declara gl. quomodo stipulatio dandi dicatur diuidua, & in quantũ subaudit ad tex. ut talis obligatio recipiat præstationẽ partis uolente creditore, per text. in l. tutor. §. Lucius. ff. de usur. dic ꝙ ista subauditio nõ est necessaria, ut ꝫ dixi in primo not. Sed hic cõtingit dubitari, †quæ sit ra- 31
tio ꝙ obligatio dandi sit diuidua. & Alber. de Ros. & Paul. Cast. hic dicũt, quòd ratio est, ꝗa dare, est dñium transferre. §. sic itaq;. Instit. de act. dñium autẽ recipit diuisionẽ, quia dñs diciť etiã qui pro parte dñs est. l. i. §. dñi. ff. ad Syll. l. pupillus. §. fi. ſ. de uerb. sig. Sed Bart. in l. stipulationes nõ diui. in viij. oppos. uidetur sentire aliter, uidelicet ꝙ obligatio dandi est diuidua: quia si quis dedit partẽ, liberať pro illa parte, ex quo cessat incõueniens. §. pro parte, quia poterit debitor cõpelli ad soluendum altã partẽ præcise, ꝗd nõ est in obligatione facti. l. si seruũ. §. fi. ſ. eo. Sed cõtra istam rationẽ Bar. facit, quia sequereť quòd in casib. in quibus in obligatione dandi fit condemnatio ad interesse, puta in cõtractib. innominatis, iuxta l. naturalis. §. i. ff. de præscri. uerb. talis obligatio esset indiuidua, ꝗd est cõtra generalitatem nostri text. Puto utrãq; rationẽ esse uerã: & ratio Alb. de Ros. cõcludit, quòd obligatio dandi est diuidua cõtractu & petitione: ratio Bar. cõcludit, quòd est etiã diuidua solutiõe: & sic puto utranq; esse iungendã. Nec obstat arg. d. l. naturalis. quia potest dici, quòd in cõtractibus innominatis, licet succedat obligatio ad interesse, istud procedit quando nulla pars speciei promissæ datur: alioquin si pars sit data, deberet posse cogi debitor ad soluendum aliam partẽ in eadem specie, ut euitetur illud incõueniens, & pro hoc fa. ꝗd not. Aret. in §. seq. in i. col. dum uult post Paul. de Cast. ꝙ ubi soluens partẽ speciei nõ habet facultatem uariandi, puta quia libereť respectu partis solutæ, cogitur soluere aliam partẽ in eadem specie, quia uidetur usq; à principio illã elegisse. Potes etiam dicere, quòd inuitus creditor nõ cogetur in tali casu accipere interesse, ex quo competit sibi cõdictio ob causam, ad repetendum data. d. §. i. & l. i. ff. de rer. permut. Et in quantũ gl. dicit, quòd ista obligatio diuiditur inter hæredes, per legem XII. tabul. pro hæreditarijs portionib. l. i. C. si cert. pet. & l. ij. C. ut actio. ab hæred. cum simil. ex hoc primò infertur, †quòd si unus ex hæredi- 32
bus creditoris exigat partẽ suam à debitore, qui postea efficiatur nõ soluendo, nõ tenebitur conferre illam partem cum suis cohæredibus: quia sibi imputent qui fuerũt negligentes, cum facta sit diuisio per legẽ, ut in text. in l. fin. C. depos. Secundo infertur, quòd † si unus ex hęredibus debitoris efficiatur nõ soluendo, alij cohæredes nõ poterunt conueniri pro portione illius. l. legatorũ. ff. de lega. ij. Ang. consil. ccxxx. in ij. dubio. Istud tamen limitatur nõ procedere in foro canonico, per tex. in c. tua. ubi Hostieñ. extra de usur. unde uno hęrede nõ existente soluendo, tenebitur alijs exonerare conscientiam defuncti. & ita tenet Pet. de Anch. in regula, peccatũ. in penult. char. de reg. iur. in vi. refert & sequiť Aret. Contrariũ tenent moder. hic, quia isti co-

hæredes nõ teneñ ultra portiones hæreditarias, nec obligatione ciuili, nec naturali: ergo non tenentur in foro conscientiæ, ut not. Innoc. & Canonistę in c. quia pleriq;. de immu. eccles. sed tamẽ in practica nõ puto recedendum ab opin. Hostieñ. & Anch. quæ uidetur magis cõmunis, & satis potest probari in d. c. tua, ubi filij sunt ad restituendũ usuras cogendi, sicut parẽtes, si uiuerent: & sic lex obligat istos hæredes, licet nõ respiciat ad portiones hæreditarias, ut declarat Anch. in d. regula, peccatũ. Et istud intellige sanè, ut procedat fauore speciali, pro exonerando conscientiã ipsius defuncti: unde quãdo cõscientia nõ exoneraretur, secus esset, puta in usurario, qui nõ mandauit usuras restitui: nam talis incõtinẽti est damnatus, nec est sperandum de salute sua. c. quia in omnib. extra de usur. Idem esset in eo qui pendente cõditione debiti moreretur: nam ꝗ̃uis nõ soluañ integrè creditori per hæredem, ipse nõ erit in aliquo periculo salutis æternæ, ex quo nõ fuit unquam in mora [a].

[a] Adde qđ idem fortè esset pendente die: item etiam quando esset cõsultum creditori aliquo remedio, puta actiõe hypothecaria cõtra tertios bonorũ possessores, in quos ps illius hæredit, qui postea effectus fuit nõ soluendo, est alienata.

34 Item istud intellige, †ut tamen hæredes nõ teneantur ultra uires hæreditarias, ut est tex. in c. in literis. de rapt. ibi, iuxta facultates suas cõdignè satisfaciat. Et pro ista opi. cõmuni etiã facit, quia regulariter teneñ hæres ad exonerandam conscientiã defuncti. c. fin. de sepul. c. à uobis. ij. de sent. excõ. Abb. & Doct. in c. ij. de præscript. licet de iure ciuili nõ teneretñ, nisi quatenus ad eum peruenisset ex delicto eius. l. i. C. ne ex delic. defun. Tertio infertñ, ꝙ cùm lex XII. tabul. diuidat obligationẽ dandi in hæredes, sequiñ quòd hæredes non repræsentent personã defuncti, nisi pro rata respectu portionũ hæreditariarũ, in cæteris uerò habeanñ pro extraneis. l. cũ à matre. C. de rei uend. gl. in l. ij. in fi. in gl. mag. ff. de præt. stip. Et propterea dicit Bart. in l. cõtinuus. §. fin. J. eo. quòd ratio cur in obligatiõib. dandi quis nõ possit uni ex hæredib. acquirere, secus in obligationib. faciendi, est ista: quia cùm obligatio diuidatur per legẽ XII. tabul. nõ potest aliquis in totũ per stipulationẽ acquirere uni ex hæredibus: quia sequereñ quòd extraneo acquireret, cùm unus ex hæredibus, præterq̃ respectu portionis hæreditariæ, reputeñ pro extraneo. Quarto inferñ, quia cùm lex XII tabul. diuidat obligationem dandi tam actiuè quàm passiuè, sequitur quòd eadem sit obligatio qua tenebatur defunctus, cum illa qua teneñ hæredes: quia aliàs nõ diceretñ lex diuisisse, sed nouã induxisse. Cyn. & Salic. in l. pacto successorũ. C. de pact. dicũt quòd nõ est eadẽ uerè, sed fictè: nõ enim potest esse eadẽ uerè, quia obligatio ita inhæret ossibus, ꝙ nõ potest separari. gl. in l. quis ergo. ff. de pecu. Contrariũ & melius tenet Bal. in auth. defuncto. in ij. col. C. ad Tertull. quæ opi. probañ in isto tex. dum diciñ istam obligationẽ recipere diuisionẽ partium: q̃d intelligit gl. in persona hæredũ pro rata: & sic tex. loquiñ de eadẽ obligatione: & istud est de mente Bart. & Doct. hic, & in d. l. cõtinuus. §. fi. Istud tamẽ limitañ, quando cõtrahens fecit expressam mentionẽ hæredis: quia ex illo cõtractu uideñ acquisita hæredi noua obligatio, nõ autẽ transfusa, ut dicit Imol. in d. §. fin. Est subtilis quæstio, de qua dicam in §. Cato. in vi. q. Bart. J. eod.

In gl. i. uers. uiam. †Nunquid qui stipulatur uiam, dicatur stipularitus uel factum? 35 Debent iuuenes pro intelligentia terminorũ scire, ꝙ quãdo aliquis debet dare rem corporalem, eam dando mediante traditione liberañ. l. traditionib. C. de pact. Sed quando quis debet dare aliquod ius, puta uiã uel iter, per simplicẽ cõstitutionẽ seruitutis nõ liberañ, nisi accedat patientia, quia debitor cõstituat seruitutem, & patiatur creditorẽ ea uti: quia cùm traditio nõ possit procedere in rebus incorporalibus, eius loco successit patientia, ut est text. in l. quotiẽs. ult. ff. de seruit. & declarat Aret. in l. quod meo. in quæstionib. Bart. ff. de acq. possess. In proposito ergo, si tu deberes mihi uiam, ante pręstitam patientiã nõ diceris esse liberatus, nec diceris dedisse uiam, & consequenter non cõpeteret creditori aliqua actio realis, sed personalis tantũ, per quã cõpelleris ad constituendũ uiam, & ad præstandum usum seu patientiã: & ista actio nõ præscriberetur nisi longissimo tempore. l. si partem. ff. quemad. seru. amit. licet aliæ actiones quę cõpeterent seruitute iam cõstituta, tollereñ decem uel uiginti annis, ut not. in l. corruptionem. C. de usufr. Et sic pro intelligentia sciendum est, †debitorẽ uiæ teneri ad duplicem patientiã. 36 Prima est, ut quãdo constituiñ uia, nõ dicañ perfectè cõstituta, nisi ubi debitor permisit creditori, ut utereñ seruitute saltem per unicũ actum: nam tunc dicetur plenè constituta d. l. quotiens. Idem si permisit ut faceret præambula ad talem usum: uerbi gratia, si cũ deberes mihi seruitutẽ ducendæ aquæ de fonte tuo in fontẽ meũ, si præstitisti patientiã faciendi riuum seu cauum per quod aquam ducerem, diceris cõstituisse seruitutẽ. d. l. si partem. in prin. quẽ text. ad hoc not. Aret. in d. l. quod meo. licet aquã deinde nõ duxerim. Si ergo aliqs debitor seruitutis ex stipulatu non constituat seruitutẽ, uel cõstituat inducendo me in fundũ, sed nõ patiendo me uti, nõ diceñ trãstulisse ius aliquod, quia nõ tradidit, unde agam cõtra eum actione ex stipulatu, ex quo promisit mihi seruitutẽ, & nõ dedit: quia non diciñ dedisse, nec aliquod ius reale trãstulisse, nisi saltem secuto isto primo usu, ut declarat hic Paul. Cast. & fa. tex. in l. iij. §. reddita. ff. cõmod. & in l. Iulianus. §. qui fundũ. J. eo. Secunda patiẽtia est, quæ debeñ ubi seruitus iam est cõstituta, & ius translatũ: puta cùm deberes mihi uiam ex stipulatu, cõstituisti eam & permisisti me uti, certè per hos actus trãslatũ est ius in me: deinde me turbas, & nõ pateris amplius quòd utar, quomodo mihi succurretur? Et clarũ est in tali casu, si me turbas, quia neges seruitutem mihi competere, potero agere confessoria actione. §. æquè. Instit. de actionibus, & potero cogere te ut caueas ne infu-

in futurū molester.l.harum.& l.egi.ff.si seru.
uend.quæ remedia cōpetunt etiā cōtra quēli
bet extraneū turbantem.l.si quis diuturno.ff.
si seruit.uend. Si uerò me simpliciter turbas,
quia asseris etiā te possidere, cōpetit interdi-
ctum uti possidetis.d.l.quotiēs.& ibi gl. Sed
nunquid potero agere ex stipulatu, quando
ꝑmissor qui iam cōstituit, me turbat, nec præ
stat patientiā?Et in isto casu stat quæstio Dd.
hîc:quia ubi ius à principio fuit in me transla
tum per constitutionē uię & primā patientiā,
uidetur quòd promissor fuerit liberatus ab il
la stipulatione;& resolutio huius difficultatis
pendet ex ueritate quæstionis tactæ hîc per
37 Doct. Istis sic præmissis dicit gl.†quòd qui
promittit uiā, dicitur promittere factū, quia
tenetur præstare patientiam. Et ista gl.potest
38 habere duplicem intellectū.†Primo, ut intel-
ligatur de patientia quæ requiritur ad hoc ut
transferatur ius,& sic de prima patiētia.& ita
eam declarat Aret. Secundo, ut intelligaꝣ de
ea quæ requiritur ex post facto, ubi ius iam
fuit translatū.& ita intelligit Socin.& alij mo
der.sed Bart. & Doct.an nqui si bene uidean
tur intelligunt de utraqꝫ:& ita etiam intelligit
Bart. in l. si usufructus mihi in bienniū. ff.de
usuf.leg. In proposita igitur quæstione con-
cludit Bart.post gl. & est cōmunis opinio, ut
dicunt moder. quòd ille qui stipulatur uiam,
dicitur stipulari dationem & factum: tenebi-
tur enim promissor ad constituendum ius,&
sic ad dandum: item ad præstandam cōtinuā
patientiam, & sic ad factum. & pro hac con-
clusione allegatur primo tex. in l.iij.§.dare.ff.
de usufr.de quo] dicam. & facit l.fin. iuncta
gl.ff.cōmun præd.in uerbo, dare, facere. Se-
cundo allegatur tex.in l.qui usumfructū.§.si.
ff.de usuf. ubi debitor usus fructus cōdemna
tur ad interesse, ergo est obligatus ad factū.
d.l.si stipulationes.uers.Celsus. Tertio addu
citur, quia pro usufructu datur actio incerti,
& etiā pro alijs seruitutibus.l.ubi autē.§.fun-
di.].eod.l.sed si me putem. §.fin.ff.de cond.in
deb.& l.loci.§.si fundus.ff.si seruit.uend. alle
gata hîc in gl. ergo non est obligatio dandi,
quæ est certa.d.l.ubi autem.in prin. Quarto
adducitꝣ, quia in legatis hæres damnatus uen
dere uel locare, tenetur actione ex testamen-
to ad patientiam. l.si hæres testamento. ff.de
actio.emp. Idem est in contractibus.l.ex con
ducto.& l.si quis domum. ff.loca. ergo idem
debemus dicere in promissore seruitutis, qui
debet teneri ad patientiā, actione ex eo cōtra
ctu. Quinto pro ista opinione uideꝣ text. quē
allegat hîc Rom. & moder.in l.ratio.§.si iter.
ff.de act.empt. ubi debitor seruitutis nō libe-
ratur tradendo, sed compelliꝣ actione ex con
tractu ad cauendum de præstanda patientia.
39 †Sed his nō obstantibus, puto contrariā opi-
nionem esse ueriorē, uidelicet quòd promit-
tens seruitutē dicaꝣ simpliciter obligatus ad
dandum:& licet teneatur præstare patientiā,
quæ succedit loco traditionis, tamen istud ue
nit in consequentiā; unde factum quod indu
citur propter dationem, censetur tanq̃ datio:
l.naturalis.§.& si quidem. ff.de præscri.uerb.
& consequenter non poterit agi ex stipulatu
cōtra turbantē & nō patientem frui seruitu-
te constituta.& istam opin.tenuit Petr.Dyn.
Rayn.Alb.de Ros.Christoph.de Castill.Ra
phaël Com.Pet.de Besu.Iacob.de Put.Paul.
de Cast. Aret. & moderniores Taurinenses
hîc.Idem tenet Bart. sibi contrarius in repeti
tione l.si is qui pro emptore.in iij.quæst.prin
cipali, circa med. ff. de usucap. & idem sentit
in l.stipulationes nō diuid.in iiij.quæst.prin-
cipali.& idem tenet Iacob.Pet.Cyn.Albe.de
Ros.in d.l.emptionem,& in d.l.ubi autem.§.
fin.].eod. & si enumeremus istas autoritates,
redditur dubium quæ sit magis cōmunis. Et
obmittendo leuia, pro ista parte induciꝣ pri-
mo efficax ratio;†nam idem operatur præsta 40
tio patientiæ in incorporalibus, quod tradi-
tio in corporalib.d.l.quotiens.ult.de serui.&
l.sed si ego.§.i.ff.de public.sed traditio non fa
cit quòd obligatio dandi per hoc dicaꝣ esse fa
cti.d.l.ubi autē. §.si. & gl.in l.certi condictio.
in prin.in uerb.certū.ff.si cer.pet. ergo idem
dicendū est de patiētia. Nec placet si diceres
ex mente Soci.hîc, quòd arg. procederet de il
la prima patientia, quæ requiriꝣ ad hoc ut di-
catur quis habere ius in seruitute constituta,
nō autē de patiētia quæ requiriꝣ post ius quæ
situm: quia ista respōsio est cōtra gl.hîc, & e-
tiam cōtra Bar.dum allegat d.§.dare. qui tex.
propriè loquitur de patientia quę requiriꝣ in
ipsa seruitute cōstituenda, ut] dicā.†Secundo 41
pro ista parte urget tex.in l.i.in fi.ff.de seruit.
rust.præd. ubi patientia præstaꝣ officio iudi-
cis, ergo uenit in consequentiā, nō autē tanq̃
debeaꝣ ex stipulatione, Nec responsio Bart.
hîc satisfacit, dum dicit q̃d tex. loquiꝣ quādo
seruitus iam est cōstituta, & agiꝣ confessoria,
& sic actione reali. Nam ista responsio primo
est cōtra generalitatē illius l.quæ loquiꝣ, quo
tiescunqꝫ agatur ad seruitutē, & sic siue reali,
siue personali:& indistinctè uult ꝙ traditio et
patientia ueniant officio iudicis. Et quòd lo-
quatur etiā quando agitur actione personali
ut seruitus constituaꝣ, suadeꝣ hoc primo per
uerbū, traditio: nam si iam esset cōstituta, nō
amplius erat facienda traditio. Et licet Alex.
Ias.& Soci.respōdeāt ꝙ potest intelligi de tra
ditione tuenda seruitutis iam cōstitutę, per l.
si ego.§.i.ff.de public.tamē ista respōsio cauil
lat text. qui expresse uult ꝙ officiū iudicis in-
duciꝣ à traditione: & sic ut traditio fiat, datur
officiū iudicis: secus est in d.§.i.ubi text.dicit
quòd traditio defendaꝣ, nō autem inducatur.
Et aliæ responsiones Soci. etiam plus restrin
gunt text. Item suadetur alia ratione: nam in
actionib.realibus restitutio fit officio iudicis
mercenario deseruiente actioni intentatæ. l.
officiū.& l.nō solum.ubi Bar. ff.de rei uend.
Bar.& Doct.in l.naturaliter.§.nihil cōmune.
in v.lect.ff.de acq.poss. In personalibus uerò
traditio fit officio iudicis nobili. l.si intra. ubi
Bar. & Doct.ff.de re iud. Vnde dum text. in

d.l.i. dicat cōpetere officiū iudicis, in dubio
intelligemus de nobili.l.i. ff. de iurisd. om. iud.
& facit regula l. i. ff. si ager uect. uel emphyt.
& sic text. intelligetur quando agitur actione
42 personali. †Tertio principaliter cōtra Bart.
adducitur: quia si obligatus ad seruitutem re-
spectu patientiæ teneretur ad factum, ex na-
tura obligationis sequeretur, quòd si deberes
mihi seruitutē, morte tua extingueretur obliga
tio quatenus cōcernit factū, & deberetur noua
seruitus per hæredem, nō autē eadem. l. si nō
sortem. §. libertus. ff. de cond. ind. & per Bar.
in §. Cato. in vi. q. l. eod. & tamen istud est fal-
43 sum. l. penul. ff. de seruit. leg. †Quarto & for
tius dico contra Bart. urgere tex. in d. §. dare.
licet Doct. dicant ibi esse casum pro Bar. Pro
bo quòd est totum cōtrariū. Ibi dicitur, quòd
dare intelligitur, qui patitur legatariū frui: & sic
appellatione dationis ibi uenit patientia. aut
ergo uolumus dicere quòd patientia requira
tur principaliter, & istud est imposibile: qa
factum consideratū principaliter, est quid di
uersissimū à datione. §. sic itaq;. Instit. de act.
Necessariū ergo est dicere, quòd ueniat illa
patientia in cōtractū accessoria dationi: nam
tunc dare etiam dicitur qui principaliter dat,
licet in consequentiā ueniat aliquod factum.
l. quod seruus. ff. de cond. & dem. & dixi ā in
44 prin. huius l. †Quinto inducitur iste text. te
nendo quod usq; ad §. item si in facto. Iuriscō
sultus tantū loquatur in stipulationib. in qui-
bus uertatur datio, prout ā tenui; & faciūt o-
mnia iura dicentia, quòd promissor seruitu-
tis tenetur dare. l. si unus ex socijs. §. fin. ff. de
seruit. rust. præd. l. cum usus fructus. ff. quem
ad. usufr. amitt. nam aliter Iurisconsultus es-
set diminutus, si in tali obligatione etiam es-
set factū. Et tenendo hāc opinionē gl. & Bar.
potest responderi ad fundamenta inducta in
contrarium. Et primo non obstat d. §. dare. in
d. l. iij. quia, ut ā dixi, probatur ibi opinio con
traria, si beneponderetur, ex quo illa patien-
tia uenit in consequentiam, sicut traditio re-
rum corporaliū in consequentiam dationis:
unde sicut si debeo dare Stichū, eum dando
& tradendo liberor, ita debens uiā liberatur cō
stituendo & permittendo primò eum uti: nec
reperitur iure cautū quòd iste promissor nō di-
catur trāsferre plenū ius, nisi semper præstet
patientiā: & propriè tex. in d. §. dare. loquitur
de ista prima patiētia, ut etiā declarat Paul. de
Cast. & ita euā intelligitur text. in l. fin. ff. cōm.
præd. Nec opinio Soci. hic est uera, dum co-
natur probare quòd imò d. §. dare. loquitur de
patientia quæ debet præstari post cōstitutam
seruitutē, ex quo secundū eum, quia usus fru
ctus cohæret fundo, per solā constitutionē et
inductionē in fundū, sine aliqua patiētia trās-
fertur ius in usufructuarium. l. naturaliter. in
prin. ff. de acquir. poss. sicut per traditionem
rei corpoalis transfertur ius feudi. c. i. de cō
suet. recti feudi. Nam ista opinio Soci. latè re
probatur ex notatis per Aret. in l quod meo.
ff. de acquir. possess. Et ratio est in promptu:

nam possessio naturalis ipsius fundi ex sola
inductione in fundū transfertur in usufructua
rium. d. l. naturaliter. quia est corporalis; sed
quasi possessio ipsius iuris utendi fruendi nō
transfertur, nisi cōcurrente etiā patiētia. d. l.
quotiens. quę propriè loquitur in seruitutib.
realibus & cohærentib. fundo; sicut in simili
nō acquiritur possessio iurisdictiōis per solam
inductionē in territoriū, nisi incœperit quis
uti iurisdictione, ut per Bart. & Dd. in d. l. iij.
in prin. ff. de acq. poss. quicquid dixerit Soci.
hic. Nō obst. secundo d. l. qui usumfructū.
§. si. quia ibi petebatur usus fructus peremptus.
†Idemq; est in usufructu præteriti temporis: 45
quia talis amplius præstari nō potest, ex quo
si fuerit præstitus, non erit illemet, sed nouus
usus fructus. l. si usus fructus mihi infra bien-
nium. ff. de usufr. leg. unde in similib. casibus
deuenitur ad interesse; sicut etiā uidemus in
cæteris obligationib. dandi, in quibus si res
amplius præstari nō posit, fit condēnatio ad
interesse. d. l. si seruum. §. si, cum gl. Et hoc est
quod dicit text. in d. l. qui usumfructum. ibi,
aliud dici nō posse. & in d. l. si usufructus mi-
hi. ibi, peti quidem usus fructus. nam si usu-
fructus esset facti, illa ratio non esset bona: qa
etiā quòd præstari res posset, tamen succede-
ret obligatio ad interesse. d. l. stipulationes nō
diuid. uers. Celsus. Nō obstat tertio, quòd in
usufructu detur actio incerti. d. §. fundi. & d.
l. sed si me putem. § fin. quia ad hoc respondet
Aret. & alij, q̄d usus fructus est incertus non
ex natura obligationis, sed ex natura rei quæ
uenit in contractu, uidelicet ratione præsta-
tionis & temporis, ut declarat Bart. in l. certi
condictio. in prin. in v. col. ff. si cer. pet. Alex.
& alij in d. §. fundi. & est cōmunis opin. quic-
quid dicat Socin. hic. Et etiam potest dici in-
certa talis promisio, quia in se continet illud
quod non est in rerum natura. & pro hoc fa-
cit quod notat Bart. in d. l. stipulationes. in x.
oppos. in uers. quartam rationem &c̄. Et sic
tollitur aliud fundamentū Socini hic. Non
obstat quarto, †quòd obligatus ex testamen- 46
to ad dandum, teneatur etiam ad patientiam.
d. l. si hæres. nam respondeo quod cōtrarium
est uerius. l. in numerationibus. § fin. ff. de so
lut. & per Bart. in l. si fideiussor. in fin. ff. de le
gat. i. ubi respondet ad d. l. si hæres. Nec ob-
stat text. in d. l. ex conducto. & in d. l. si quis
domum. allegatus per las. quia locans intelli-
gitur promittere se passurum, ex quo actus
locandi habet tractum successiuum: sed pro-
mittens iter, intelligitur solùm promittere de
constituenda seruitute, & in consequentiam
quasi tradere per illā primā patientiā, ut ā di-
xi. Vltimo non obstat d. l. ratio. §. si iter. †ubi 47
ad hoc ut promissor seruitutis liberetur, tene
tur cauere de præstanda patientia: quia ad il-
lum tex. respondetur ex mente Raph. Com.
hic, quòd procedit quando statim post cōsti-
tutionem seruitutis promissor turbauit dn̄m
seruitutis in possessione: nam tunc teneb tur
cauere; si autē statim nō turbet, secus est. Sed
ista

ista solutio est diuinatiua ad utrunq; text. unde non placet. Quare secundo respondet secundum Soci.hic distinguentē, quòd aut loquimur quo ad constituendā seruitutē, & nō est necessaria cautio,d.l.quotiens.aut quo ad hoc ut quis per traditionē liberetur ab obligatione patientiæ, & tunc secus.d.§.si iter. & sic
48 †quando aliquis simpliciter promisisset cōsti
tuere seruitutē, talis promissio cōtinet solam dationem, secundum Soci.quæ est notab.limitatio ad cōmunem. Sed aduertendum est, quia ista solutio est contra tex.in d.l.quotiēs. qui loquitur quo ad effectum traditionis, ut ibi: & ibi expresse reprobatur ratio posita in d.§.si iter.unde ego puto quòd imò talis promissor seruitutis non possit compelli ad cauendum.per d.l.quotiens.quæ est attendenda,ex quo expresse reprobat rationē Labeonis,super qua se fundat altet Iurisconf.in d.§. si iter. Et si dicas, cur ergo d. §. si iter. cùm sit correctus per d.l.quotiens, fuit positus in uolumine ffforum,contra §.quibus,in prima cōstitutione Codicis? Respondeo, quòd nō est correctus in totū; nec negatur si aliquis inducat te in fundū & caueat,quin dicatur cōstituta seruitus.d.§.si iter. Sed dicitur quòd potest etiā aliter cōstitui,puta si aliquis inducat te in fundum,& præstet patientiā ut possis uti, secundum d.l.quotiēs. unde solùm corrigitur ratio legis,nō autē dispositio,quæ potest esse uera ex alia ratione. Nam cauendo satis dicit quis pati, ex quo cautio est præambula patientiæ. Facit q̄d ā declaraui allegando d.l.si partē.ff.quemad.seru,amit,& Aret,in d.l,q̄d meo. Et sic in hoc articulo arbitror opinionē contra gl.& Bar.esse de iure ueriorē. Tenendo tamen opinionē gl.& Bar.limita eam quatuor modis. Et primo limitat seu declarat eam
49 Bal.hic,†ut quod dicitur,stipulationē seruitu
tis continere dationē & factum, ita intelligatur, ut ex persona promissoris contineat factum; quia ille tenet constituere seruitutē & pati,quæ omnia sonāt in factū:ex persona uerò stipulatoris cōtineat ius seu dationē: quia stipulator acquirit quasi dominiū istius seruitutis,mediante cōstitutione & patientia promissoris. Et quòd ex parte promissoris sit simpliciter factū,nō autē datio,probat:quia non potest dici ꝙ ipse transferat dominiū seruitutis,cū illud nō habeat,quia res sua nemini seruit.l.uti frui.ff.si usuf.pet. Et secundū hāc declarationē potest intelligi text.in d.l.sed si me putem.§.fin.ff.de cond.indeb.ubi datur cōdictio in certi ad faciendū cōstitui seruitutē, ergo in ea cōstituenda respectu eius cōtra quē agitur est factū. Et pro hoc facit in simili;quia nos uidemus quòd in manumissione,quę est datio libertatis,respectu manumittētis est factum.l.naturalis.l.at cum do.ff.de præscript.uerb,respectu uerò liberti est datio,quia ipse accipit libertatē. Sed tamē puto ꝙ ista declaratio nō sit uera,per tex.in d.§.dare.& in d.l.fin. ff.cōmun.præd,quæ iura probant esse dationem & factum ex parte utriusq;. Et ista limitatio est contra mentē Bar.& aliorū,licet Ias.uideatur hic eam sequi. Nec obst. ꝙ promissor nō habeat dominiū seruitutis, quia imò habet saltē causatiuè,& potest de eo disponete sicut si haberet dominiū,ut declarat Bar.in l.i.in ij. col.ff.de leg.i.
col.ff.de leg.i. †Secundo limita,ut non pro 50
cedat in usufructu earū rerum quæ usu cōsumuntur: nam talis stipnlatio usus fructus est dandi tantū,ex quo nō requiritur aliqua patientia, sed dominiū & possessio transferunt in usufructuariū.l.si tibi.ff.de usufr.ear.rerū.

†Tertio limita in seruitute legata:quia cùm 51
ipso iure cōstituatur, l.si partem. ff. quemad. seruit.amitt.nō uidetur quòd hæres teneatur ad dandū, sed solùm ad præstandā patientiā, ut tenet Bar.Raph.Com.& Iacob.de Put. in d.l.si usus fructus mihi.& Alex.in §.ex his,in iij.col.J.eo. Nec obstat fundamentū Ias.hic dum dicit,quòd imò & in legatis competit legatario actio ad dandum,qnamuis translatū sit dominiū.l.i.C.cōmu,de lega. Nam potest responderi, quòd in seruitute ex quo hæres tenebatur ad præstandam patiennam, lex satis succurrit legatario ex eo capite, unde noluit grauare hęredem ut etiam teneret ad dandum:& facit,quia d.l.i.noui iuris contra ueteres regulas inductiua, debet strictè intelligi, & sic in his rebus quas testator uere habet, sed ius seruitutis habet tantummodo causatiuè,ut per Bart.in d,l.i.de lega.i.& suprà dixi.

Nec obstat text.in d.l.iij.§.dare. quia ibi dare impropriè accipitur, quod patet ex uerbo intelligitur,in tex.posito:& aliàs impossibile est dicere,ut suprà declaraui, quòd inducere in fundnm,sit propriè dare. Quarto limitatur,ut quod dicitur quòd competit actio personalis ad patientiam,nō habeat locum in seruitute præscripta: quia solùm competet realis, ut dicit Bal,in d.l.corruptionē. in ult.col.

Superest nunc uidendum, cuius utilitatis sit ista quæstio:& licet moderniores ualde la-
borent circa hoc,†tu dic primam utilitatē eui 52
dentē esse; quia si uera est opinio contra Bar. si promissor uiæ cōstituerit eam & pręstiterit patientiam quę requiritur in ipso actu constitutionis,esset liberatus à stipulatione: sed secundum opinionem Bart. adhuc non esset liberatus,quia secundum eum cùm censeatur promisisse nunq; molestare,sed semper pati, istud factum nunq; impleretur: quia ut dicit idem Bart.in l.naturalis.§.quod si faciā. ff.de præscrip.uerb.ubicunq; aliquis promittit nō facere, nunq; potest adimplere ex parte sua: quia si nō facit hodie,posset facere cras,ut ibi per eum. Et ꝙ talis promissor seruitutis nnnquā possit liberari,tenet Bar.Bal.Ang.& alij in d.§.dare.q̄d est ualde utile propter cognoscendā anterioritatē inter creditores,licet,ut suprà dixi, contraria opinio magis mihi pla-
ceat. †Secunda utilitas est,quia si illa patien 53
tia uenit actione ex stipulatu,intentanda erit actio:si uerò aliter,erit implorandum officiū iudicis, ut dicit hic Alex. & hoc erit utile, ne aliàs detegatur imperitia aduocati, secūdum

Bald.in l.& fine.in ult.col.C.ad Trebell. Iaſ.
hic reprobat iſtam utilitatem,quia libellus ſu
ſtinetur etiam impropriè interpretando uer-
ba.l.ſed & ſi poſſeſſori.§.item ſi iurauero.ubi
notāt Dd. ff. de iureiu.unde debebit exponi,
actio,id eſt,officium iudicis,& ecōtrà, ut hic
per eum.Puto opinionem Alex.poſſe defen
di:quia quòd uerba in libello debeant impro
priari,eſt uerū,quādo aliud nō repugnat, qn
poſsit ſuſtineri præter uerba propriè intelle-
cta: ſed in caſu noſtro poſſunt repugnare a-
lia, ueluti cōcluſio libelli, quia in uno agitur
concludendo ut aduerſarius patiatur,quia ſi-
bi obligatus,in alio non. Item in actione con
cluditur quòd iudex teneaṫ facere, ſed in offi
cio iudicis non,imò miſericorditer debet im-
plorari, ſecundum Bart.in l.i.in ij.q.de iuriſ.
om.iud.Et pro hoc facit tex.in l.ij. C.de bon.
poſſ.ſecundum tab. ubi petens in libello bo-
norum poſſeſſionem ſecūdum tabulas, cùm
ſibi competat bonorū poſſeſsio ſecundū nun
cupationē,malè petit, & conſequenter libel-
lus nō ualet, cùm tamē uerba poſſent impro-
priè accipi:quia bonorū poſſeſsio ſecundū ta
bulas dicitur utilis ſecundū nūcupationē, ut
declarat ibi gl. Sed iſtud eſt,quia aliquæ qua-
54 litates repugnabant,ut ibi dixi. †Tertia utili
tas eſt ſecūdum Alex,quia ſi promiſſor tene-
tur ad dandum,id eſt, ad conſtituendū ſerui-
tutem,poterit præciſe cogi, nec liberabiṫ ſol-
uendo intereſſe. Iaſ.hic impugnat: quia licet
teneatur præciſe ad conſtituendū, tamē ſi nō
patiaṫ,agetur ad intereſſe tantū, unde in effe
ctu non erit obligatus niſi ad intereſſe:quare
ipſe tenet,quòd imò teneṫ ad factum pręciſe.
Sed iſta opinio cōfunditur per text. l.loci.§.ſi
fundus. ff.ſi ſer.uend. & eſt cōtra cōmunem
opin. intelligendo quòd teneaṫ ex ſtipulatu
præciſe. Vnde ſuſtinendo Alex. & cōmunē
dic, quòd actione ex ſtipulatu tenebiṫ conſti
tuere præciſe.pati autē nō, ſed tenebiṫ ad in-
tereſſe.Si autē actor uoluerit ut cogaṫ præci-
ſe,debet agere reali,& petere cautiones ſecū-
dum formā l.egi.& l.harū. ff.ſi ſer.uen. uel a-
gere interdicto poſſeſſorio, ſecundū d. l.quo
ties.& ita intelligo q̄d not.Bar.in d.l.ſtipula-
tiones nō diuid.in iiij q.principali,in fi,& in
55 viij.oppoſ.circa fi. †Quarta utilitas eſt,quia
ſi patientia uenit officio iudicis, ſecundum
Pet. & alios nō iurabitur in litē; ſecus ſi iure
actionis,ſecundū Bar. & eſt gl.in d.l.harum.
Poſſent etiā aliæ utilitates colligi ex differen
tijs inter officiū iudicis & actionē poſitis per
moder.in l.i.in ij.q.Bart.ff.de iuriſd.om.iud.
56 In gl.in uerb.liberatio.†Tradit hæc gl. ra-
tionem, cur debitor hominis uel uaſis in ge-
nere, ſoluendo partem non liberetur, donec
ſoluatur homo integer uel uas integrū;uide-
licet ne ſequatur inconueniens, de quo in d.
§.pro parte. Et hæc ratio in pluribus hæredi-
bus promiſſoris nō habet difficultatē, ſed in
ipſo principali debitore, ſecundum Imol.hic
eſt magna difficultas: quia uidereṫ dicendū,
quòd principalis debitor ſoluens,libereṫ pro
illa parte, ex quo ſoluens partem uidetur eli-
gere ſe ſoluturū in illa ſpecie, cuius partē ſol-
uit. arg.l.Clodius.in ij.reſponſ. ff. de acquir.
hær. Nec debet permitti uariatio, ex quo res
amplius nō dicitur integra, quod patet, quia
transferī dominiū pro parte ſoluta, ut eſt hic
text. quod tanto magis procederet in homi-
ne debito ex legato,in quo per ſimplicem ele
ctionem ſtatim transfertur ius irreuocabile.
l.huiuſmodi.§.ſi Stichū.ff.de leg.i. ergo cùm
uideatur elegiſſe, debet promiſſor cōpelli ad
ſoluendum reliqua in eadem ſpecie,& conſe
quenter ceſſaret dictum incōueniēs. †Sed ad 57
iſtud obiectum reſpondet primo Imol.quòd
iſte ſoluens uidetur eligere non ſimpliciter,
ſed conditionaliter,ſi reliquam partem in ea-
dem re ſoluere cōtingeret:quæ reſponſio nō
placet: quia ſi iſta ſolutio non eſſet conditio-
nalis, interim nō transferretur dominiū par-
tis ſolutæ,l.abſenti.ff.de donat.cum ſimil.cu-
ius cōtrariū dicitur hic,dum uult tex.rem ſo-
lutam poſſe condici,& ſic pręſupponit tranſ-
latū dominiū.§.ſic itaq;.Inſtit.de act. †Quare 58
ſecundo modo reſpondeṫ, quòd iſte ſoluens
nō uideṫ eligere niſi tacita conuentione,quæ
de iure ciuili nō parit actionē.l.iuriſgentiū.§.
ſed cum nulla. ff. de pact. & cōſequenter iſte
text.non procederet de iure canonico. c.i. de
pact. Sed iſta dicta nō placent: quia imò tale
pactū q̄ſuis tacitū,ueſtireṫ traditione rei.l.hæ
reditatē,ubi Roma.ff.de donat.nec eſt indu-
cenda differentia inter ius canonicū & ciuile
quo ad iſtum tex.c.i.de no.oper.nun. Quare
quicquid dicāt Imol.& moder. tu reſpōde q
imò iſte ſoluens partē, nō uideṫ eligere ſolu-
tionem in toto;ſed ſolū in parte quā ſoluit.&
eſt ratio, quia actus noſtri qui ex tacita uolū-
tate inducunṫ, nō extendunṫ ultra q̄ ex actu
expreſſe geſto pręſumiṫ.l.ſi.C.ne ux.pro ma
ri.Bar.in l.Titiū aut Meuium.§.altero.in ult.
col.ff.de admi.tut.& cōſequenter ſi debeam
tibi hominē,& ſoluā partē Stichi, nō præſu-
mor eligere niſi illam partē,nō autē totū Sti-
chum: unde cùm elegerim illam partē tantū,
& eius ſolutio nō liberet, poſſum uariare ſe-
cundū regulā l.eum qui certarę.§.fi.ſ.eo.Item
facit, quia uidemus idem in electione perſo-
narū,in quib.electio unius quo ad partē debi
ti,non trahiṫ quo ad totū.l.cum decē.in prin.
& l. ſi quis ſtipulatus fuerit decē in melle. in
fin.ff.de ſolut.& per Alex.hic.
In gl.in uerb.repeti.& in uerb.in pendēti.
Noto primo,q̄ repetitio iſtius partis ſolutæ,
fit per condictionē ob cauſam.pro qua gl.fa-
cit,q̄a condictio indebiti nō uideṫ cōpetere, 59
niſi quādo ſoluiṫ ob errorē, propter ignoran
tiam.l.i.ff.de cōd.inde.ſed iſta repetitio datur
etiā nō erranti.Itē cōdictio ob cauſam,daṫ ob
cauſam de futuro,quæ deinde non eueniat.l.
damus.de cōd.inde.l.i.§.ſed ſi parēdi.de cōd.
ob cauſ.quę uideṫ competere in caſu noſtro:
quia iſte ſoluit ut libereṫ, unde nō ſecuta libe
ratione debet poſſe repeti. Contrarium tenet
Bart.Io.de Imol.Alex.& alij, & eſt cōmunis
opinio

opin. per text. in l. si nō fortē. §. si decem. ff. de cond. inde. ubi est tex. clarus ꝙ cōpetit cōdictio indebiti, tum arguendo à natura tituli secundū l. Imperatores. ff. de in diem adie. tum etiā ponderatido dictionē, tanq̃ indebita, ex qua denotat̃ mediū cōcludēdi, per q̃d cognoscitur actio, ut per Bart. in l. certi cōdictio. in ij. col. ff. si cer. pet. Nec obstat ꝙ detur ob causam de futuro, quia respōdeo distinguendo: nam aut soluit̃ indebitū ob causam, & cōpetit cōdictio ob causam, q̃uis steterit per condicentē quò minus causa impleret̃. d. l. i. §. si parendi. ille enim qui soluit causa condictionis adimplendę, nō dicit̃ debitū soluere. aut quis soluit debitū ad finē se liberādi, & tūc si aliter se liberat, agit cōdictione indebiti. d. §. si decē. & est de mēte Bar. in l. is cui. ff. de cond. inde. quicquid dixerit Ias. in l. si procuratori falso. ff. de cōd. ob caus. Tamē ista difficultas nō esset necessaria in practica, si in libello simpliciter esset narratū factū, ut per Bart. in l. i ff. de eden. & Canonistas in c. dilecti. de iudi. & esset adiecta clausula petens ius & iustitiā ministrari, quæ supplet ineptitudinē cōclusionis, ut per Abb. in c. ij. de ordi. cog. & Io. de Imol. hic.

60 Secūdo not. ex ista gl. †ꝙ debitor hominis in genere, soluens partē Stichi, nō poterit statim agere cōdictione indebiti, sed solutio stabit in pendenti. d. l. si nō fortē. §. si decē. qa cùm cōpetat cōdictio indebiti nisi de rigore, debet prævalere ęquitas. l. placuit. C. de iudi. & ita cōmuniter tenet̃. Sed Ias. hic tenet contrariū post Lud. Rom. ꝙ imò poterit iste & in cōtinēti cōdicere partē Stichi. primo per istū tex. qa aliàs sequeret̃ ꝙ Iurisconsultus incōtinenti se corrigeret, q̃d nō est uerisimile. l. nō ad ea. ff. de cond. & dem. Secundo, quia text. cōcedit hęc remedia alternatiuè, ergo electio est eius cui conceduntr̃. l. quod in hęred. §. eligere. ff. de tribut. Cōfirmo istam opin. qa creditor potest totū petere prædicto casu. l. si stipulatus. §. fi. ff. de solut. & j dicetur: ergo debitor debet posse partē solutā repetere, qa aliàs creditor haberet simul actionē & rem. l. qui actione. ff. de reg. iur. Nec obst. tex. in d. §. si decem. quia loquit̃ in obligatione alternatiua, in qua pars soluta est in obligatione. l. si duo. j. eo. Secus in obligatione generis, ut hic per eum: pro quo facit, quia cōmuniter Doct. distinguūt etiā respectu creditoris, nunquid actio stet in pendēti inter obligationē generis & alternatiuā, ut j uidebimus. Sed ista solutio nō est bona, quæ confundit̃ per text. nostrū, qui æquiparat utranq; obligationē: & sic tam opinio cōmunis, quàm opin. Ias. cauillat tex. Quare tealiter soluendo, tu dic quòd tex. noster quatenus dicit cōpetere cōdictionē indebiti, potest intelligi duobus modis. Primo, ꝙ cōpetat condictio indebiti babitu, licet nō actu: nā si debitor soluerit partē Stichi, deinde nō soluat reliquū in eodem Sticho, sed alium integrū hominē, ex ista postrema solutione declaratur quòd usq; à principio illa pars Stichi fuit indebita, & sic usq; à principio competiisset condictio indebiti; unde tex. noster loquitur considerata conditione secundū declarationem sequentem: text. in d §. si decem, loquit̃ ante declarationē. Secundo modo potest intelligi iste tex. dum alternatiuè dicit cōpetere condictionem indebiti, aut liberationem esse in pendenti, ut ista alternatiua non sit addita, tanq̃ Iurisconsultus uellet concedere ista remedia alternatiuè ex eodem facto, prout intellexit Ias. sed Iurisconsultus babuit respectum ad factum soluentis: nam si soluat partem Stichi, aut condictio indebiti datur, uidelicet ubi soluerit alium integrum hominem, aut stat in pendenti liberatio, uidelicet ante integrum hominē solutum: & sic illa alternatiua aut in nostro text. præsupponit diuersitatem iuris ex diuersitate facti, ut etiam facit in §. Cato. j. eod. & illa dictio, statim, intelliget̃ secundū declarationē quæ ex post facto erat facienda. Nec obstat supradicta ratio quatenus s dixi, quòd sicut respectu creditoris liberatio nō stat in pēdenti, quia potest incontinenti agere ad totū, d. l. si stipulatus. ita etiam respectu debitoris non debet stare in pendenti, quò minus liceat statim debitori repetere per condictionem indebiti etiam ante solutionem totius; quia respondeo ex mente Imolę, Paul. de Cast. & aliorū hic, quòd est diuersa ratio de debitore ad creditorem in nostro casu: quia potest creditor retinere dictā partem solutam iure pignoris. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pignor. act. l. si cum aurū. ff. de sol. unde lex interim noluit quòd posset cōdici, quę ratio cessat in debitore, & ita tenēdum est sequendo cōmunem, licet in contrarium fortiter urgeat quædam ratio Aret. hic, dum dicit quòd istud, quòd creditor posit retinere partē solutā iure pignoris, nō facit quò minus statim nō debeat nasci condictio, quia talis exceptio nō opponitur actioni nec sententiæ, sed solùm exactioni, ut per Bart. in l. ita stipul. magna. in l. quæst. j. eod. Pet. de Besut. & Ias. hic. Posset responderi, quòd cùm à principio potuisset ista pars soluta cedere in ueram causam debiti, cōcurrente deinde causa pignoris lex noluerit concedere ita simpliciter istam condictionē, quia omnino indebitum non dicitur, quod à principio uerè debebatur. arg. l. cum filius. §. hæres. ff. de leg. ij. licet ex post facto fauore creditoris, de quo in d §. pro parte, censeatur indebitū, ne aliàs inducta in fauorem creditoris, operentur contrarium effectū. l. legata inutiliter. ff. de leg. i. & ex his etiam tolluntur rationes Ias. tenentis contra cōmunem hic.

Gl. in uerb. detur. Pro expeditiōe huius gl. uidenda sunt duo. Primū est. †an in obligatio 61
ne generis uel alternatiua, si debitor soluit partē, posit nihilominus cōueniri ad totum. Gl. dicit ꝙ nō: quia licet nō cesset obligatio, cessat tamen exercitiū actionis. d. l. si non fortem. §. si decē. Cōtrariū de directo tenet Pet. Cyn. & Lud. Rom. hic, ꝙ imò posit cōueniri ad totum, nec cessabit exercitium actionis,

l.si stipulatus.§.fi.de solu.Sed Dyn.Bar.Ray.
Paul.de Cast. Alex.& alij cõmuniter distin-
guunt inter obligationẽ generis & alternati-
uam, ut debitor generis, puta hominis, sol-
uens partem Stichi,nihilominus possit con-
ueniri in totũ.d.§.fin.Et est ratio,quia in obli
gatione generis cum nulla species sit in obli-
gatione,nõ dicitur esse soluta aliqua pars de-
bita,unde potest agi ad totũ.Sed in alternati-
ua est secus, quia utraq; species est in obliga-
tione,ut ſ uidebimus,& cõsequenter suspen-
detur exercitiũ actionis respectu partis solu-
tæ.d.§.si decẽ.ibi,petiq; ab eo possint reliqua
quinq;.& sic per arg.à cõtrario sensu præsup
poni nõ decẽ,sed quinq; peti,& consequen-
ter respectu aliorũ quinq; exercitiũ suspendi
tur. Videamus quæ opinio sit uerior. & opi-
nio gl.nõ potest defendi,quia text.in d.§.fin.
eam confundit: & licet Aret.hîc eam sequaẽ,
respondendo ad illũ tex. quòd nõ cessat exer
citium, ut uoluit gl.sed cessat exactio,ex quo
creditor potest retinere rem sibi solutam pro
pignore, tamẽ est mera cauillatio: quid enim
si creditor offerat se paratũ restituere illã par
tem solutã in tali re? eo eñ casu nõ est aliqua
ratio,cur exactio impedienda sit.Sed hęc opi
nio Bar.& cõmunis etiã mihi nõ placet:& pri
mo contra eam obstat iste tex. qui æquiparat
utranq; obligationẽ:& dicere q æquiparat re
spectu substantię seu naturę obligationis,nõ
autẽ respectu exercitij seu exactionis, nõ est
realis solutio, quia tex.uideẽ loqui de utroq;:
nam de ipsa obligatione loquitur dum dicit,
in nulla parte obligationis liberatio orta est:
de exactione uerò loquitur ibi dum subsequi
tur,aut statim condici potest:deinde subijcit,
eiusdem cõditionis est &c. sic æquiparat tam
respectu substantiæ, quàm exactionis. Nec
uidetur esse cõstituenda differentia inter cre
ditorem & debitorẽ,& sic inter cõdictionem
competentẽ debitori,& actionem competen
tem creditori, quia unum regulatur ab alio,
ut probat text.in d.§.si decẽ. in prin. & sic ista
cõmunis opinio destruit istum text.ut etiam
dicit Aret.hîc.Pręterea regula est generalis,
quòd ualet arg. de una obligatione ad aliã, ut
suprà dixi in notabilib. Secũdo cõtra cõmu
62 nem facit,†quia in obligatiõe diuidua si quis
soluat, & minus perfectè, potest agi ad totũ.
tex.est in l.Iulianus.§.qui fundũ.ſ.eo.qui tex.
fortius probat, quia ibi nõ erat perfectè solu-
tum ex defectu cuiusdam extrinseci ad cõtra
ctum,ut est cautio de euictione, iuxta gl.in l.
pacta cõuẽta. ff.de cõtrah.emp. quãto magis
in casu nostro, uidelicet in obligatione alter-
natiua,quæ est indiuidua solutiõe,debet pos-
se peti totũ, quia perfectè nõ est tradita res ip
sa,quæ est quid intrinsecũ contractui,ut not.
in l.triticũ.ſ.eod.& per Imol.extra in rub. de-
cre.ubi tractat de forma materiali cõtractuũ.
Tertio probaẽ ex ratione posita in d.l.si sti-
pulatus.quia debitor non desij totũ hominẽ
debere: quæ ratio militat etiã in alternatiua,
quare ego adhæreo opinioni Petri, Cyn. &
Rom.hîc,quę uidetur magis sustentabilis,&
de mente istius l.Et tenendo hãc opin.nõ ob-
stat d.§.si decẽ.quia si bene uideatur ille text.
principaliter factus est ad declarandum quo-
modo cõpetat cõdictio indebiti ipsi debitori
qui soluit partẽ,nõ autẽ fuit factus ut decide-
ret quid iuris quo ad creditorẽ: unde quate-
nus dicit quinq; peti,uerũ est considerato ef-
fectu:qa licet creditor qui recepisset quinq;,
possit agere ad totũ, scilicet ad decẽ, tamẽ cũ
tenereẽ cõpensare illa quinq; accepta in effe-
ctu,debitor nõ condemnabiẽ de nouo nisi ad
alia quinq;,& nihil plus proderit creditori pe
tijsse decẽ, q; si petijsset quinq; reliqua: & cũ
tex.principaliter nõ esset factus ad decisionẽ
istius dubij,satis fuit si cõsiderauit effectum.
arg.l.si mulier.ff.ad Trebel.Pręterea & secũ-
do posset responderi distinguendo,quãdo in
alternatiua est quantitas,& pars quãtitatis est
soluta,ut tunc debeat creditor petere nisi resi
duum, ex quo quantitas de se est penitus se-
parabilis:& ita procedat d.§.si decem.ut in al
ternatiua est certa species, & tunc ex quo spe
cies non est de se separabilis. §.q̃d si cõmodè.
ubi gl.Instit.de offi.iud. tunc debet petere to
tam speciem.licet pars sit sibi soluta. d.l.si sti-
pulatus.§.fi.ff.de solut. Nec obstant tres ra
tiones Aret. Prima est,quia in casu d. §.si de-
cem.†si creditor posset petere totũ, & peteret 63
nisi partẽ,ista petitio non admitteretur oppo
nente debitore. l.in cõmodato. §.duobus. ff.
cõmod.ubi Bar.not. Nam respõdetur,quòd
illud est ne reus pluribus iudicijs frustretur:
quæ ratio cessat in casu nostro, ex quo reus
soluendo reliqua erit in totũ liberatus. Se-
cunda ratio est,quia si pars soluta posset peti,
sequens quæstio in text.nullam haberet dubi
tationem: quis enim dubitaret quòd non so-
luta posset peti?Sed respondetur quòd text.
nõ dubitat in hoc,an pars nõ soluta possit pe
ti,quia illud clarum erat: sed utrũ residuo so-
luto,retrò trahaẽ solutio respectu partis prius
solutæ. Tertia ratio est ponderando uerbũ,
reliqua,in tex. Nam secundũ eum si peto re-
liqua,intelligitur quòd sis liberatus respectu
aliorum,ut per Bald.& moder.in l.siquidem.
C.de transact.†Sed responde quòd dicitur re 64
liqua, respectu effectus: quia etiã quòd fuis-
set actum ad decem, tamen debitor nõ dedis-
set nisi quinq;,& illa quinq; tantùm essent re-
liqua.Et sic sit expeditus primus articulus.
Secundo pro expeditione gl.principaliter
uidendum est,†nunquid etiã in obligatione 65
saltẽ generis,si promissor soluat partẽ,nihilo
minus cõpetet actio creditori ad totũ, idem
sit in hæredibus debitoris,an si unus eorũ sol
uit partem contingentẽ,possit amplius con-
ueniri.Et Bart.hîc & cõmuniter alij conclu-
dunt, quòd ille qui soluit partẽ sibi cõtingen
tem,non est liberatus in totum,sed suspendiẽ
obligatio: quia nõ poterit agi contra eum ni-
si in casu,quando alij essent cõuenti & nõ sol
uerent in eadem parte. & ita transeunt cõmu
niter Doct.ita intelligentes gl.hîc & in d.l.in
executio-

executione.§.pro parte.ȷ.eo.& est ratio,quia
talis soluit quod debet,ut hic per Bar.Sed ad
uertendum est,quia Cyn.& Rayn.Pet.de Be
sut.Soci.& Iaſ.tenuerunt cōtrarium.Primo,
quia ratio Bart.non uidetur uera,ex quo po-
test dici quòd imò hæredes non soluerūt ꝗd
debent,quia non est facta solutio ut debet,er
go non liberantur.d.l.Iulianus.in §.qui fun-
dum.ȷ.eod.Secundo,quia aliàs sequeretur ꝙ
uariaretur cōditio obligationis de persona te
statoris ad personā hæredis,contra §.ex his.ȷ.
eod.Puto quòd cōmunis opin.sit uerior,per
tex.in d.§.pro parte,ubi diciṫ quòd debet fie-
ri petitio pro parte,& dummodo soluaṫ inte-
ger homo,satis est.Vnde si quis soluat partē,
debet interim cessare exercitium,nec debet
posse agi contra eum qui soluit suā partē,nisi
quādo hæredes nō possent uel nō uellent sol
uere reliquā partem in eodem homine.Nec
obstat quòd nō debeat uariari conditio obli-
gationis.d.§.ex his.quia nego uariari obliga-
tionem,ex quo non debetur nisi idem homo
integer,qui debitus erat.& ꝗuis uarietur in
modo agendi,tamen lex cōsiderauit solutio-
nem,& ne interueniat incōueniēs,quòd pos
sit fieri solutio in diuersis partibus:unde ces-
sante isto incōuenienti,uideṫ standum regu-
66 læ,†quòd hæredes soluentes portiones hære-
ditarias,non debeant amplius molestari,l.le-
gatorum.ff.de leg.ij.

In ead.gl.ibi,ȷ.de solut.l.qui res.§.aream.
Ex ista gl.iuncta declaratione Bart.colligitur
67 cōmunis conclusio,†quòd semel nata obliga
tio quo ad sui substantiam,nutiquam stat in
pendenti,sed sola exactio seu exercitiū actio
nis suspenditur.l.pecuniam.ff.si cert.peta.&
d.§.si decem.Secus si nondum esset nata,pu-
ta si prominam tibi fructus nascituros,prout
declarat Bar.in l.inter stipulationē.§.sacrā.ȷ.
eo.& Bar.hic reprehendit gl.quæ impropriè
est locuta.Sed ipse etiā impropriè loquitur,
dum dixit cessare exactionē,& sic posuit exa-
ctionē pro exercitio,ut etiā in se declarat:& ta
men magna est differentia,nunqd suspendaṫ
exercitiū uel exactio:nam quando suspendiṫ
exercitiū,nō potest interim perueniri ad con
demnationē,obstante exceptiōe:secus quan
do suspendiṫ exactio.l.unica.§.exactio.C.de
rei ux.act.& d.§.aream.in fi.declarando uer-
bum,sciscit,id est,iubet,unde plebiscitū dici
tur,licet gl.& Dd.aduertant.Item quando ob
stat exceptio exercitio actionis,non habet lo
cum præscriptio nec cōpensatio:secus quan
do obstat solùm exactioni.l.si cum militi.§.fi.
ff.de compens.§.omnis.Instit.de uerb.oblig.
68 †Item exceptio respiciens exercitiū actionis,
nō potest opponi post sententiā:secus si respi
ciat executionē uel exactionē.l.ex diuerso.§.
fin.ubi Bar.ff.sol.matr.Bar.in l.i.C.de iur.&
fact.ig.& in l.ita stipulatus magna.in i.q.ȷ.eo.
Secundo aduerte,quia cōtra istam distinctio
69 nem Bar.arguitur fortiter.†Nam si promitto
seruum alienū qui interim manumittaṫ,tolli
tur obligatio,& tamē si reincidat in seruitutē
obligatio reuiuiscit.l.si chorus.§.fi.ff.de leg.
iij.Et sic nō ipsa exactio uel exercitiū,sed ob-
ligatio stat in pendenti.Doct.in d.§.sacram.
multū laborant pro solutione d.§.fin.qui est
contrarius textui,in d.§.aream.& cōmuniter
tenetur ꝙ in d.§.fi.seruus debereṫ ex noua uo
luntate testatoris:quia eo uiuēte reinciderat
in seruitutem:quę solutio est diuinatiua.Alij
distinguunt inter legatum & cōtractus:quia
cōtractus iudicantur secundum tempus præ
sens,sed in legatis consideranṫ tria tempora,
ut ibi per Iaſ.quod nō placet:quia ratio Iuris-
consulti in d.§.aream.quòd seruus manumis-
sus,deinde iterū in seruitutē delapsus,censea
tur alia persona,habet locū etiam in legatis,
& consequenter nō deberetur amplius,quia
alia persona.Raph.Co.in d.§.sacram.tenuit
quòd d.§.fin.qui fuit Celsi Iurisconsulti,ex-
presse corrigereṫ per Paul.in d.§.aream.quæ
opinio uideṫ uera:nihilominus cogita si pos-
set dici,adhærendo rationi Iurisconsulti in d.
§.aream.quòd cùm seruus liberatus censea-
tur noua persona ex legis interpretatiōe,seu
fictione,nō autē naturaliter loquendo in sti-
pulatione,qui est cōtractus iuris ciuilis,attē-
ditur talis fictio,& cōsequenter per manumis
sionē promissor statim liberaṫ.Sed in legatis
secus est,d.§.fi.quia in his nō fictio iuris,sed
uoluntas attendiṫ,quæ potius secundū natu-
ralem sensum est accipienda.fa.l.si Stichū.§.
fi.ȷ.eo.Et ex hac solutione limitaretur cōclu-
sio Bar.quòd imò ipsa obligatio stat in pēden
ti ex uolūtate disponentiū.Vltimo aduerte,
quia Bar.uult†quòd ubi lex dicit obligationē 70
cessare,intelligitur de exercitio & effectu ip-
sius obligationis.& ita propriè loquitur d.§.
aream.& tex.in l.cùm hic status.§.si sponsus.
uerſ.siue autē.ff.de don.int.uir.& ux.secus si
diceret obligationē extingui,quia tunc in to
tum perit sine spe restitutionis.Et hoc inferṫ
ad quæstionē,nunquid aduersus præscriptio
nem XL.annorū,detur restitutio in integrū
ex capite ignorātiæ.In qua quæstione est ma
ximus opinionū cōflictus,prout referūt mo
derni Taurinenses in tract.præscrip.in xxx-
viij.char.Et uidetur quòd non,quia tex.in l.
omne.C.de præscript.xxx.uel xl.ann.in fin.
per uerba multū prægnātia dicit,ꝙ omne ius
extinguitur.& idem tenet Alex.consil.cli.&
consil.clxviij.in ij.uol.& Soci.cōsil.ij.& xxx-
viij.in iij.uol.ad fi.licet prædicti Doct.uaria-
uerint,ut per Deciū consil.xxix.& nisi ita te-
neamus,ista præscriptio rarò in practica lo-
cum obtineret,ex quo ignorātia pręsumiṫ,et
agens habet fundatā intentionē,ut per Paul.
Cast.cōsil.cccxi.incip.circa id ꝗd primo quę
ritur,in ij.uol.Et ista adde ad Bar.in l.i.§.si qs
autē.ff.de inn.act.ꝙ priu. Extra gl.in quæ-
stione Bar.dum quærit quid sit in obligatiōe
generis,& refert uarias opiniones,ut hic per
eum,dic ꝙ uera est conclusio,ꝙ nullus est in
obligatiōe pręcise,sed omēs species cōditio-
naliter,ex illa tacita cōditione,si nulla alia da
bit,ꝙ talis deṫ:sicut etiā in alternatiuis nulla

species est in obligatione præcise, sed conditionaliter: ut, si una non dabitur, alia detur. & hoc manifestè probatur in d.l.iij. ff. qui & à quib. ubi singuli homines quodāmodo uidentur esse in cōditione; & sic illa dictio, quodammodo, non refertur ad conditionem, sed ad singulos homines, ut declarat hîc Aret.& Ias. Secundo probatur ad literam in d.l.Meuius.§.duorū. de lega.ij. ubi hominis legatū, orationis compendio singulos homines continet. Tertio probatur ex ratione. Nam si quis promittat hominē, promittit per nomē
71 generale unum ex genere, †sed genus comprehendit sub se singulas species etiā propriè loquendo, ut per Bald.in l.ij. C.de iure aure. annul.& not.in c.Rodulphus. de rescript.licet Iason hic multum laboret circa proprietatem uerbi, continet, satis impertinenter. Et cum hac opinione uidentur concordare omnes, quicquid dixerit hic Bart.cuius disputatio est potius uerbalis quàm effectualis. nam cum hac opinione primo concordat gl. in d.§.duorum.& in d.l.cum his.§.fin. ff.de cond. indeb.dum dicunt quòd nullus est in obligatione, sed omnes in solutione: nam debet sanè intelligi, quòd nullus est in obligatione præcisa, sed omnes poterunt solui, & sic omnes erunt in obligatione cōditionaliter: quia solutus à principio, censebitur fuisse in obligatione,& facit tex.in l.si quis stipulatus fuerit decem in melle. in fi. ff. de solut. ubi eodem modo dicitur mel adiectum solutioni, sicut quando stipulatio concepta est per alternatiuam, & solutus censebitur à principio fuisse præcise in obligatione. Cum hac interpretatione etiam concordat secunda opinio relata per Bart. dum dicit quòd genus ipsum est in obligatione, non aliquid indiuiduū: pro qua opinione est text. in d.l.inter stipulantem. in §.sacram. in uers. uini autem nō speciem, sed genus. ꝗ.eo. quam opin. sanè intellige, quia aliàs sequeretur, quòd qui promittit hominē, promisisset plures, quia genus prędicatur de pluribus.§.plebs autem. Instit. de iure naturali. sed intellige quòd promittit quid certū in ipso genere, quia omnino debebitur una species ipsius generis, licet indiuiduū ipsum sit incertum. Item etiam concludit tertia opin. Iacob.de Aret.& Rayn.hîc, dum dicūt quòd quilibet est in obligatione conditionaliter: quod intellige, sub conditione, si alij nō dentur, quòd ipse detur: non autem prout intellexit Bart. sub conditione si soluatur, qui ita intellexit ut eam reprehenderet. Et isto modo
72 intelligendo non obstant eius rationes: †quia sicut in obligatione alternatiua potest statim agi, & fit transmissio, l.illud. ff. de optio. leg. quamuis intelligatur tacita conditio, si una res non detur, ut alia detur, ita etiam est in obligatione generis, quæ in totum illi æquiparatur, ut ꝗ dixi. Et cùm ista conditio sit de natura actus, quia omnis obligatio generis ex natura sui hoc habet, talis conditio nō suspendit actum, nec impedit transmissionem. l.cōditiones quæ extrinsecus. ff. de cond. & demonst.& sensit Rom.hic, & bene, licet impediat natiuitatē actionis, iuxta notata per Bar. in l.item quia.§.i. ff. de pactis, nam non potest quis præcise agere ut aliquis detur: bene potest agere generaliter, quia respectu generis nulla est conditio, sed respectu singularū personarum, & credo quòd ista fuerit intentio Iacobi, & etiam eorum qui tenebant secundam opinionem, quam ꝗ defendi. Et idem etiam in effectu uult quarta opinio Bart. quæ fuit prius Petri, quam refert & sequitur Alb. de Ros. hîc, & cōmuniter tenet, dum dicūt quòd nullus certus est in obligatione, sed certificādus per solutionem; & ille qui fuerit solutus, censebitur usq; à principio fuisse in obligatione: & consequenter sequitur, quòd deberetur sub conditione, si alij nō dabuntur, quòd ipse daretur, unde certificata conditione retrò trahitur. l.necessariò.§.quòd si pendente. ff.de peric.& cōmod.rei uend. Et ex ista declaratione resultat uera solutio ad text.in l.si is cui. ff.de legat.ij. qui uidetur de directo esse contrarius d.l.cùm is.§.fin. ff. de cond. indeb. in quo Doct. multum laborauerūt: nam in contractibus si cùm debeam tibi Stichum aut decem, crederes me debere Stichum præcise, si eum soluam competit mihi repetitio. d.§.fin. Ratio est, quia offerendo decem, censentur sola decem usque à principio fuisse in obligatione, & consequenter Stichus repetitur tanquam indebitus, quia in contractibus conditio retrò trahitur[a]. d.l.necessariò. Sed in legatis, si hæres debeat decem aut Stichum, & credens se solum Stichum debere eum soluat, non repetit. d.l.si is cui. Et est ratio, quia quamuis offerret decem, non censerentur à principio fuisse in obligatione sola decē, quia in legatis conditiones non retrò trahunt, pręsertim negatiuè. l.i.§.serui. ff.ad Syll. per Bar. & mod. in l.si is qui pro emptore. in ult. char. ff.de usucap.& per Doct. in l.si filius famil. in prin. ꝗ.eod. Et ita resideo cum ista opinione, †quòd nulla sit differentia inter obligationē 73
generis & alternatiuam, ut ꝗ ostendi latius in not. per istum tex.& d.§.fin. cum simil. Fallit in uno casu tantū: quia cùm in alternatiua obligatione de paucioribus speciebus agatur, cōtrahentes magis uidentur habere effectū ad illas species quàm in obligatione generis, in qua de infinitis speciebus agitur: & ex hoc resultant effectus quos suprà retuli in notabilibus per uiā oppositionū. Et ista est ratio text. in d.l.qui decem.§.Stichum aut Pamphilum. ꝗ.de solut. & ita etiā potest intelligi l.si unus.§.sed si stipulatus. ff.de pactis. Nam si debeas hominem, & paciscaris de nō petendo Titiū, uideris habere affectionē ad Titium tantùm, & propterea remanes obligatus ad quemlibet cōditionaliter præterq; ad Titium: sed in alternatiua cùm par causa affectionis sit ad utrunq;, si paciscaris de non petendo unum, liberaris in totum, ne aliàs obligatio alternatiua fiat præcisa, ut ꝗ declaraui.

a Adde quòd in d.§.fin. in d.l.cū is. illa cōditio quæ tacitè inest in obligatiōe alternatiua, nō dicitur posse dici potestatiua, ex quo debitor errabat, credens se teneri præcise ad unā speciē tantum. arg. not. per gl. Barto. Paul. de Cast. & alios in l.si potest. ff.de acquir. hære. & sic nō cōstat si diceretur, qd cōditiones potestatiuæ non retrò trahuntur. l.potior. & l.qui balneum. ff.qui pot.in pigno. cum simil.

1 *Ex persona hæredis non debet uariari conditio obligationis.*
2 *Quæ permittuntur principali, conceduntur etiam hæredi.*
3 *Declaratio animi non transit ad hæredes regulariter.*
4 *Quando in aliquo contractu subest tacita conditio, nisi contrahens pœniteat, pœnitentia ista non transit ad hæredes.*
5 *Si dono absenti qui moriatur ante acceptationem, istud ius acceptandi non transit in hæredes.*
6 *Facultas implendi conditionem potestatiuam, non transit ad hæredes.*
7 *Nunquid facultas retinendi instrumenta, quæ residet penes fratrem maiorem tanquam digniorem, transeat in hæredem.*
8 *Contractus ad hæredes transeunt.*
9 *In his quæ pœnam respiciunt hæres non tenetur.*
10 *Non debent concedi hæredibus, quæ nõ conceduntur testatori.*
11 *Obligatio quæ transfunditur de persona defuncti in hæredes, non debet alterari.*
12 *Principalis nõ potest eiusdem legati partẽ approbare, partẽ nõ.*
13 *Quilibet potest renunciare fauori suo.*
14 *Licet principalis non possit in obligationibus diuiduis soluere partem, hæredes tamen possunt, dummodo soluant portiones hæreditarias.*
15 *Quando cohæres in obligatione generis uel alternatiua, soluit pro parte cohæredis, succurritur soluenti per actionem familiæ erciscundæ.*
16 *Executio regulatur secundum sententiam, & sententia secundum petitionem.*
17 *Verba posita in singulari numero, debent tantùm referri ad unum casum.*
18 *In his quæ competunt pluribus ut singulis, nedum unus, sed nec maior pars potest alteri præiudicare.*
19 *An creditor possit compelli partem contingentem ab uno hærede dum accipere.*
20 *Creditor qui nõ coactus ab hæredib. partẽ spontè recepit, uidetur obligationẽ inter hæredes solutione indiuidua diuisisse.*
21 *Quomodo creditori succurrendum sit hæredibus debitoris dissentientibus.*
22 *In obligationibus dandi quis tenetur præcise.*
23 *Cohæredes dissentientes in præiudicium tertij, possunt cogi ad concordantiam.*
24 *Iudex in dubio debet eum eligere, in quo maior pars concordat.*
25 *Quomodo hæredibus inter se dissentientibus sit succurrendum.*
26 *An quilibet hæredũ promissoris teneatur in solidum, & si unus conueniatur, possit seruitutem constituere.*
27 *Rationes Iasonis, cur lex statuerit teneri istos hæredes insolidũ.*
28 *Eiusdemq; quæstionis ratio Alciati. & num. 29.*
30 *Soluens debitum non dicitur damnificare.*
31 *Litis æstimationem soluere nõ compellitur, qui rei soluendæ facultatem non habet.*
32 *Ille, cui contigit in diuisione fundus, potest præcise compelli ad constituendum seruitutem.*
31 *Significatio dictionis, insolidum.*
34 *Quilibet ex hæredibus stipulatoris potest agere insolidum contra debitorem seruitutis.*
35 *Quando stipulator moritur relictis pluribus hæredibus, fundus ipse cui debetur seruitus, efficitur omnium cõmunis.*
36 *Probatio interesse est difficilis, sed non impossibilis.*
37 *Stipulatio uitiatur, quando uenit ad eum casum, à quo incipere non potest.*
38 *Pluribus ut singulis non potest insolidum constitui eadem seruitus in fundo communi.*
39 *In seruitute reali cõstituta, sententia lata pro uno, prodest alijs: & econtrà, si sit lata contra unum, nocet alijs.*
40 *Sentẽtia lata pro uno in seruitute cõstituenda, nõ prodest alijs.*
41 *In indiuiduis sententia lata pro uno, prodest consorti.*
42 *Dato quòd ista sententia lata non prosit alijs, nunquid noceat.*

§. EX HIS. Summa & diuide ut
1 hîc per alios. Not. primo ex text. quòd † ex
persona hæredis nõ debet uariari cõditio ob
ligationis. Et istud notabile in se cõtinet tres
regulas, quæ singulariter explicandæ sunt.
Prima est, † quòd quæ permittuntur princi 2
pali, conceduntur etiam hæredi. l. hæredem.
ff. de reg. iur. concordat l. iij. C. de fruct. & lit.
expens. Fallit primo in his quæ sunt facti. l.
idem Iulianus. §. si quis. ff. de lega. i. l. cum hæ
redes. ff. de acquir. poss. & fa. l. qui hæredi. ff.
de cond. & demonst. & quod not. Bald. Salic.
& Alex. in l. emancipata. C. qui admit. Et ex
hoc infert. † quòd declaratio animi nõ transit 3
ad hæredes regulariter, ut per Bart. in l. inter
stipulantem. §. si Stichum. j. eod. quia animus
est facti. l. pro hærede. ff. de acq. hære. † Vnde 4
quando in aliquo contractu subest tacita cõ
ditio, nisi cõtrahens pœniteat, pœnitẽtia ista
non transit ad hæredes. l. iij. ff. de ser. export.
Bar. in l. qui Romæ. §. Flauius. j. eod. ad idem
facit tex. in l. si ego. §. si res. ff. de iur. dot. Et ex
hoc etiam infertur, quòd cùm cõtractus ante
perfectionem sint meri facti. l. consilio. ff. de
curat. furios. † si ego dono absenti qui moriat. 5
ante acceptionem, istud ius acceptandi non
transit in hæredem, etiam quòd donatio fue
rit stipulata per notariũ absenti, ut consuluit
Paul. Cast. consil. cxcv. uisis his quæ narrant.
in iiij. col. in ij. uol. secũdum quam opinionẽ
pluries cõsului, & ostendi esse cõmunem, &
de iure ueram. Item ex hoc infertur ratio ad
l. cum quis. j. eo. ut si aliquis stipuletur sibi aut
Titio dari, non possit dari hæredi Titij. Nam
ratio est, quia cùm Titius sit simpliciter adie
ctus, in eo nõ residet aliquod ius, sed simplex
factum, ut declarat ibi Bart. & moder. Fallit
secundo etiam in iuribus quæ conceduntur
contemplatione personę. l. cuius bonis. uers.
neq; hæres. ff. de curat. furi. l. sciendum. ff. de
re iud. & l. quia tale. ff. sol. matr. Et ita proce
dit prima oppositio Bart. hic. † unde facultas 6
implendi conditionẽ potestatiuã, non transit
ad hęredes, quia uidetur habitus respectus ad
ipsum principaliter, prout est regulariter in
conditionibus, de quo per Bart. in l. si decem
cùm petiero. j. eod. Et si promisero quicquid
Titiũ debere cõstiterit, debet constare eo ui
uente, quia uidet. habita consideratio ad eius
personam qui potuit esse melius informatus.
l. qui Romæ. §. Augerius. j. eo. secundũ intel
lectũ cõmunẽ. Ad idem fa. q̃d not. Sali. Flor.
& cõmuniter moder. in l. procurator. C. de e
den. † ubi facultas retinendi instrumenta, resi 7
det penes fratrem maiorem tanq; digniorẽ. l.
fi. ff. de si. inst. Nunquid ista facultas transeat
in hęredẽ: & cõcludũt quòd nõ: & propterea
uideretur quòd patruus in hoc excluderet fi
lios primogeniti. Et ratio est, quia illa facul
tas respicit præeminentiã & fidem personæ:
unde si deberet. ex cõtractu, secus esset, † quia 8
contractus ad hæredes transeunt. l. ueteris.
C. de contrah. & cõmit. stipul. & ita procedit
quod not. Guil. de Cun. Bartol. & Baldus in
d. l. procurator. Et ex supradicta limitatio
ne etiam infertur, † ut in his quæ pœnã respi 9
ciunt hæres nõ teneatur, quia in pœnã hæres

non succedit, ut dicit tex. in l. penul. ff. de ope
ris no. nunc. uidetur enim considerata perso
na delinquētis. Tertio fallit in his, in quibus
aliquis decedens uidet tacitè remittere: quia
licet testator posit reuocare, hæres tamē nō
poterit, ne aliàs uideatur contrauenire facto
defuncti. l. fin. C. de reuoc. dona. in fin. c. fin.[a]
extra de donat. ubi licet testator posit reuo-
care donationem ex causa ingratitudinis, nō
tamen posset hæres: quia si testator non reuo
cat, uidetur ipse remisisse illas causas, prout
notat Guido Papæ decis. ccxiij. & fa. quod
not. Bald. in l. libertatē. C. de adult. Secun-
10 da regula est,† quòd non debent concedi hæ-
redibus, quę non conceduntur testatori: pro
quo facit gl. in l. communi diuid. ff. cōmu. di-
uidun. ubi sicut emphyteuta per non solutio-
nem partis canonis caderet à tota re, ita etiam
in hæredibus. Intellige tamen istam regulam
procedere, nisi aliqua ratio suaderet indu-
ci differentiam, ueluti in his in quibus non
tenetur nisi sciens, quia in hærede præsumi-
tur ignorantia. l. qui in alterius. ff. de regul. iu
ris. Et pro hoc facit, quia licet defuncto non
debuerit assignari terminus si uixisset, tamen
asignabitur hæredi, ut dicit Baldus in l. ora-
tioni. in fin. ff. de ferijs. Item facit, quia si post
transmissum peremptoriū quis moriatur, hæ
res erit rursus citandus: quod nō fuisset in ip
so testatore, ut dicit Felin. in c. licet. in ij. col.
de accus. Item facit, quia si instrumentum ha-
bet executionē contra principalem etiam nō
citatum, tamē hæres ipse erit citandus saltem
ut discutiatur qualitas, nunquid sit hæres, ut
per Doct. l. postulante. ff. ad Treb. & per Bal.
in l. per diuersas. in x. quæst. C. mand. Socin.
consil. ciij. in iij. uol. Item fallit quando ali-
quid conceditur hæredi non ex persona de-
functi seu iure transfuso, sed ex persona pro-
pria. l. fin. C. de euict. Fulg. consil. lxvij. pater
11 familiàs. Tertia regula est,† quæ propriè lo
quitur de obligatione quæ transfunditur de
persona defuncti in hæredes, ut talis obliga-
tio non debeat alterari. fa. d. l. prætoriæ. §. fin.
allegata hic in gl. & l. cui fundus. ff. de cond.
& demon. Limita istam regulam generaliter,
quādo aliqua ratio suadet alterari eam in per
sona hæredis, ut per Paul. de Cast. hic, & pro
batur in isto tex. dum loquitur in hærede pro
missoris uiæ, uel cuiuscūq; seruitutis: nam in
principali est una tantū obligatio, in hæredi-
bus plures: & hoc fuit introductum ex causa
necessitatis. Et idem probatur etiam in l. lega
12 tarius. ff. de leg. i. † nam principalis nō potest
eiusdem legati partem approbare, partē nō:
& ideo cùm ista ratio cesset in hęredibus, quia
non dicitur idem legatum, ex quo actio diui-
ditur per legē XII. tabul. cessat dispositio tex.
nostri, & consequenter alteratur conditio ob
ligationis. & probatur hoc in l. nam absurdū.
ff. de bon. liber. Et ex hoc etiam infert, quòd
cùm ista lex introduxerit non mutari condi-
tionem obligationis fauore creditoris, cessan
13 te tali fauore, cessabit dispositio; † quia quili-
bet potest renunciare fauori suo. l. si quis in
cōscribendo. C. de pact. Et istud est quod uo
luit dicere gl. hîc, ita intelligendo d. l. legata-
rius. Nam ibi nisi uariaret cōditio obligatio-
nis, cōpelleretur cohæres legatarij, & sic cre-
ditor acceptare partem repudiatam à cohære
de: quæ acceptatio reputatur odiosa, quia ab
inuito fieret. arg. l. nemo. ubi Bar. & Ang. C.
de decu. lib. x. Et ex hoc etiā infertur ratio ad
tex. in l. reperit. ff. ad l. falc. & in l. si per impru
dentiā. §. nō mirū. ff. de euict. Et sic ista limit.
est multū generalis. † Limita secundo, ut nō 14
ꝓcedat in obligationib. diuiduis: quia in his li
cet principalis nō posit soluere partem, l. tu-
tor. §. Lucius. de usur. tamē hæredes possunt,
dummodo soluant portiones hæreditarias. l.
si testamento. §. i. ff. de fideiuss. l. iij. C. de neg.
gest. cum simil. Sed aduerte, quia ista limita-
tio nō uidetur uera, per tex. nostrum, in quo
generaliter ponitur regula, unde generaliter
debet intelligi, nec restringi ad casum in lege
positū, ut dicit Bar. in l. regula. ff. de iur. & fa-
cti ignor. & Bal. in l. conuenticulam. C. de e-
pis. & cler. Et sic tollitur responsio Bart. & cō
munis hic, dum restringūt regulā istius tex.
quando sequeretur inconueniens, de quo in
d. §. pro parte. cōtra quam solutionē etiam fa-
cit tex. in d. l. cui fundus. cum simil. Quare a-
lio modo ego respondeo, persistendo in opi-
nione quam tenui in §. præced. quòd imò e-
tiā principalis potuisset inuito creditore par-
tem soluere, ut ibi latius dixi: & sic lex XII. ta
bul. nō alterauit conditionē obligationis, sed
simpliciter diuisit ipso iure pro portionibus
hæreditarijs, cùm antè potuissent hæredes te
neri etiam pro parte nō uirili, ut probatur in
d. l. i. C. si cert. pet. & in d. l. ea quæ. C. famil. er
cis. Et sic absq; facto iudicis, uel etiam ipsarū
partiū, fit ista distributio. & istud uidetur ue-
rius. Secundo nota,† quòd in obligatione 15
generis uel alternatiua, quando cohæres sol-
uit pro parte cohæredis, succurritur soluenti
per actionem familiæ erciscundæ. ita probat
in isto textu, intelligendo quòd uers. quo ca-
su. referatur nedum ad obligationem seruitu
tis, sed etiam ad primā partem tex. prout com
muniter tenet. Et ideo infert Bart. quòd iste
cohæres si uellet soluere partem suam ad effe
ctum suspendendi actionem cōtra se, donec
sciatur an alij cohæredes uelint soluere in ea-
dem re, quòd non poterit cogere creditorem
ut acciperet; quia si posset, non diceretur sol-
uere ex necessitate pro cohæredibus, & con-
sequenter non competeret sibi actio familiæ
erciscundæ. l. hęredes. §. si unus. ff. famil. erci.
Sed licet ista dicta cōmuniter teneantur per
Doct. non puto esse uera. Et moueor primo,
quia obligatio generalis uel alternatiua, ut di
ximus in pręced. §. est diuidua cōtractu & pe
titione, & consequenter non potest creditor
petere ab hęredibus nisi contingentē portio-
nem, ergo nec hęredes possunt cōpelli ad sol
uendum nisi cōtingentem portionem: † quia 16
executio regulatur secundum sententiam, et
senten-

[a] Vide ibi Panor. pro declaratione.

sententia secundum petitionem. l. ut fundus. ff. cõm. diuid. per Bald. in c. i. hic finit lex Corrad. in usib. feud. & Felin. in c. licet Heli. col. vi. de simo. ergo nõ potest dici q iste cohæres soluat solidum pro cohærede ex necessitate, prout præsupponeret tex. secundum intellectum cõmunẽ. Nec obstat si diceres, quòd soluit ex necessitate causatiua, secundũ Imol. in §. præced. & Lud. Rom. hic, arg. l. iij. C. de neg. gest. ex quo aliter iste nõ liberaref: quia respõdeo, quòd aut creditor petit ab uno tantum, & iste soluendo partem contingentẽ in homine, non debet interim posse molestari, quia soluit q̃d petitur, & executio stat in pendenti, ut ĩ ostendam: & sibi creditor imputet qui ab illo tantũ petit. Aut creditor petit ab omnibus, & nõ est aliqua necessitas causatiua quòd ipse soluat totũ, ex quo habet alia remedia uersus cohęredes ut simul cõsentiant. & ita tradit Bart. hic, & ĩ dicam. Nec dicitur quid ex necessitate factum, quod potest alio modo commodè expediri, arg. l. & ideo, ff. de cond. furt. per Aret. in l. is potest. ff. de acqui. hæred. in fin. & fa. gl. in l. i. ff. sol. matr. Secun
17 do contra Bart. † & cõmunem intellectũ etiã faciunt uerba text. ibi, Sed quo casu & c. quæ cùm ponantur in singulari numero, non debent referri nisi ad casum præcedentẽ: & interpretatio gl. cauillat tex. dum intelligit, quo casu, scilicet in omnibus prædictis. Tertio etiam moueor, quia si posset iste cohæres soluere totum hominẽ, & habere repetitionem per actionẽ familiæ ercifcundæ, sequeret unum incõueniens, quòd cùm electio hominis spectet ad omnes simul, quòd iste posset anticipare solutionẽ, & cõsequenter illis præiudicare in iure eligendi: quod est absurdũ. l. in diem. uers. ideo. ff. de aq. plu. arcen. quia es
18 set in effectu tollere ius tertij. & facit, † quia in his quæ competunt pluribus ut singulis, nedum unus, sed nec maior pars potest alteri preiudicare, d. l. in diem. & l. seq. & per Doct. hic. Et ex hoc tollitur ratio Imol. & Rom. fundata in d. l. iij. C. de neg. gest. nam ibi pro redemptione pignoris cohæredes tenentur ad pecuniam: unde si unus in totum soluit, non possunt cohæredes dicere sibi factum præiudicium soluendo pecuniam, ex quo in ea nõ cadit electio nec affectio. l. nummis. ff. de in litem iur. secus est in casu nostro, in quo ius eligendi tolleretur cohæredibus. Circa secun-
19 dum, dum Bar. & Doct. uolunt, † quòd creditor nõ compelleretur partem contingentem ab uno ex hęredibus accipere, nec interim suspenderetur actio, per istum text. & tex. in d. §. pro parte, puto contrariã opinionẽ esse magis ueram: & iste tex. nihil facit, quia ut ŝ dixi, inductio Bar. non est uera, ex quo falsum est quòd cohęres soluens habeat actionem familiæ ercifcundæ. Nec etiã text. in d. §. pro parte. facit pro cõmuni, quia loquitur de solutione quæ fit ad effectũ plenæ liberationis, non autẽ de ista quæ fit ad finem suspensionis. & ita illum tex. intelligunt cõmuniter Doct. in d. §. præced. Et pro ista parte cõtra Bart. facit, quia si creditor non compelleref accipere, & consequenter acciperet nisi uolens, certè deberet iste soluens pro parte sua penitus liberari, ex quo cessaret ratio d. §. pro parte. nõ enim fecisset debitor ut ille non haberet quod esset stipulatus, cùm cogere eum debitor nõ potuisset: sibi ergo imputet creditor qui spõtè accepit. Secundo contra Bar. facit, † quia si 20
creditor nõ cogeretur partem recipere, & ab uno ex hæredibus partẽ spontè reciperet, uideretur obligationẽ inter illos solutione indiuidua diuisisse. arg. l. si ex toto. §. i. ff. de leg. i. & l. si creditores. C. de pact. Nec dicaf quòd dicta iura nõ loquũtur in casu quo sequi posset absurdum, de quo in d. §. pro parte, quia si inducaf tacita diuisio creditore uolente, cessat dictum absurdũ. l. ij. §. i. ff. si cert. pet. Nec ratione præiudicij cessare debet præsumptio diuisionis, quia in casu d. l. creditores, agebatur de maiore præiudicio quàm in casu nostro, si alter correus factus fuisset non soluendo. l. inter. §. i. ff. de fideiuss. Et sic in hoc puncto resideo, etiam contra Bart. & cõmunem.

Et ex hoc notabili consequenter infert ad quæst. † quemadmodũ succurratur creditori, 21
hæredibus debitoris dissentientibus. In qua quæstione Bart. dicit fieri condemnationem ad æstimationẽ, siue constet iudici de discordia ante sententiã, ut per gl. in §. præced. & textum in ea allegatũ in l. hæredes. §. si incerto. ff. famil. ercisc. & gl. in l. i. ff. de act. emp. siue cõstet post sententiã: quia licet sententia condemnet ad hominem dandum, tamen executio poterit fieri in æstimatione. arg. gl. in l. cum qui certarum. §. i. ĩ. eod. & quod not. in l. si seruum. §. fin. ĩ. eo. Sed puto aduertendum, quia ista nõ uidentur uera. Et primò contra Bart. moueor, quia sicut principalis ipse nõ liberaretur soluendo æstimationẽ, sed debet præcise soluere hominẽ, ut ŝ in §. præced. ergo idẽ de hęredibus, ne uarietur conditio obligationis de testatore ad hęredes, per istum tex. qui de directo urget contra istam cõmunem sententiam. Secundo moueor per tex. in d. §. pro parte, dum dicit ideo hæredes nõ liberari nisi soluto integro homine, alioquin in diuersis hominibus rectè partes soluerent: & sic præsupponit tex. discordãtibus hæredibus quòd potuisset sequi incõueniens, ut solueretur in diuersis hominibus, nõ autem partim in æstimatione, partim in homine, quod potuisset accidere si uera esset opinio Bar. & cõmunis. Tertio moueor, quia pone quòd debitor hominis decesserit relictis duobus hæredibus, & unus est paratus soluere in homine, alter non, si deueniremus ad æstimationem, sequeretur quòd præualeret opinio contumacis, opinioni illius qui paratus est soluere in eo quod uerè debet: quod uidetur incõueniens, quia in pari causa nunquam est potior conditio prohibentis, quando ille prohibens est in culpa. l. Sabinus. ff. cõmu. diuidun. l. ij. C. quod met. caus. prout eam declarat Aret. in

l.si quis cũ aliter.in iiij.col.j.eod. Quarto mo
22 ucor ratione Bal.hic.†Nam in obligationib.
dandi quis tenetur præcise.l.ubi autem.§.fin.
j.eod.præsertim ubi res extat,prout est in ca-
su nostro:quia genus perire non potest. l.in-
cendiũ.C.si cert.pet.Et per istud fundamen-
tum, Alex.hic intelligit istam opinionẽ Bar.
procedere, quando iudex captis pignoribus
& mulcta indicta nõ potuisset inducere hære
des ad cõcordiam:& sic etiam Alex.tenet re-
gulariter cõtra Bar.ut deueniatur ad æstima-
tionem nisi in subsidium, ubi consumpta es-
sent alia remedia.Aliter tamen Soci.respon-
det ad istud ultimũ, ꝙ imò ista est obligatio
faciendi, quia eligere est quid facti: & est de
mente Ias.hîc. quæ solutio nihil est, quia se-
queretur indistinctè faciendam esse condem
nationẽ in interesse, iuxta l. stipulationes nõ
diuid. in uers. Celsus. j.eod. quod est contra
Bart.& omnes. Item istud factum est accesso
rium dationis, unde non habetur in conside-
ratione.l.cùm seruus.ff.de cond.& demonst.
& s dixi in prin.l.Et tenendo istam opinionẽ
nõ obstant allegata in contrariũ, & primo d.
§.si incerto.dum dicit,Et ideo iudices plures
damnati fuerint:qa uult dicere text.nõ quòd
fuerint damnati in æstimatiõe, sed quòd pro
pter negligentiã & discordiam iudex compu
lit eos dare alium hominẽ preciosiorẽ: q̃d po
tuit facere,ut j dicam. & ita illum text.decla-
rat Aret.in d.l.cum qui certarũ.§.fi.in iij.col.
j.eo. Non obstat gl.in d.§.fi.allegata hîc per
Bar.quia eam reprobat ibi Aret.Et dato ꝙ sit
uera, nihil tamen facit, quia ibi fit condemna
tio in æstimationẽ, in odium ipsius debitoris
tam frequenter uariãtis: sed in casu nostro nõ
est ratio odij aliqua in istis hęredibus, cũ non
teneatur unus magis cõsentire electioni alte
rius, quàm ille alter electioni suæ. Nõ obstat
gl.in l.i.ff.de act.emp.ubi ad unum agitur,&
ad aliud fit cõdemnatio: quia illud est uerũ in
obligatione tradendi, quę est facti: sed nos su
mus in obligatione dandi. Non obstant not.
in d.l.si seruum.§.fin.j.eod.quia in obligatio-
ne dandi fateor quòd fit executio in æstima-
tione quãdo impossibilis est datio, prout ibi
dicitur, quia ad eam deuenitur in subsidium:
sed in nostro casu nõ est impossibilis, sed dif-
ficilis solutio, quæ difficultas nihil alterat, ut
est text. hic in fin. præsertim cùm proueniat
ex facto ipsorũ debitorũ. Et sic quo ad istud
primum remedium resideo contra Bart.

Videamus nunc, nunquid aliud remediũ
23 sit uerum.Et dicit Bar.†quòd ex quo isti hære
des dissentiunt in præiudiciũ tertij, quòd po-
terunt cogi ad concordandum per iudicem.
l.huiusmodi.§.fi.ff.de leg.ij.Aduerte primo,
quia ibi non erat præiudiciũ tertij, prout præ
supponit Bar.hic & in d.§.fi. ex quo interim
hæres non potuisset compelli ad soluendum
nisi ipsis concordantibus, ut ibi dicitur, & fa-
cit l.quotiens.ff.de usufruct.& l.itinere.ff.de
seruit.rust.præd.cum simil.& sic discordia
ibi præiudicabat tantummodo ipsis discor-
dantibus, prout etiam aduertit Bald.hic.Sed
quicquid sit, puto opinionem Bar.esse uerã;
quia hoc modo ille text.probaret à fortiori.
Sed difficultas est in practica, quomodo iu-
dex eos concordabit.Et dic competere plura
remedia.Primo uidet̃, quòd si noluerint con
cordare, possit iudex transferre electionẽ in
creditorẽ, iuxta gl.in d.§. si incerto. & Doct.
in d.l.cum qui certarũ.§.fi.& est de mente A-
lex.hic,Socin.tenet contrariũ: quia dicta per
Doct. possunt procedere quando partes nul
lo modo uolunt eligere, secus si eligunt & di-
scordent: quæ opinio mihi placet, ex quo, ut
suprà dixi, nõ uidetur quòd isti hæredes de-
beant ita puniri, cùm nõ sit ratio ne magis u-
nus cõsentiat alteri, q̃ alter illi; quod nõ est in
casu d.§.fi. Secundo dicit Alex.eos cõpel-
lendos ad concordiã captis pignoribus & in-
dicta mulcta, quod etiã non placet; quia cùm
nõ sint cõtumaces in eligẽdo, sed solũ discor-
dent inter se, & sic nõ arguat̃ dolus, ut s dixi,
nõ debent mulctari, ut per gl.in l.i.in uerbo,
hoc iudiciũ.in fi. ff. si quis ius dic.nõ obtem.
Quare tertiũ remediũ mihi magis placet, ꝙ iu
dex faciat præceptũ ad instantiã creditoris,
sub cõminatione, ꝙ nisi eligant infra certum
terminũ, ipse eliget, iuxta l.in uẽditione.§.fi.
ff.de bon.aut.iud.poss.& quod not.Doct.in
l.iusiurandũ & ad pecunias.in §.si in qualita-
te.ff.de iureiu.& Instit.de satis.tut.§.i.& istud
est de mente Flori.in l.itinere. ff.de seruit.ru
stic.præd.& per Felin.in rub.extra de treug.
& pace. in penult.col. uers.fallit sexto. & per
moder hic.†Et in dubio iudex debebit elige- 24
re eum in quo maior pars cõcordat, & ita po-
test saluari opin.gl.hic, quã omnes reprobãt,
& fa.gl.in d.l.fi.C.cõmu.de legat.in prin. Et
pro hoc facit, quia in his in quibus tantũ ius
habet unus quantũ alter, potest iudex gratifi
cari, ut per gl.in l.ij.§.i.in uerb.ad obtinendũ.
ff.ne quid in loco pub.In dubio aũt iudex de-
bet gratificari maiori parti.c.iij. extra de iure
patro.& Bald.in l.i.in vi.q.ff.de offic.consul.
Alex.in l.duo iudices.in fi.ff.de re iud. nõ ta-
men iudex cogit̃ hoc facere.l.nõ quicquid.ff.
de iudic. †Secũdo uidendũ est, quemadmo 25
dum succurrat̃ hæredib.inter se. Et Bar.con
cludit, ꝙ si timeatur damnũ ex ista discordia,
fortè quia dubitãt ne creditor per captionem
pignorũ uel alia remedia executiua eos mole
stet, ꝙ poterũt petere ut res forte dirimatur.
arg.l.fi.in prin.C.cõmu.de leg.& ita transeũt
Doct.cõmuniter. Sed ista opin. est apud me
ualde dubia, propterea ꝙ iudiciũ sortis est pe
riculosum, & subiectũ fortunæ, nõ autẽ ratio
ni, unde nõ est trahendũ ad cõsequentias, ut
dicit Bal.in l.meminimus.C.quand.& quib.
quarta pars.lib.x.sequit̃ Iason in d.l.fi.& præ
sertim quia non est par ratio in casu nostro,
iuxta text.in l.si. C.de codicil.nam in d.l.fin.
C.cõmu.de leg.illi qui discordabant, agebãt
de lucro captãdo: sed in casu nostro agitur de
damno uitando. Pone enim ꝙ aliquis moria
tur relictis duobus hæredibus, ex quib.unus
fortè

fortè amicus creditoris uult soluere hominē
maximi precij, uidetur dicendū ꝙ debeat re-
curri ad sortes, prout in simili dicit Bart. in §.
Cato. in fi. j. eo. unde quādo caderet similis su
spicio fraudis, putarē quòd iudex deberet in
terponere partes suas, ut soluaṫ mediocris, et
quē solui magis expediret, arg. d. §. si incerto.
& l. maiorē. in fi. ff. de pact. Postremò Iason
hic in iij. q. Bar. tenet, ꝙ poterit debitor solue
re pluribus hęredibus stipulatoris in diuersis
hominib. Dic quòd ista opin. est cōtra tex. ad
literā, in l. si nō sortem. §. fi. ff. de cond. indeb.
& contra eam etiā est tex. in d. §. pro parte. de-
clarando eum ut per ipsum Ias. in §. seq. Ter
26 tio nota, quòd †quilibet ex hæredib. promis-
soris tenetur insolidum, & cōsequenter si u-
nus conueniaṫ, poterit seruitutē constituere,
ita probat iste tex. in uerb. solidū, intelligēdo
propriè: & ita tenet Ang. Paul. de Cast. & So
ci. quem intellectū utpote uerbis literæ cōue
nientem infra sequar. Contrariū tenet Bart.
Imol. Alex. & alij cōmuniter: quia si sunt plu
res domini unius fundi cōmuniter, nō potest
unus tantū cōstituere in eo seruitutem. l. pro
pro parte. ꝫ. de seruitutib. l. per fundum. ff. de
seruit. rust. præd. l. fin. C. cōmu. præd. & pro-
pterea ipsi intelligūt tex. quatenus dicit inso-
lidum fieri præstationē, ut intelligatur nō de
ipsa seruitute, sed de æstimatione seruitutis:
& sic hic erit casus, ꝙ quis cōdemnatus ad æ-
stimationē tenebiṫ insolidū, ex quo etiā fuit
conuentus insolidū, licet regulariter æstima-
tio sit diuidua. d. l. stipulationes nō diuid. uer
sic. Celsus. j. eod. Sed quicquid dicant Doct.
puto text. esse propriè intelligendum. Et pro
clariore intelligentia primò uidendum est,
27 †cur lex potius statuerit istos hæredes teneri
insolidū, & sic quòd obligatio multiplicetur
in hæredibus, ꝙ̄ statuerit omes eos teneri col
lectiuè. Et dixit primò Ias. hîc, quòd obligatio
collectiuè nō habet locū nisi in collegio: quæ
respōsio nihil est, per l. & suū. & l. maiorē. ff.
de pact. Secundo respōdet, quòd cùm isti hæ
redes habeant cōmoda prout singuli, nō de-
bent teneri ad onera prout collecti. Sed nec
istud placet, quia nō tollit difficultatē, ex quo
in indiuiduis uideretur quòd debuissent etiā
habere cōmoda ut collecti, & consequenter
in plures hæredes stipulatoris seruitutis non
deberent esse multiplicatæ obligationes acti-
uè: unde per hoc nō affertur ratio ad utrunq;
28 casum. Quare tu dicas, †quòd in promissori-
bus uera ratio est: quia lex uoluit unūquenq;
teneri insolidum, ut ad quemcunq; in diuisio
ne pertineat fundus, in quo seruitus est pro-
missa, ille possit cōueniri & præstare seruitu-
tem: cùm enim nō habentes fundū uicinū, nō
possint præstare seruitutē, §. ideo autē. Instit.
de seruit. si fundus ille fuisset assignatus uni
tantū, creditor nō posset habere seruitutē de-
bitam nisi ille unus teneret insolidū. Stante
ergo ista ratione dicendū est, quòd ubi isti hę
redes adiuerint hæreditatē, & diuiserint inter
se extraiudicialiter, & alicui sit assignatus iste
fundus in quo seruitus promissa est, poterit
creditor cōpellere istum hæredē ad præstan-
dum seruituē in totū. & ita intelligendus est
iste tex. qui dum dicit, & unus ex hæredibus
in solidū præstiterit, nō est intelligēdus quòd
quilibet possit insolidū præstare, prout credi
derūt Doct. sed uult dicere, ꝙ qui pręstiterit,
habebit actionē familiæ erciscūdæ: & præsup
ponit quòd sit præstita ista seruitus ab eo, qui
habeat facultatē pręstandi: quia quantū sit ad
istam præstationē, lex nō loquiṫ decisiuè, sed
incidenter; unde quando lex decidit casum,
præsupponitur habilitas respectu omnis alte
rius defectus. l. qui in testamento. ff. de testa.
c. unico. de ætat. & qual. lib. vi. †Nec obstat si 29
in cōtrariū adduceretur: quia iste intellectus
loquitur quando adita est hæreditas, & facta
diuisio inter hæredes, ergo nō posset compe-
tere actio familiæ erciscundę, prout dicit tex.
quia talis actio non competit post diuisionē,
sed actio in factum. l. si filia. §. familiæ. ff. fam.
ercisc. & gl. in l. iij. C. de neg. gest. & Bart. in
l. v. §. fin. in fin. j. eod. Sed responde, quòd ar-
gumentū posset militare quando semel facta
fuisset diuisio iudicialiter per iudicium fami-
liæ erciscundæ: secus si facta esset extraiudi-
cialiter, quia per talem diuisionem non extin
guitur hoc iudicium. l. i. ubi gl. Bart. & Bald.
C. famil. ercis. Et hoc modo non obstat ratio
Bart. & Doct. de d. l. pro parte. ff. de seruituti
bus. quia illa iura loquūtur in pluribus domi
nis, sed iste conuentus in casu nostro erat so-
lus dominus fundi per diuisionē. & ita teneo.

Non obmitto tamen quòd Ang. Paul. de
Cast. & Soci. intelligunt alio & secundo mo-
do istum tex. ut unus ex cohæredib. etiā ante
diuisionē conuentus possit constituere serui
tutem in fundo cōmuni. per tex. in l. si procu
ratorē. §. si ignorātes. ff. mand. & per istū text.
limitantē secundū eos regulā d. l. pro parte.
cum simil. ut nō procedat quādo à principio
unus tantū fuit debitor, cui successerunt plu-
res hæredes: nam tunc sicut in fauorē credito
ris lex multiplicat obligatiōes in persona hæ
redum, q̄d est maius, eodē modo cōcedit ꝙ il
li possit per unū ex hæredibus tantū cōstitui
seruitus, q̄d est minus, ex quo in isto casu nō
soluiṫ in effectu nisi quod est uerè debitū. &
facit, cùm testator promiserit seruitutē, & sic
fundus sit destinatus, ad hoc potest socius a-
gere, & disponere de re cōmuni ad usum de-
stinatū, etiā inuito socio. l. si cōmunes. ff. de
neg. gest. l. hæc distinctio. §. fi. ff. loca. Nec ob
stat respōsio Ias. dum dicit quòd istud nō pro
cedit quando damnificareṫ socius: †quia sol- 30
uens debitū nō dicitur damnificare, imò talis
expensa diciṫ utilis. l. i. ff. de impens. in rebus
dotalib. l. soluendo. ff. de neg. gest. Et ista opi
nio disputatiuè satis potest teneri, ut hîc per
Socin. & dicetur aliquid in §. Cato. in viij. op-
pos. Bar. j. eod. Sed mea declaratio magis pla
cet: quia si bene uideantur uerba text. non
ueniunt statuendo quòd hæres solus possit
cōstituere seruitutem, sed loquitur in casu in

quo possit,& sic præsupponit habilitatē,ut ſ dixi. Tertius intellectus istius uersiculi est quem tenuit gl.Bart.& alij cōmuniter,ut intelligamus quòd hæres cōuentus ad seruitutem soluerit solidum,& sic integrā æstimationem seruitutis. Sed iste intellectus ultra ꝗ nō conuenit uerbis legis, uidetur etiā nō fundari bona ratione: nam ratio Bart.& Doct.non uidetur uera, dum dicunt, quòd licet regulariter obligatio ad interesse sit diuidua, tamen in casu nostro est secus: quia cùm condemnatio sit facta ad solidam seruitutē, ad hoc ut fiat plena executio sententiæ, debet exigi solida æstimatio. Nam contra istam rationē est tex. in l.sup raiter.§.officiū. ff.de aqua plu.arcen. ubi si plures domini destruūt opus in fundo, per quod dent damnū uicino, potest uicinus agere cōtra unum in solidū, ut opus restituat, & cōdemnatio æstimationis fiet nisi pro parte. Sed tamen, licet Bar.& Doct.nō bene declarēt, cōmunis opinio potest sustineri, & in
31 in se est uera, per aliam rationē.† Nam quando creditor agit cōtra unū ex hæredibus promissoris ad seruitutē, ex quo iste hæres nō habet facultatē constituendi, & sic nō potest dare, compellitur soluere litis æstimationē, ut dicit text.in l.hæredes.§.an ea.ff.famil.ercisc. ad quam litis æstimationem nō compellitur nisi qui rei soluendę facultatem non habet. l. eius rei. cum l.seq.[a] ff. de rei uend. ubi notat. Istud autem fuit introductū ex causa necessitatis: quia cùm sententia condemnet pręcise, etiā solutio debuit præcise fieri: sed quia non potest, lex uoluit solui æstimationē litis, per quam lex fingit rem ipsam præcise creditori datam, & rursus soluenti uenditam ea pecunia qua lis æstimatur, ut est text.in l.iij. ff. pro empto.& in l.si propter.ff.rerū amot. In proposito ergo cū ista æstimatio litis pro emptione habenda sit, meritò est indiuidua, sicut ipsa emptio.l.cum ex causa.ſ.eod. quę ratio cessat in casu d.§.officium. quia ibi nō soluitur litis æstimatio, ex quo condemnatus habet facultatē operis restituendi, sed solùm soluit interesse, quod est diuiduum.d.uers.Celsus. & sibi imputet actor qui nō egit contra omnes, quod potuit etiam eodem libello, ut notat ibi Bald.& Imola: quod non est in casu nostro, quia creditor cùm habuerit à principio nisi unum obligatū ad istud indiuiduum, meritò debet sibi succurri, ut non compellatur agere nisi cōtra unum ex cohæredibus, arg.not. per Bart.in l.cū ab uno.ff.de leg.ij. Et ex istis tribus intellectibus resultat declaratio text. sine aliqua cauillatione. Nam aut hæredes nondum fecerunt aliquam diuisionem,& potest unus constituere seruitutem, secundum opinionem Angeli, Paul.de Cast.& Socin.
32 Aut iam fecerunt diuisionem,†& ille cui contigit in diuisione fundus, potest præcise compelli ad constituendum seruitutem, ut ſ declaraui. Si uerò actor malit agere contra unum cui nō contigerit fundus, faciet eum condemnari ad solidum,& ille compelletur soluere

[a] Adde tex. melius probātem in l.si seruum. §.fi.cū ibi not. ſ.eod. quia iura hic allegata per D.meū parum faciunt.

æstimationē litis, d.§.an ea.& consequenter ex dispositione legis dicetur constituisse solidam seruitutē, sed eam cōstitutā emisse, quia
æstimatio loco emptionis est, ut ſ dixi:† & sic 33
uerbum, solidum, in tex. nostro intelligetur de ipsa seruitute uerè, quo ad eum cui in diuisione fuerit assignatus fundus: fictè quo ad eum cui nō fuerit assignatus, ut ſ declaraui. Et sic patet quòd Soci.& Ias.male loquuntur hîc, dum dicunt, quòd debemus intelligere quòd ideo fiat executio in æstimatione, quia omnes hæredes erant in mora. per l.fideicōmissum.§.pen.ff.de leg.iij. nam teneo contrarium: quia ista esset magna diuinatio ad istū textum, nec d.l.fideicōmissa.loquitur quādo quis tenetur ad æstimationē, sed quando tenetur ad interesse, inter quos casus est magna differentia, ut ſ ostendi. Adde etiam, quòd idem Iason dum reprobat Bar.hîc, non uidetur bene eum intellexisse: quia Bar.non dicit quòd possit à principio agi ad interesse contra debitorem seruitutis, sed opposuit generaliter contra tex. quòd interesse sit diuiduum, & respondet quòd fallit in nostro casu, cùm non petatur principaliter, sed ueniat in executione: unde nō sequitur, ergo in nostro casu poterit interesse peti principaliter, prout
præsupponit Iason. Quarto noto,† quòd 34
quilibet ex hęredibus stipulatoris potest agere in solidum contra debitorem seruitutis, & sic obligatio indiuidua multiplicatur etiā ex parte creditorū. Sed pro declaratione istius notabilis aduertendum est circa argumentū Iurisconsulti, d[u]m dicit, quòd quidam dicebant hoc casu stipulationē annullari, & ipse decidit cōtrariū, ex quo nō facit inutilem stipulationē difficultas pręstationis: uidendum enim est in quo cōsistat ista difficultas. Et cōmunis intellectus est. quòd difficultas erit respectu creditorum, ex quo requiritur ut omnes consentiant, aliàs nō ualet constitutio. l. fin. ff.cōmu.præd.& istud est propter naturalem hominū facilitatem ad dissentiendum. l. item si unus.§.principaliter. ff. de arbit. quæ difficultas etiam est respectu debitoris, ut est de mente gl.in uerb.nō potest.in fin.& declarat Raph.Com.Hieron.Tortus & Iason hîc, dum iungunt intellectum Ioannis cum communi. Sed aduertendū est, quia licet Doct. ita pertranseant, iste intellectus non uidetur uerus, nec quadrare uerbis legis. Et primò non uidetur conuenire uerbis legis, quatenus lex considerat difficultatem: quia seruitus per singulos acquiri non potest: ipsi autem considerant difficultatem ex discordia hæredum. Secundo, quia tex.expresse ponit istud argumentū respectu hęredū stipulatoris tantùm, & tamen eadem difficultas etiā esset respectu hæredum debitoris. d. l. fin. ff. cōmunia præd. Tertio, quia non uidetur ista dubitatio probabilis, quòd aliqui dixissent corrumpi stipulationē, quia censerēt impossibile quòd isti cōcordarent: quia imò uerisimile est quòd concordent, ex quo agitr de
uulitate

utilitate sua, arg. l. Lucio, ff. de aq. quot. & forte etiam possent cogi ut concordarent, per iudicem, ad petitionē alterius ipsorum. d. l. huiusmodi. §. fi. ff. de leg. i. quicquid teneat Bar. per l. quotiens. ff. de usufruct. & d. l. itinere. quæ iura nō negant quin possit iudex aliquo corū petente se intromittere. Quarto contra cōmunem facit, quia secundū hunc intellectum nō esset uerū quòd stipulatio incideret in casum, à quo incipere non potest: imò posset incipere à tali casu, licet difficulter, & tamē tex. absolutè dicit ꝙ à tali casu nō potest incipere. l. pluribus. §. fin. l. eo. Quinto & ultimo cōtra cōmunē facit, quia ipsi præsupponunt fore ut de facili hæredes stipulatoris discordent, ex quo ad eos spectat electio loci, in quo cōstituenda sit seruitus, ut sentit gl. hîc, per tex. in l. si unus. §. fi. ff. de serui. rust. præd. & fa. l. itinere. eod. tit. & l. si cui. ff. de seruit. & ita firmat Alex. & Aret. hîc. Sed ista opinio nō uidetur uera; quia electio debet esse debitoris, prout regulariter est. l. plerunq;. in fin. ff. de iur. dot. & de hoc est text. ad literam in l. si uia. ff. de seruit. rust. præd. qui aliter nō potest intelligi sine magna calumnia. Non obstat d. l. si unus. quia teneo literā affirmatiuā, quæ procedit de plano: nam negatiua litera nō potest saluari, nisi cum magna subauditione. Nō obst. d. l. si cui. quia ille tex. nō loquitur quando cōcessa est uia tanꝗ seruitus, sed quando est cōcessa in modū simplicis facultatis: q̄d probatur ex illis uerbis, Si cui simplici usu: unde cùm ibi sit concessa uia tanꝗ cōmoditas, uidetur habitus respectus ad cōmoditatem solam creditoris, unde potest ea uti qualibet parte fundi, dummodo utatur ciuiliter, et noceat domino minus quàm possibile sit. Et facit etiam, quia tex. dicit uiam fuisse concessam in infinito, & sic sine aliqua determinatione, ut creditor posset ire quà uellet. Non obstat d. l. itinere. quia ibi elegit hæres locum uiæ, in quo loco cùm unus creditorū dissentiret fortè ex aliqua causa, tex. ostendit per talem dissensum prohiberi acquisitionē etiam in persona cōsentientis, & ad hoc decidendū factus est ille tex. nō autē ut decideret ad quē pertineat electio. In proposito igitur, cùm electio loci nō pertineat ad ipsos hæredes stipulatoris, nō uidetur esse aliqua probabilis difficultas. Quare tu considera aliam fuisse intentionem Iurisconsulti quàm Doct. dicant: nam Iurisconsultus nō attingit casum, quando omnes hæredes stipulatoris concordant, ut simul petant seruitutem sibi debitam: quia ille casus est clarus, quòd possunt. l. si unus. in secundo respons. ff. de seruit. rust. præd. d. l. hæredes. §. an ea. sed totum attingit, quando singuli petunt istam seruitutē: nam iste casus est ualde dubius, quia uidebatur quòd non possent agere, tanꝗ in hoc casu uires stipula-
35 tionis extinguerentur. †nam quando stipulator moritur relictis pluribus hæredibus, fundus ipse cui debetur seruitus, efficitur omniū cōmunis; sed stipulatio seruitutis non potest diuidi, unde sequitur quòd quilibet tanquā singuli agere debebunt insolidum ut sibi cōstituatur seruitus: sed istud est impossibile, quia in fundo cōmuni nō potest acquiri seruitus à singulis. d. l. pro parte. cum simil. ergo stipulatio uitiabitur, quia incidit in casum à quo non potest incipere. l. pluribus. §. fi. l. eo. & consequenter nō deberent posse agere ut singuli. Sed respondet Iurisconsultus utique fallendo arg. quòd stipulatio quantum sit respectu seruitutis, incidat in dictū casum; sed quia ex quo seruitus non potest per singulos acquiri, lex statuit solui æstimationē pro parte agentis. l. loci corpus. §. si fundus. ff. si seru. uend. ubi lex propriè facit istam consequentiam, sequitur quòd stipulatio sustineat̃: quia præstatio licet respectu seruitutis sit impossibilis, tamen respectu æstimationis quæ illi in d. l. loci. subrogatur, est possibilis, licet difficilis: quia probatio interesse est difficilis. l. fin. ff. de præt. stipul. quæ difficultas nō uitiat stipulationem. & sic Iurisconsultus hic est ualde breuis: quia dum refert argumentū tenentium stipulationē extingui, omittit maiorem tanquam de se notam, quæ suppletur per d. l. pluribus. §. fin. & dum ipse respondet, omittit etiam maiorem, & partem minoris, quæ suppletur per d. l. loci. §. si fundus. uoluit enim uti isto argumento, Licet petatur seruitus, tamen quia seruitus dari non potest, præstabi-
tur interesse: sed †pręstatio interesse nō est im 36
possibilis, sed difficilis. d. l. fin. ff. de præt. stipu. ergo stipulatio debet sustineri: quia quantum sit ad ęstimationem, cessat argumentum partis aduersę. Et sic habes clarum intellectū ad ista uerba Iurisconsulti ualde obscura & breuia. Ex quo habes primo notare, †quòd 37
quamuis uitietur stipulatio quando uenit ad eum casum à quo incipere non potest, l. existimo. §. eod. fallit quando potest incipere saltem cōsiderata solutione per æstimationem, licet nō considerata re principaliter promissa. Secundo habes notare, †quòd pluribus 38
ut singulis nō potest insolidum constitui eadem seruitus in fundo cōmuni. & est ratio, quia seruitus principaliter debetur fundo, & in qualibet particula quis habet socium. l. unus ex socijs. ff. de seruit. rust. præd. unde alicui ut singulo nō debet posse constitui, quia constitueretur super alieno, & propterea nō cōpelleretur cōstituens etiā de facto permittere quòd ille uteret̃, ut probatur in d. l. unus ex socijs. dum dicit actū esse inutilē, quicquid dicat Bart. hîc per l. per fundum. ff. eod. tit.

In gl. in uerb. non potest. & in uerb. sed nō facit. Bar. & Doct. nō uident̃ bene explicasse intentionē gl. quare dic quòd intellectus Azonis erat, ꝙ seruitus non possit acquiri per singulos, ex difficultate proueniente ex parte creditorū: nam si unus ex creditorib. agat insolidū, licet facilè sit debitori cōstituere seruitutē illi, tamē est difficile creditori: quia nō erit sibi constitutū ius, donec etiā cōstituatur alijs, & ultima præstatio cōfirmabit priores,

d.l.fi.ff.cōmu.præ.Sed Io.dicebat istam diffi
cultatē procedere etiā ex parte hæredum pro
missoris, & sic istum ultimū uers. nō solū re-
ferri ad immediatè præcedentē, sed etiam ad
uers.sed quo casu.nam secundū eum pone ꝙ
sint plures hæredes promissoris, & creditor
agit cōtra unū insolidū,ipse nō poterit cōsti-
tuere, quia nō est hæres nisi pro parte, unde
nō poterit cōstituere seruitutē insolidū, quia
ex hæreditaria portione non tantū habet. Et
pro hoc adducit unū simile de illo qui debet
centū marchas,& eas nō habet:nam talis diffi
culter soluet, licet obligatio in se teneat. Idē
in isto hærede promissoris qui debet seruitu-
tem insolidū,& tamē nō habet ius cōstituen-
di eam insolidū nisi unà cum alijs. Et ista fuit
uera intentio Ioan.unde apparet quòd argu-
menta Bar.nihil faciūt contra eum:quia non
negat Ioan. quin possit unus cōstituere serui
tutem pluribus insolidū, quando talis consti
tuens est ipse perfectè dominus fundi in quo
seruitus constituit̃,prout loquit̃ l.Lucio.&l.
uia.allegata per Bart.sed intellectus Ioan.lo-
quitur in eo qui nō erat perfectè dn̄s,quia nō
erat hæres nisi pro parte. Quare tu fortius ar
gue contra istum intellectū: nam eo admisso
resultat nedum difficultas, sed impossibili-
tas:quia,ut dixi,nō potest per singulos acqui
ri seruitus,ergo nō debent posse agere isti hę
redes stipulatoris insolidum aduersus singu-
los,& sic stipulatio cōtinet impossibile quan
tum sit respectu singulorū, unde uitiatur.d.l.
pluribus.& l.impossibilis.§.eo. quæ difficul-
tas cessat tenendo intellectum meum: quia si
unus agat, cùm seruitus præstari non possit,
debebitur interesse,quæ præstatio est diffici-
lis respectu agentis:& ratio est,quia difficul-
ter poterit probari.d.l.fin.ff.de præt.stipul.

Expedita declaratione gl.pro expeditione
materiæ uidendæ sunt duæ quæstiones. Pri-
ma est, an in seruitute reali constituta,senten
tia contra unum lata noceat alijs:item an pro
sit. Secunda est,quid iuris sit in seruitute con
39 stituenda. Circa primam casus est clarus,†ꝙ
in seruitute cōstituta, sententia lata pro uno,
prodest alijs.l.loci corpus.§.si fundus.ff.si ser
uitus uend. & eadem ratione si sit lata contra
unum,nocet alijs. l.si de cōmuni.eo.tit.& fa-
cit l.ex duobus reis stipulandi.§.tit.i.&ista est
cōmunis opinio, quam etiam tenet Alex.in
l.sæpe.in xv.col.ff.de re iud. Contrarium te-
net Aret.hic, quia non est bona consequen-
tia,prodest, ergo etiam nocet, ut per Bart.in
d.l.ex duobus.in iiij.quęst.principali. Sed re
sponde, quòd imò consequentia regulariter
est uera, & Bart.ibi loquit̃ in casu speciali, ut
declarat ibi Aret. Præterea Bar.ibi se fundat
super d.l.si de cōmuni. quæ probat cōtrariū:
unde in illa l.Bar.tenet, ꝙ imò sentētia etiam
noceat,nisi quando esset lata per culpā socij,
unde nō esset succursum eis cōtra illū sociū,
ut ibi per eum.Secūdo adducit Aret.tex.in l.
ij.C.de consortib.eiusdē litis. quæ lex nō ui-
detur admodū facere, ex quo ibi dubiū erat
tantùm,an consors posset agere:& concludit
quòd sic,si satisdet:sed ille text.non aperit,an
illud procedat in iure reali indiuisibili, ut est
quæstio nostra. Istam tamen cōmunem opi
nionem limitat Ang. in l.Papinianus.§.si ex
causa.ff.de inoffic.testa. ut procedat nisi qud
ad pręiudiciū illorū qui sciebant litem motā.
per Innoc. in c. ex insinuatione. de procur.
quod uidetur rationabile:& fa.d.l.sæpe.cum
ibi notatis. Circa secundam quæstionem cō-
munis conclusio est,†quòd sententia lata pro 40
uno in seruitute constituenda, non prodest
alijs. d. l.pro parte. Et est ratio differentiæ à
priore casu: quia ubi agitur de seruitute con-
stituta, illud est ius indiuiduū reale ad ipsum
fundum, unde æqualiter prodest & nocet o-
mnibus: sed in isto casu nondum est conce-
ptum aliquod ius in fundo, sed sola actio per-
sonalis competit: & potest esse quòd uni cō-
petat, alteri nō,ut per Iacobum Butr.& Bart.
in l.i. C.si in cōmuni eademq; causa. Et pro-
pterea non obstat fundamentū Rom.& Are
tini hic tenentium contrarium,per d.§.si fun
dus.qui loquitur in seruitute constituta:& e-
tiam per argumentū de iure in esse deducto,
ad ius in esse deducendū, de quo in l.Gallus.
§.uidendum.ff.de lib.& posthu. nam magna
est ratio diuersitatis inter utrunq; casum, ut
prædixi. Nec obst. etiā ultima ratio Aret.
dum dicit,†quòd in indiuiduis sententia lata 41
pro uno.prodest cōsorti,l.ij.C.si unus ex plu
ribus.& per Bart.in l.si quis separatim.§.q̄d
est rescriptū.ff.de appell. quia istud procedit
in his, in quibus alteri per socium quæri po-
test:quod nō est in seruitutib.l.propriū.ff.cō
mu.præd. Sed difficilior est quæstio,†dato 42
quòd ista sententia nō prosit alijs,nūquid no
ceat:& sic si unus hæredū succubuit, an alijs
possit cōstitui seruitus: Cyn. & Alex.tenent
quòd nocet,& cōsequenter nō poterit serui-
tus cōstitui alijs. Ratio est,quia seruitus non
potest constitui nisi omnibus: sed ille qui suc
cubuit non potest adesse,ergo &c̃. Cōmunis
opin. est in cōtrariū, ꝙ imò poterit constitui
alijs: quā opinionē tenet Bart.Pet.de Anch.
Rom.Aret.& alij hìc,& eam sequor: quia ra
tio cur seruitus sit cōstituenda omnibus, est,
quia ius est insolidum omniū. d. l. unus ex so
cijs.sed iste qui succubuit,non dicit̃ amplius
habere ius in seruitute,l.ingenuū. ff. de statu
hom. Sed nunquid debeat admitti iste ui-
ctus saltē in cōsequētia: Et Doct.uident̃ ma-
gis cōmuniter tenere quòd sic, quòd debeat
admitti saltem de facto,quę opinio nō proba
tur iurib.per eos allegatis,licet sit satis æqua:
sed in puncto iuris ego crederē istum exclu-
di penitus, ex quo sententia quo ad eum fe-
cit ius.d.l.ingenuum. Et sic sit expeditus iste
§.in quinq; lectionibus.

1 *Si in obligatione generis unus ex hæredib. promissoris con uentus, à creditore fuerit absolutus, alij cohæredes liberabuntur plenè soluendo pro portionibus suis.*

2 *Quæ sit huius decisionis ratio.*

3.4 *Alciati in textum huius §.argumentū, eiusdemq; probatio.*

Prote-

5 *Protestatio quòd non intendat sibi præiudicare, reseruat ius creditoris.*
6 *Solutio partis nõ liberat soluentẽ, nec socios, respectu istius partis.*
7 *In necessitate nemo liberalis existit.*
8 *Nemo potest inuitus compelli accepto ferre.*
9 *Si creditor petat ab uno ex pluribus reis debendi, non tamen uidetur diuisisse.*

§. SI TAMEN hominẽ. Intelligiť iste tex. tribus modis in gl. qui intellectus
cõmuniter nõ tenenť. Quarto modo intelle-
xit Pet. Bart. & sequuntur alij cõmuniter, ut
1 tex. uelit, † quòd in obligatiõe generis si unus
ex heredibus promissoris cõuentus à credito
re fuerit absolutus, alij cohæredes liberabun
tur plenè soluendo pro portionibus suis, nõ
habito respectu ad portionem illius qui obti
nuit: quod nõ fuisset si iste conuentus fuisset
condẽnatus, quia illi alij nõ liberarentur, do-
2 necomnes soluissent in eadem specie. † Et est
ratio istius decisionis, quia in tali casu cessat
inconueniẽs, de quo in §. pro parte. nõ enim
soluiť creditori in diuersis speciebus, ex quo
ille absolutus nihil soluit. Et eadem ratio est
si creditor accepto tulerit partem contingen
tem uni ex istis cohæredibus. Sed aduerte,
quia licet iste intellectus sit in se uerus, tamẽ
nõ conuenit uerbis l. & principaliter diuinat
ad tex. quia secundũ hunc intellectũ, dum in
tex. diciť, cum hęredibus promissoris egero,
subintelligendũ est, & succubuero: quæ est
magna diuinatio, prout dicit Bart. in l. si ex
duobus. in iij. q. j. tit. i. ubi ipse reprobat per
hanc rationẽ quendã similẽ intellectũ. Con-
firmatur ista oppositio, quia secundũ hunc
intellectũ cùm tex. pręsupponat istos omnes
cohæredes fuisse obligatos ex promissiõe de
functi, sequereť quòd ista sentẽtia per quam
creditor succubuerat, fuisset iniusta, quod in
dubio non est præsumendum. l. Herennius.
§. Gaia. ff. de euict. Nec est uerisimile ꝙ iste
creditor instruxerit litem, cùm deficeret pro
bationibus. arg. l. si auiã. C. de inge. manu. &
3 quæ not. moder. in rubr. C. de eden. † Quare
[a]ego puto istũ text. simpliciter & ad literã in-
telligendũ esse, ut si quis creditor agat contra
unum ex pluribus hęredibus promissoris, in
telligatur diuisisse, & consequẽter quòd alij
cohæredes nõ erunt illi amplius obligati nisi
pro parte sua, nec expectabitur liberatio do-
4 nec ille conuentus soluať. † Et ratio est, quia,
ut declaraui in §. & harum. in ij. notab. s. eod.
quòd plures hæredes debitores hominis in
genere, soluendo partem non libereně, fuit
introductũ in fauorem creditoris, cui fauori,
agendo cum uno tantũ, censetur renũciasse,
aliàs debuisset agere contra omnes simul, q̃d
potuisset, ut per Bart. in l. si pluribus. in prin.
5 de leg. ij. & in l. iij. §. i. j. tit. i. † uel debet prote-
stari quod nõ intendit sibi præiudicare: quia
per talem protestationem reseruať ius, ut per
Bal. in d. §. & harum. Et tenendo hãc opinio-
nem respondendũ est ad duo obiecta, quæ ui
6 denť nõ parũ urgere. Et primo obstat, † quia
solutio partis nõ liberat soluentẽ, nec socios,
respectu illius partis. d. §. & harũ. & l. si nõ sor
tem. §. si decẽ. de cond. indeb. ergo multò mi-
nus debet præiudicare creditori sola petitio.
l. si creditores. C. de pact. Sed ad istud argu-
mentũ respondeť, ꝙ est diuersa ratio de uno
ad aliud: nam ut dixi in d. §. & harũ. & probať
hic secundũ hunc intellectũ, quãdo debitor
soluit creditori pro parte cõtingente, nõ po-
test creditor aspernari solutionẽ, ex quo etiã
inuitus cogereť accipere, ut ibi dixi respon-
dẽdo ad l. tutor. §. Lucius. ff. de usuris. unde
cùm aliàs potuisset cogi, si recipiat, uideť rece
pisse tanq̃ coactus. nec potest tali casu capi
præsumptio quòd uoluerit renũciare fauori
suo, † quia in necessitatib. nemo liberalis exi- 7
stit. l. rem legatã. ff. de adim. leg. & quod in si-
mili not. Bar. in d. l. si creditores. Sed quando
agit nisi cõtra unũ, cessat ista ratio, quia uolũ
tariè agit, unde sibi præiudicat. per istũ text.
Et idem est in acceptilatione; † quia nemo in- 8
uitus potest cõpelli accepto ferre, ex quo ac-
ceptilatio est donatio, & in ea etiam requiri-
tur consensus. l. i. in fin. ff. de pact. Secundo
contra hunc intellectũ obstat, † quia si credi- 9
tor petat ab uno ex pluribus reis debendi, nõ
tamẽ uidetur diuisisse, imò potest ab alijs pe-
tere solidũ. l. reos. C. de fideiuſ. & notatur in
d. l. si creditores. Sed responde quòd correi
sunt obligati in solidũ & petitione & solutio-
ne, unde difficilius liberantur per simplicem
petitionem, quàm hęredes promissoris in ca
su nostro, qui non sunt obligati in solidum,
sed simpliciter tenẽtur obligatione diuidua,
licet debeãt soluere in eadem specie. Et idem
in fideiussoribus, quibus competit benefi-
cium diuisionis. Instit. de fideiuss. §. penult.
Vnde si conueniatur unus tantũ, non tene-
buntur alij soluere in eadem specie. Et sic re-
manet clarè intellectus iste tex. Cętera dic ut
hîc per modet.

[a] *Adde, qđ huic nouo intellectui Domini mei uidetur obstare regula l. non solet. cum l. seq. ff. de regul. iur.*

§. ITEM SI IN FACTO.

Materiã istius §. tangã j in §. Cato. in primo not. & etiam in septimo, & in ult. item in vij. quæst. Bart. & ideo ad ibi dicẽda me remitto.

1 *Circa quæ consistat materia diuidui et indiuidui. et nu. 2. 3.*
4 *Facta alia dicuntur indiuidua ratione quo ad principalem obligationem, alia quo ad commissionem pœnalis stipulationis.*
5 *Catones tres fuerunt.*
6 *De quo Catone hic intelligendum.*
7 *An pœna contra omnes cohæredes pro portione hæreditaria committatur, si unus ex hæredibus promissoris in obligatione indiuidua contrafacit. & num. 9.*
8 *In solidum dicuntur teneri, qui singuli ad totum integrum tenentur, non qui collectiuè.*
10 *Si promissor in stipulatione facti indiuidui promitteret per hæredem suũ nõ fieri, cõmitteretur pœna in solidũ: si secus, committeretur pœna pro portione hæreditaria. & num. 11. 12. 14.*
13 *Quando obligatio dationis fundatur in persona principalis, tunc adiectio hæredis est superflua.*
15 *Si promissũ factũ est indiuiduũ sub pœna, uno ex hæredib. contraueniente, si in stipulatione sit promissum factũ hæredis, siue non, quomodo cõmittatur pœna. & num. 16.*
17 *Stipulatio ista, iter fieri, an sit facti uel iuris. & num. 19. 21.*
18 *An stipulatio itineris sit de se stipulatio seruitutis.*

20 Iter facere quid propriè significet.
21 Ista stipulatio, iter non fieri, importat factum.
23 Seruitutes rusticorum prædiorum negatiuè nõ sunt conceptæ.
24 Appellatione facti, uenit non factum.
25 Species propriè inest generi.
26 Dispositio in pœnalibus puniens contrafacientem, non habet locum in negligente.
27 Tutor testamentarius excusans se à tutela, perdit legatum.
28 Delinquens in faciendo regulariter magis punitur, quàm qui delinquit in non faciendo.
29 Quando capimus factum ciuiliter, tunc appellatione facti uenit non factum etiam propriè.
30 Nemo tenetur reuelare, quando imminet periculum læsionis in corpus suum.
31 Verba in dubio debent intelligi naturaliter, non ciuiliter.
32 An cohæredes non contrafacientes incidant in pœnam uera uel ficta contrafactione.
33 Fictio non inducitur nisi suadente æquitate.
34 Si quis tenetur ex facto tertij, si non sit in dolo uel culpa, cedendo actionem liberatur.
35 Actio famil. ercis. potest cohæredibus, qui nõ cõtrafecerũt in obligatiõe indiuidua promissoris, ad duos effectus cõpetere.
36 Quando aliquis tenetur ex contractu suo uel quasi, & habet actionem contra alium, non liberatur cum cedendo.
37 Cur inductum sit, quòd si unus ex pluribus hæredibus contrauenit, omnes teneantur. & num. 38. 39.
40 Quando subditur pœna facto indiuiduo, intentio contrahentiũ est, ut istud factum integraliter præstetur.
41 Quilibet hæredum repræsentat in factis indiuiduis testatorem insolidum ex necessitate.
42 Stipulatio ista, amplius nõ agi, est diuidua. & num. 43. 44.
45 Ad hoc ut promissio sit pœnalis, requiritur quòd in stipulatione sit facta expressa mentio pœnæ.
46 Ista stipulatio patroni cum liberto, si decem operas non dederis dabis uiginti, non est pœnalis.
47 In stipulationibus facti pœna subdita respicit interesse.
48 In obligationibus facti non potest pœna & res principalis simul peti. (teresse.
49 An in obligationibus dandi pœna debeat regulari secundũ in-
50 Pœna conuentionalis potest capi largè, strictè & strictissimè.
51 Quibus de causis soleat pœna apponi in obligationibus.
52 Quare in obligatione indiuidua uno cõtrafaciente hærede, stipulatio committatur contra omnes cohæredes.
53 Stipulatio de rato habendo est indiuidua in persona principalis quando subiecta est pœna, sed diuidua in persona hæredum. & num. 54. usq; ad num. 59.
60 Stipulatio pœnalis debet regulari secundum naturam stipulationis principalis.
61 Obligatio, rem tradi, est omnino indiuidua.
62 An obligatio, rem restitui, sit diuidua.
63 Quot modis oriatur obligatio, rem restitui.
64 Cum quis tenetur ad tradendum ex facto alterius, non ex suo proprio consensu, tunc obligatio est diuidua.
65 Duo fratres habentes fundum pro indiuiso communem, uendiderunt eum Titio pro certa quantitate, pacto apposito, ut liceret eis redimere eodem precio intra quatuor annos: eueniente termino unus nõ uult redimere, quæstio est an alter possit redimere. & num. 66. 67. 68.
69 Plures principales obligati ad rem restituendam, non tenentur insolidum. (lidum.
70 Depositarij qui non seruandum suscipiunt, an teneantur inso-
71 In actionibus bonæ fidei, ille qui habet facultatem rei restituendæ, debet solus in totum conueniri. & num. 72. 73.
74 Quando cõcurrit rei uendicatio cum actione stricti iuris, tunc fiat condemnatio contra eum tantũ qui non habet, & contra eum solum agatur. Limitatur num. 75. 76.
77 Quando actio stricti iuris non habet committere rei uendicationem, tunc nõ datur insolidum contra unũ hæredem habentem facultatem rei restituendæ, sed contra omnes pro portione hæreditaria.
78 Officium iudicis, quo quis compellitur ad edendum, habet naturam actus realis.
79 Interesse est pœna legalis.
80 In foro canonico omnes contractus sunt bonæ fidei.
81 Differentia inter dispositiones legis & hominum.
82 Vbicunq; lex præsumit aliquid actum à partibus, cui partes renunciare non possunt, dicitur dispositio legis.
83 Vbi lex præsumit aliquid cui partes possunt renunciare, illa dispositio dicitur hominis.
84 Vbi lex aliquid inducit, non habito respectu ad uoluntatem præsumptam partium, dispositio erit legalis.
85 Si unus hæredũ partem suã emphyteotæ alienauit irrequisito domino, an omnes hæredes cadant ab emphyteosi.
86 Si unus ex pluribus hæredibus non soluit canonem emphyteoticum domino, an omnes cadant ab emphyteosi.
87 Ratio cur ex delicto unius plures teneantur.
88 Nunquid in obligatione secundaria distinguatur inter contractus bonæ fidei & stricti iuris, cùm unus ex principalibus contrauenit, sicut in hæredibus.
89 Contrafaciens nõ tantũ solus tenetur in contractu bonæ fidei, sed etiam in pacto incontinenti apposito in contractu bonæ fidei. (solidum.
90 Si plures depositarij rem interuertunt, tenentur omnes in
91 Pluribus contrauenientibus non est differentia inter contractus bonæ fidei & stricti iuris.
92 Si plures in obligatione stricti iuris dolosè agant, non tamen tenentur nisi pro parte hæreditaria.
93 Fictio idem operatur in casu ficto, qđ ueritas in casu uero.
94 Si plures depositarij insolidũ tenentur, quòd dolus & pœna non nisi insolidum committantur, tenebuntur etiam respectu pœnæ, si qua fuerit adiecta.
95 Quando plures eandem rem promittunt insolidum, dicuntur duo rei debendi.
96 Si plures tenentur obligatione indiuidua, quid iuris.
97 Facta promissione insolidũ in contractu diuiduo obligatione, sed indiuiduo solutione, an dicantur duo rei.
98 Quid iuris in obligatione secundaria.
99 Quando aliquis deponit uel accõmodat rem, ex primæua natura istius contractus est, quòd debitor tenetur rem restituere, uel eam custodire. (pœnam.
100 Cohæres nisi dederit pro cohærede negligente, incidit in
101 Ratio quare dare facilius sit quàm facere. & num. 103.
102 Vbi pœna per euentũ diei uel conditionis cõmittitur, difficultas non excusat in obligationibus dandi.
104 Fideiussores cùm habent mandatum à debitore, possunt soluere de substantia eius.
105 An fideiussores possint soluere de bonis debitoris, etiamsi bona non essent apud se.
106 Cohæres non potest dare pro alio.
107 Vbi oratio sumitur ex uniuerso, si in parte non obseruetur, in totum oratio redditur falsa.
108 Ratio, quare stipulatio amplius non agi, & rem ratam haberi, sint diuiduæ.
109 Conditio reddit actum indiuiduum ex præsumpta uoluntate disponentis.
110 Vbi conditio est apposita dispositioni diuiduæ, assumit eius naturam.
111 Stante statuto quòd pœna apposita dationi non possit exigi si arbiter condemnet ad dandũ sub pœna, quid iuris.
112 Procurator promittens quòd dominus ratum non habuit, uidetur quod debeat liberari.
113 Si quis simpliciter promittit se facturum & curaturum, ut tertius tale quid faciat, & subijcit stipulationem pœnalem: is si fecit quod potuit, liberatur. Idem si pœna non est addita. & num. 116.
114 Promittens factum alienũ cum effectu, intelligitur præcise.
115 Promissio facti alieni, semper resoluitur in promissionem curandi de iure canonico.
117 Quando aliquis promittit simpliciter, qđ tertius tale quid faciat, nõ addita pœna, talis stipulatio regulariter non ualet.

ualet. Fallit, ut num. 128. 129.
120 Stipulatio non committitur nisi quatenus interest.
121 Obseruans diuiduum in factis diuiduis pro parte tantùm, incidit in totam pœnam mero iure.
122 Etiamsi sint plures obligationes principales quibus sit subdita pœna, respectu pœnæ habentur nisi pro una.
123 Natura copulæ est, ut requirat concursum omniū copulatorū.
124 Quando sunt plures personæ principales, non cōmittitur pœna nisi pro parte eius qui contrafacit.
125 Ius canonicum mitius procedit in pœnis quàm ciuile.
126 Vbi agitur de attendendo promissis, ius canonicum magis obligat quàm ciuile.
127 Pœna de iure canonico in totum potest peti, tam in obligationibus dandi quàm faciendi, si in totum principalis promissio non fuerit obseruata.
128 Vbi lex aliquid dicit enarrando factum, non licitum est arguere à sola talis facti consideratione.
129 Si pœna indiuidua est adiecta facto indiuiduo, cōmittitur stipulatio insolidum contra omnes, licet unus hæredum tantum contrauenerit.
130 Si in facto indiuiduo pœna indiuidua accedat, solus contrafaciens tenetur insolidum mero iure, non in effectu.
131 Vbi uasallus perdit feudū ex culpa, dominus nō tenetur offerre æstimationem melioramentorum. secus si sine culpa uasalli.
132 An stipulatio de defendendo super una actione sit diuidua.
133 Filius hæres matris pro parte, potest uendicare rem suam à matre uenditam pro ea parte pro qua non est hæres.
134 Exceptio est diuidua secundum naturam rei, considerato præiudicio actoris.
135 Si creditor agit cōtra plures fideiussores qui promiserūt de defendēdo, illi debēt cōpelli ad cōstituendū unū procuratorē.
136 In stipulationibus prætorijs, siue contineant dationem siue factum diuiduum uel indiuiduum, semper committitur stipulatio ad pœnam uel interesse nisi pro parte contra hæredem contrafacientem. & num. 37.
138 Promissio de excipiendo est diuidua, sicut etiam promissio de non agendo.
139 Effectus regulariter causæ immediatæ tribuuntur, non autem mediatæ.
140 Quod in specie fieri prohibetur, censetur etiā prohibitū in genere.
141 An promittens generaliter non excipere, intelligatur de dilatorijs, non autem de peremptorijs.
142 Verba sunt semper intelligenda in potentiore significatu.
143 Appellatione exceptionis etiam propriè ueniūt dilatoriæ, nedum peremptoriæ.
144 Argumentum ab etymologia quando locum habeat.
145 An appellatio unius prosit pluribus.
146 Appellatio magis participat de exceptione, quàm de actione.
147 Obligatio de agendo nomine proprio inter hæredes diuiditur, et quilibet hæredū promissoris agēdo pro parte liberatur.
148 Promissio de agendo nomine alieno est diuidua, & regulatur secundū naturam promissionis de agendo nomine proprio.
149 An aliquis possit agere uel defendere per plures procuratores.
150 Si quis ante constitutam seruitutem promittat non agere, talis promissio est diuidua.
151 Promittens facere domū sub pœna, si unus ex pluribus hæredibus eam faciat, licet alij nō faciāt, nō incidūt tamē in pœnā.
152 Post seruitutem constitutam promissio de amplius non agendo est indiuidua.
153 Stipulante aliquo sibi & hæredibus suis usum, hæredes singuli habebūt usum insolidum.
154 Vsus quare dicatur indiuiduus.
155 Si quis in re indiuidua non transitoria ad hæredes, stipuletur sibi & hæredibus, talis obligatio non transfunditur de testatore ad hæredes.
156 Licet seruitus realis competat pluribus hæredibus, tamen dicitur una seruitus.
157 In seruitutibus realibus fundus seruiens non grauatur, licet fundus dominans efficiatur pluriū, qui deinde eum diuidant.
158 Si unus ex pluribus hæredib. stipulatoris sit offensus, poterit is agere cōtra promissorē, qui promisit sub pœna stipulatorem suosq; non offendere, & consequetur pœnam in solidum. & num. 159. 160. 161. 164.
163 Conditio pœnalis stipulationis euenit quo ad omnes.
164 Stipulatio continēs factum negatiuū cohærens personæ, nō transit ad hæredes, neq; ex parte stipulatoris nec promissoris.
165 Mortuū offendi nō posse, ut intelligatur.
166 Nunquid mortuus possit criminaliter condemnari.
167 Si promissor offendat cadauer stipulatoris, an competat actio ad pœnam conuentam.
168 Stante statuto, quòd occidens occidatur nisi habuerit pacem ab hæredibus, num sufficiat quòd habuerit pacē cū uno, an uerò requiratur ab omnibus. & nu. 172. 173.
169 Indefinita an & quomodo æqupolleat uniuersali. nu. 170.
171 Appellatione hæredis indefinitè, in quacunq; materia ueniunt omnes hæredes.
174 De iniuria facta defuncto, prosecutio cōpetit omnibus hæredibus.
175 Si pater monachus interficiatur, ad quem spectet remissio.
176 Vtrum unus ex hæredibus faciendo pacem cum occisore, impediat ne condemnetur.

§. CATO. [a]Pro declaratione istius
tex. præmitte primò, †quòd omnis materia di 1
uidui & indiuidui circa tria principaliter con
sistit: aut enim quærimus, nūquid illud quod
est deductum in principali stipulatione, diui
sionem recipiat: & de hoc uidimus in §. & ha
rum. & in §. ex his. s. eo. quòd aut stipulatio
consistit in dando, & regulariter est diuidua;
aut in faciendo, & regulariter est indiuidua.
de quo etiā in l. stipulationes non diuid. J. eo.
†Aut & secundo quęritur ubi deuenit ad se- 2
cundariā obligationē, uidelicet ad interesse,
quę subrogat obligationib. faciendi, nūquid
ea obligatio recipiat diuisionē: & regula est quòd
sic, de quo in d. l. stipulatiōes, uers. Celsus. &
quid sit respectu hæredū, est tex. in §. itē si in
facto. s. eo. †Aut & tertio quęrimus quo ad a- 3
liā secundariā obligationē, scilicet ad pœnā,
& de hoc tractat in isto §. ubi Iuriscō. refert
quoddam bimembre dictū Catonis, usq; ad
uers. sed uideamus. deinde decîdit quandam
dubitationē, usq; ad finē: & licet Bart. & alij
antiqui doct. tenuerint quòd dictū Catonis
nō duret nisi usq; ad uers. ab omnibus. tamen
ista opinio nō est uera, & certè doct. antiqui
in hoc ostenderūt se nō uidisse regulas gram
maticales; quia illa infinitiua posita in tex. pę
nam cōmittere, itē, differētiæ hanc esse ratio-
nē, regunt ab illo uerbo, Cato scribit: & istud
etiam cæcis apparet, & ita tenet Raph. Com.
Pet. de Besu. & Ias. hic, licet ipsi adducāt solū
quasdā rationes persuasiuas. Secundo prę-
mitte, †quòd facta dicunt indiuidua alia ratio 4
ne quo ad principalē obligationē, alia quoad
cōmissionē pœnalis stipulationis: nam quo
ad principalem obligationē facta dicunt indi
uidua secundū Bar. in l. stipulationes nō di-
uid. J. eo. quia in eis succedit obligatio ad in-
teresse, unde sequeretur inconueniēs quòd quis
posset soluere partim in ipso facto, partim in
interesse, quod lex abhorret. l. si ex toto. §. fi. ff.
de leg. i. Itē quia stipulās uidet effectū[b] operis
cōsiderasse. l. in executione. §. i. J. eo. Quò ue-
rò ad pœnalem stipulationē factū indiuiduū
dicitur, quādo cōtrauētio unius ex hæredib.

a Vide etiā euidentialia posita in §. & harum. s. eo.

b Adde, ista secunda ratio uidetur uerior, quia prima nō uidetur procedere nisi in obleg. dādi, prout loquitur d. §. pro parte. de quo tamen uide infrà in vi. not.

promissoris tantū nocet stipulatori, quantū
si omnes cōtrauenissent: quæ regula nō pro-
batur alibi melius quàm in isto tex. & conse-
quenter ubi cessat ista regula, factū dicit̃ diui
duū quantū sit ad pœnalē stipulationē in hæ
redib. Et ista est ratio cur stipulatio amplius
nō agi, uel rem ratā habere, dicat̃ diuidua, per
istū tex. nā si unus ex pluribus hæredib. agit,
nō potest agere nisi pro parte, et si rem ratam
nō habet, istud nō præiudicat stipulatori nisi
pro parte, ut est tex. hîc, & declarāt moder. &
facit doctri. Bar. in l. stipulationes non diuid.
5 in iij. q. j. eod. Tertio præmitte, † quòd tres
reperiunt̃ Catones qui fuerūt Iurisconsulti.
Primus fuit Marcus Portius Cato, de quo in
l. ij. §. deinde Marcus. de orig. iur. Secundus
fuit eius filius, qui egregios de iuris discipli-
na libros reliquit, ut scribit A. Gell. lib. xiij.
cap. xviij. Tertius fuit lōgè iunior, Fabius Sa
binus, qui floruit sub Alexandro Imperato-
re, & propter sapientiā, Cato sui temporis di
ctus est. unde malè intelligūt hîc moder. dum
dicūt istud responsum fuisse Catonis Vticen
sis; nam ille professione fuit Stoicus, nō Juris
6 consultus. † Ego arbitror intelligendū hîc de
Portio Catone filio, propterea quòd ille iu-
nior scripsit tantū octo libros epistolarū, &
tres iuris ciuilis, & unū ex Proculo, & Iuris-
consultus allegat hic Catonē lib. xv. Præte-
rea iste iunior fuit contēporaneus Pauli Iu-
riscōsulti autoris istius legis, & fortè illemet,
ad quē responsum hoc Paulus scripsit: siqui-
dem in litera Pisana ita inscribit̃ hęc lex: Pau
lus lib. xij. ad Sabinū. Summa secūdū Bar.
et alios hîc, tenendo cōmunē literā, quę in ef
fectu nō distat à litera Pisana, ut apertissimè
ostendit Soci. hîc, quicquid per infinitā uer-
bositatē repetat hîc Lud. Bolog. intelligendo
tex. ut ipse dicit, secundū literā Pisanā: quę in
terpretatio nō potest defendi salua ratione re
cti sermonis, iuxta l. Plautius. ff. de aur. & arg.
leg. quia illa clausula posita in secunda parte
tex. ut in illa stipulatione, per te nō fieri etc̃. se
cundū eum debet emēdari sic, illā stipulatio-
nē per te nō fieri etc̃. quo casu cōstructio es-
set uitiosa, unde nō puto recedendū à cōmu-
ni litera, secundū quam duę sunt principales
difficultates in tex. Prima est in illis uerbis,
iter fieri uel nō fieri: nam Dd. intelligūt tex.
de promissione seruitutis itineris: qui intelle
ctus nō est uerus, ut ī dicā in ij. notab. Secun-
da difficultas est in uers. Paulus respōdit. pro
pter uarietatē literæ: sed tu tene literā negati-
uam, prout cōmuniter habet̃. Et in isto uers.
secundū magis cōmunē intelligentiā dubi-
tat Iuriscons. nunquid idē sit de stipulatione
iter fieri uel non fieri, quod de stipulatione
Titium hæredemq; ratū habiturū. Et Paulus
dicit quòd nō, sed ęquiparat̃ illi stipulationi,
per te nō fieri nec per hęredē tuū etc̃. Sed iste
intellectus non placet, ex quo dubitatio ista
nō fuisset probabilis: quia Iuriscōs. habet pro
claro, quòd una sit diuidua, altera indiuidua.
Præterea huic expositioni obstant uerba lite-
ræ, dum dicit, uideamus ne non idē hîc sit: &
sic illud aduerbiū, hîc, debet referri ad proxi
miorē stipulationē. Item obstat ponderando
dictionē, magis, per quam Iuriscons. præsup
ponit fuisse aliquā rationē cur magis ista sti-
pulatio, iter fieri, ęquiparet̃ stipulatiōi, Titiū
hæredemq; ratum habiturū, quàm illi, per te
non fieri &c̃. quod est falsum, imò contrariū
est indubitabile. Et etiam si seruamus aliam
declarationē quā tenuit Ias. uerba non con-
ueniūt: quia Iurisconsultus non facit aliquā
comparationē de stipulatione per te non fie-
ri, ad stipulationē amplius nō agi: quia appa-
ret ex uerbis literę, & etiam comparatio esset
ualde abusiua, ex quo ā decisum erat alteram
esse diuiduam, alteram uerò indiuiduā. Ego
infrà in proximo notabili declarabo istū tex.
& ostendam non fuisse hactenus intellectū.
Nota primo ex isto text. † ibi, pœnā cōmit 7
ti pro portione hæreditaria. quòd si unus ex
hæredibus promissoris in obligatione indiui
dua contrafaciat, committitur pœna contra
omnes cohæredes pro portione hęreditaria,
non aūt in solidū. & ita tenet Bart. in l. oppos.
sequit̃ Imol. Paul. de Cast. & cæteri omnes.
Sed aduerte, quia ista opin. ab omnibus ap-
probata non uidetur ita indistinctè uera, &
contra eam est tex. ad literam in l. hæredes. §.
in illa. ff. fam. ercis. ubi dicit tex. quòd uno cō
trafaciente cōmittitur stipulatio in solidum.
Nec est bona ratio Aret. in §. item si in facto.
ā. eod. quòd dum tex. dicit in solidum cōmitti
stipulationē, debet intelligi collectiuè: quia
omnes tenentur in solidū simul, non autē sin
guli. nam istud non est interpretari textum,
sed subuertere, & exponere albū pro nigro:
† quia in solidū dicūtur teneri, qui singuli ad 8
totū integrū tenent̃, non qui collectiuè. §. ex
his. ā. eo. Instit. de duob. reis. §. ij. Nec etiā so-
lutio Soci. hîc post Imol. quicquā ualet, dum
dicunt, quòd imò ille tex. probat cōmunem
opi. in ratione sui, ibi, ne factū unius cæteris
damnosum sit. nam (cum reuerētia) ipsi non
uidentur bene intellexisse tex. quia uult dice
re Iuriscōs. quòd cohęres debet cauere se prę
staturū indemnes alios in casu quo contrafa
ciat: quia cùm omnes tenerētur in solidū, po-
tuisset creditor agere cōtra quē uoluerit: un-
de antequā agat omnes sunt in periculo dam-
ni. & ita etiā declaratur in d. §. idē iuris. unde
debet caueri ne aliàs factū illius contrafacien
tis sit damnosum illis: nō enim succurrit̃ am-
plius per actionē famil. ercis. cùm tex. loquat̃
in casu quo redditum sit illud iudicium, un-
de amplius reddi non potest. l. si filia. §. fi. ff.
eo. tit. † Secundo cōtra cōmunem est tex. in 9
l. ij. §. itē si in facto. ā. eo. [a] inducendo hoc mo- a Vide eundem
do. Nam si unus ex pluribus hęredibus con- D. meum ī. in
trafacit, dicit tex. quòd omnes tenentur: et in vij. q. Bart. in
fert, ꝙ si cohęres soluat, repetet per actionem prima limit.
fam. ercis. illud quod præstiterit. si competit
illi actio fam ercis. ergo soluit coactus, & cō-
sequēter potuit cōueniri in solidum, aliàs de-
buisset agere nego. gest. l. iij. C. de neg. gest.
Et

Et eodem modo potest induci tex.in l.inter
cohæredes.§.quod ex facto.ff.fam.erciſ.nec
debet restringi text. quando solutio est facta
tantūmodo pro parte hæreditatia, ex quo ge
neraliter iura dicūt quòd repeter illud quod
præstiterit, & sic quantumcunq; sit, quia illa
est natura illius relatiui, ut per Bal.in l.cun-
ctos populos. in prin.C.de sum.trin.& fid.
cath. Tertio induco tex.in l.in executione.§.
quòd si stipulatus.J.e.[a]ibi,uerior est eorū opi.
unius facto omnes teneri, quoniā licet ab u-
no prohibeor,nō tamen in partē prohibeor.
Nam ista ratio infert quòd hęredes nō tenen
tur pro portione sua tantùm, sed insolidum,
ex quo ille prohibeť insolidū. & fortius pro-
bat ille tex.cōsiderando quòd cōcedit soluen
ti actionē famil.erciſ.ut ſ dixi. Quarto cōtra
istam cōmunē moueor ratione:nam in stipu
latione indiuidua quę nō transit ad hæredes,
prout est stipulatio illa, per te nō fieri quò mi
nus mihi agere ire liceat,ut est tex.in l.stipula
tio ista,habere.in §.si quis ita.J.e.& est cōmu-
nis opinio, ut per Alex.J.in vi.q.Bar.si sit ad
dita mētio hęredis,& cōsequēter ad hęredes
trāseat, quilibet cōtrauenīēs teneť insolidū,
& cōmittiť pœna insolidū: & probať ex do-
ctri.Bar.J.in v.q.Et ex his uideť cōmunis opi
nio nō posse sustineri. Nec ob.iste tex.qua-
tenus uult hęredes teneri pro portiōe hęredi
10 taria:quia puto distinguēdū,†an in stipulatio
ne istius facti indiuidui,promissor etiā promi
serit per hęredē suū nō fieri: & in tali casu cō-
mittiť pœna insolidū. Aut nō est facta mētio
hæredis,et tūc cōmittitur pœna nisi pro por-
tione hæreditaria. Et ratio differentiæ inter
utrunq; casum est ista:nam cùm pœna consi-
stat in pecunia,& sic in dando,est diuidua in
persona hæredū: unde quāuis testator tenereť
ipse ad solutionē totius pœnę si cōtrafaceret,
tamē hæredes nō tenentur nisi pro portione
hæreditaria,quia talis actio transfundiť de te
statore in hæredes,& consequēter diuiditur
per l.xij.tab.iuxta l.i.C.si cer.pet.l.pacto suc
cessorū.C.de pac. Sed quando testator facit
expressā mētionē hæredū,obligatio nō trans
fundiť per testatorē,& cōsequēter nō diuidi-
tur,sed incipit à persona ipsorū hęredū,quib.
potest testator stipulari etiam integraliter ea
quæ consistūt in faciēdo.l.cōtinuus.§.fi.J.eo.
et cùm incipiat à persona hęredū,iuxta l.i.C.
ut act.ab hær.& con.ipsi censentur principa
les,& consequēter teneņť insolidū,ut in hoc
§.in fi.Et pro hoc facit,quia nō est absurdum
qòud in plus teneātur hęredes, quādo nomi-
natim ex dispositione cōtrahentiū cautū est
ne prohibeant,quàm quando simpliciter te-
nentur ex dispositione legis:quia durius agi-
tur cum homine quàm cum lege.l.Celsus.ff.
de arb.Bal.in c.sicut.de cohab.cler.et in c.q̄d
translationē. de off.leg.& in l.qui Romæ.§.
11 Flauius.J.e.†Sed cōtra istam rationē obstant
tria: & primo, quia dato quòd ista obligatio
inciperet ab hæredibus,dicitur tantū hæredi
taria.l.hæreditarium.ff.de bon.aut.iud.poss.
Bar.in l.stipulatio ista,habere.in §.si quis ita.
in fi.J.eo.cùm sit hæreditaria,ergo debet diui
di pro portionibus hæreditarijs, prout dicit
Bar.in l.cōtinuus.§.fi.in i.q.J.eo.Sed ad hoc
responde, quòd quicquid dicat Bart.nō reperiť
in iure quòd lex xij.tab.diuidat nisi actiones
seu obligationes quæ trāsfunduņť de testato
re ad hæredē,nō autē quę incipiūt ab ipso hæ
rede;nam in tali casu cessat ratio,ex quo hęre
des dicuntur principales,& etiā tales obliga-
tiones propriè nō dicūtur hæreditariæ. Nec
obst.d.l.hæreditariū.quia ibi obligatio erat
causata in personam defuncti, licet executio
obligationis tēderet post mortē ipsius;sed in
casu nostro ista obligatio hæredū nunquam
fuit causata in personā testatoris, imò est alia
diuersa obligatio ab ea qua tenebať testator.
d.l.stipulatio ista.§.sed si quis uti frui.J.e.†Se- 12
cundo obstat,quia in obligatione dandi adie
ctio hæredis est superflua.l.eum qui ita.§.i.J.
eo.sed hîc sumus in tali obligatiōe respectu
pœnæ,ergo nō est curandū de expressiōe no
minis hęredū,prout etiā dicūt Doct.in d.l.sti
pulatio ista.§.si quis ita.J.eo. Sed ad istud re-
spōde: quia imò in casu nostro ista expressio
est magni effectus:†quia quādo obligatio da 13
tionis fundať in persona principalis, tunc ad
iectio hęredis est superflua,ex quo tales obli
gationes transmittuntur indistinctè ad hære
des.Sed in casu nostro ista obligatio dationis
nō fundatur in persona defuncti, quia uenit
accessoria obligationi facti,quę obligatio in-
cipit solū in hærede,ut ſ dixi:et quamuis ob-
ligatio facti esset talis quæ aliàs transiret ad
hęredes,puta quia nō respiceret factum per-
sonale,sed potius esset introducta ad conser-
uationem iuris in esse deducti, prout solet de
clarari in §.item si in facto.ī.eo.uel etiā aliter
secundum doctrinam Bart. in l.si sic.ij.J.eo.
tamen adhuc esset idem: quia stipulans tale
factum etiam nomine hęredis,uideť hoc age
re ut stipulatio respectu hæredis ab eo inci-
piat, & expressum cessare facit tacitū.l.cum
ex filio.ff.de uulg.& pupill.[b]& istud facilius
induciť in factis quàm in dationibus, ex quo
dationes nō uariaņť ex persona hæredū, sed
factis sic.l.si nō fortē.§.libertus.ff.de cōd.in-
de,Bar.in l.stipulatiōes.in x.opp.J.eo. †Ter 14
tio obstat iste tex.dum exēplificat de stipula-
tione per te nō fieri,neq; per hęredē tuū,quò
minus mihi ire agere liceat, & tamen si refe-
ratur ad principiū §.in tali stipulatione non
cōmittitur pœna nisi pro portione hæredita
ria:et ita cōmuniter intelligiť.Sed responde,
quòd iste intellectus nō est uerus, ut ſ dixi:
unde tu adhærendo ſ dictis, dicas istū tex.de
bere aliter intelligi.Nam Cato quando in fa-
cto indiuiduo dixit omnes hæredes teneri
pro portione hæreditaria, exemplificat ne-
dum in stipulatione iter fieri uel non fieri,
sed etiam in stipulatione per te non fieri ne-
que per hæredem tuum. Sed Paulus Iuris-
consultus reuocat istud exemplum in dubi-
um, & dicit uideri potius talem stipulationē

a Stringe fortius illū tex.referē do ad secundū membrū diuisionis,positum in principio textus,ibi,aliud quod totū peti necesse est, nec diuisim præstari potest.& uide eundem D. meū J.in vij.q.Bar. in prima limit.

b Adde qd' not. Soci.in §.item si in facto.ī.e. in j.col.in fin. ubi dicit,qd' in obligatione facti si hæredes nō exprimūtur, tenentur pro parte hæreditaria ad pœnā:secus si exprimātur quia tenentur insolidū.& sic plus operatur expressū q̄ tacitum, de quo in l.iij.per Doctores.ff.de legat.primo.

æquiparari illi, Titium hæredemq́ ratum habiturũ, ex quo in utroq; casu est facta expressa mentio hæredũ. deinde concludendo dicit quòd nõ est idem: quam reuocationẽ puto referendam generaliter, & sic ad utrũq; casum, ut ista stipulatio, per te non fieri neq; per hæredem tuum, non æquiparetur illis, iter fieri uel non fieri: quia in illis hæredes tenent̃ pro portione hæreditaria, sed in hac tenentur omnes insolidum. Item non æquiparatur illi, Titium hæredemq́ ratum habiturũ: quia in hac cõmittitur pœna insolidum aduersus contra facientem tantummodo: sed in ista, per te nõ fieri neq; per heredem, cõmittitur pœna contra omnes insolidum, & sic habet separatã naturam ab alijs suprà nominatis stipulationib. & ita est intelligendus iste tex. dum loquens de stipulatione, Titium hæredemq́ ratum habiturum, dicit, hac stipulatione solus tenebitur: nam dictio, solus, tribuit actum insolidũ. l. cùm solus. in gl. i. ff. de usucap. & eodem modo declarandus est tex. in l. inter cohæredes. §. si quis stipulatus. ff. fam. ercis. Et ratio istius decisionis est, quia cùm stipulatio, rem ratam haberi, sit diuidua in ipsis hæredibus, licet, ut dicit text. dominus ratũ habere nõ possit pro parte, si stipulatio cõcepta sit cum mentione hæredum, & unus cõtraueniat, tenetur solus insolidum, quia censetur principalis, & obligatio incipit ab ipsis hæredibus, ut s̃ declaraui: alij uerò nõ tenentur, ex quo obligatio est diuidua. Sed cõtra istam decisionẽ Iuriscõsultus tacitè arguit in uers. ꝗuis. Tu dicis quòd in hac stipulatione, Titiũ hæredemq́ ratum habiturũ, solus ex heredibus promissoris qui contrafacit, tenetur insolidum, & è conuerso ille tantũ ex hæredibus stipulatoris cui nõ ratificatur aget insolidum: certè istud nõ uidet̃ bene dictum: quia si promissor ipse nõ potest habere ratum pro parte, sed cõmittitur pœna insolidum, ergo idem debemus dicere in hæredibus, ut nõ possit unus cõueniri solus pro parte, sed debeant teneri insolidũ, ex quo omnes repræsentant testatorẽ simul. Sed tamen nõ obstante isto fundamento, Iuriscõsultus firmat prædictam decisionem: quia istud fundamentum procederet in obligatione indiuidua, & consequenter in illa stipulatione, per te non fieri neq; per hæredem tuũ: sed ista est diuidua, & differt ab illa. & hac ratione Iurisconsultus posuit illã aduersatiuã, ꝗuis, quæ aduersat̃ tacitę obiectioni, quæ potuisset fieri per supradictam rationẽ: & sic ista aduersatiua, ꝗuis, stat augmentatiuè, implicans decisionem procedere nõ obstante tali obiectione: & ista est propria natura illius dictionis. l. tutor. §. contrariã. ff. de pig. act. l. i. §. dolum. ff. de eo per quẽ fac. & licet Soci. hic multis uerbis teneat q̃ imò in prædicta stipulatione cõtraueniens nõ teneatur insolidum, tamẽ eius rationes nihil faciunt, quia loquuntur in obligatione indiuidua, uel quando nõ est facta mentio hæredis. Et sic ex supradictis habes perfectam doctrinam positam in isto tex. per Iurisconsultũ, considerando quatuor casus.

15 Primus est, † cùm promissum factum est indiuiduum sub pœna, uno ex hæredibus cõtrauueniente, si in stipulatione nõ est promissum factũ hæredis, cõmittitur pœna respectu omnium pro portione hereditaria, ut est tex. hic. Et ratio est, quia pœna consistit in pecunia, quæ obligatio cùm trãsfundatur in hæredes, diuiditur per l. xii. tabul. pro rata. l. i. C. si cer. pet.

16 Secundus casus est, † quando in dicta obligatione indiuidua est facta mentio hæredum, & tunc pœna cõmittitur insolidum. d. l. hæredes. §. in illa, ponderando eum quinq; modis, ut dixi in uoce [a]. Et est ratio, quia obligatio incipit ab eis, unde sunt principales, & ideo nõ diuiditur per l. xii. tabul. prout s̃ declaraui. Et quòd nõ diuidatur, tenuit etiã Petrus, Imol. in d. l. cõtinuus. §. fin. Et istum casum tangit Iurisconsultus in illo exemplo de stipulatione, nec per te neq; per hæredẽ tuũ fieri; nam dicẽdo quòd talis stipulatio differt quo ad cõmissionẽ pœnę, ab illa, iter fieri uel nõ fieri; item ab illa, Titium hæredemq́ ratũ habiturũ: sequitur per argumentũ à sufficienti partiũ enumeratione, quòd in isto casu cõmittatur contra omnes insolidum: si enim nõ cõmittatur pro portione hæreditaria contra omnes, sicut stipulatio iter fieri uel nõ fieri: nec insolidum respectu cõtrauenientis, sicut Titium hæredemq́ ratum habiturũ: nec pro parte rata cõtrauenientis, sicut stipulatio amplius nõ agi: ergo necessariò dicendum est q̃ cõmittatur insolidum cõtra omnes. Et istum casum Iurisconsultus breuiter attingit, quia erat satis decisus in præcedentibus, in d. §. in illa. & etiã in d. §. item si in facto. inducendo ut s̃ feci.

Tertius casus est, cùm promissum est factum diuiduum, ut amplius non agi uel rem ratã haberi: nam tunc si nõ est facta mentio heredum, solus cõtraueniens tenetur pro parte. Et ratio est, quia solùm pro parte damnificat, ut hoc tex. uers. at si de eo. & l. prætoriæ. §. incertum. ff. de præt. stipul. & fa. l. si procurator. J. rem rat. hab.

Quartus casus est in dicta obligatione diuidua, quando facta est mentio hæredum: nam tunc cõtraueniens tenetur insolidum, ut hoc tex. uers. nam hac stipulatione. Et ratio est, quia hæres habet̃ pro principali, ex quo obligatio incipit ab eo, & cõsequenter tenetur insolidum: alij uerò cohæredes ad nihil tenentur, propter diuisionẽ obligationis: nam in indiuiduis promittens pro se & heredibus, obligat eos hæredes insolidum; sed in recipientibus diuisionem quilibet separatim tenetur, unde unus nõ præstat factum alterius. sa. l. de pupillo. §. si pluriũ [b]. i. ff. de no. ope. nunc. Et sic iste tex. clarissimus redditur sine aliquo scrupulo, & in eo traditur perfecta doctrina istius articuli. Nam ex dictis Catonis deciduntur duo casus, quãdo non est facta mentio hæredũ: & ex dictis Pauli deciduntur alij duo casus, quid iuris quando est facta eorũ mentio. & ista opinio etiam apparebit in infrà dicendis, in sexta & septima

a Adde quod dominus meus induxit primo põderãdo uer sic. igitur. præcedentem in d. l. hæredes. ubi tex. sicut regulã, quòd quando singuli insolidũ tenẽtur, præstãdæ sunt cautiões. Et ab illa regula deducit solum casum in illa quoque stipulatione, ponderando secundo dictionẽ, quoq;, quæ est repetitiua præcedentiũ, ut per Bar. in l. in repetendis. ff. de leg. 1. Tertio induxit põderando dictionem, insolidum, seu naturam quæ in eo differt à toto: quia totum fit ex partib. sed solidũ dicitur integrum, non habito aliquo respectu ad partes, ut etiam dicit Nicol. Perottus in suo Cornucop. Quarto induxit, quia tex. dicit insolidum communi stipulationem: cõmissio autẽ stipulatiõis semper fit respectu debitorũ, ut ipsi teneantur insolidum. quod apparet etiam ex isto textu, quia aliàs nõ dixisset cõmitti pro portione hæreditaria. Quinto induxit ponderãdo uers. et qui solidum. in §. idem iuris. prout induxit Aret. ĩ. in §. item si in facto.

b Adde, de isto tex. ponit Bar. ĩ. in uij. oppos.

ma quæstione Bar. Noto secundo, ibi, si id
17 factum. & ibi, iter fieri,† quòd ista stipulatio,
iter fieri, est facti, nõ autẽ iuris. Doct. hîc cõ-
muniter tenẽt, quòd imò ista stipulatio sit ser
uitutis, & consequenter mixta, propterea ꝙ
in seruitute etiã uertitur factum. l. fin. ff. cõm.
præd. sed Paul. de Cast. & Alex. & alij moder
ni tenent quòd ista stipulatio cõtineat factũ,
uidelicet locum aptari, uiamq́ꝫ sterni, per quã
iter fiat. pro quibus facit text. in l. si iter. ff. de
seruitutib. Sed istas declarationes ego nõ pu
to esse ueras: & primò quòd tex. nõ loquatur
de stipulatione seruitutis, probatur ex suprà
dictis uerbis, ibi, si id factum &c. Item proba-
tur, quia iste tex. uenit continuatiuè à §. item
si in facto. & consequenter loquitur in stipu-
lationibus facti, ergo non possumus dicere ꝙ
sit intelligendus de stipulationib. seruitutis,
quæ sunt iuris. Nec obstat si sustinendo cõ
munẽ diceretur, quòd ex quo stipulatio ser-
uitutis est mixta, & participat etiam de facto,
quin promissor tenetur pati, ut not. in d. §. &
harũ. satis potest uerificari intentio tex. Nam
ista solutio nõ uidetur bona pluribus rationi
bus. Prima est, quia factum nõ uertitur in ob
ligationibus seruitutis nisi in cõsequentiam,
ut ſ ostendi in §. & harum, & uult Bart. hîc in
prin. unde ab eo stipulatio nõ denominatur,
sed à iure, id est. à datione, quæ in ea principa
liter uertitur. l. ij. in prin. cum ibi not. ſ eod.
18 Secunda ratio est;† quia quãuis stipulatio iti-
neris sit de se stipulatio seruitutis, istud est ue
rum ubi est apposita certa determinatio fun-
di. l. Lucius. ff. de seruit. rust. præd. Sed in ca-
su nostro nõ apparet factam mentionem fun
di, ergo necessariò intelligendũ est de stipola
tione facti; nisi respondeas ut ĩ dicam: Tertia
ratio est Ias. hîc: nam ubi uerba referuntur ad
factum, nõ dicitur concessa seruitus: secus si
referãtur ad ius, ut est doctrina Bar. in l. pen.
ff. de seruit. lega. Sed hîc uerba respiciunt fa-
ctum, scilicet uerbũ fieri, ergo nõ possumus
dicere esse obligationẽ seruitutis. Et confir-
mo istud argumentũ; nam licet uerbum, iter,
referatur ad seruitutẽ, tamen si additũ sit uer-
bo respiciente factum, attenditur natura uer
19 bi, ut est tex. in l. i. in prin. ff. de flumin.† Quar
ta ratio etiam ponitur per Ias. quia cùm Iuris-
consultus alternatiuè dicat, iter fieri uel non
fieri: & clarum sit quòd stipulatio illa, iter nõ
fieri, sit facti: idem etiam debemus dicere de
illa prima, quia alternatiua solet poni inter si-
milia, uel parũ distantia. l. i. ff. de reb. dub. ꝗd
argumentũ est coloratũ nõ concludens: quia
etiam alternatiua ponitur quandoqꝫ inter di-
uersa in substantia, respectu finis ad quem u-
trunqꝫ tendit, ut per Bal. in l. filiæ. in i. oppos.
C. de colla. Et ex his cõfunditur prima decla-
ratio uerborũ hîc. Secunda quoqꝫ declara-
tio hîc, dum dicũt, quòd ista stipulatio impor
tabit ut sternatᷣ uia, seu aptetur locus, non est
uera, & cõtra eam obstat fortissimũ argumẽ-
tum: nam istud, aptare locum, cùm sit factum
indiuiduũ, aut unus in totũ sternet, & alij co-
hæredes nõ incident in pœnã, ex quo non in
terest stipulatoris, ut ſ in §. præced. & l. si ita
fuerit seruus duobus. §. pen. ff. de manu. test.
per Paul. & Soci. hîc in tertio not. Aut nullus
sternet[a], & omnes incident in pœnã ex facto
proprio, quia omnes sunt negligentes, & di-
cuntur contrauenire: & sic nõ uerificanᷣ uer
ba tex. qui præsupponit in stipulationẽ fuisse
deductũ tale factũ, per quod ex culpa unius
alij tenentur, nõ autẽ quilibet ex culpa[b] pro-
pria. Vnde omissis declarationibus Doct. tu
scias,† ꝙ iter facere, ex proprietate latini ser- 20
monis significat ire: unde Plinius ad Traianũ
epist. lib. x. Postquã uehiculis iter facere cœ-
pi, grauissimis æstibus uexatus sum. Et in e-
pitome Titi Liuij lib. xxii. Hannibal tribus
noctibus sine ulla requie iter fecit. & fa. l. ij. §.
quid enim. ff. si quis caut. In proposito igitur
hîc non est accipienda interpretatio de itine-
re respectu seruitutis: quia cùm lex de ea lo-
quitur, nõ utitur uerbo fieri, sed uerbo cõsti-
tui uel dari. l. si unus ex socijs. & l. uia consti-
tui. ff. de seruit. rust. præd. Nec est intelligen-
dum de sternenda uia, quia istud exemplum
nõ conuenit; sed debemus intelligere de sim-
plici facto, quãdo quis stipulatur iter fieri, &
sic ire ad aliquem locũ: quod exemplũ est ge-
nerale, & potest in specie uerificari pluribos
modis: ueluti, promittis iter fieri mihi licere
per aream tuam in domũ meã: uel, concedis
iter fieri per me de fundo tuo in fundũ meũ:
nam talis promissio licet sit facti, tamẽ transit
ad hæredes, iuxta distinctionẽ Bart. in l. si sic.
ij.) eod. Et ex isto tex. secundum hanc decla-
rationẽ infertur, quòd nõ sit uera opin. Paul.
de Cast. Aret. Soci. & moder. in §. item si in fa
cto. ſ. eod. dum dicunt, quòd si in stipulatio-
ne facti fuisset expressa causa, puta quia dictũ
sit, promittis mihi agere licere per fundũ tuũ
ad fundũ meũ: quòd talis stipulatio continet
seruitutẽ, non autẽ factum. arg. notatorũ per
Bart. in l. iij. §. opus. ff. de alien. iud. mut. nam
ista opin. cõfunditur ex isto tex. intelligendo
eum ad literam,† ubi ista stipulatio, iter fieri 21
per fundum tuũ ad fundum meũ, est facti, &
nõ iuris. Nec dicatur quòd in isto tex. nõ cõ-
stat de adiectione illorũ uerborũ: quia respõ-
deo quòd tex. noluit ea specificare, sed gene-
raliter locutus est, ne uideretur restringere il
lud exemplũ ad unam speciem tantũ: nam a-
liàs si nõ intelligeremus factã mentionẽ fun-
di, ista stipulatio nihil ualeret, propter ambi-
guitatem & incertitudinẽ. l. triticũ. l. stipula-
tus. ĩ. eod. nec transmitteretur ad hæredes, ex
quo est stipulatio facti determinati. l. apud Iu
lianũ. §. si quis alicui[c]. ff. de lega. i. Nec obstat
ratio ipsorũ, dum dicunt, quòd ista expressio
fundi uidetur afficere rem, sicut quãdo quis
promittit nõ ædificare in fundo ne obscuren
tur lumina domus, ut per Bart. in d. §. opus.
Nam respondeo, quòd in exemplo Bar. pro-
missio respicit formaliter utilitatẽ ipsius rei,
& sic domus, unde in tali casu inducitur serui
tus realis; sed in casu nostro uerba respiciunt

a Subaudi totũ locum: licet aliqui adaptauerit aliquas partes, & tñc unus nõ incideret in pœnã ex facto seu ex culpa alterius, sed unusquisqꝫ ex ꝓpria culpa, ex quo quilibet tenetur in solidũ ad faciendum. Ista est mens domini mei. Nec obstat si dicatur, quòd text. etiam procedit quando omnes sunt in culpa ex facto proprio, dũ dicit, quòd omnes peccasse uidentur, &c. quia respondit quòd text. loquitur impropriè, & fingit omnes peccasse, ut probatur ex uerb. uidentur, & dictione, quodammodo. Cùm enim unus tamẽ prohibet, alij tenẽtur, nõ tamen possũt dici prohibuisse nisi fictè. Itẽ nõ obstat si dicatur, quòd maior est culpa illius qui nihil aptauit, quàm aliorum qui saltem pro parte aptauerunt, & ideo illa deberet attẽdi, & in totum attribui illi nihil aptanti, ita quòd alij dicerẽtur teneri ex facto illius. Nã respondetur, quòd in tantũ sunt in culpa illi qui pro parte fecerũt, sicut ille qui nihil fecit. Sed quantũ ad ipsum creditorem, ex quo erant ei obligati in solidũ, est bene uerũ quòd respectu ipsorum hæredum inter se attẽdetur culpa illius qui nihil fecit, tanquã maior, &c.

b Quod esset ĩ casu isto, ex quo quilibet hæredum repræsentat testatorẽ in solidum in factis indiuiduis, & consequenter quilibet tenetur in solidũ. §. ex his. ĩ. eo. l. continuus. §. fi. ĩ. eo. unde nisi in solidũ fiat, quilibet est in mora ex culpa propria.

c Ad istum text. uide etiam Ias. in l. si sic. ij. in pen. col. ĩ. eod.

cõmoditatem personæ, aliàs ista esset nimis
magna restrictio ad doctrinã Bar.in l.penul.
ff.de seruit.rust.præd.& pro ista opi.facit q̃d
tenet Pet.de Besut.& sequuntur aliqui mo-
der.hic,quòd si in instrumẽto dicatur, quòd
quis fuit stipulatus iter fieri per fundum uici
ni,non fiet interpretatio quòd sit stipulatus
ius seruitutis,sed simplex factum, & simpli-
cem patientiã à promissore: quia cùm uerba
sint dubia,debet fieri interpretatio contra sti-
pulantem.l.quotiens.l.stipulatio ista.§.in sti-
pulationibus.ĩ.eo. Not.tertio ex tex.ibi,iter
22 non fieri, secundũ unam interpretationẽ,†q
ista stipulatio,iter nõ fieri,importat factum.
& facit,quia non potest importare seruitutẽ,
ex quo seruitus est ad utilitatem prędij domi
nantis.l.ut pomum.ff.de ser.& not.in l.idem
Iulianus.§.si quis alicui.ff.de leg.i.sed ista nõ
tendit ad utilitatẽ prędij dominantis, sed po-
23 tius ad damnũ.Confirmatur etiam,†quia ser
uitutes rusticorũ prædiorũ negatiuè nõ sunt
conceptæ.§.æquè.Instit.de act.Ad idem etiã
facit,quia ista stipulatio respicit liberationẽ,
quæ contraria est seruituti.l.non solum.§.ta-
le legatum.ff.de lib.leg.&, ut dixi, in hoc nõ
est difficultas, sed discordia est inter Docto-
res circa intelligentiam istorum uerborum:
& Doct.cõmuniter intelligũt istũ tex.quòd
non intelligatur iter nõ fieri, sed quòd intelli
gat̃ nõ fieri quò minus mihi ire agere liceat,
& ista est cõmunis opin.unde secundũ hanc
opi.casus est expeditus, quòd ista stipulatio
est facti.Sed Aret.Soci.& Ias.non tenuerunt
istum intellectũ,quia sequeretur quòd Iuris-
cons.in uerb.differentiæ,reuocaret in dubiũ
illud q̃d semel esset deductũ. Itẽ,quia esset ni
mis magna subauditio ad tex.præsertim cùm
alternatiua pręcedẽs habeat iter, & una pars
alternatiuæ declaret aliam.l.i.ff.de reb.dub.
quare ipsi tenent quòd imò tex.intellexerit
de stipulatione iter non fieri,et exemplificat
Aret.de eo qui habebat fundum seruientem
alteri, unde ipse stipulatur iter non fieri am-
plius de suo fundo ad fundũ dominantem:&
sic est quædam liberatio seruitutis à fundo.
Aliter exemplificat Soci.ut hic per eum. Po
test etiam istius stipulationis exemplum acci
pi in eo qui uendit fundum, & promittit em-
ptori per eum fundum nõ fieri iter: nam ista
uerba importabunt eum liberum in effectu
à seruitute itineris: & istud exemplum est ue
rum in se,licet non conueniat textui. Ego in
telligo tex.generaliter,quando quis stipulat̃
ab aliquo qui promittit non ire: quia ista uer
ba,iter non fieri,important nõ ire,ut s declа-
raui.Intellige tamẽ,quando quis facit talem
stipulationem habito respectu ad aliquod ius
in esse deductum, prout est in supradicto ex-
emplo Aret.nam aliàs non posset uerificari
ratio Iurisconf.hic. Item ista stipulatio respi-
ceret merũ factũ personale, unde non trans-
iret ad hæredes.l.centesimis.§.i.ĩ.eo.l.qui in
futurum.ff.de pact.& per Bart.in d.l.si sic.ij.
ĩ eo, Adde etiam quòd exemplum istud, seu
ista uerba,uel non fieri,non sunt in litera Pi-
sana:& ego etiam uidi libros antiquos in qui
bus non erant illa uerba: & illud mihi magis
placet,& in hoc probo literam Pisanam,licet
in ea animaduerterem esse aliquos errores,
ut ostendi in Dispunctionib. lib. iij.cap.xij.
& etiam propter uetustatẽ illa litera male po
test legi,& Doct.nostri ut plurimũ male refe
runt,quod apparet ex gl.in l.i.ff.si cert.pet.
& per Bertach.in repertorio suo in uerbo, li-
ber, ubi discrepat à gl.in relatione dictæ lite-
ræ. Noto quarto ex eisdem uerbis, functo
uers.pręced.ibi,si id factum &c̃.†quòd appel 24
latione facti uenit non factum: & istud not.
moder.hic,& Ias.in l.ij.in prin.& in §.item si
in facto.ñ.eo. Et circa hunc articulum Bart.
in l.naturalis.in prin.ff.de præscrip.uerb.di-
stinguit,quòd factum potest capi ut genus,
& diuiditur in affirmatiuam & negatiuam: si
uerò capitur ut species, tunc cõprehenditur
factum affirmatiuum tantùm.l.in facto.ff.de
cond.& demonst. Sed ista doctrina Bar.est
ambigua; quia non explicat, nunquid intelli
gat de genere propriè loquendo: nam ea quę
insunt in tali genere, licet largè, tamen dicun
tur propriè inesse,†quia species propriè inest 25
generi, ut dicit Bald.in l.ij.C.de iur.aur.an-
nul.unde in materia quantumuis stricta, ap-
pellatione facti comprehenditur non factũ,
ex quo propriè inest, iuxta l. cum lege. ubi
Aret.ff.de testa.Si uerò Bar.intellexit de ge-
nere largo & improprio modo, esset secus,
per not.in c.[a] Rodulphus.de rescrip. Alb.de
Ros.in l.ij.in princ.ñ.eo.& Aret.in l.impos-
sibilis.per illũ tex.ĩ.eo.dicũt quòd imò istud
procedit largè & impropriè, pro quibus ad-
de tex.in l.qui non facit.ff.de reg.iur.ponde
rando uerbũ,uidetur, quod denotat impro-
prietatem.& istud etiam uoluit Pet.de Anch.
in l.ubi autem.§.qui id quod.ĩ.eo.ubi infert,
quòd si testator imponat pœnam hæredi con
trafacienti in aliquo ex cõtentis in testamen-
to, quòd si hæres delinquat in non faciendo,
puta quia negligat soluere legatum, non in-
cidit in illam pœnam,†ex quo in pœnalibus 26
dispositio puniens contrafacientem, non de-
bet habere locum in negligente. & ita etiam
residens moder.hic, inducentes pro ista par-
te text.in l.cùm quid.ĩ.eo.& §.fi.Insti.eo.quo
rum inductio est multũ fragilis: quia etiam
in pœnali stipulatione illa clausula, si aduer-
sus ea factũ fuerit, refertur ad stipulationem
non fieri,& ad stipulationem fieri, ut proba-
tur in d.§.fin.[b] quia uerum est quòd non fa-
ciens, aduersus ea facit. unde Alex.in d.§.qui
id quod.tenet contra Anch.cuius opi. uide-
tur uerior, & consequenter teneo quòd talis
hæres negligens incidat in pœnam.pro qua
opin. inducitur text.in l.si quis maior.C.de
transact. ubi l. pœnalis loquens in faciente
aduersus pacta, habet locum etiam in eo qui
promissa non implet, & sic in non faciente.
Secundo inducitur text.in l.ex his apparet.
ff.de excus.tut.†ubi tutor testamentarius se 27
excu-

a *Adde tex.in l. hoc legatũ.ff. de lega.iij. de quo uide Dominũ meũ in l. ij. in princ. ĩ. eod.*

b *Adde, uel melius probatur in l. cõtinuus. §.pen.ĩ.eo.& ibi Dyn.& Albe.de Ros.dũ dicunt, q̃d forma ibi tradita non est de necessitate.*

excusans à tutela, perdit legatum: quia contra iudicium testatoris facit. ad idem est text. in l. si quis sepulchrum. §. funus. ff. de relig. & sump. fun. & gl. in l. si mora. in uerbo, nec facto mulieris. ff. sol. mat. & per istas rationes ita in cõtingentia facti consuluit Bal. & Cor. consil. xcix. in i. uol. In contrarium tamen facit text. in l. i. & l. seq. ff. ad l. Pompe. de pari. ubi l. Pompeia puniens eum, cuius dolo malo paricidium facit, nõ habet locum in sciente tractatum & non reuelante: quia talis mitius punitur. Et istud facit ad quæst. traditam in c. quam te.[a] de sent. excõm. & Ang. in tractat. malefi. in uers. che hai tradito la tua pa-
28 tria. in iiij. col. & facit, † quia regulariter magis solet puniri ille qui deliquit in faciendo, quàm qui deliquit in non faciendo. l. diuus. ff. ad Silla. l. si cuius. l. deniq. ff. de usufru. & quod not. Bart. in l. qui bona. §. cum inter. ff. de dam. infec. Quare pro resolutione con-
29 sidera tres casus. Primus est casus, † quando capimus factum ciuiliter, hoc est, prout consideratur à iure, tanquam quid differens ab his quæ sunt iuris, & tunc appellatione facti uenit non factũ, etiam propriè: nam clarum est talem stipulationem non esse iuris, ergo est facti. & ita procedit iste tex. cum sim. ¶ Secundus casus est, quando consideramus significationem facti naturaliter: & in tali casu non uidetur quòd nõ facere, propriè loquendo sit facere: unde statutum puniens aliquid facientem contra statutum principis, nõ trahitur ad eum qui nihil facit, sed simpliciter tractatum sciens non reuelat, quicquid dicat Ang. de Arim. in addit. Angel. ubi s. qui sine dubio malè loquitur, & eum etiam reprobat Picus in l. ut uim. ff. de iust. & iur. ubi tenet istud tanto fortius procedere, quãdo iste sciens non haberet probationem delicti, puta quia fuisset sibi reuelatum in secreto: nam in tali casu non incideret in aliquam pœnam neq; extraordinariam: quia cùm non posset probare, debuisset sustinere illud per tortu-
30 ram. l. iij. C. ad l. Iul. maiest. † Nemo autem tenetur reuelare quando imminet periculum læsionis in corpus suũ. c. officij. extra de pœnit. & ita tenent cõmuniter, ut etiam per moder. in c. i. de off. dele. de qua tamen opi. dubito: quia non est uerum quòd debeat talis subijci tormentis. Nec obst. d. l. iij. quia loquit in accusante aliquem ad pœnam: sed nos loquimur in reuelante simpliciter, ad finem, ut princeps possit cauere: aliàs sequeret quòd testis qui fecisset semiplenam probationem, in casu illius text. prout declarat ibi Salic. esset torquendus, quod est contra mentem illius literæ. Et ad istã materiã facit quod not. [b]Soci. consi. cij. in iiij. uol. In proposito ergo, capiendo factum secundũ significationem suam propriam & naturalem eius appellatio-
31 nem, non uenit non facere, † & in dubio uerba debent intelligi naturaliter, non ciuiliter. c. susceptũ. de rescript. lib. vi. impropriè uerò & largè talis nõ faciens comprehendetur. l. iiij. ff. quæ in frau. cred. l. qui non facit. ff. de reg. iur. Tertius casus est in dictione cõtrafactum: & si iussio legis uel hominis est affirmatiua, non faciens dicitur contrafacere. d. l. si quis maior. & ita procedit decisio Alex. & Cor. sicut econtrà si iusio est prohibitiua, quia iubeat ut aliquid non fiat, si aliquis facit dicitur contrafacere, quia facere & non facere sunt contraria. l. si is qui ducenta. §. utrum. ff. de reb. dub. unde illa decisio de hęrede qui intelligitur contrafacere nisi soluat legata, iudicio meo non habet dubium, quicquid teneãt moder. hic. Noto quinto ibi, quodãmodo fieri uidetur, † quòd alij cohæredes qui 32
non contrafecerunt, incidunt in pœnam nõ ex uera, sed ex ficta contrafactione. Sed contra istud notabile fortiter facit, † quia fictio nõ 33
inducitur nisi suadente æquitate. l. deniq. l. nec utilem. ff. ex quib. caus. ma. sed hîc non cadit æquitas, quia iniquũ est quòd quis ex culpa alterius teneatur. l. si quis in suo. §. legis. C. de inoffi. test. c. non debet. de reg. iur. lib. vi. unde uideretur quòd fuisset ęquius, ut solus ille qui contrafecit insolidum teneret. Moder. repetentes hîc dicũt cessare iniquitatem, ex quo cohæredes qui non contrafecerunt, possint liberari cedendo actionem creditori. pro qua opi. adducunt tex. in l. quod debetur. ff. de pecu. & doctrinam Bar. in l. ij. §. fi. ff. si quis cau. Ad idem etiam adducitur doctrina Bar. in l. cum fundus. §. seruũ tuum imprudẽs. in pen. col. ff. si cert. pet. † ubi quan- 34
do quis tenetur ex facto tertij, si non sit in dolo uel culpa, cedendo actionem liberat. Sed tamen ista opi. nõ est uera. & principaliter est cõtra tex. in §. item si in facto. cum simil. s. eo. dum tex. uult, quòd cohæredibus soluentib. datur act. fam. ercis. aduersus eum qui cõtrafacit: ergo soluerunt ex necessitate, & sic non liberabant cedendo actionẽ. l. iij. C. de neg. gest. Secũdo ista opi. confunditur per istũ tex. dum dicit, quòd uidentur omnes contra fecisse respectu creditoris: unde sicut uerus contrafactor debet soluere, ita fictus: quasi idem operet fictio quod ueritas. l. qui ad certũ. ff. loc. Tertio considerandũ est, † q actio famil. ercis. potest cõpetere ad duos effectus ipsis cohæredib. aut enim cæteri cohæredes soluerũt, & repetent per actionẽ fam. ercis. d. §. item si in facto. aut nondũ soluerunt, & poterunt agere aduersus contrafacientem, ut caueat de immunitate. l. inter cohæredes. §. quod ex facto. ff. fam. erc. In proposito ergo impossibile est dicere quòd isti cohæredes possint liberari cedendo actionẽ: nam ex prima causa nõ possunt cedere, quia nondum soluerunt, & sic nondũ competit, unde non possunt soluere quod nõ habent[c]. Ex secunda etiã nõ potest cedi, quia per eam solã consulitur indemnitati ipsorũ hæredũ inter se, nec creditor posset ea uti, quia creditor nõ habet curare de indemnitate ipsorũ, sed de satisfactione sua[d]. Quarto facit, † quia quando ali- 36
quis tenet ex contractu suo uel quasi, & ha-

a Adde Decium in c. j. extra de offi. deleg.

b Adde, ubi ponit Socin. an si quis emanatis monitorijs sub pœna excõmunicationis non reuelat factũ, incidat in excommunicationem: de quo etiã per Canon. in c. qui cum fur. extra de fur. & in l. inciuile. C. eo.

c Adde pro hoc text. in l. Modestinus. in primo respons. ff. de solut.

d Cõfirma istud argumentum: quia cessionarius nõ potest agere nisi quando poterit principalis. l. si superatus. ff. de pi-
35 gnor. l. si mater. §. idem Iulianus. & § final. s. de excep. rei iud. unde si aget, poterit cõtrafaciẽs dicere, sicut tu, us principalis nõ poterat agere cõtra me, nisi ipse soluisset, ita nec tu: unde actor nõ consequetur quod petit.

beat actionē cōtra aliū, tamē nō liberat̄ eum
cedendo. l.nā & seruus.§.fi.de neg.gest. not.
Paul.Cast.in l.q̃d debet̄.de pecul.sed isti hæ-
redes tenent̄ ex quasi cōtractu,quia hæredes
adeuntes hæreditatē, dicunt̄ quasi cōtrahere
cum creditorib.hæreditarijs. l.apud Iulianū.
§.fi.ff.ex qui.caus.in poss.eat.& cōsequenter
dicunt̄ obligare se secundum dispositionē le
gis,ut si unus cōtraueniat in facto indiuiduo,
possint etiā ipsi cōueniri ad pœnā,unde non
debent liberari cedendo actionē. Nec obst.
d.l.quod debetur.& dictū Bart.in d.l.ij.§.fin.
& in d.§.seruū tuū imprudens. nam in dictis
iuribus quis cedendo liberatur, quoniā ideo
erat obligatus,quia habebat actionē,ut decla
rat ibi Bar.& Doct.& Io.And.in addi.Spec.
in tit.de cessiōe actiōis.in ult.col.in uerb.fide
iussor. sed in casu nostro cohæredes nō ideo
tenentur quia habeant actionē, sed quia om-
nes contrafecisse uidentur, ut dicit hic tex.&
sic remanet insolutum adhuc argumentum.
37 Sed tu aduerte,† quia resolutio istius difficul
tatis pendet à ueritate rationis,cur inductum
sit,quòd si unus ex pluribus hæredibus con-
traueniat, omnes tenentur: & Paul.de Cast.
in §. item si in facto. & Soci. hîc dicunt ratio-
nem esse, quia hæres cōtraueniens repræsen
tat defunctū,unde est ac si defunctus ipse cō-
trafecisset,unde omnes hæredes obligantur.
Sed ista ratio confunditur per text. nostrū in
uers.q̃uis[a]. ut dicun: etiā moder.repetentes
hîc, & bene: & certè est mirū quòd ubi Iuris-
cons.ipse assignat unā rationē, quòd Doct.
quærant aliam: istud enim est reprehendere
Iurisconś.de insufficiētia. Vnde alia ratio as-
signat̄ in hoc text. quòd istud sit introductū,
quia si unus cōtraueniat,habetur ac si omnes
cōtrauenissent: quia pro parte damnū credi-
tori nō affertur,sed in totū,unde æquum fuit
omnes teneri.& eandem rationē ponit etiam
text.in l.in executione. §.quòd si stipulatus.J.
co.Moder.repetētes hîc dicūt quòd ista ratio
nō est cōcludens, per tex. in l.Iulia.in prin.J.
co. ubi ex cōtrauentione Titij tenentur eius
cohæredes, licet ipsi nō essent obligati ad nō
cōtraueniendum,& cōsequenter ibi nō pos-
sunt dici ꝙ omnes contrafecisse uideant̄: un-
de ipsi dicūt in hoc tex. positam esse persuasi-
38 uam, nō cōcludentē.† Tertia ratio assignatur
in l.inter cohęredes.§.q̃d ex facto.ff.fam.erc.
quòd istud sit, quia per cōtrauentionē unius
euenit cōditio stipulatiōis pœnalis,unde cō-
mittitur contra omnes: & dicunt moder.hîc
quòd ista est uera, nō finalis. Sed certè mirū
est quòd idem Iuriscons.posuerit uarias ratio
39 nes in eodem negocio:† unde tu adhærendo
opinioni quā posui in i.not.potes primò dice
re quòd ratio Iurisconsul.hîc est uera in casu
suo,quando nō est facta mentio hæredum: et
sic d.l.Iulianus. nō obst.q̃a ibi erat facta men
tio hæredis,& est casus mixtus[b], & fundat̄ il-
la lex alia ratione,ut J dicam. Sed ratio Iuris-
cons. in d.§.quod ex facto. propriè procedit
quādo est facta mentio hæredum, q̃d probat̄

a Cogita si posset responderi, aliud esse in obligatione diuidua,de qua loquitur iste uersic. quāuis. nā in ea non fingitur quòd defunctus contrauenerit,ex quo talis obligatio diuiditur per legem XII.tab. l.j.C.si cert.peta. & ita referendo opinionē Royni, hîc dicebat dominus meus in uoce.

b Adde, quia unius hæredis solùm erat facta mentio,non aliorum.

exemplis ibi positis,& etiā quia non appellat
ibi obligationē hæreditariā tanq́ transfusam
de testatore in hæredes; sed dicit ꝙ cōditio sti
pulationis hæreditariæ,& sic in cuius euentū
hęredes erāt insolidū à testatore obligati,eue
nit: exprimendo enim eos uidet̄ testator pro
misisse,hoc modo,si aliquis hæredū contrafa
ciet,promitto centū: quod nō est quādo men
tio hæredis nō est facta, quia tūc hæredes nō
ueniunt in conditione nisi tacitè per transfu-
sionem ex persona testatoris: text.autē intel-
ligendus est quando uerè & expresse sunt in
cōditione appositi. Item tūc stipulatio nō est
hæreditaria,sed est stipulatio testatoris,cuius
obligatio cùm transfundat̄,ipsa obligatio di-
citur hæreditaria, nō autē stipulatio, quæ est
contractus,& est facti[c].l.consilio.de cur.fur.
unde ipsa nō transfundit̄,sed ius,id est, obli-
gatio ab ea prouenienś. Potes etiā iungere
utranq́ rationē Iurisconś.sequēdo cōmunia,
& declarare hoc modo:† Nam quando subdi 40
tur pœna facto indiuiduo,intentio cōtrahen
tium est,ut istud factū integraliter præstetur,
aliàs committitur tota pœna l.v.§.fi.J.cod.&
in hoc nō considerat̄ persona hæredum,nun
quid aliquis nō contrafaciat: quia pœna ipsa
est posita in fauorē creditoris, unde quoquo
modo contraueniatur,creditori succurritur,
quia ita conuentū est, & conditio stipulatio-
nis euenit.l.inter cohæredes.d.§.quod ex fa-
cto.cùm enim factū sit indiuiduum, pro par-
te peccari nō potest,& cōsequenter hæredes
repręsentant singuli testatorē insolidum.l.ij.
§.ex his.ā.eod.l.cōtinuus.§.fi.J.eo. Vnde per
quemcunq́ contrafiat, creditor nō habet q̃d
stipulatus est, unde ex forma contractus po-
test agere cōtra omnes istos hæredes,& quia
pœna est diuidua, poterit consequi eam pro
portione hæreditaria: licet si ageret ad factū,
deberet agere insolidū: & sic pœna hîc quā-
uis accessoria, nō sapit naturam principalis,
quia diuersa est ratio de uno ad aliud;† in fa- 41
ctis enim lex introducit, quòd quilibet hære
dum repræsentet testatorē insolidū ex neces-
sitate, quia facta sunt indiuidua, & pro parte
peccare nō potest: quę necessitas cessat respe
ctu pœnę in proposito. Ergo ad argumentū,
dum dicitur, quòd æquitas nō dictat ꝙ unus
pro alio teneat̄, respondeo formaliter, istud
esse uerū quo ad ipsos cohæredes inter se,un
de fuit illis succursum per actionem familiæ
erciscundæ; sed quo ad creditorem est secus,
quia ex forma cōuentionis ipse nō habet cu-
rare quis contraueniat,sed dummodo cōtra-
ueniatur potest agere cōtra quem uelit: quia
istud importat cōuentio, quæ est seruāda. l.i.
ff.de pact.& ista æquitas est potentior. Nec
obst.tex.in l.Iulia.in prin.J.eo. ubi ex cōtrafa
ctione Titij tenent̄ eius cohæredes, licet ipsi
nō essent obligati: & cōsequēter ibi nō potest
dici istud esse,q̃a ita cōuentū esset, uel q̃a om
nes cōtrafecisse uiderent̄: nā respōdeo, ꝙ imò
erāt obligati: q̃a illa stipulatio quatenus erat
cōcepta in persona testatoris, erat transfusa
in hæ-

c Fa. quod not. Dd.in l.v.J.e. & Lud. Ro.in l.j.§.adipiscimur.ff.de acq.poss.& per dominum meū ī.in prin.l.j.ī.e. ubi stipulatio prout ī esse p̄ducitur,est facti: sed prout est in esse producta, dicitur esse iuris,propter effectum iuris inde resultantes, qui effectus deinde trāsmittūtur: ut est obligatio inde p̄ueniens, quę in hæredib. dicitur hæreditaria.

in hæredes. Nec obstat si dicas, quòd imò ista stipulatio, per te non fieri &c. non transit ad hæredes. d.l. stipulatio ista, habere licere. §. si quis uti frui. j. eo. quia ex quo testator promiserat etiam per Titium hæredem, nisi transisset in omnes stipulatio, uideretur inutilis: quia si Titius non prohiberet, possent alij prohibere, quo casu ille esset in totum exclusus. l. in executione. §. quod si stipulatus. j. eod. Vnde ne stipulationis cōmodum reddatur elusorium, transit in omnes cohæredes. l. si ita stipuler. secundū intellectū Bar. in d.l. si sic. secunda. j. eod. & ita potest saluari opin. gl. ibi, quā tenet Dyn. Iaco. Alb. de Ros. Ang. Imol. Paul. de Cast. dum dicunt, quòd additio Titij hæredis ibi est superflua: nam est superflua quo ad hoc, quia etiā tali stipulatione tenentur alij non nominati, sicut ille qui fuit nominatus: sed tamen quo ad alios effectus non erit superflua. Si uerò uolumus tenere opi. Bart. in l. cōtinuus. §. fi. in ult. col. j. eo. cum concordantib. admittendo q. ex facto aliorū cohæredum non cōmittatur stipulatio, & sic q. ipsi nō sint obligati ad patientiā: potes dicere, q. tantùm sunt obligati ex obligatione trāsfusa per testatorē ad factū, scilicet quòd Titius nō impediet: unde si impediat, cōmittitur pœna etiam quo ad eos, quia euentus conditionis extitit: quia Titio contrafaciente, uidentur ipsi contrafecisse, in eum casum, in quē erant obligati à testatore qui eos obligauerit, nisi
42 ubi cōtrafacerent fictè, nō autē uerè. Noto sexto in uers. at si de eo, †quòd ista stipulatio, amplius nō agi, est diuidua: & est ratio, quia qui contrafacit, nō nisi pro parte nocet creditori, ut est tex. hic, & declarat Ias. post Imol. Sed pro declaratione istius articuli formabo duas oppositiones. Prima est: nam uidetur dicendum quòd imò ista stipulatio in casu nostri tex. esset indiuidua: nam tex. loquitur, quādo subdita est pœna isti stipulationi: sed nos habemus quòd pœna facit principalē cōtractum indiuiduū, licet aliàs esset diuiduus. l. cui fundus. ff. de cond. & demon. l. v. §. fi. j. eo. Sed ad istud argumentū responde, quòd in obligatione dandi si subdatur pœna, uerum est quòd nisi totum detur, pœna tota cōmittitur: & ratio est, quia stipulator apponendo pœnā, uidetur uoluisse quòd tota res detur, nō autem pars. ita dicūt iura prꝍalleg. Sed in casu nostro quando quis stipulatur amplius non agi, ex quo nō tractatur in tali stipulatione de aliquo stipulatori dando, sed solùm ne istud quod stipulator iam habet ei auferatur per actionem, uidetur actum ut quatenus ei auferatur, eatenus committatur pœna: unde stipulatio est in totum diuidua, nec conditio stipulationis pœnalis eam alterat, quia non operatur nisi ex præsumpta uoluntate testatoris, quæ præsumptio in casu nostro non habet locū, quia non est uerisimile id actum ut stipulator possit habere & rem & pœnam.[a] l. rescriptū. §. si pacto. ff. de pact. cùm ista stipulatio solùm concipiatur ad euitandam molestiam quæ ex litibus posset inferri: unde cùm stipulator fruatur re, censetur tacitè actū ut cōtentus sit pro ea parte pœnꝍ, pro qua damnum ab hæredib. promissoris cōtrauenientibus patitur, prꝍsertim cùm nō nisi uolens illud sentiat, quia potest agentem repellere per exceptionem, quæ ratio cessat in contrarijs, & de hoc dicemus aliquid j. in octaua opp. Bar.

†Secunda oppositio est, quia non uidetur 43
quòd ista stipulatio debeat esse diuidua, ex quo potest resultare incōueniēs, de quo in l. in executiōe. §. pro parte. j. eo. Pone em̄ quòd promiseris amplius non agere ad domum, & unus ex hꝍredibus tuis te mortuo agat pro parte sua, & obtineat, certè apud stipulatorem non remanebit domus nisi pro parte aliorum, & pro parte contrafacientis habebit pœnam: & sic stipulator habebit quod stipulatus est in diuersis rebus. Bart. in l. stipulationes non diuid. in iij. q. fatetur argumentum esse uerum, & concludit istum text. debere intelligi quando quis promisit non agere ad pecuniam: secus si ad speciem indiuiduam, quia tunc resultaret dictum inconueniens. Sed ista opin. Bart. restringit nimis text. nec adiuuatur ex uerbis text. ibi, pœna certæ pecuniæ promissa. quia non uult dicere tex. quòd promissio principalis esset certæ pecuniæ, prout dicit Socin. hic, sed quòd certa pecunia erat deducta in stipulationem pœnalem. Vnde ista opinio communiter non tenetur, & Raph. Com. Ioan. de Imol. Paul. de Cast. Lud. Rom. tenent contrarium, & sequitur Alex. hîc, & respondet Alex. ad text. in d. §. pro parte. quia habet locū in facto affirmatiuo, nos autē loquimur in facto negatiuo. & ita tenetur cōmuniter. Socin. reprobat istam opin. hic, quia secundū eum non potest assignari ratio differētiꝍ inter istos casus. Eandē sententiam tenent etiam moder. repetentes. Mouentur primò, quia quamuis ista stipulatio, amplius non agi, sit factum negatiuū, tamen habet in se tacitam affirmatiuā, ex quo remittere est dare. l. si mulier. ff. de cond. ob caus. Secundo mouentur, quia stipulatio de rato habendo, non solum continet in se factum negatiuū, sed etiam affirmatiuū. l. quo enim. j. rem ratam haberi. †Sed tu, nō obstan 44
tibus dictis modernorum, nō recedas à communi opinione, quæ est uera si bene declaretur; nam ratio §. pro parte. est, ne creditor cui aliquid integrum promissum est, consequatur solutionem in diuersis rebus contra uoluntatem suam: ista ratio propriè procedit in eo qui stipulatus est aliquid dari uel fieri affirmatiuè: sed in casu nostro cùm stipulatio sit negatiuè concepta, & sic in ea deducatur factum negatiuum promissoris, si promissor cōtrafacit, stipulatori cōpetit exceptio quæsita ex stipulatu, unde non potest resultare inconueniens illud eo inuito: si enim aliquis promiserit mihi stipulanti amplius non agere ad domum, & eo mortuo unus ex hæredibus agat, certè competit mihi exceptio ex sti

[a] Pone enim qđ stiplatus sis amplius nō agi ad domū, et si egeris, pmittis centū. tu decedis relictis duobus hæredib. unus contrauenit, si cōditio pœnalis redderet actū præcedentē indiuiduū, ego haberē integrā pœnā et partē domus, et sic haberem rem & pœnā, qđ nō uidetur fuisse de intentione cōtrahētiū. nec dicatur qđ debet fieri cōputatio put dicit gl. in d.l. v. §. fin. quia si hic caderet cōputatio in effectu, pœna non committitur in totum, sed solū pro parte quatenus interest, & sic reincidit in idem.

pulatione, per quam possum eum submouere, & consequenter inuitus nō compellar accipere pœnam: & sic erit in mea electione, an uelim opponere exceptionē, & eum excludere, an uerò nō opponā, sed potius uelim agere ad pœnā, iuxta l. rescriptū. §. si pacto. ff. de pact. & agendo ad pœnam dicor tacitè cōsentire quòd retineam domū nisi pro parte. Incōueniens aūt de quo in d. §. pro parte. nō habet locū uolente ipso stipulatore. l. ij. §. i. ff. si cert. pet. & suprà pluries [a] dixi. & sic resultat manifesta ratio differētiæ inter istos casus, licet Soci. nō aduertat. Et eodem modo tolluntur obiecta moder. quia licet in his stipulatiōibus, amplius nō agi, & rem ratam haberi, insit aliqua affirmatio, tamē eorū natura est negatiua, ex quo stipulator innititur rei: unde si aliquis ex hæredibus contraueniat, potest repelli exceptione, ut ſ dixi. Aliam solutionē ponūt dicti moder. in effectu cōcludentes, incōueniens de quo in d. §. pro parte. nō considerari nisi in obligatiōib. dandi, prout propriè loquitur text. nō autē in obligationib. faciēdi, ex quo in eis succedit obligatio ad interesse, quod iuris æstimatione nō censetur differre à re ipsa. arg. l. si stipulatus es opus. ſ. de fideiuss. unde nunquā nō potest resultare tale inconueniens. & istam opin. uidetur tenuisse etiā Raph. Com. Paul. Cast. & Soci. hîc. Eandē opinionē ego confirmo duobus argumētis. Primo per tex. in §. item si in facto. ſ. eod. ubi promissor uni ex hæredibus stipulatoris prohibito præstat interesse, & alteri factū, & tamē nō magis potest solui in diuersis rebus hæredibus stipulatoris, quàm ipsi principali. l. & si nō sortē. in fi. ff. de cond. indeb. l. qui hominē. §. i. de sol. & per Bar. in §. ex his. ſ. eo. ergo interesse debet censeri unum & idem cum ipso facto, nō autem quid diuersum. Et eodem modo potest induci tex. in l. hæredes. §. an ea. ff. fam. erc. Secūdo adduco tex. in l. libertus. §. fi. [b] ff. de oper. & in l. hæ operæ. ff. eod. tit. in fi. ubi in stipulatione pluriū operarū, puta uiginti, possunt præstari decem, & æstimatio aliarū decem, & sic sit solutio diuersimodè. Sed tamen circa hāc opin. puto aduertendum: quia Bar. in d. l. stipulationes non diuid. in viij. oppos. in fin. & in iij. quæst. expresse tenet quòd imò d. §. pro parte. habet locū etiam in obligationib. facti: imò fortius uult quòd in obligatione factorum propter euitationē illius incōuenientis, reddatur cōtractus nedum indiuiduus solutione tantū, prout est in obligationibus dandi, sed etiā reddatur indiuiduus petitione: cuius opinio sanè intellecta uidetur uerior. & quod tale inconueniens habeat locum in obligationibus facti, inducitur text. in d. §. pro parte. ponderando rationē ibi, ne quod stipulatus sim non consequar, iuncto §. ij. præcedenti: quando enim aliquis stipulatur factum, uidetur operis effectum considerasse, non autem partem: & consequenter si haberet partē in ipso opere, & partem in interesse, nō consequitur quod esset stipulatus. & istud argumentū cōcludit in factis indiuiduis: in factis uerò diuiduis opinio istorū mod. uidetur uerior, per tex. in d. l. libertus. Nec obstat §. item si in facto. inducendo ut ſ feci, quia promissor præstat idem omnibus hæredibus, scilicet patiētiam: sed si contraueniat alicui ex hæredibus, propter illam contrauentionem ei tenetur ad interesse, ne contrauentio illa remaneat impunita. Tenendo tamen istam opin. modernorum non per hoc tollitur principalis difficultas, quam ſ feci: quia ista stipulatio, amplius non agi ad domū, debet esse indiuidua ratione rei super quam est interposita: quia uerisimile est quòd contrahentes respexerint effectum integrum, non autem partem. l. si nō sortem. §. si centum. ff. de cond. indeb. & sic non uidetur actum quòd stipulator habeat partim solutionē in interesse seu in pœna, partim in re: unde tu teneas prædictā solutionē cōmunē, cōstituendo differentiā inter factū affirmatiuum & negatiuū, & declarando ut ſ feci. Et quod dixi de stipulatione, amplius nō agi, habet locū etiā in eo qui promittit se hęredemq; suum ratum habiturū, prout ſ declarabo loco suo. Noto septimo in tex. ibi, pro portione solùm pœnam cōmitti. iuncto prin. ibi, pœna certæ pecuniæ promissa. †quòd ad hoc ut 45
promissio dicatur pœnalis, requiritur quòd in stipulatione sit facta expressa mentio pœnæ. & ita notāt hūc tex. Aret. Soci. Ias. & moder. & istam cōclusionē formauit Io. And. in c. bona fides. extra depos. & Lud. Ro. in l. stipulatio ista. §. alteri. ſ. eo. & probatur primò per tex. in §. nō solum. Instit. eo. dum dicit: Ita adijci pœna debet, si quid factū nō erit, tunc pœnæ nomine &c̄. & pondero quòd ibi traditur forma quemadmodū stipulatio pœnalis concipiatur: unde forma diminui non potest, ut not. in l. ij. de lib. & posthu. Secundo probatur in l. fi. §. fi. ff. de eo per quem fact. ubi si quis promittit quinquaginta si in iudiciū nō uenerit, uidetur ista promissio nō esse pœnalis, sed respicere interesse, per rationem dubitandi istius tex. prout latius induxit Aret. in l. cōtinuus. §. cum quis. in iij. col. ſ. eo. Tertio probatur in l. si duo. ff. si quis cautio. in §. i. inducendo ut per Rom. in d. §. alteri. Quarto uidetur probari in l. si ita stipulatio. ff. de oper. lib. †ubi si patronus à liberto ita stipule- 46
tur, si decem operas non dederis, uiginti dabis: uidetur taxasse seu ita æstimasse illas operas, nō autem fecisse stipulationē pœnalem: quod etiā apparet: quia si esset pœnalis, posset agi ad pœnam in quantum excedit interesse. l. prædia. de actio. empt. quod tamen tex. negat regulariter, nisi esset illa ratio de qua ibi in fin. sed iniquum est, &c̄. Contrarium tenetur cōmuniter, ut per Aret. hîc, & in d. l. continuus. §. cum quis. & Alex. in l. ita stipulatus. in penult. col. ſ. eod. & sic communis est sententia, quòd stipulatio dicatur pœnalis, etiam si non sit facta specialis mentio quòd detur pœnæ nomine: & probatur per text. in d. l. continuus. §. penul. & ibi Aretinus inducit. &

a in §. & hærū. in ij. notab. & not. in §. si tamen hominē. ſ. eod.

b iunctis notatis per Doct. in l. in stipulationibus. §. j. ſ. eo. et per Bar. in l. stipulationes non diuid. in ix. oppos. & p Bart. in d. l. libertus. dum dicit promissionem operarum numero diuidi: nam nisi posset solui æstimatio pro parte numerali, obligatio esset indiuidua saltem solutione, quod est cōtra generalitatem text.

cit. & in l. in executione. §. quod si stipulatus. ſ. eod. & in l. fin. ff. de prætor. stipul. & in l. i. in §. item si ita. ff. ad legem falcid. & in l. sancimus. C. de fideiussorib. iuncta glossella in uers. inserat. Confirmo istam opinionẽ, quia contractus solent denominari à forma ipsorum, non autem à nomine quod illis à partibus apponatur. l. insulam. de præscript. uerb. unde in casu nostro debet attendi forma ipsius contractus, non autem considerari, nunquid partes dixerint, pœnæ nomine. Nec obstant allegata in contrariũ, & primo iste textus: quia hic sunt uerba Iurisconsulti, non partium: & præsupponit Iuriscõsultus quòd siue partes expresserint pœnæ nomine, siue non dicatur pœna promissa. Non obstat textus in d. §. non solum, quia nõ est uerũ quòd tex. ponat formã: quod apparet, quia forma[a] de necessitate seruanda est, ut not. in d. l. ij. de lib. & posth. & tamen illa potest omitti. l. cõtinuus. §. pen. ſ. eo. & ibi firmat Dyn. Alber. de Ros. & probať in tex. dum dicit usitatius & elegantius esse, nõ autẽ necessariũ, licet Aret. nõ aduertat, & contrariũ teneat in ij. not. ibi.

a Vide D. mem in l. j. §. sed si mihi. ſ. eo. ubi late tangit.

Non obstat text. in d. l. fin. §. fin. quia dato quòd illa pęna respiciat interesse, istud est ex natura illarum stipulationũ iudicialium, quę nõ cõmittuntur effectualiter nisi intersit. l. & si post tres. ff. si quis cautio. & per Bar. in l. ij. in fi. ff. si quis in ius uoc. & ita intelligit gl. in d. §. fi. & in l. i. §. si plures. ff. eod. tit. Vnde probabiliter potuit dubitari, nũquid amplius nõ interesset, ex quo fuerat apposita pœna, nisi de quinquaginta. Et eodem modo respondetur ad d. l. si duo. §. i. allegatam per Io. And. in d. c. bona fides. Non obstat d. l. si ita stipulatio. quia imò illa stipulatio potuit esse pœnalis, licet non posset agi ad pœnam ultra interesse in illo casu, per rationem ibi positam.

Nec obstat d. l. prædia. quia procedit in causa onerosa: tex. uerò in d. l. si ita stipulatio. loquitur in promissione ex causa lucratiua, inter quos casus est magna differennia, ut per Bar. in d. l. prędia. & in l. ita stipulatus. in xiiij. col. ſ. eo. & sic habes cõmunem opin. defensatam, quam reperio limitari duobus modis. Et primò istam conclusionẽ limitat Soci. hîc, ut quando est expressum aliquid nomine pœnæ dari, censeatur pœna semper in contemptum apposita, ita quòd cõmittatur etiã si nõ intersit: sed quãdo nõ est expressum, licet adhuc sit pœna, tamen censebitur apposita pro taxatione interesse, & non cõmittitur nisi intersit. d. l. si duo. ff. si quis cautio. & ita saluabitur opin. Ioan. And. in d. c. bona fides. Sed tu aduerte, quia ista opinio confunditur per text. in §. alteri. Instit. de inutil. stipul. ubi pœna apponitur in contemptũ, & cõmittitur etiam quòd non intersit, & tamen in forma stipulationis ibi tradita in text. non fuit expressum nomine pœnæ dari. & sic ista prima declaratio Soci. nihil ualet. Secũdo modo uidetur intellexisse Iac. Put. & Ias. hîc in viij. oppos. Bar. ut distinguamus inter obligationes facti, & dationis: 47 †& in stipulationib. facti pœna subdita respicit interesse, quia natura factorum hoc suadet. l. stipulationes nõ diuid. uers. Celsus. ſ. eo. sed in obligatiõib. dationis nõ. Et in primo casu intelligũt procedere opinionẽ Io. And. in d. c. bona fides. cum cõcor. & istam opin. uideť tenuisse Rom. etiã in consil. ccccx. in ij. col. incip. quo ad primũ. & Soci. cõsil. ccliij. in pen. col. Sed etiã ista opinio non est uera, & contra eam est tex. in d. §. alteri. ubi stipulatio pœnalis subdita stipulationi de dando aliquid tertio, cõmittitur etiã si nõ intersit, & tamen stipulatio dandi tertio est facti, non autem dationis. l. liber homo. ij. §. fin. ſ. eod. Secundo contra eam urget tex. in l. prædia. de act. empt. ubi si stipulatio pœnalis subsit obligationi facti, nõ uidetur taxare interesse, sed potius punire contemptũ: si enim taxaret interesse, nõ posset actione ex uendito peti maior summa, quàm illa taxata in stipulatione pœnali, quod tex. negat. Tertio dico quòd ista opinio est cõtra opin. Bar. cõmuniter approbatã in §. item si in facto. ſ. eo. dum reprobat Petrum, cuius opin. coincidebat cum ista moder. Nec obstant duæ rationes, quæ possunt pro eis adduci. 48 Prima, †quia in obligationib. facti non potest pœna & res principalis peti, imò creditor debet esse altero contentus. l. rescriptum. §. si pacto. ff. de pactis. l. apud Celsum. §. Labeo. ff. de dol. excep. ergo talis pœna respicit interesse tantũ, quia aliàs posset utrunque peti. l. si quis rem. ff. de arbit. Nam ad istud argumentũ respondeo, quòd tex. in d. l. si quis rem. loquiť quãdo pœna respicit contemptũ tantũ: nam tunc utrũque[b] petitur, ut declarat Benedictus de Plumb. in repet. l. si quis à socio, in iij. col. ff pro soc. & Io. Fab. in §. alteri. Instit. de inut. stip. sed per hoc nõ sequitur, quin si pœna respiciat etiã interesse, nõ dicatur propriè pœna, & cõmittatur etsi nõ intersit, iuxta tamẽ dist. Bart. in d. §. itẽ si in facto, & ſ dicã. 49 Secunda ratio est, †quia in obligationib. dandi nõ uidetur quòd pœna debeat regulari secundũ interesse, ex quo in eis nunque fit cõdemnatio ad interesse. l. qui seruum. §. fi. ſ. eod. Sed responde, quòd istud est uerũ nisi sit apposita in defectũ certa pecunia, quia tunc partes descendũt à prouisione legis per suam prouisionẽ[c]. & pro hoc est tex. in l. v. §. fi. ſ. eo. iuncta gl. quæ uult, quòd in illo casu omne quod de sorte solutũ est, cõputetur in pœnã, quod nõ esset, si pœna respiceret solũ contemptũ. d. l. si quis post rem. Vnde tu pro resolutione totius materię dicas, 50 †quòd pęna cõuentionalis potest capi largè, strictè, strictissimè. Largè capiť pro ipso interesse, & in isto significatu capiť in l. nouissima. ff. iud. solui. ubi si quis stipuleť quanti ea res erit, intelligiť stipulatus pœnã: istud est largè, nam propriè diciť stipulatus interesse. & fa. quod not. Bar. in l. cum stipulatus sim à Proculo. in ij. col. ſ. eo. ubi interesse diciť pœna legalis ad idem fa. l. i. §. si plures. ff. de eo per quẽ fact. erit. Strictè uerò pœna accipitur, quando est

b Vide ad hoc Bar. in l. ita stipulatus, mag. in ult. opp. ult. partis. ſ. eod.

c Facit, quia subdendo stipulationẽ pœnalem quæ ponitur conditionaliter, uidetur fuisse repositũ in uolũtate promissoris quod solueret illã pœnã loco rei principalis. argu. l. tam debitori. ff. de her. instit.

apposita sub contractu, & respicit certã quan
titatem pro taxatione ipsius interesse, de qua
in d.l.fin. ff. de præt.stipul. & hoc procedit si
non sit facta expressa mentio pœnæ in con-
tractu, ut est communis opinio hic. Strictissi
mè accipitur, quando est apposita nõ tam re-
spectu interesse, quàm respectu cõtemptus,
ut est text. in d.l.si quis rem. & in l. cum pœ-
na.ff.de arbit. Si uerò quæramus, nunquid ta
lis pœna cõmittatur si nõ intersit, ista est alia
quæstio, quam tangit Bart.in d.§.item si in fa
cto. licet præfati Doct. simul confundant u-
tranq; & in ea quæst. Bart.reprehendit Pet.
cùm tamen iudicio meo idem uterque sense-
rit, si opinio Petri rectè declaretur. Vnde
tu ex eorũ dictis dic breuiter, esse distinguen
51 dum: †quia pœna solet apponi ad duos effe-
ctus, ut taxetur interesse, & ut puniatur con-
temptus. Vbi sumus in casibus in quibus agi
tur de puniendo contemptu, semper cõmitti
tur, etiam si nõ intersit: secus si agatur solùm
respectu ad interesse[a]. Dicitur autẽ pœna ap-
posita loco cõtemptus, & eum punire, quan-
do principalis actus aliàs esset inualidus: nã
ex quo uerisimile est quòd promissor cõtem
neret talem actum, utpote inualidum, uide-
tur fuisse intentio partium, ut apponeretur
pœna in casu cõtemptus. & ita procedit text.
in d.§ alteri. Nam ex quo stipulatio alteri fa-
cta est inefficax, uerisimile fuit quòd promis
sor non obseruaret, & contemneret. Idem est
in compromisso: nam cùm cõpromissum na
tura sui sit simplex factum, uerisimile fuit ꝙ
condemnatus non peteret: unde in eius pœ-
na non consideratur pœna, præsertim cùm
aliàs autoritas arbitri contemneretur. l. cum
pœna.ff.de arbit. Idem est quando quis aper
tè & directò contrafaceret stipulationi, quia
tunc uidetur contemnere, unde cõmittitur
pœna etiã si non intersit. d.§.alteri. & d.§.item
si in facto.in prin. & facit l.ubi factum. C. de
transact. Quando autem pœna dicatur appo
sita loco interesse, cõijciatur ex pluribus: ue-
luti quando aliàs principalis actus teneret:
nam tunc non est uerisimile quòd promissor
contemnat: unde si contemnit, directè cõmit
titur pœna indistinctè, ut suprà dixi. Si ue-
rò contrafacit indirectè, tunc non committi-
tur nisi intersit: quia contemptus non po-
test puniri, ex quo non uidetur contempsisse
qui indirecta uia contrauenit. & ita procedit
l.aduersus. ff.de arbit. & text.in §.item si in fa
cto[b].in fin.ff.eod. Idem est ex præsumpta uo
luntate prætoris, quia potius præsumitur pœ
nam posuisse pro interesse, quàm pro cõtem
ptu: quia illæ stipulationes interponuntur e-
tiam inuito promissore, unde illi succurritur,
quia ista est minor interpretatio: & ita debet
intelligi text.in l.ij.in fin. ubi Ang. ff. si quis
in ius uoc.non ierit. & in l.si eum. §. qui iniu-
riarum. & in d.l.si duo.ff.si quis cautio. No
to octauo in uers.differentiæ. hanc esse ratio-
52 nem, †quòd ideo in obligatione indiuidua,
uno contrafaciente, stipulatio cõmittitur cõ-
tra omnes cohæredes, quia creditor ita ex u-
no censetur læsus, sicut si omnes contrafecis-
sent: & sic probat iste text.in contrario sensu,
quòd si creditor non læditur in aliquo, tunc
stipulatio non cõmittitur: & ita tenet Paul.de
Cast. Soci. & moder. Vnde si defunctus pro-
misisset ædificare domũ, & unus ex cohære-
dibus totum ædificasset, licet alij contrafecis-
sent, non tamen cõmittitur pœna contra ali-
quem: & istud dictum cõmuniter tenetur, &
ultra allegata per Socin.hic, pro hoc adduco
text.in l.inter cohæredes.§.fin.ff.famil.ercis.
& facit l.fideicõmissa.§.penult. ff. de lega.iij.
Sed contra istam decisionem obstant duo.
Primum est, quia quando quis directò con-
trauenit obligationi, cõmittitur pœna, etiam
quòd nõ intersit.l.stipulatio ista.§.alteri.ff.eo.
Bart.in l.ij.§.item si in facto. & ff dixi. Sed re-
sponde, quòd ex quo sumus in indiuiduis, &
unus facit, omnes fecisse uidentur, & conse-
quenter nemo uidetur contrafecisse, unde
non potest cõmitti pœna: nam si contrauen-
tio facta ab uno, censetur facta ab omnibus
ad cõmittendam pœnam, quanto magis im-
plementũ factum ab uno, debet prodesse om
nibus: arg.l. Arrianus.ff.tit.i.quando stipula
tor consecutus est totum cõmodum stipula-
tionis. Secundo contra istam decisionem
facit tex.in l.si ita fuerit.i.in prin. ff.de manu.
testa.ubi in facto indiuiduo factum unius ser
ui non prodest alteri, quamuis etiam agatur
de fauore libertatis. Iason respõdet hic, aliud
esse in principali, quo casu loquitur ille text.
aliud in hæredibus. Sed ista differentia inter
principalem & hæredes non uidetur uera in
factis indiuiduis, & confundit per istum tex.
Vnde melius respõdeas[c], quòd tex.noster lo
quitur in conditione apposita, seu in facto re-
spiciente fauorẽ stipulatoris: sed text. in d. l.
si ita. loquitur in conditione, quæ respicit eos
qui debent implere, & lucrantur ex tali im-
plemento: unde si aliquis non impleat, sibi
imputet, nam tali casu semper conditio habe
tur pro defecta, ut est glos. in l.iure ciuili. ubi
Soci. ff.de cond. & demonst. & in l.si plures.
C.de cond.incer. Vltimo noto in fin.text.
tenendo cõmunem intellectum, †quòd stipu 53
latio de rato habendo est indiuidua in perso-
na principalis, quando subiecta est pœna,
sed diuidua in persona hæredum. & ratio est,
quia mortuo principali statim diuiditur per
legem XII.tabul. obligatio inter hæredes.l.i.
C.si cert.pet. unde non potest cohæres con-
trafacere nisi pro portione sua: in principali
uerò secus est. & ista est uera ratio, licet Soci.
& moder. alias rationes referant, quæ non
sunt ueræ. Et pro declaratione istius nota-
bilis faciam sex oppositiones. Et primo op-
ponitur, †quia hoc modo uariatur obligatio 54
de persona testatoris ad hæredes, quod est
contra §. ex his.in l.ij.ff.eod. Doct.hic cõmu-
niter respondent, quòd regula posita in d. §.
ex his. non habet locum in obligatione diui-
dua, prout est ista, Sed ibi tenui quòd imò il-
la re-

a Addе: Et sic ubi cõtemnitur principalis stipulatio, cõmittitur pœna, etiam si non intersit: secus si non contemnatur, puta quia indirectè cõtrauenitur. l. aduersus. ff. de arbitris.

b Adde quòd ille tex. est sic intelligendus: nam ibi de rigore committitur pœna etiam respectu hæredum stipulatoris qui non fuerunt prohibiti, ex quo in materia indiuidua ex quadã necessitate omnes repræsentant testatorẽ insolidum, sed quia ex æquitate quilibet non repræsentat nisi in parte, l.cũ à matre. C. de rei uend. cõtrafaciẽs respectu illorũ nõ dicitur contrauenisse, unde obstat exceptio, quia illorũ nõ interest. Potes etiam inducere ubi p Paulum de Cast.

c Adde: Poteretiam responde re, quòd hic agimus de damno uitando, sed i casu d. l. si ita fuerit. agitur de lucro captãdo: unde nõ est par ratio utrius que. l. fin. C. de codicill.

la regula procedit generaliter, nec est restringenda ad casum in lege positum, per doctrinam Bartol. in l. regula. §. i. ff. de iuris & facti igno. Vnde dic quod istud est ex præsumpta uoluntate contrahentium: actus enim etiam naturaliter diuiduus, fit indiuiduus ex uoluntate contrahentium, ut declarat Bart. in l. græcè. §. illud. j. de fideiussorib. sed stipulator apponendo pœnam conditionaliter promissori, uidetur egisse ut in totum pœna committeretur si ipse cōtrafaceret: quia durius cum eo agitur qui cōtra propriam obligationem uenit, quàm cum eo qui uenit contra transfusam, ut hic per Ias. & moder.[a] Item quia principalis cùm habeat totum, uidetur egisse ut committatur pœna in totum in casu contrauentionis: in hæredibus uerò cùm ipsi non habeant nisi partes hæreditarias, non uidetur quòd debuerit committi pœna nisi pro parte, & sic non alteratur conditio obligationis, quia tam principalis quàm quilibet hæredum tenetur in totū, habito respectu ad partem suam. Secundo opponitur: dicit text.

55 †quòd si Titius promittat se hęredemq; suum ratum habiturum sub pœna, deinde contrauenjatur pro parte, quòd committitur stipulatio. Contrà, quia eo ipso quod quis promittit habere ratum, etiam alia ratificatione non sequuta, dicitur ratificare. l. si procuratorem absentem. cum gl. ff. de procur. Bald. in l. i. in ultima oppos. C. de procurat. Aret. in consil. centesimo. in causa istarum. & quod notat Ioan. And.[b] in additionib. Specul. in tit. de obligationib. in prin. ergo dicitur adimpleuisse pœnalem promissionem, & consequenter nō potest amplius incurrere in pœnam. arg. l. si quis hæredem. C. de instit. & substit. Ad istud obiectum respondetur, quòd ex quo promissa est pœna si ratum non haberetur, ostenditur intentio cōtrahentiū, quæ erat, ut non sufficeret illa tacita ratificatio, quæ refertur ad ius, sed quòd etiam in futurum stipulator non uexaretur de facto, aliàs pœna fuisset superfluò apposita, & propterea committitur stipulatio toties quoties contrauenitur. l. si sic. ij. ubi Doct. j. eod. Tertio opponi-

56 tur, †quia uidet quòd in ista stipulatione possit resultare inconueniens, de quo in §. pro parte. Pone, tu tanquam procurator Titij, conuenisti me ad domum, deinde transegisti mecum, & quia mandatum non erat efficax, promisisti Titium hæredemq; eius ratum habiturum: si enim aliquis hæredum non ratificet, posset partem domus euincere, & ego pro ista parte haberem partem pœnæ ab ipso procuratore, quod est inconueniens. d. §. pro parte. Responde fatendo contrarium, quòd in tali casu ista stipulatio esset indiuidua, prout est de mente Bart. in l. stipulationes non diuiduntur. in iij. quæst. j. eod. Nec obstat iste text. quia loquitur in ipso principali[c] promittente se ratum habiturum, ut apparet: ibi solus tenebitur qui non habuerit ratum, & sic præsupponit ipsum etiam promisisse qui ratum habere debebat: quo casu arg. non obstat, ex quo inuitus non deuenit ad illud inconueniens, quia potuit repellere actorem per exceptionem, ut suprà declaraui in vi. notab. Nec obstat l. si procurator. j. rem ratam hab. quia ibi non erat promissa ratificatio ad certam speciem: & de d. l. si procurator, uidebimus infrà in nona oppos. Bart. †Quarto 57

opponitur: quia text. uult, quòd si principalis habet ratum pro parte, quòd nihilominus pœna cōmittitur in totum. Contrà, quia hoc modo stipulator haberet totam pœnā & partem ipsius rei, cùm tamen deberet esse altero contentus. l. rescriptum. §. si pacto. ff. de pact. cum simil. Gl. in l. in executione. §. penult. in uerb. prodest. j. eod. fatetur contrarium, & dicit quòd ad hoc ut stipulator possit consequi totam pœnā, est necesse quòd illud quod cōsequitur ex ratihabitiōe partis, uel restituat, uel in pœnam cōpenset. Et idem etiam tenet Paul. Cast. hic in ult. col. Alex. in prin. ij. col. Soci. in vij. not. & moder. repetentes in quarto: unde cōcludunt, quòd in istis stipulationibus diuiduis, si unus ex hæredibus agat pro parte sua, & stipulator exceptat, quòd agere non potest propter promissionē defuncti, & ita obtineat quòd nō poterit agere ad pœnā. d. §. si pacto. licet in practica durum esset recedere ab ista opin. tamen in pūcto iuris putarem contrariā opin. ueriorem. Et sciendū est quòd ista stipulatio, amplius nō agi, propriè intelligitur de actione personali, non autem reali, ut l. actio. ē. tit. i. per gl. Instit. de actio. in prin. in uerb. debetur. & tunc quando est interposita super tali actione personali, habet duos effectus. Primus est, quia tollit actionē promissori cōpetere ipso iure. l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. & hoc si actū est ut tollat, ut ibi dicitur. Secundus est, quia obligat promissorē ad nō mouendam controuersiam seu uexationem de facto. l. ubi pactum. C. de transact. Respectu primi effectus pœna nihil operat, quia semel actio extincta est. Respectu secundi sic. Vnde in proposito si quis cōtraueniat, incidet in pœnā, quia cōtrauenit; nec per hoc poterit agere, quia actio est extincta. d. l. ubi pactū. & in tali casu nō procedit d. §. si pacto. ut ibi declarat Bar. Et idem est in stipulatione, rem ratā habere, quia per talem stipulationem promissor nō modò dicitur statim ratum habere, sed intelligitur etiam promisisse in futurū nō uexare de facto, ut suprà dixi, & sequuntur moder. in ult. notab. Si uerò ista stipulatio, amplius nō agi, interponeretur super actione reali, tunc nō extingueretur actio ipso iure etiam si agatur, quia per promissionē de non mouendo controuersiam, etiam re existente penes stipulatorem, non transfertur dominiū rei meæ, ut est gl. communiter approbata in l. stipulatio ista, habere licere. in prin. in uerbo, successores. j. eod. & facit l. si pro fundo. C. de transac. Vnde in tali casu huiusmodi stipulatio, amplius nō agi, nō tolleret quò minus cōpeteret

a Adde quòd pro hoc facit text. in auth. contrà qui propriam. C. de nō num. pecun.

b Adde: Et illam decisionem Io. And. refert, et sequitur Alex. in l. cū fundus. §. seruū tuū imprudens. ff. si cert. pet.

c Imò loquitur in hærede, sed tamē idem est, quia hæres poterat repelli exceptione, ex quo erat obligatus ex obligatione hæreditaria transfusa.

promissori rei uendicatio ipso inre: unde in tali casu posset procedere cõmunis opinio, sicut etiam in casu quo actum nõ esset, ut per stipulationem amplius non agi, tolleretur actio, prout declarat Paul. de Cast. in d. §. pactus ne peteret. licet moder. repetentes hic in discursu teneant, quód per talem stipulationem tollitur actio ipso iure, quod non est uerum, aliàs cõmunis opinio non posset pro
58 cedere. † Quinto opponitur: Ista stipulatio, habere licere, imponat idem quod cõtrouersiam non mouere. l. stipulatio ista, habere licere. §. i. J. eod. & tamen est indiuidua. l. idem iuris. ꝫ. eod. ergo etiam stipulatio, amplius non agi, & ratum habere, debet esse indiuidua, ex quo habent conformem naturã. Angel. & Socin. in d. l. idem iuris. dicunt quòd ista stipulatio, habere licere, regulatur secundum naturam rei super qua interponitur, argumento notatorum per Bart. infra in quinta quæst. & idem in effectu concludit Raph. Com. hic. Sed ista expositio multum restringit d. l. idem iuris. Alij dicunt quòd stipulatio habere licere, ideo est indiuidua, quia cùm primum fit minima diminutio per promissorem, cõmittitur in totum: quia nõ dicitur habere licere, cui uel minimã partem habere nõ licet. d. l. stipulatio ista, in §. si quis fortè. Sed nec ista responsio satisfacit, quia non tradit rationem differẽtiæ inter istas stipulationes: nam si in minimo cõmittitur stipulatio, habere licere, cur & idem est in stipulatione, amplius non agi? Articulus est difficilis. Tu cogita si potest dici, quòd de natura stipulationis, habere licere, est, ut interponatur super contractu emptionis & uenditionis, ut probatur in l. habere. J. de uerb. signif. & in l. habere licere rem. ff. de euict. unde ideo est indiuidua, quia uenditionis indiuisa est natura. Nec est uerisimile quòd emptor partẽ emisset. l. aliam. ff. de solutionib. l. cum ex causa. J. eod. & ita procedit tex. in d. l. idem iuris. aliàs si interponeretur simpliciter super alia re diuidua, nõ esset recedendum ab opinione An
59 geli suprà relata. Sexto opponitur: † Nam si stipulationes, amplius non agi, & rem ratam haberi, sunt diuiduæ, ut dicit text. hic, ergo idem deberemus dicere de stipolanione de defendendo, quæ in effectu non uidetur quòd ab istis diuersam naturam habeat, & tamen talis stipulatio dicitur indiuidua. l. in execunione. §. insolidum. J. eod. Istam difficultatem mouet Raph. Com. hic: sed respondent aliqui, quòd stipulatio de defendendo ideo est indiuidua, quia aliàs posset resultare inconueniens, de quo in d. §. pro parte. Vnde infertur, quòd si unus ex hæredibus promissoris ipse moueat controuersiam, ex quo posset repelli ope exceptionis, idem esset quod in stipulatione amplius non agi. Ego puto rationem differentię esse causam quam ponit text. in l. cum ex causa. J. eod. quia interponitur super uenditionis contractu, cuius indiuisa est natura: unde idem dico de hac stipulatione quod de illa, habere licere, ut suprà dixi, & aliquid dicam infrá in ij. quæst. Bart. In prima oppositione Bart. dum distinguit quód in indiuiduis agitur ad solidum, sed in pœna agitur pro portione hæreditaria, adde, quòd cum eo transeunt cõmuniter Doct. Sed pro clariori intelligentia oppos. quód non debeat esse differentia inter fa
ctum principale & pœnam, † imò stipulatio 60
pœnalis debet regulari secundum naturam stipulationis principalis, ut dicit Bar. in l. fin. in ij. quæst. uers. tertio dico. J. de duob. reis. & facit, quia accessorium imitatur naturã principalis. regula, accessorium. de reg. iur. in vi. Item subrogatũ sapit naturã eius in cuius locum subrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. & consequenter sicut principalis cõmittitur insolidum, ita etiam deberet esse de pœnali. Responde[a], quòd imò ista stipulatio pœnalis consideratur secundum propriam naturam; quia nõ uidetur uerum quod dicatur accessoria ad principalem, & istud probatur tribus rationibus. Prima, quia nos uidemus quòd stipulatio pœnalis nouat, & sic extinguit principalem obligationem. l. obligationum ferè. §. fin. ꝫ. tit. i. ergo non est accessoria, quia aliàs sequeretur eius naturam, nõ autem extingueret. l. quod principalis. de reg. iuris. Secunda ratio est, quia accessorium non confirmat principale, sed econtra. l. quod per manus. ff. de iur. codicill. & tamen clarum est quòd pœnalis stipulatio nõ corroboratur præcedenti, sed potius præcedentem inutilem confirmat. l. stipulatio ista. §. alteri[b]. J. eod. Tertia ratio est, quia accessorium non potest stare sine principali. l. i. ff. de pecul. leg. & tamen ista regulariter quo ad effectum non potest simul stare. l. rescriptum. §. si pacto. ff. de pactis. Nec etiam pœna potest dici uerè subrogata principali, quia non simpliciter respicit raxationem interesse, quod quidem interesse succedit loco rei. l. stipulatus es opus. ff. de fideiuss. & d. l. stipulationes. uers. Celsus. sed potius uidetur principaliter apposita ad puniendum cõtemptũ. d. §. alteri. Sequitur ergo, quòd ista stipulatio reguletur secundum naturam propriam, unde stipulatio pręcedens fit indiuidua, quia facta sunt indiuidua. d. l. stipulationes non diuiduntur. pœnalis tamen erit diuidua, & diuidetur à lege XII. tabul. iuxta l. i. C. si cert. pet. quia consistit in pecunia: unde si consisteret in aliqua specie indiuidua, secus esset, ut infra dicam in i. quæst. Bart. Nec obstat quòd Doct. in l. ita stipulatus magna. J. eod. et in l. petens. C. de pactis. appellent istam stipulationem pœnalem accessoriam, quia istud est uerum quo ad formam uerborũ, ex quo solet subijci post alium contractum: sed quo ad suam naturam uidetur regulari secundum seipsam. pro quo facit euam text. in l. cum fundo. ff. de seruit. rustic. prædiorum. & quod notat Salicetus in l. & in principali. C. de seruitutib. ubi stipulatio pœnalis non sequi-

a Vide Alex. in l. lecta. col. penult. ff. si cert. pet.

b Adde tamen, quód si principalis stipulatio est nulla, quia cõtra bonos mores, etiam pœnalis annullatur. l. generaliter. J. eo. & per Alex. in l. si plagij. J. eo. sed ratio est, quia etiã pœnalis uidetur facta ex causa illicita et impossibili.

sequitur prędium, licet præcedens stipulatio per quam seruitus fuit constituta, sequatur dictum prædium, & sic apparet quòd seruat naturã suam, ad idem facit quod not. Ioan. de Imol. §. in vi. oppos. Bar. & ibi uidebimus. In
61 secuuda oppos. Bar. cõclusio Bar. est, †quòd obligatio rem tradi, est omnino indiuidua. l. stipulationes nõ diuid. §. eod. & ratio est, quia si esset diuidua, posset cõtingere solutio partim in re, partim in interesse, unde resultaret incõueniens. d. §. pro parte. In obligatione uerò rem restitui, dicit Bar. quòd est diuidua obligatione & petitione. l. iij. §. hęres. ff. cõmod. sed solutione nõ. l. si duo. in fi. ff. depos. Et ratio cur sit diuidua petitione & obligatione, et sic differat ab obligatione rem tradi, est ista, quia in obligatione rem restitui non deuenitur ad interesse, sed cõpellitur quis pręcise restituere. l. qui restituere. ff. de rei uend. & consequenter est indiuidua, quia non potest resultare dictum inconueniens. Et si diceres, hoc attento non deberet neq; esse indiuidua solutione, sed in totum diuidua, sicut est obligatio dandi, ex quo in utraq; debitor potest compelli præcise, & in utraque solùm fit condemnatio ad interesse re perempta. l. in condictione[a]. ubi Bar. ff. de condict. fur. l. qui seruum. §. fin. §. eod. Respondetur, quòd in obligatione dandi fit cõdemnatio ad interesse officio iudicis, sed in obligatione restituendi fit cõdemnatio iure actionis. d. l. in cõdictione. unde cùm lex magis considerauerit istam obligationem ad interesse in obligatione restituendi, quod patet, quia dedit actionem, & sic remedium ordinarium in tali casu, meritò obligatio ista remansit indiuidua solutione: & ita cum Bart. transeunt cõmuniter Doct. licet Paul. de Cast. hic dicat, quòd de iure difficulter potest defendi. Sed Christoph. de Castel. & Raph. Com. in d. l. stipulationes nõ diuid. & Fulg. in l. si ut certo. §. si duob. uehiculum. ff. cõmod. tenuerunt, quòd imò ista obligatio rem restitui, sit in totũ indiuidua[b]. & istam opin. defendit Soci. hic, respondendo ad text. in d. §. hæres. § allegato, quòd loquitur in obligatione secundaria de dolo testatoris transfusa in hæredes: quæ solutio destruit illum text. Posset fortè respõderi aliter, quòd ibi text. loquatur limitãdo potestatem, quam habet actor in agẽdo: quasi dicat quòd actor, quamuis si uelit, possit agere insolidum, tamen potest uti, si uult, humanitate, & pro parte hæreditaria cõuenire hæredem. quam quidem potestatem dicit text. ita demum procedere, nisi ille hæres habeat rem totã, quia tũc nõ potest eum cõuenire pro parte, etiã si uelit: sed debet agere contra eum in solidũ, quia hoc æquitati magis conuenit, ne alij hęredes qui facultatem rei restituendæ non habent, laboribus & expensis frustrẽtur: & sic dum text. dicit, hæres pro parte conuenitur, intelligo uolente creditore, prout in simili exponit gl. in l. ij. §. i.[c] §. eod. & faciunt notata in l. uniuersa. C. de prec. imper. offe. Potest etiam intelligi uerbum, cõuenitur, respectu potentiæ conueniendi, nõ respectu actus. l. Labeo. uers. & quod ita. ff. de statulib. & gl. in l. i. in uerbo, finitum. C. de pactis. cum similib. Est uerum quòd ista solutio etiam non plenè mibi satisfacit, & propterea non credo istam opinionem esse ueram. Tertia fuit opinio moder. repetentium hic, qui tenent † quòd imò ista obligatio, rem restitui, est diuidua etiam 62
solutione, & sic est contraria de directo superiori: & ista opinio est multum colorata, nec secundum eos, ob text. in l. si duo. uers. planè. quia ille text. loquitur de obligatione secundaria, de dolo, quando res deposita dolo hæredum fuit deperdita: nam tunc obligatio est indiuidua, & quilibet tenetur insolidum ad interesse solutione. Et sic dicas quòd imò res nõ erat perdita, quia text. præsupponit quòd ea restituatur, dum dicit, nisi integræ rei solutione &c. Respondetur, quòd debet intelligi de æstimatione ipsius rei, prout in simili dicit gl. in l. in stipulationib. §. i. §. eod. sed ista solutio nimis uiolat text. & etiam gl. in d. l. in stipulationib. non est uera, & eam reprobaui supra in §. & harum. Vnde non possumus negare quin ista obligatio, rem restitui, sit indiuidua solutione, quo præsupposito resultat magna difficultas cõtra cõmunem opinionem: quia si stipulatio, rem tradi, est indiuidua secundũ Bart. in totũ, per rationẽ d. §. pro parte. ergo idem debemus dicere in obligatione rem restitui, in qua militat eadẽ ratio: & licet in obligatione rem restitui nõ succedat obligatio ad interesse, nisi re nõ extante, tamẽ lex cõsiderat hunc casum, quod patet, quia cõsuluit per uiam actionis, ut solueretur interesse: & propterea Alex. & alij moder. in d. l. stipulationes non diuiduntur. tenent contra cõmunem. Præterea Bart. uult expresse, quòd stipulatio, rem restitui, non sit indiuidua obligatione, sed solutione tantùm, quia in ea nõ militat ratio d. §. pro parte. quod argumentũ concludit, quòd non deberet esse indiuidua neq; solutione: nam aut res extat, & cessat incõueniens, quia potest præcise debitor compelli ad restituendum: aut non extat, & soluetur in totum interesse, & sic etiam hoc casu cessat inconueniens. Nec dicatur quòd potuit res pro parte petere, & pro parte extare: nam ista responsio nõ est generalis, ex quo sunt infinitæ species, quæ non possunt pro parte perire, ut bos, equus, lanx: & propriè textus in d. l. si duo. loquitur in tali specie. quid dicendum[d]? Puto aduertendum, †quia 63
obligatio, rem restitui, potest nasci duobus modis: aliquando enim & primò nascitur ex ipso contractu creditoris fidem alicuius sequentis, ut in deposito & in commodato. aliquando & secundo ex eo, quia res ad aliquẽ peruenit absq; cõtractu tamen, ut in successore eius qui per uim rem alicuius abstulit, uel in fure. In primo casu aut loquimur de ipsis principalib. debitorib. & obligatio uidet̃ indiuidua, & cõsequenter quilibet tenet̃ insolidũ.

a Adde quòd ille tex in d. l. in cõdictione. nõ uidetur loqui in obligatiõe rem restitui, sed rẽ dari, qa loquitur in cõdictione furtiua, quæ cõpetit ad dandum, odio furis. §. sic itaq;. Instit. de actio. Nisi respõdeas qđ est mixta, ut per Ang. in d. l. stipulationes non diuid.

b Adde quòd ꝑ ista opin. facit text. in l. j. §. si apud duos. ff. depos. & in l. si ut certo. §. si duobus. ff. commodati.

c Adde quòd gl. ibi dum tex. dicit, obligationẽ dandi esse diuiduã, quia pro parte solui potest, gl. intelligit creditore uolente, & illa gl. cõmuniter tenetur.

d Adde quòd Soci. consil. vj. in iiij. uol. latè discutit istum articulũ, unde etiã ibi per eũ.

&hoc probaẽ in l. i. §. si apud duos. ff. depos.
qui text. nõ potest aliter intelligi sine expres-
sa calumnia, & istam opin. j latè defendam in
seq. oppos. Bar. Et ratio istius casus potest es-
se, quia creditor uidetur eorum fidem sequi,
quæ fides est indiuidua. c. si ad scripturas[a], ix.
distin. unde tenentur insolidum, cùm ad eos
non spectet dominiũ, quod est diuiduum, ut
declaraui in §. & harum. sed solùm ad deposi-
tariũ spectet custodia, & ad cõmodatariũ spe
ctet usus, quod utrunq; est indiuiduũ. l. si ut
certo. §. si duob. uehiculũ. ff. cõmod. & quod
not. Bar. j. in vi. oppos. & hoc casu procedit o-
pin. Christoph. de Castel. Com. Fulg. & So-
ci. s relata. Aut loquimur in hæredibus, & in
illis obligatio diuiditur, & contra eos agitur
pro portionibus hæreditarijs. d. l. iij. §. hæres.
cõmod. & est ratio, quia talis obligatio trahi-
tur re, & res sequitur hæredes pro portioni-
bus cõtingentibus. & ita potest saluari opin.
Rain. & Albe. de Ros. in d. l. stipulationes nõ
diuid. Nam cùm hæredes teneantur actione
personali, eorum obligatio diuidiẽ per l. x II.
tabul. præsertim cùm in eis nõ militet ratio fi
dei, cùm creditor nõ uideatur approbasse eo
rum fidem, quo ad custodiam & usum, & sic
insolidum, cùm fortè eos nunq; cognouerit.
Et istud procedit quo ad obligationẽ & peti-
tionẽ, quæ in ipsis hæredibus diuidiẽ, ut s di
xi: quo uerò ad solutionẽ, dicendũ est q talis
obligatio sit diuidua uel indiuidua secũdum
naturã rei, quę uenit restituenda. Vnde si res
restituenda cõsistat in specie indiuidua, debe
bit restitutio fieri in integra specie. d. l. si duo.
in fin. quia hoc uidetur actum inter cõtrahen
tes, ut solida res soluatur. arg. l. i. §. si pecunia
in sacculo. in ult. respons. ff. depos. Si uerò cõ
sistat in quantitate, est secus, quia diceẽ in to-
tum diuidua. d. l. si duo. in prin. & d. §. si pecu-
nia in sacculo. & per Alex. in §. seq. & credo
quòd in isto casu idem esset in principalibus.

In secundo casu uidetur eodem modo di-
stinguẽdum: quia aut loquimur in pluribus
principalibus, & ex quo sunt in dolo, tenen-
tur insolidũ. l. i. §. quotiens. ff. de ui & ui arm.
l. deniq;. §. fi. ff. q̃d ui aut clàm. cum simil. Aut
loquimur in hæredibus, & uidetur quòd ob-
ligatio sit in totum diuidua. l. in cõditione. ff.
de cond. furt. & consequenter quilibet hęres
soluens partẽ suam erit liberatus. & ratio est,
quia hic nõ potest fingi actum ut solutio inte
gralis fieret, ex quo nõ interuenit aliquis cõ-
tractus. Quando uerò unus haberet faculta-
tem rei restituendæ, dicã quid iuris sit in seq.
oppos. Bart. In stipulatione uerò rem tra-
di, etiam dupliciter distinguitur. aut quis te-
netur tradere ex suo cõtractu, uel autoris sui,
& tenetur insolidum. d. l. stipulationes nõ di
uid. Ratio est, quia uidetur stipulator effectũ
integralem traditionis cõsiderasse: unde nisi
integrũ solueretur, haberet interesse pro par
te, quod est incõueniens. d. §. pro parte. & per
Bar. in d. l. stipulationes. in viij. oppos. Et idẽ
est in eo qui tenetur ad tradendũ actione ex
uẽdito, iuxta l. ex empto. ff. de act. empt. quia
talis etiam tenetur insolidum, & consequen-
ter hæredes sui nõ liberantur soluendo par-
tem, non ista[b] ratione, quia aliàs deueniretur
ad inconueniens. d. §. pro parte. quia tale in-
conueniens nõ potest habere locum, ex quo
uenditor præcise eo casu compellitur ad tra-
dendum. l. i. ubi not. ff. de actio. empt. gl. in §.
precium. Instit. de contrah. empt. sed alia ra-
tione, uidelicet quia indiuisa est natura uen-
ditionis, ex quo nõ est uerisimile quòd em-
ptor pro parte emisset. d. l. cum ex causa. j. eo.
quæ ratio infert eos teneri insolidum etiã ob-
ligatione, licet moder. repetentes hic aliter te
neant, & malè. Secundus casus est, † cùm 64
quis tenetur ad tradendum ex facto alterius,
nõ autẽ ex suo proprio consensu, & tunc ob-
ligatio est diuidua. & ita procedit tex. in l. si ti
bi homo. §. si fundus. ff. de leg. i. ubi hęres qui
tenetur ad tradendum legatario, nõ tenetur
nisi pro parte hæreditaria. Ratio est, quia nõ
potest dici hic censeri actum ut insolidum tra
datur, ex quo in isto casu hæredes nõ teneñ
ad tradendum ex uero consensu quem præ-
stiterunt ipsi legatario, sed tenentur ex iussu
testatoris, qui uidetur eos q̃ minimũ grauas-
se. l. nũmis. de leg. iij. cum simil. Et eodem mo
do etiam debet intelligi text. in l. ij. §. fin. j. de
præt. stipul. ubi si aliquis conuentus rei uen-
dicatione litem contestetur, deinde decedat,
diuiditur obligatio inter hęredes pro rata. Ra
tio est, quia ille consensus inductus per litis
contestationẽ, nõ inducit uerum cõtractum,
sed quasi. l. iij. §. idem scribit. ff. de pecul. unde
si agatur ex tali quasi contractu, nõ tamen po
test agi insolidũ. ratio est, quia cessat talis prę
sumptio, quòd censeatur tacitè actum, quod
nõ est uerisimile quòd reus litem contestan-
do uoluerit obligare hæredes suos in plus q̃
aliàs teneretur. arg. l. suus hęres. C. de repud.
hæred. & l. non solet. ff. de reg. iur. & isto mo-
do uidetur quòd possint succidi omnia capi-
ta huic hydræ lerneæ: cogita tamen. Ex istis
infereẽ ad quæst. utilẽ. † Duo fratres habentes 65
fundũ pro indiuiso cõmunẽ, uendiderũt eũ
Titio pro certa quãtitate, pacto apposito, ut li
ceret eis redimere pro eodẽ precio intra qua-
tuor annos: modò unus eorũ eueniente ter-
mino non uult redimere, an alius possit redi-
mere, & quomodo? Et Bart. in l. cui usufr. ff.
de usufr. leg. tenet quòd iste nõ poterit luere
partẽ suã, tum quia natura uenditionis est in-
diuisa. d. l. aliã. tum quia emptor qui promisit
retrouẽdere, dicitur obligatus ad tradendũ,
quæ obligatio est indiuidua, unde nõ potest
conueniri pro parte, per s dicta: & ita etiã cõ-
suluit Bart. in consil. cxcv. Angelotus. & est
cõmunis opinio, ut per Alex. in l. fraudati. ff.
de publ. & Ias. in l. stipulationes nõ diuid. Tu
aduerte primò, quòd ista secunda ratio Bart.
non uidetur uera: † quia imò si uẽditor fuit do 66
minus, retrouendere est rem dari. l. cum ma-
nu sata. §. fin. ff. de contrahen. empt. secus ubi
uenditor non habuisset dominiũ, ut not. in l.
certi

a Adde quod notat Ias. post alios in l. ex falsis. C de transactionib.

b Adde quòd in hoc etiam concordat Paul. de Cast. hic, & Iason in d. l. stipulationes non diuid. in viij. oppos. Bart.

certi condic.in prin.ff.si cert.pet.& latè dixi in tract.meo, de eo quod interest. Vnde in casu quo uenditores fuissent domini, istud argumentū faceret contra Bart.& cōmunem, quia esset obligatio rem dari, quæ sine dubio est diuidua: unde melior est prima ratio Bar. Sed inde resultat magnū dubiū, si iste uelit restituere emptori totā pecuniā, nunquid emptor teneat̃ ad retrouendendū totum? In hoc puncto sunt tres opiniones. Et Raph.Ful.in l.q̃d si nolit.in §.idē Marcellus.ff.de ędil.edi. arg.illius tex.tenet, ꝙ eo offerente totā pecuniā, non poterit tamē cōpellere ut retrouendat sibi totā rem, sed tantūmodo partē. Soci. in l.i.§.sed & quotiēs.ff.ad Treb.tenet quòd imò poterit cōpellere ut retrouendat totū.l.fistulas.§.pen.ff.de cōtrah.empt.& l.tutor uigētib.§.i.ff.de minor.& l.in bello.§.si seruus pluriū.ff.de capti.& dicit Soci.se ita cōsuluisse, sed non potuisse obtinere. Adde quòd ita consuluit Soci.in consil.xvi.in iiij.uol.ubi latè instat circa istū articulū, & tangit naturam obligationis, rem dari, & rem restitui, sed meo iudicio pauca bona dicit. Adde etiā, licet ipse nō aduerterit, quòd istā opi.tenuit solēnis doctor antiquus D.Obertus de Crem.in l.si legato.§.si Stichus.ff.de manu.test.per d.l.fistulas.§.penult.& alia iura, prout eum refert Io. Firmianus in repertorio, in dictione Obligatus, ubi loquitur in testatore qui habebat pactū luendi, quòd eo mortuo si sit discordia inter hęredes, quòd unus dicat se aliquo modo nolle retroemere, poterunt alij offerentes totum preciū cōpellere emptorē ad retrouendendū sibi. Et idem in obligato ex dispositione statuti tenuit Paul.de Cast.consil.ccxxi. incipiēte, In hoc passu.in i.uol. Mouet̃, quia cùm talis obligatio sit indiuidua, potuit unus agere insolidū, quia in istis indiuiduis locus est præoccupationi.l.si pluribus.ff.de leg.i.l.ij.§.si duo.de don.& si socius nolit uti eo beneficio, tenebit̃ ei cedere contingentē portionē: & cum hac opi.transeunt moder.in d.l.stipulationes nō diuid. Tertia est opin.Paul.de Cast.in l.si quis aliam.ff.de nouat.quòd imò iste uolens solus redimere nō audietur: quia dicet emptor, ego nō sum obligatus nisi utrique ueniatis simul: nec debet unus se impedire de iure alterius, ex quo licet unus nolit nunc luere partē suā, fortè in futurū uolet.l.deberi.C.de fideic.lib. Ista ratio Pau.de Cast. nō uidet̃ sufficiens, quia ad eam ipse uidetur respondere in d.consil.ccxxi.uidelicet quòd iste qui prius totū redemit, tenebit̃ admittere in cōmunionē istū aliū, & facit tex.in l.i.§.si pecuniā in sacculo.ff.depos.ubi potest unus ex hæredibus depositarij petere totum depositū, dummodo satisdet de dando partē suam socijs. Vnde fortior uidet̃ alia ratio, dum simpliciter dicit, quòd emptor nō est obligatus nisi utriq; simul, nō aūt alteri tantū, nec unus
67 debet se impedire de portione alterius.†Confirma istā opi.quia si isti uenditores agant, uidetur quòd agant potius ad dandum; quia si dicamus quòd agatur ad tradendū, requireretur quòd ipsi allegarent turpitudinē suam, scilicet quòd ipsi uendidissent illi rem alienā. & hoc tanto clarius procedit, si in instrumento dictū sit, ꝙ iste emptor teneat̃ retrouēdere, & retrò dominiū transferre.arg.l.fi.ff.de cōdic.ob caus. In proposito ergo si cōsideramus personas ipsorū agentiū, ipsis cōpetit actio ad dandū, quæ est diuidua, ergo unus nō potest agere ad totū. Nec obst.ratio Bart.de d.l.si quis aliā.quia illa lex introducta est fauore ipsius emptoris, qui pro parte nō esset empturus.d.l.tutor.§.i.ff.de minor. unde si unus agat ad totū, poterit emptor dicere, tu nō potes agere, quia obligatio est diuidua. si uerò agat pro parte, poterit dicere, ego nō teneor uēdere pro parte, quia pro parte empturus nō essem.d.l.si quis aliā.& quia nolo incidere in cōmunē.l.si nō fortē.§.si centū.ff.de cond.indeb. Secūdo pro ista parte uidetur tex.in d.l.si quis nolit.§.idem Marcellus, ubi si duo simul emāt, nō potest alius consequi, ut ipse oblata etiā portione socij, eo nolente emere habeat totū: nam in illo tex.ista uerba, etsi pro portione precium dabit, debēt intelligi pro portione socij, quia de portiōe ipsius uolentis agere res nō erat dubia, & tamē tex. ponit casum magis dubiū, quod ostendūt illa uerba, etsi, pro etiāsi. & dictio, etiā, stat implicādo casum magis dubiū.l.i.ff.de iur.om.iud.l.Carbonianum.§.si duo.ubi Bart.ff.de Carb.edicto.& per Bart.in §.& iudicare.in auth.de defen. Nō obst.d.l.fistulas.§.pen. quia ubi erat iam facta uenditio, & agebatur solū ad traditionē quæ est indiuidua.l.stipulatiōes nō diuid.l.eo.unde unus solus potest agere; sed quando adhuc nō est facta uenditio, attēdimus obligationē quatenus est contracta inter ipsos uenditores, quæ, ut dixi, est diuidua; nec tunc cōsiderat̃ traditio, quia uenit in consequentiā uenditionis.l.si stipulatus.ff.de usur.†Potes itaq; recolligēdo supra 68
contrafactione, nõ autẽ ex uera, declarãdo ut
hic per eum: nam ista solutio confundiť dua-
93 bus rationibus. †Prima est, quia idem operať
fictio in casu ficto, quod ueritas in casu uero.
l. ad certũ. ff. loca. Secunda est, quia text. dicit
teneri omnes ex ficta cõtrauentione, tanq̃ si
omnes uerè cõtrafecissent, quia nisi insolidũ
peccari nõ potest: quæ ratio Iurisconsulti nõ
esset cõcludẽs, si uera esset opi. Soci. & cõtra
Soci. etiã fa. tex. in d. l. Iulianus. in prin. j. eod.
ubi unus contrafaciens nõ teneť nisi pro par
te, & tamen secundũ d. opin. deberet teneri in
solidũ, quia iste uerè cõtrafacit: unde nõ cre-
do istam opin. esse uerã, & eam etiã non tenet
Aret. hic post oppositiones Bar. & reprobať
etiã per moder. repet. hic. Tertio ex ꝫ dicta
94 declaratione infertur, † quia cùm ideo plures
depositarij teneanť insolidum, quia dolus &
culpa non possunt nisi insolidum cõmitti, se-
quitur quòd tenebunť insolidum nedum re-
spectu interesse, sed etiã si pœna sit apposita,
tenebunť insolidũ respectu pœnæ. ita uoluit
Bar. hic, & est de mente Doct. ex quo eadem
ratio militat in utroq; casu. sed Io. de Imol. &
aliqui moder. hic tenent contrariũ, & dicunt
quòd imò in tali casu cõmittiť pœna nisi pro
parte, arg. istius tex. & quia uidetur facta diui
sio inter eos. arg. l. reos. §. cũ in tabulis. ff. de
duob. reis. Item, quia licet stipulatio pœnalis
sit subrogata loco interesse, nõ tamen sapit e-
ius naturã, ex quo respicit aliud q̃ quod de-
ductũ est in principali contractu, arg. notato
rum per Bart. in i. oppos. & per Soci. in l. si is
qui ducenta. §. qui ita. de reb. dub. Puto ꝙ opi
nio quæ est de mente Bar. & Doct. hic sit ue-
rior, quã etiã tenet hic Aret. Non obst. iste
tex. quia hic non interuenerat dolus, prout ꝫ
declaraui: & in casu istius tex. si nõ fuisset ap-
posita pœna, fuisset actũ ad interesse pro par
te sua contra quemlibet, non autẽ insolidũ. §.
item si in facto. ꝫ. eo. secundũ cõmunem intel
lectum, & tamen in quæst. Bart. agitur ad in-
teresse insolidũ contra quemlibet, ut ꝫ osten-
di. Non obstat l. reos. §. cùm in tabulis. quia
ibi obligatio principalis recipit diuisionẽ: sed
in quæst. Bart. secus, ex quo, ut ꝫ dictũ est, do
lus & culpa non possunt nisi insolidum com
mitti: & propterea uidetur actum, quòd eodẽ
modo pœna cõmittatur insolidũ, ut pœna cõ
mensuretur delicto, l. rescriptũ. ff. de his qui-
bus ut indig. ex quo isti propriè delinquunt
propter dolũ. Non obstat quòd pœna non
sapiat naturam præcedentis obligationis, ex
quo tendit ad aliud. pro quo adducit hic Are
ti. text. in l. si prægnans. & in l. uaccæ. ff. de e-
uict. iuncta l. uenditor. in prin. eo. tit. & faciũt
quæ dixi ꝫ in i. oppos. quia respondeo, quòd
dato quòd sapiat propriam naturam, eius na
tura est ut reguletur secundum uoluntatem
partium, ex quo præsumitur actum quòd in-
solidum cõmittatur, ut ꝫ dixi, ut pœna com-
mensuretur delicto. Vel responde ut hic per
Aret. Secundo principaliter Bar. in hac vi.
oppos. concludit, † quòd quando plures ean- 95
dem rem insolidũ promittunt, dicuntur duo
rei debendi. & ita uoluit Bar. in l. ij. j. tit. i. Cir
ca hoc uidendum est de tribus articulis. Pri-
mus est, quid iuris sit, quando tenentur indi-
uidua obligatione & solutione. Secundus,
quando est indiuidua solutione tantùm. Ter
tius. quid in obligatione secundaria de dolo.
†Circa primũ, quando aliqui tenentur obli- 96
gatione in totum indiuidua, etiã si dicatur ꝙ
uolunt teneri insolidũ, non tamẽ dicunť duo
rei: quia dicendo quòd uolũt teneri insolidũ,
uidentur expressisse q̃d tacitè inest: unde ta-
lis expressio nihil operať. l. iij. de lega. i. l. non
rectè. C. de fideiuss. & ita tenet Bar. in l. ij. j. de
duob. reis. sequiť Rom. Imol. Aret. Soci. hic.
Contrariũ tenet Aret. in d. l. ij. quia quãdo di
citur quòd sint obligati insolidum, uideť ex-
primi quod tacitè inest per alium modum, q̃
insit, quia tenebunť tanq̃ duo rei, q̃d est ma-
gni effectus secũdũ eum. Sed ista ratio est sa-
tis debilis, adde quòd contra Bart. facit: quia
nisi illa dictio importaret, quòd tenerenť tan
quam duo rei, certè esset superflua: quæ inter
pretatio non est accipienda. l. si quando. de le
ga. i. c. si Papa. de priuil. in vi. Nec obstat d. l.
iij. quæ uideť obstare huic regulæ: quia fortè
posset dici, ꝙ aut aliquid tacitè inest ex præ-
sumpta & libera uoluntate disponentis, & si
exprimať, censetur expressum q̃d tacitè in-
est. d. l. iij. aut inest ex necessitate legis, & tunc
operatur, ut est casus in l. Titia. ff. ad l. falcid.
Vnde in casu nostro si duo promitterẽt iter,
seu

se: aliam seruitutē indiuiduā, addita dictione Insolidum, crederē quòd essent duo rei, quia promissio seruitutis est ita indiuidua, ꝙ partes nō possunt agere cōtrariū, & isto casu potest saluari opinio Aret. in d. l. ij. ꝙuis nec ista resolutio satis placeat, quia nō multū conuenit nec d. l. iij. nec d. l. Titia. quæ habet aliam rationem, ut ibi per Bart. unde nō recedendo à cōmuni dic, ut dixi in Paradoxis lib. v. cap.
97 xv. Circa secūdū articulū,† quādo promissio insolidū fit in cōtractu diuiduo obligatione, sed indiuiduo solutione, prout est contractus depositi secundū Bart. tunc dicunt̄ duo rei. ita loquit̄ Bart. hic, & sequunt̄ cōmuniter Doct. Et ratio est, quia illa dictio expressa aliud importat, ꝙ si tacitè inesset: tacitè eīm inerat, quòd tenerent̄ insolidum nisi solutione, sed propter expressionē tenebunt̄ etiā obligatione. Sed contra istam conclusionē obstat, quia quando cōuentio contrahentiū aliquid operatur, satis est. & restringitur ne operet̄ in totū, secundū gl. in l. sed & si quis. §. quæsitum. in gl. mag. ad fin. ff. si quis caut. & per doctrinam Bar. in l. si mora. in ij. quæst. ff. solut. mat. Ergo in casu nostro cùm obligatio esset indiuidua solutione tantū, satis est si dictio In solidum, operatur quòd sit indiuidua etiā petitione, absq; quòd teneant̄ tanꝙ duo rei. Sed ad hoc puto aduertendum: quia regula est in contrariū, quòd imò uerba debent intelligi latè, quantū potest comprehendi ex proprio significatu. l. i. ff. si ager uectig. & tunc restringuntur ut operentur nisi modicū effectum, quādo aliàs impropriarent̄, ut declarat Ang. in l. si tam angusti. ff. de seruituub. uel quādo essemus in materia odiosa & strictè intelligenda, ut per Rom. in cōsil. cxcix. præsens statuti particula. in ij. col. & facit quod notant moder. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in iiij. quæstio. Bar. j. eo. & quod not. Soci. consil. ult. in
98 ij. uol. in fi. Circa tertiū,† quid iuris sit in obligatione secundaria. Et cōmunis cōclusio est, quòd si addita est dictio Insolidum, quòd tūc erūt plures cōmodatarij uel depositarij duo rei. Et ratio est, quia prius quamuis tenerent̄ insolidum, nō tamen plenè tenebant̄: unde si unus solus cōmisisset dolū, nō præiudicabat alteri. l. i. §. si apud duos. in fi. ff. depos. Si ergo exprimatur dictio Insolidū, præiudicabit & operabitur quòd sint duo rei, quia aliter profertur quàm si tacitè inesset. Et cōtrarium in hoc puncto tenuerūt moder. repet. mouent̄, quia diuersitas causæ impedit constitutionē duorū reorū. l. si quis id. j. tit. i. Bar. in l. fi. in ij. quæst. eod. tit. Istud est in casu nostro, quia alius ex istis tenebitur ex facto proprio, id est, ex suo dolo, alter uerò tenebitur ex dolo alieno. Sed tenendo cōmunē responde, ꝙ isti debitores in casu nostro sunt obligati ad custodiam insolidū principaliter, & in hoc non est diuersitas causę, unde in hoc sunt duo rei: unde sequit̄ deinde, ꝙ si aliquis delinquat, uterque teneat̄. Sed in casu Bart. erat disparilitas in principali obligatiōe: aliàs admittēdo fundamentū moder. etiam si expressim ageretur nō possent isti esse duo rei. & contra moder. est text. in l. eandem. §. i. eod. tit. Et suprà dicta procedunt sequendo dicta Bart. quæ cōmuniter tenentur. Sed tu considera, quia non uidetur quòd intentio Bart. multū quadret & cōueniat legibus quæ de hac materia loquūtur, præsertim d. §. si duobus uehiculum. Vnde tu aduerte, quia iura nō uidentur considerare istam obligationē primitiuam & secundariam tanꝙ simul distinctas, imò uidemus quòd infertur semper de una ad aliam, tanꝙ inter se nihil differāt, ut apparet in d. §. si duobus. & in d. l. si duo. & in d. §. si apud duos. Vnde tu in ista materia aliter dicas.† Nam quan- 99
do aliquis deponit uel accōmodat rem, ex primæua natura istius contractus est, ut debitor rem restituat, & interim adhibeat custodiā. l. si ut certò. §. custodiā. ff. cōmod. unde quādo species cōmodata uel deposita est indiuidua, & cōmodatur pluribus, uidet̄ creditor cuiuslibet fidem insolidū sequi, & cōmuniter tacitè constituunt̄ duo rei. & istud probatur primo in d. §. si duobus uehiculum. & illa dictio, quodammodo, importabit tacitā dispositionem. l. quòd si uir. cum l. seq. ubi notatur. ff. solut. matr. Secundo probatur in l. eandem. in prin. j. tit. i. & licet Doct. intelligant illum text. quòd necessarium sit ut expresse constet, & dicatur quòd creditor insolidū fidem ipsorum sequitur, tamen iste intellectus non conuenit illi legi ponderando eam in fin. textus, dum exemplificat in testamento, quando pluribus hæredibus institutis testator grauat nisi duos. Nam si præsupponamus ibi dictum quòd insolidum tenerentur, exemplū Iurisconsulti esset fatuū: quia prẹsupposito ꝙ sit expressum, constituent̄ duo rei, nedum si grauati sint duo ex plurib. hæredibus, sed etiam si grauati essent omnes. Nec obstat ꝙ iste intellectus nō uideatur accipiēdus, quia aliàs obstaret l. turpia. §. fin. ff. de leg. i. & l. siue à certis. ff. de duob. reis. quia quemcūq; intellectū teneas, nunꝙ poteris concordare dicta iura sine manifesta diuinatiōe, prout etiā animaduertunt moder. in d. §. fin. Ego credo d. l. turpia. §. fin. debere limitari per casum d. l. eandem. ut regulariter certa pars hæredum teneatur in uiriles. Fallit quando testator direxit uerba sua ad hẹredes, eos grauādo, quia uidetur eorū fidem insolidum approbasse. d. l. eandem. In proposito ergo, cùm creditor uideatur eorū fidem insolidum approbasse, si non custodiant, uel non restituant, tanquam plures rei tenebūtur, & dolus unius nocebit alteri, iuxta l. penul. ff. de duob. reis. & istud probat tex. in d. §. si duobus, quicquid dixerit Bartol. qui cauillat illum text. & hoc quando creditor deposuit rem indiuiduā. Si uerò deposuisset rem diuiduā, puta quantitatē, tunc non uidetur fidem eorum insolidum sequutus, unde non agitur nisi contra dolosum, & unus non tenetur ex dolo alterius. l. si duo. in prin. l. i. §. si pecunia in sacculo. eodem tit.

Et in isto casu intelligendus est text. in d. §. si apud duos. qui dum dicit, quòd si alter fuit ab solutus &c. debet intelligi, quia erat in casu, in quo unus nõ tenetur de dolo alterius. arg. regulæ l. qui in testamento. ff. de testa. ibi, si aliud eos nihil impediat. ut in c. i. de ætat. & qual. in vi. In hæredibus uerò, ex quo nõ possunt dici quòd creditor insolidũ eorũ fidem sit secutus, nunquam poterunt dici duo rei, & cõmuniter unus nõ tenetur de dolo alterius. d. l. in deposit. & l. in cõmodato. §. quod ex facto. ff. cõmod. Si uerò omnes dolum cõmiserint in re diuidua, & tenentur pro parte. d. l. si duo. in prin. aut in re indiuidua, & tenebunt insolidum. d. l. si duo. in uers. quòd si lancem. & ibi ponitur ratio. Et ista est mera ueritas, licet Doct. in hac materia faciant mille diuinationes. Et ex hac distinctione resultat etiã uera declaratio ad tex. in l. rem hęreditariam. ff. de euict. per quẽ tex. Bart. ubique tenuit, quòd obligati insolidum ex natura rei nunquam dicũtur correi. Nam ille tex. loquitur, quando nõ cadit aliqua coniectura, quòd creditor eorũ fidem insolidũ sequatur: quod apparet, quia ibi uenditores promiserãt solùm pro portionibus hæreditarijs: secus si promisissent insolidum, uel nihil promisissent. d. l. eandem. In viij. oppos. Bart. dum opponit de l. v. §. si. j. eo. & refert solutionẽ gl. ad text. nostrum hîc, ut tex. in d. §. fin. procedat in obligationib. dandi, sed tex. noster loquatur in obligationibus faciẽdi: & ratio est, quia facilius est dare quàm fa-
100 cere: †unde nisi cohæres dederit pro cohærede negligente, incidet in pœnam, ut hîc per
101 eum. † Videamus primò rationem, quomodo facilius sit dare quàm facere. Et prima est opinio Petri dicẽtis, quòd impossibile est ut aliquis sit obligatus ad factũ alienũ: quòd uerò tenetur ad dandum rem alienam, est solũ difficile, quæ difficultas nõ impedit obligationem: & ideo ex non facto alterius impossibile est quòd cohæres incidat in pœnam, sed ex nõ datione secus est, ut hîc latius per Bartolũ, qui improbat istam opinionẽ: quia ea admissa sequeret, quòd neque in obligatione dandi posset cohęres incidere in pœnam pro parte alterius, ex quo difficultas ex postfacto superueniẽs excusat à pœna. l. si uehenda. §. idẽ iuris. ff. ad l. Rhod. de iactu. Puto quòd Bart. male loquitur, & male reprehendat Petrum. Primò, quia tex. in d. §. idem iuris. loquitur de difficultate superueniente ex accidẽti: nos uerò loqmur de ea quę superuenit ex facto proprio[a] ipsius debitoris, qui plures hæredes instituit: unde nõ est par ratio, & bene lex permittet quòd impeditus ex accidẽti nõ incidet in pœnã, & tamẽ si erit impeditus ex facto proprio, erit secus, ut per gl. in l. ij. §. fin. in gl. magna. uers. posset distingui. j. de prætor. stipul.

Nec obstat si dixeris, quòd istud factũ debitoris non est de directo subordinatũ ad impedimentũ, & ideo ita excusat sicut factũ ex accidenti. l. nõ omne. ff. de statulib. l. ij. §. si nõ propter. ff. si quis cautio. quia respondeo, quòd adhuc in dictis iuribus etiã illa difficultas superueniebat ex accidenti, & erat factum ualde remotũ, in quo nõ cadebat uerisimilis consideratio impedimenti: quod nõ est in nostro casu. Secundo contra Bar. est tex. in l. incendium. C. si cert. peta. & doctrina eiusdem in l. quod te. ff. si cert. pet. & in l. cõtinuus. §. illud. in fin. j. eod. ubi indistinctè difficultas nõ impedit cõmissionẽ moræ, & consequenter pœnæ, ubi in obligatione est quantitas, quod est propriè in casu nostro: quia tex. in d. l. §. fin. loquitur in obligatione quãtitatis. Tertio adduco, †quia ubi pœna per euentũ dici uel cõ- 102
ditionis cõmittitur, difficultas nõ excusat in obligationibus dandi. l. ad diem. j. eod.[b] quod propriè est in casu nostro contra eandem opinionem Bart. & arguit Socin. hîc, quòd imò difficultas nõ debet excusare, quia isti hæredes sunt in culpa, quia debuerunt agere contra eum qui non uult soluere partem suã, per actionẽ familiæ erciscundæ. l. ij. §. ex his. ã. eo. sed moder. negant quòd competat talis actio nisi facta solutione, quod est contra text. in l. his consequenter. §. Celsus. ff. fam. ercis. Est uerum quòd plus urgent supradicta, & quantum sit ad argumentũ Bar. opinio Petri remanet firma. Vnde tu fortius arguas contra Petrum: primò, quia nõ est uerũ quòd quis nõ possit se obligare ad factũ alienũ, imò potest per subiectionẽ pœnæ. d. l. stipulatio ista, habere licere. in prin. & in §. si quis dolum. j. eo. & iste est propriè casus noster, quando subiecta est stipulatio pœnalis. Secũdo cõtra eum facit, quia ratio sua nõ uidetur multũ in proposito inferre, & tex. in d. §. fin. ponit rationẽ, quia uidetur istud fuisse actũ à partib. prout etiam dicit text. in l. inter cohæredes. §. quod ex facto. ff. famil. ercis. Nam quia conditio stipulationis extitit, non potuit illud constitui sine manifesta iniuria stipulatoris: nõ autem illud est, ut dicebat Petrus, quia facilius sit dare[c]. Tertio cõtra Pet. est tex. in d. §. fi. qui etiam loquitur in obligationib. faciendi, ut infrà ostendam. Secũdo principaliter respon
det Bar. †quia ideo facilius est dare, quia alter 103
hęredum poterit dare etiam portionẽ aliorũ, & transferet dominiũ. l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. mand. qui text. ultra Doct. sic potest etiam induci pro Bart. Nam dicit tex. quòd fideiussor soluit pro principali debitore de substãtia ipsius debitoris: si soluit, ergo transtulit dominiũ, quia soluere est dare. l. cõsilio. §. quæsitũ. ubi Nicol. de Neap. ff. de cur. fur. & q̃d not. Bald. in l. i. in i. col. C. si seruus extero.[d] Sed tu potes respondere, quòd imò soluere est uerbum generale. l. iiij. §. soluisse. j. de solut.[e] unde in persona domini soluentis bene importabit dationem, sed in persona illius qui non est dominus, significabit simplicem satisfactionẽ: dicẽtur enim fideiussores satisfecisse, ex quo dominus tenebitur ratum habere tanquam gestum utiliter. Vel dic ut j dicã. Sed iste intellectus Bar. ad istum text. cõmuniter reprobat, quia imò quis in tali casu non transfert

a *Adde quòd propter istam rationem etiam Imol. hîc reprehẽdit Bartolum.*

b *Adde, Bart. in d. l. continuum. §. fi. in finalib. uerbis. j. eod.*

c *Adde etiã quòd ista ratio urget cõtra alias duas sequẽtes solutiones.*

d *Adde Bart. in rub. j. de solut. & melius in l. si ita stipulat. §. possum. j. e. ubi latè declarat.*

e *Adde tex. in l. solutionis. j. de uerb. sig.*

transfert dominiũ, per regulam, Id quod nostrum. ff. de reg. iu. & per tex. in l. ij. §. ex his. ff eod. ut hic per Alexan. Aliter ergo & secundo modo moder. intelligũt illũ text. & Doct. communiter, ut posit fideiussor soluere de substantia principalis debitoris duobus concurrentibus, uidelicet quando bona debitoris sunt penes ipsum fideiussorem, & fideiussor non esset soluendo. ita tenet Io. de Ana. in c. olim. extra de accus. & ibi Feli. in iiij. col. allegat cõcordantes. & pro hoc facit tex. & ibi Bal. in d. auth. qua in prouincia. & ista opi. seruatur in practica. Tertius intellectus ponitur per moder. repet. hic, quòd text. in d. §. si

104 ignorantes. procedat, † quando fideiussores habebant mandatũ à debitore, quòd possent soluere de substantia sua: quod probatur ex tex. dum dubitat, nunquid teneantur mandati, & in ratione decisionis non considerat carentiam mandati, sed ignorantiam ipsorum: & mihi placet iste intellectus, quia tex. nõ uenit decidendo nũquid possint soluere de bonis debitoris, sed præsupponit quòd soluerint, & sic in casu in quo poterant soluere, iuxta regulam, qui testamento. in prin. ff. de testam. & etiam illũ tex. ita intelligit Lud. Rom. & Hieron. Tor. hic, & idem etiam tenet Fulgos. in d. §. si ignorantes. Quartus intelle-

105 ctus est, † quòd poterunt fideiussores soluere de bonis debitoris, etiã quòd illa bona nõ essent apud se: & licet nõ transferant dominiũ, tamen compellitur debitor ratũ habere tanquam gestum utiliter. l. Pomponius scribit. ff. de neg. gest. Sed nec iste intellectus placet, quia fortè interest debitoris, soluere potius pœnam quàm dare rem in solutum. arg. l. prędia. ff. de act. emp. aliàs præiudicaretur sibi in iure electionis. & facit quod hic not. Aretin. imò credo quòd in tali casu competeret debitori remediũ. c. redintegranda. iij. quæst. i. quod competit etiam contra possidentem cum titulo, quamuis res ad eum peruenerit sine uitio, quando actor cadit à possessione sine facto suo, ut est magis cõmunis opin. Canonistarũ in c. cum ad sedem. extra de restit. spol. & Doct. in l. rem quę nobis. ff. de acqui. poss. Nec in tali casu cõpetet creditori ius retinendi rem debitoris per fideiussores solutã, pro pignore, per doctrinam Bart.[a] in l. si non sortem. §. si centum. ff. de cond. indeb. Et sic resideo cum tertio intellectu suprà relato, secundum quem intellectum opinio Bart. nõ probatur in isto tex. & ad alias rationes Bart. respondent Doct. & bene, ut hic per Soci. Et contra istam solutionem Bart. & cõmunem dico principaliter esse tex. in l. in executione. §. penul. ff. eod. dum tex. dicit, nec prodest partes fundi posse dari, cessante una: ubi text. uult, quòd quamuis alij cohæredes non possint dare illam partem, quòd tamen nõ excusantur à pœna: & tamen si uera esset opi. Bar. excusarentur, prout tenuit Bald. not. hic, & male. Secũdo contra Bart. obst. ratio. d. §. si. ubi ideo cõmittitur pœna, quia aliud sine manifesta iniuria stipulatoris constitui non potest, ex quo uidet à principio sic fuisse actũ, ut etiam probatur in l. hæredes. §. idem iuris. ff. famil. ercis. & sic illud est introductũ, quia ita uidetur actum, nõ autem quia facilius sit dare, quàm facere. Tertio facit, quia conditio stipulationis pœnalis erat, si res non daretur, † sed cohæres non potest dare pro alio. 106 d. l. id quod nostrũ. ff. de reg. iur. l. si quis prohibuerit. ff. de pub. gl. in §. aliq. Insti. de act. in fi. ergo euenit conditio, quia nõ est adimpleta. l. Iulianus. ff. de cond. & demonst. Nec obst. quòd ubi conditio non possit adimpleri de iure, quòd sufficiat adimpleri de facto, præsertim cùm de iure habeat effectum sortiri mediante ratihabitione, ad quam tenetur cohæres. arg. l. mulier. §. i. ff. de cond. instit. Nam illa lex non facit in proposito, quia ibi ex implemento, quod fit de facto, resultat iuris effectus, ut declarat Alex. in §. ex his. ff. eo. in fi. sed in nostro casu non resultat ex implemento, sed ex facto tertij, qui debebit ratificare: unde nõ procedit illa lex, ut etiã probatur ex notatis per Bal. ibi. Præterea esset iniquissimum, quòd isti liberarentur contra expressa[b] uerba stipulationis, & quòd creditor deberet agere contra non soluentem ut ratificet, qui etiam fortè non ratificabit, & poterit dicere, ego malo soluere pœnam. arg. d. l. prædia. Quarto contra Bar. etiã facit, quia dum dicit quòd facilius est dare quàm facere, istud posset procedere respectu proprij facti uel dationis, sed nos loquimur de facto uel datione quæ sunt pro alio, quo casu uidetur quòd non sit differentia, quia utrunq; potest adimpleri per alium, dummodo non sit electa industria personæ. l. si statulibera. §. si quis non dare. ff. de sta. lib. per Guil. de Cu. & Alber. de Rosa. post gl. in l. Arethusa. ff. de stat. hom. & facit doctrina eiusdem Bart. in l. Stichũ qui meus. ff. de leg. i. ubi in conditione potestatiua, prout est casus noster, expresse dicit non esse differentiam, siue conditio sit in dando, siue in faciendo. & ita intelligit d. l. cui fundus. & l. penult. C. de condit. inser. & doctrina Bart. ibi est cõmunis. Et contra cõmunem etiam facit, quia ad euitandum pœnam sufficit esse factũ à quocunq;, ut per Alex. in l. cum seruus. ff. eo. cum cõcor. Alia & tertia solutio ponitur per Iacobum de Puteo & Ias. hic, quæ prima fronte uidetur multum colorata. dicũt ipsi, quòd ratio diuersitatis inter facta & dationes est ista: nam in obligationibus facti succedit obligatio ad interesse. l. stipulationes non diuid. uers. Celsus. ff. eo. & communiter pœna apponitur loco interesse: & quemadmodũ interesse diuiditur inter hæredes, ita & pœna. & ita procedit iste tex. sed in obligationibus dandi nõ succedit obligatio ad interesse, unde pœna apponitur loco contẽptus, & cõmuniter est indiuidua. Sed ista ratio non est bona, quia falsum est quòd semper in obligationibus dãdi, semper apponatur pœna loco contemptus, imò ap-

a Adde pro ista opi. facere qd' no. Bar. in l. i. uers. iij. quæro. ff. de solut.

b Adde quòd in stipulatiõe pœnali, si dicatur hoc modo, promitto fundum Titianũ, & si nõ dedero promitto centũ: intelligitur, si nõ dedero, scilicet totum, ut per Bart. in l. si qs rem. ff. de rei uend. & Dd. in l. si quis nõ totũ. ff. de except. rei iud. et Aret. in l. iiij. §. Labeo. ff. de leg. j.

ponitur, quia ita æstimatur intereſſe, arg. l. penul. ff. de prætor. ſtip. & electio eſt debitoris uel dandi rem uel pœnam. Et licet obligatio dandi eſſet præciſa, tamen propter appoſitionem pœnæ partes receſſerũt à prouiſione legali. d. l. prædia. & creditor cenſet renunciaſſe fauori ſuo. Item non eſt uerum quòd in ſtipulationibus facti pœna reguletur ſecundũ intereſſe, & eſt contra tex. in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. j. eo. & doctrinã Bar. ĩ. in §. item ſi in facto. & latè reprobaui iſtam opi. ĩ. in vij. notab. Præterea puto aduertendũ, quia contra omnes iſtas tres ſolutiones Pet. Bart. & Iaſ. obſtat text. in d. §. fin. quia ipſi præſupponunt tex. noſtrum loqui in facto, & dictum §. fin. loqui in datione, & tamen text. loquitur etiã in facto, dum dicitur ibi de parendo ſententiæ arbitri, quod eſt facti, non dationis.

Nec obſt. ſi reſpondeas illũ tex. debere intelligi, quando ſentẽtia erat ad dandum, quo caſu quando factum uenit ad implementum dationis, iudicatur uti datio. l. cùm ſeruus. ff. de cond. & demonſt. quia prædicta regula loquitur quando factum erat acceſſorium. Sed in noſtro caſu eſt ſecus, quia potius datio erat iudicanda ſecundum naturam facti, & ſic à laudo tanquam à principaliori: & ſic interpretabimur eum non tam nõ dediſſe, quàm nõ paruiſſe. Item eſt euidens diuinatio quòd ibi debeat intelligi, quando ſententia erat ad dandum, imò tex. debet generaliter intelligi de eo qui non paret ſententiæ, ſiue ſit ad dandum, ſiue ad faciendũ: & quamuis primo poſuerit exemplum in contractu de dando, ex quo Iuriſconſultus ibi non plus ponit regulã de datione quàm de facto, unde iſta opinio cõmunis non poteſt ſaluari ſine euidenti cauillatione. Quarta principalis ſolutio ponitur per Bened. de Plum. in l. ſi ita fuerit. ff. de manu. teſt. quam etiã poſuit Iac. de Puteo, & Thomas Decius Seneñ. hic, uidelicet quòd tex. in d. §. fin. procedat, quia conditio pœnalis ſtipulationis erat concepta negatiuè, uelu ti, ſi ſortem non dederis, item ſi arbitro nõ parueris: unde ſi in parte non obſeruetur, com- 107 mittitur pœna in totum, † quia ubi oratio ſumitur ex uniuerſo, ſi in parte nõ obſeruetur, in totũ oratio redditur falſa. l. ſi is qui ducenta. §. utrũ. de reb. dub. Sed in tex. noſtro conditio pœnalis ſtipulationis erat affirmatiua, promittis nõ agere, & ſi egeris, promittis cẽtum: unde talis conditio bene ſcindit. Iſtam ſolutionem reprobat Hiero. Tor. & moder. repet. quia eſt contra exemplum poſitum in text. de ratificatione, ut latius proſequuntur moder. de quo dic ut hic per eos. Quintam ſolutionem poſuit Bald. not. & eſt de mente Alexandri hic, ut diſtinguamus, nunquid factum uel datio poſsint rectè explicari per alios, & procedet d. §. fin. aut non poſſunt, & tunc procedit text. noſter: poteſt enim unus dare pro alio centum, & tamen non poteſt facere quòd aliquis inuitus ratificet, uel amplius non agat, ex quo eſt factum affixum perſonæ. & illud idem innuit Bart. hic in ratione differentiæ, in fi. Sed tamen hanc ſolutionem reprobat Socin. quia uidetur contra text. in d. l. in executione. §. penult. j. eod. ubi præſupponitur alterum non poſſe dare niſi pro parte ſua, & tum committitur ſtipulatio in totum: non enim aliquis partem alterius dare poteſt in certa ſpecie, puta in fundo, licet ſecus ſit in quantitate. Ad idem l. hęredes. §. ſi incerto. ff. famil. erciſc. Mouetur etiam alijs rationibus, ut hic per eum: & certè reincidit cum communi ſolutione, unde tollitur eiſdem fundamentis. Sexta ſolutio ponitur per moder. repet. hic, quòd in d. §. fin. erat introductum ſpeciale in fauorem hæredum promiſſoris, uidelicet quòd implementum conditionis poteſtatiuè tranſiret ad hęredes, contra notata per Bart. in l. ſi decem cum petiero. infrà eod. unde ſi ibi etiam conditio diuideretur inter dictos hæredes, eſſet aliud ſpeciale. d. l. cui fundus. ff. de cond. & demonſt. Sed in fauorem eiuſdem non debent concurrere duo ſpecialia. l. i. C. de dotis promiſſione[a]. ſed in textu noſtro iſta ſunt in fauorem diuerſorum, unde concurrunt, ut per Bart. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de uſucap. nam illa conditio, ſi egero, uel ſi ratum non habuero, quòd tranſeat ad hæredes promiſſoris, reſpicit fauorem ipſius ſtipulatoris: quòd uerò conditio diuidatur, eſt fauor hæredum promiſſoris, unde in iſto caſu hæc ſpecialia bene concurrunt. Puto iſtam ſolutionem non eſſe ueram, quia non eſt uerum quòd iure ſpeciali illa conditio, ſi nõ dedero ſortem, tranſeat ad hæredes: imò ubicunq; præcedit contractus diſpoſitiuus, & ſubditur pœna per talem conditionem indiſtinctè & regulariter, ius adimplendi tranſit ad hæredes. l. dum proferre. §. i. ff. de arbit. l. qui Romæ §. Flauius. j. eod. Bartol. & Doct. in d. l. ſi decem cùm petiero. Vnde ego aliter puto eſſe reſpondendum. † nam ratio, cur ſti- 108 pulationes amplius nõ agi, & rem ratam haberi, ſunt diuiduæ, eſt, quia ſtipulator incumbit poſſeſſioni rei, & pro qua parte cõuenit, pro ea parte poteſt repellere agentem exceptione, ut declaraui ſuprà in ſexto notabili: unde non fuit æquũ quòd ſtipulator incumbens poſſeſsioni rei, & qui ſi uult, poteſt repellere contrauenientem ex omiſſione exceptionis, & ſic ex negligentia ſua, conſequatur integram pœnam. quę ratio ceſſat in d. §. fin. quia ibi ſtipulator non habebat rem, ſed hæredes promiſſoris. Et ſi dicas, licet dicta ſolutio poſſit cõueniri exemplo dationis, poſito in tex. non tamen conuenit exemplo facti de parendo ſententiæ arbitri. quid enim ſi arbiter condemnauiſſet aliquẽ ad amplius non agendum, nónne alius incumberet rei, & poſſet excludere contrauenientem per exceptionem, & tamen pœna committitur in totum? Reſpondeo, quòd pœna in tali caſu reſpicit contemptum arbitri, unde committitur in totum. l. ſi quis rem. l. cum pœna. ff. de ar-

[a] Adde ad iſtum tex. quod ponit Soci. in l. j. ff. ſol. mat. in viij. col. ubi cõcludit illũ tex. nõ probare illud ad quod cõmuniter allegatur.

a Adde, quòd eadem præsumptio est in pœna cōpromissi, ex quo eam præsumuntur partes apponere ad ulciscendum contemptum.

de arbit, quæ ratio cessat in nostro tex. Et ra-
109 tio fundamentalis prædictorū est,†quia con-
ditio reddit actum indiuiduū ex præsumpta
uoluntate disponentis. d. l. cui fundus. unde
in obligatione de qua in d. §. fi. uidetur stipu-
lator egisse, nisi integra sors dareť, quòd cō-
mitteretur pœna, unde aliud sine manifesta
iniuria[a] ipsius constitui nō potuit. Sed in no-
stro text. non uidetur ea fuisse mens contra-
hentium, ex quo nulla iniuria fit stipulatori,
qui est tutus exceptione, & qui incumbit pos
sessioni rei. Et ex ista declaratione inferť pri-
mò ad doctrinam Bar. in l. Stichū qui meus.
110 in fin. ff. de leg. i.†ubi conditio apposita dispo
sitioni diuiduę assumit naturam eius. & ideo
si statutum in contractu mulierum requirit
duos affines, & anteponit duos ex parte pa-
tris, duobus ex parte matris, consequenter
anteponit unum ex parte patris uni ex parte
matris, per regulam legis, quæ de tota. ff. de
rei uendic. scindetur conditio ex præsum-
pta uoluntate statuentium. Sed in casu d. §. fi.
& Bart. hic, præsumptio est in contrarium:
quia non præsumitur quòd uoluerit stipula
tor scindere conditionem, ut suprà declara-
ui. Et sic tollitur argumentum moder. repet.
& defenditur decisio Bart. in d. l. Stichum,
quę proculdubio est uera, quicquid dicat Ias.
hic. Secundo inferť ad id quod dicit Ang.
111 in ij. col.†quòd stante statuto, quòd pœna ap
posita dationi non possit exigi: si arbiter con
demnet ad dandum sub pœna, non poterit
peti pœna, si agatur ex capite, quia non est
datum: secus si agatur, quia non est paritum
sententiæ. & idem tenent alij hic, ut per So-
cin. arg. d. §. fin. Puto quòd ista superficies
uerborum non sit consideranda, arg. c. Mar-
cion. i. quæst. i. ut etiam dicunt aliqui mo-
der. & quocunque modo formatur libellus,
quòd in tali casu competat actio ad pœnam,
quia pœna censetur principaliter apposita
in contemptum, ut a dixi. Item ista pœna ue-
nit in executionem laudi[b], unde illud atten-
dendum est tanquam causa originalis. arg. l.
si quis nec causam. ff. si cer. pet. & l. i. §. penul.
C. de imp. luc. descript. lib. x. In nona op-
pos. Bart. dum opponiť de l. si procurator. J.
rem rat. hab. prima solutio est, quia ille tex. lo
quiť in promissore promittēte dominū ratū
habiturū: sed tex. noster loquiť in ipsomet do
mino, qui promisit ratū habere. Bart. non te-
net istam solutionē, quia secundū eum non
ponit rationem diuersitatis. Sed ego puto q
ista solutio sit uera, dummodo iungatur cum
tertia solutione, quæ communiter tenetur:
nam non potest negari quin ista iura propriè
loquantur in istis casibus. Vnde concludo,
quòd si procurator renūciauit certæ speciei,
& promisit dominum hæredesq; ratum ha-
biturum, decedatq; relictis pluribus hæredi-
bus, nisi in totum ratificetur, poterit quilibet
hæredum istius procuratoris pro parte hæ-
reditaria conueniri ad pœnam, secundū pri-
mam partem istius text. Et ratio differentiæ

b Adde pro hoc facere regulā l. si ita fuero. ff. de nouat. ubi quotiēs una causa uenit ad implemētū alterius, agitur ex impleto, nō ex implēte. ad idem Lasse. ff. de her. instit.

est, quia quando ipsemet dominus promit-
tit de rato pro se & hæredibus suis, obligatio
est diuidua, ex quo stipulatori compent ex-
ceptio pro ea parte, pro qua fuerit contra-
uentum, ut declaraui suprà in ultimo nota-
bili. Secus quando est procurator qui non
habet mandatum sufficiens ad obligandum
dominum, & ideo promisit de rato: nam ex
sua promissione non obligatur dominus, un
de si contrauenires, non posset eum stipula-
tor repellere per exceptionem. Et secundum
hoc tertia solutio ita simpliciter intellecta nō
est uera: si enim procurator renunciasset cer-
tæ speciei, & promisisset de rato, posset sequi
inconueniens. §. pro parte. quia uno ex hæ-
redibus domini non contrafaciente, stipu-
latori remaneret nisi pars speciei, & pars in-
teresse, ut declaraui in ultimo notabili: un-
de iunge ambas solutiones simul, & sic ap-
paret euidens ratio diuersitatis, licet Bart. nō
aduerterit. Nec obst. secūda ratio Bar. dum
dicit quòd iste procurator censetur promi-
sisse factum proprium, scilicet se curaturum,
non autem factum alienum: quia tale argu-
mentum procederet, quum non fuisset sub-
iecta stipulatio pœnalis, ut infrà declarabo.
Habetis ergo notare ex doctrina Bart. in
hac prima solutione,†quòd procurator pro- 112
mittens quòd dominus ratum habebit, intel
ligitur promittere se curaturū, & sic factum
suum, non alienum: & consequenter si iste
procurator curauit, & fecit quod potuit, licet
dominus ratum non habet, uideretur quòd
deberet liberari, secundum communem opi
nionem, quam tenet gl. & ibi Feli. post alios
in c. ex rescripto. de iureiuran. gl. in c. gem-
ma. & in c. sicut ex literis. & ibi Doct. de spon
salibus. Abb. in c. significantib. in fin. de off.
deleg. Rom. in l. stipulatio ista. J. eod. in prin.
Alex. in l. qui autem. de constit. pec. Contra-
riā opinionē tenuit Aret. in l. si ita stipulatus.
§. possum. J. eo. Ias. in l. Titia. in v. col. & in d. l.
stipulatio ista. in prin. per illum text. infrà eo.
ubi dicit, quòd si casus contingeret, consule-
ret & iudicaret contra communem. Ista quę-
stio quotidie occurrit in practica, & credo
quòd communis opinio sit uera, si rectè in-
telligatur. unde tu pro intelligentia conside-
ra quatuor casus. †Primus est, quando ali- 113
quis promittit simpliciter se facturum & cu-
raturum, quòd tertius aliquid tale faciet, &
subijcit stipulationem pœnalem, & in tali ca-
su si fecit quod potuit, liberatur, quia diffi-
cultas eum excusat. & ita loquitur Bartol. in
consil. suo ccxxxvi. Martin. & Fed. de Senis
consil. cxxij. Mart. & ita etiam format quæ-
stionē suam Anto. de But. & Præpos. S. Am
brosij in d. c. gemma. ubi dicunt, quòd si duo
extranei promiserunt se facturos & curatu-
ros, quòd talis contrahet cum tali sub pœna
centum, quòd si fecerunt quicquid potue-
runt, erunt liberati. Et est ratio, quia uerba
hoc important: cùm enim promiserint fa-
cere & curare, satis est si faciunt & curant

quantum possunt, unde liberantur à pœna. Et in tali casu non agitur, quia tertius non fecerit, sed quia promissor non curauit. Et iste est modus concludendi in libello tali casu, ut per Bartolum in l. inter stipulantem. in princ. infrà eod. & per Angel. in §. si quis
114 alium. Instit. de inutil. stipulat. †Fallit ista conclusio, quando esset dictum, quòd faciet uel curabit cum effectu, quia tunc non sufficit solus conatus, ex quo in solo conatu non uerificatur effectus. l. si non mortis. §. fin. ff. de inoffic. testa. & idem tenet Aretin. in d. §. possum. & sequuntur moder. hic, & facit quod notat Bal. in l. fin. in fin. C. de dot. promissio. ubi uult quòd promittens factum alienum cum effectu, intelligitur præcise: & non potest negari quin uerba hoc importent: & idem præsupponit Raph. Com. consil. clxxxix. testator. contrarium tenuit Aretinus consil. cxliij. ex facto proponitur. in v. col. quia hoc admisso sequeretur, quòd quis promitteret absolutè factum alienum, quod est impossibile: unde debent illa uerba intelligi, quòd uerè & bona fide curabit &c. Puto quòd Aret. in d. consil. malè loquatur: quia cùm præsupponamus subditam fuisse pœnam, non habet locum sua ratio: quia potest quis absolutè promittere factum alienũ, subijciendo stipulationem pœnalem. d. l. stipulatio ista. in prin. Sed opinio Aret. potest saluari in alio casu, de quo infrà dicam. Secundus casus est, quando quis promisit de directo factum alienum, puta, promitto quòd talis tertius faciet, & si nõ fecerit, promitto pœnam: & in isto casu nisi ille tertius præcise[a] faciat, committitur pœna. d. l. stipulatio ista, habere licere. in prin. & l. sancimus. C. de fideiuss. & ita procedit opi. Aret. in d. l. si ita stipulatus. §. possum. & Ias. in d. l. Titia. & in d. l. stipulatio ista. & iura per eos allegata propriè loquuntur in isto casu. Et est ratio,
115 †quia quando quis promittit factum alienum sub pœna, illa promissio tenet, non quòd resoluatur in promissione curandi, sed tenet propter pœnam, ut expresse probatur in d. l. stipulatio ista. in prin. & ibi Bart. in ij. col. in prin. uers. sed si pœnalis stipulatio. & Alex. dum refert primam limitationem Angel. & idem etiam tenet Raph. Com. in d. consil. clxxxix. & Io. Fab. in d. §. si quis alium. & consequenter cùm uerba sint clara, committitur pœna.

a Adde tamen, quòd si ille tertius non faceret, quia impeditus ex accidẽti et rationabili causa, tũc excusaretur iste promissor. arg. l. si uehendа. §. idem iuris. ff. ad legẽ Rhod. de ia. et qđ not. Bar. in d. consil. ccxxxvj.

Limitatur ista conclusio, ut non procedat in foro canonico: quia dummodo fiat quod potest, non committitur pœna. & ita potest procedere, quod not. Abb. in d. c. gemma. & in d. c. significantib. io si. de off. deleg. Felin. in d. c. ex rescripto. Et est ratio, quia promissio facti alieni semper resoluitur in promissionem curandi de iure canonico, secundum Anton. de But. in c. sicut. & in c. ex literis. secundo. ubi moder. extra de sponsa. & latè per Alex. in d. l. stipulatio ista. in prin. unde de eo iure si quis promittat quòd Titius faciet, indistinctè intelligitur quòd curabit. Ista ratio cessat in foro ciuili, quia quando est subdita pœna, nunquã capitur illa intelligentia, nec recedimus à uerbis. Est uerùm quòd in puncto iuris ista opinio Abb. & Felin. non est uera, ut j ostendam.
†Tertius casus est, quan- 116
do quis promisit se facturum & curaturum quòd Titius tale quid faciet, non addita pœna, & tunc si faciat quod potest, liberabitur. Et est ratio, quia uerba hoc important, ut suprà dixi. Limita istud non procedere quando dictum esset, cum effectu: quia uidetur per talem clausulam fuisse intentio promittentis teneri ad interesse, si non sequeretur uerus effectus: quia uidetur eo modo promisisse quo fieri potest, & istud fuit de mente Aret. in d. §. possum. & idem firmant etiam moder. repet. hic, in promissionibus extraiudicialibus: & ego credo istud esse uerum generaliter: nam ratio cur quis non obligetur promittendo factum alienum, est, quia per suam promissionem nõ potest alium obligare, se autem non uidetur uoluisse obligare, quia uerba hoc non important, ut dicit Io. Fab. in d. §. si quis alium. in fin. & uoluot Doct. in d. l. stipulatio ista. in prin. Sed quando apposuit uerba, cum effectu, satis ostenditur intentio promittentis, quòd uolebat se obligare in casu quo non fieret per tertium, unde tenebitur ad interesse. d. uers. Celsus.

Secundo limita, quando aliquis promittit dari curari certam quantitatem, non specificata certa persona: quia non sufficit si curat, imò debet uel soluere uel dare promissorem locupletem, qui promittat se præcise daturum. ita est text. in l. illa stipulatio. §. i. infrà eod. & in l. fi. §. fin. secundũ unum intellectũ. ff. si cert. pet. & est ratio, quia cùm non sit facta mentio certæ personæ, non uidetur habitus respectus ad factum alienum, sed uidentur potius partes considerasse effectum promissionis, & sic quòd non sufficiat curare, nisi realiter detur. & ita intelligo dictos tex. qui aliter ualde urgerent contra cõmunem opi. & contra opinionẽ modernorũ hic. Tertio limita, quando uerisimiliter actum fuit inter partes, quòd nisi tertius uerè faceret, & cura effectualiter adhiberet, promissor ipse teneretur, per id quod notabiliter consuluit Soci. cons. xxvi. per totum, in tertio uol. ubi quando uerisimiliter partes non fecissent illũ contractũ, nisi effectualiter curaretur, tũc rescinditur cõtractus. arg. l. cùm te. ubi Salic. C. de pact. inter empt. & uend. Et ex his in practica infertur ad quęst. Cùm dominus cõuenisset cum suo uillico, ut semper ante principiũ anni faceret, quòd aliquis idoneus fideiuberet pro pensione, aliàs locatio intelligeretur finita: nam in tali casu non esset satis curare, imò debebit conductor præcise dare fideiussorem ad euitandam pœnã. & pro hoc facit text. in l. si fideiuss. in secundo responso. §. i. ff. qui satisd. cog.[b] & credo quòd hæc opinio sit de mente Doct. licet Aretinus & Ias. præsupponant communem esse in contra-

b Adde quòd iste casus uidetur melius decidi per text. in l. qui autem. §. sed & si quis. iũcta gl. in uerbo, certam. ff. de consti. pec. & not. Bart. ibi. nam nõ potest negari quin ista promissio facta fuerit ad conseruationẽ iuris, ad quod uillicus iam tenebatur, scilicet pensionis &c. quo casu specialiter est ut promissio facti alicuius ualeat, ut p Alexã. & moder. in l. stipulatio ista. in prin. J. eodem.

tratium, quod non eſt uerũ. Quartus & ultimus caſus eſt, quando aliquis promittit ſimpliciter, quòd tertius tale quid faciet, non addita pœna, & tunc ſtipulatio regulariter non ualet. d. l. ſtipulatio iſta. & iſtud tanto magis procederet, ſi additum eſſet, cum effectu, ſecundum Aretinum in d. conſil. cxliij. quia aliàs ſequeretur, quòd quis poſſet promittere factum alienũ, ut ſibi per eum. Nec in iſto caſu uidetur actum de intereſſe, ex quo uerba nullo modo important factum ipſius promittentis, ſed alienum tantùm. Fallit ſupradicta concluſio in ſtipulationibus prætorijs, l. quotiens quis. ȷ. eod. & per Bart. hic, dum dicit,
118 † quòd procurator promittẽs quòd dominus ratificabit, intelligitur promittere factũ proprium, non autem alienum: & conſequenter in tali caſu lex interpretatur, quòd promiſerit ſe facturum & curaturum: unde niſi dominus ratum habeat, tenebitur ad intereſſe. d. l. ſi procuraror. ȷ. rem ratam hab. nec in tali caſu liberabitur ſi curet, ſecundum moder. repet. hic: & puto quòd dicant ueritatem, & eſt de mente Doct. hic, aliàs diſpoſitio illius legis de facili redderetur eluſoria. & ita etiam poteſt intelligi text. in l. qui autem. §. i. ff. de conſtit. pecun. & in d. l. ſi fideiuſſor. §. i. Et eſt ratio, quia lex quæ ſuſtinet iſtam ſtipulationem, interpretatur quòd curet cum effectu: quia uerba legis in dubio accipiũtur cum effectu. l. i. §. fin. ff. quod quiſq; iuris. l. fin. §. docere. ff. ne quis eum qui in ius. cum concord. quæ ratio ceſſat in alijs contractibus, quando quis promittit ſe curaturum, quia tunc non ſubauditur, cum effectu: quia uerba contrahentium in dubio interpretantur cõtra ſtipulatorem. d. l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationib. ȷ. eod. Fallit ſecundo de æquitate iuris canonici, ſecundum Ant. de But. in d. c. ſicut. & in d. c. ex literis. & per Alexan. in d. l. ſtipulatio
119 iſta. † quia promittens factum alterius intelligitur promittere ſe curaturum: ſed tunc non ſubauditur dictio, cum effectu, quia ius canonicum in dubio ſemper accipit interpretationem per quam pœnæ euitentur. c. ſuam. de pœnis. gl. in c. fraternitatis. xij. quæſt. ij. & ita poteſt intelligi quod not. Abb. & Felin. in d. c. ex reſcripto. de iureiur. Eſt uerum quòd in puncto iuris mihi uidetur uera opinio contra Abb. & Feli. in d. c. ex reſcripto. & in d. c. gemma. non faciendo differentiã quo ad hoc inter ius ciuile & canonicum, ſecundum c. i. de noui oper. nunc. Nec gl. in d. c. ex reſcripto. per quam ipſi mouẽtur, facit pro eorum opinione: quia illa gl. loquitur, quando quis promiſit facere quòd talis obſeruaret, quo caſu cenſetur promiſiſſe factum proprium, nõ alienum, ut per Bart. & Doct. in d. l. illa ſtipulatio. §. i. ȷ. eod. & in l. ſi hæres iuſſus. ff. de leg. i. Ioan. Fab. in d. §. ſi quis aliũ. in prin. Corn. conſil. xxvi. in i. col. in fin. in i. uol. unde illa gl. loquitur in primo caſu ſuprà poſito. ſecus ſi non appoſito illo uerbo fuiſſet dictum, promitto quòd talis obſeruabit, quicquid dicat Abb. & Feli. qui ad hoc non aduerterũt. Vnde etiam in practica potius tenerẽ opinionẽ Aret. & Iaſ. & moder. hic, qui indiſtinctè tenent in tali caſu nõ eſſe ſatis, ſi quis curet. cogita tamen ſuper præmiſsis, quia Doct. præſertim antiqui, non ſe declarant. Circa tertiam ſolutionẽ cõmuniter approbatã, quòd iſte tex. loquatur in pœna, ſed d. l. ſi procurator. loquatur in intereſſe, aduerte primò ad rationem: & Iaſ. hic aſsignat quaſdam rationes, dum dicit, quòd intereſſe ſuccedit ex prouiſione legis, ſed pœna eſt ex prouiſione hominis, ſed mitius agitur cum lege quàm cum homine. l. Celſus. ff. de arb. Item lex facilius moderatur prouiſionẽ ſuam, quàm prouiſionẽ hominis. gl. in l. aſsiduis. C. qui pot. in pig. ha. Item firmius eſt quod ſua prouiſione quis ſibi acquiſiuit. l. ſi filius. §. eritq;. ff. de fideicom miſſ. liber. facit gl. in l. i. C. ſi aduerſ. uend. ſed iſtę rationes ſunt nimis generales, nec neceſſariò inferunt ad hanc diſpoſitionẽ. Bal. not. aliam rationem aſsignat: nam ſecũdum eum, intereſſe eſt diuiduum. l. ſtipulationes. uerſ. Celſus. ȷ. eo. ſed pœna non, quia debetur pro implemento conditionis, & conditiones nõ diuiduntur. d. l. cui fundus. Sed iſta ratio eſt cõtra iſtum text. ubi pœna diuiditur pro portionibus hæreditarijs, & opinio Bal. not. poſſet procedere in principali promiſsione, cui ſubditur ſtipulatio pœnalis, nõ in ipſa ſtipulatione pœnali. & in boc etiam deceptus eſt Iaſ. in l. ij. §. & harum. in i. notab. in ij. fallen. ȷ. eod. Tu dic quòd uera ratio differentiæ eſt, quia intereſſe eſt diuiduum, ut ȷ dictum eſt,
† unde nõ cõmittitur ſtipulatio niſi quatenus 120
intereſt. & ita dicit d. l. ſi procurator. ſed in pęnis non attenditur quid interſit. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ȷ. eod. & ideo licet niſi pro parte præiudicetur ſtipulatori, cõmittitur pœna in totum. Secundo ex doctrina Bart. aduerte, dum hic in fine uult, quòd quando pœna eſt appoſita, dummodo aliquid interſit, pœna cõmittitur in totum: nam in hoc Bal. not. tenet contrariũ: unde dicit quòd in caſu quo debitor probaret, nõ intereſſe niſi in aliquo, quòd tunc nõ cogetur ſoluere, niſi illud modicum quod intereſt. & ita dicit eſſe de mente l. fin. ff. de præt. ſtipul. & iſtam opinionem ſequuti ſunt aliqui moder. in notabilib. iſtius text. Sed credo quòd iſta opinio non ſit uera, & eſt contra doctrinam Bart. in d. §. item ſi in facto. ȷ. eod. & ea quæ dixi ſuprà in vij. notab. unde etiam ſi nihil intereſſet, puto quòd committeret pœna. d. §. alteri. Nec obſtat dum Bar. dicit, quòd requiritur ſaltem quòd in aliquo interſit, quia iſtud dixit ut oſtenderet ſolutionẽ Petri non eſſe ueram, etiã tenendo eius opin. quòd in ſtipulationib. facti cenſeretur appoſita pœna loco intereſſe: quam tamen opin. Bart. reprobauit in d. §. item ſi in facto. ad quem locũ Bart. hic ſe remittit. In x. oppoſ. Bar. de l. ſi ſeruus. §. ſi pluriũ. ff. ſi quis cautio. cõmunis cõcluſio eſt cum Bart. quòd ille tex. loquatur in præparatorijs & ordina-

121 tiuis iudiciorum;†unde in factis diuiduis obseruans pro parte tantũ, incidit in totam pœnam mero iure, sed obstat exceptio pro parte adimpleta, ut hic per eum. Adde tu, istã opinionẽ uideri contra tex. in l. si is qui ducenta. §. cùm ita. ff. de reb. dub, ubi tex. præsupponit etiã effectualiter cõmitti pœnã, ponderando uerbũ, oporteat, quod inducit necessitatẽ. l. cùm oporteat. C. de bon. quæ lib. Bart. in l. i. ff. de iusti. & iur. Item ponderando quòd tex. ibi æquiparat istum casum alijs stipulationibus, in quibus pœna etiã effectualiter cõmitteret̃. arg. l. iam hoc iure. ff. de uulg. & pupill. Item quia aliter ille tex. poneret casum secundum corticem uerborũ, nõ secundũ effectũ, quæ interpretatio non est accipienda. Ad illum tex. respondet̃ ex mente Bar. quòd procedit quando quis promisisset sistere illos seruos extraiudicialiter: & ibi ponuntur etiã alia exempla stipulationis extraiudicialis, & una pars legis declarat aliam. l. utrum. de pet. hæred. Et ratio differentiæ potest esse, quia in stipulationibus iudiciarijs quis compellitur ad promittendũ, unde succurrit̃ promittenti ex necessitate. l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisd. cog. Nec obst. quòd in præparatorijs magis faueamus stipulatori, & sic actori quàm promissori. l. de die. in prin. iuncta gl. ff. qui satisd. cog. quia istud procedit tantummodo in eis in quibus nisi faueremus actori, posset reus euitare iudiciũ, quod redditur in inuitum: secus in alijs, secundum gl. in l. i. in prin. ff. de præto. stipul. Sed licet Doct. ita teneant, nõ credo istam solutionẽ esse uerã, & principaliter nimis restringit tex. in d. §. cùm ita. ubi generaliter loquit̃, præsertim cũ istæ promissiones de sistendo, propriè fiant respectu iudicij, secundũ gl. in l. quoties quis. j. eo. licet possint etiã fieri de sistendo alibi, ut est gl. in l. ita stipulatus. in prin. j. eo. Nec obst. quòd una pars legis declaret̃ per aliã, quia Iurisconsul. nõ uenit ibi declarãdo, sed ponendo noua exempla, quæ generaliter intelligi debent. Præterea contra istam solutionẽ obstat ratio Iurisconsulti ibi, qui se fundat super natura uerbi & proprietate sermonis, qua considerata uidet̃ actum, ut nisi omnes sistant̃, integra pœna cõmittatur: quæ ratio habet locum etiã in præparatorijs, quia ubiq; attendit̃ q̃d actum est, & quid importet proprietas uerbi. l. cùm lege. ff. de testa. l. nõ aliter. ff. de leg. iij.

Secũdo modo soluit moder. repet. quòd in d. §. cùm ita, erant plures cõditiones respectu pluriũ personarũ quæ erãt sistendæ: & in §. si pluriũ. erat nisi una, quia nõ specificauit seruos. arg. l. quod dicit̃. j. eod. quæ solutio ita intellecta non est uera, quia admissa ista solutione sequeretur, q̄ si nisi unus fuisset status in iudicio, quòd promissor incideret bis in pœnam, si tot essent stipulationes pœnales quot personæ, quod est cõtra illum tex. Præterea nõ uidetur quòd sit facienda differentia ista:
122 †quia etiã si sint plures obligationes principales, quibus sit subdita pœna, respectu pœnæ habentur nisi pro una, ut per Bar. iu l. scire debemus. j. eo. in ij. col. Nec est uerũ quòd istud sit de rigore, non de æquitate, & propterea obstat exceptio, prout sensit Soci. & moder. hic, quia istud nullibi probatur, imò cùm sit inductũ ex proprietate sermonis, & quia partes uidentur hoc egisse, certè debet habere locum ubiq;, ut s̄ dixi. Potes tamen saluare istam opin. ab hoc fundamento, ut j dicam.

Tertia solutio ponitur per Bald. nouell. & Ias. hic, quòd §. si plurium. loquitur quando stipulatio pœnalis subdita fuit coutractui dispositiuo: sed d. §. cùm ita, loquitur quando promissio de sistendo erat iu conditione, nõ in dispositione: unde cùm fuerit in conditione, debuit magis adimpleri in forma specifica, arg. l. cui fundus. de cond. & demonst. Ista solutio nihil ualet, quia etiam in casu §. si plurium. si fuit apposita pœna, ergo promissio sistendi fuit in couditioue, quia pœna apponitur sub conditione, ut per Bart. s̄ in octaua oppositioue. Nec illud quod fuerit etiã in dispositione, debet alterare naturam conditionis sequentis, tum quia non est ratio cur hæc facere debeat, tum quia in ista materia quælibet stipulatio tam principalis quàm pœnalis seruat naturam suam, ut uidimus suprà in prima oppos. post Bar. Præterea & secũdo ista solutio præsupponit quòd text. in d. §. cùm ita, non procederet, si in illo ultimo responso præcessisset conuentio, quod est falsum, quia militat ratio eadem in utroq; casu, ut infra ostendam, & communiter tenetur in d. §. cùm ita. ut ibi per Soci. & moder. Tertio cõtra hanc solutionem obstat text. in l. ita stipulatus magna. j. cod. ubi quando pura conuentio præcedit stipulationem pœnalem, fortius ligatur promissor quàm si stipulatio iucipiat à conditione. Vnde tu aliter solue, & considera rationem tex. in d. §. cùm ita. nam quando aliquis promineret sistere Suichum & Damam & Erotem, & si non steterit, promittit centum: ideo uno non stato cõmittetur stipulatio pœnalis in totum, quia promissor promisit copulatiuè: †& natura copulæ est, ut re 123
quirat concursum omnium copulatorum. l. si hæredi plures. ff. de cond. instit. cum simil. Et ista est propriè ratio illius text. quam omnes ibi assignant, Rayn. Raph. Com. Soci. in ij. notab. Bart. in §. utrum. in iiij. col. Ista ratio cessat in d. §. si plurium. quia ibi non erat concepta stipulatio copulatiuè, quod probatur in exemplo text. ibi, una stipulatione promittatur. nam aliàs non fuisset una stipulatio, sed plures. l. scire debemus. j. eod. Nec obstat quòd nou sit differentia inter plures stipulationes & unam, quo ad cõmissionem pœnæ, secundum Bartol. in d. l. scire debemus. quia istud est uerum in se quantũ ad cõmissionẽ quæ fit ipso iure: sed tamen est differẽtia quo ad exceptionẽ, quæ in uuo casu potest competere, in alio nõ. Præterea dictũ Bart. debet intelligi secundũ tex. in d. §. cùm ita. per eum allegatũ, Stat ergo solutio uera ad tex. nostrũ, quòd

quòd si principalis etiā in facto indiuiduo nō adimpleat in totū, cōmittitur integra pœna, ut hoc §. in fi. Fall. si sint plura facta, quia tūc obstat exceptio pro ea parte, pro qua est adimpletū. d. §. si seruus pluriū. quod ultimū nō procedit, quando plura facta fuissent copulatiuè promissa, quia tunc requiritur concursus utriusq; copulati, ad finem quòd pœnam euitet. d. §. cùm ita. Et est ratio, quia proprietas uerborū hoc inducit, ad quam præsumuntur partes in dubio accōmodare intentionē suam. d. l. non aliter. de leg. iij. Ratio uerò differentiæ inter unnm factum & plura potest esse, quia magis delinquit inducens difformitatem in eadem re, quàm in pluribus. gl. in l. prolatā. in fin. C. de sent. & quia quando sunt plura facta separata, uidetur promissor fecisse singulas stipulatiōes separatas: unde quāuis teneatur ipso iure in totū, quia uerba non important nisi unam stipulationem, tamen considerato effectu non teneē nisi pro parte. & pro hac ratione etiam facit iste tèxt. quatenus constituit differentiā inter principales et hæredes, inducendo ut hìc per Ias. In principali enim censetur idem factū, in hęredib. nō, quia fit diuisio per l. XII. tab. nec hìc quilibet teneē nisi pro sua parte, quasi unusquisq; hæredū nō posſit adimplere nisi pro parte sua, ut dicunt moder. quia ista ratio solùm excusaret eos, ne tenerenē in effectu, secundū doctrinam Bart. in d §. illud. & d. l. si uehenda. §. idem iuris. ff. ad l. Rhod. de iac. & tamē in nostro casu nō teneneē neq; ipso iure, nisi propar
124 te. Item pro hoc facit,† quia quando sunt plures personę principales, nō cōmittitur pœna nisi pro parte eius qui cōtrafacit, nt per Bar. in §. seq. & sequitur Alex. hìc, in iij. limitatione: ergo idem quādo sunt plura facta, arguēdo de re ad personas, quod argumentum ualet. l. ij. ff. ne qnis eum qui in ius uocatus &c.

Nec obstat si diceres, ꝙ cōtra primā rationē obstat d. §. cùm ita. ubi erāt plures stipulationes. d. l. scire debemus. §. eo. & cōmittitur integra pœna. & in d. §. si pluriū. erat nisi una, et non cōmittiē in effectu: ergo fortius deberet quis teneri ad integram pœnam in pluribus factis quàm in uno. Nam respōdeo, quòd in d. §. cùm ita. illud statuitur nō propter pluralitatem stipulationū, sed propter præsumptam uoluntatem contrahentiū, quæ colligitur ex proprietate uerborū propter copnlam, ut suprà declaraui. & ita fortè senserunt moder. re pet. hìc, licet ita non declarent, & istam puto ueritatem. Circa distinctionē Bart. in quantum uult quòd quando quis esset impeditus ex casu superuenienti, quòd excusaretur à pœna, intellige istud, quando fuisset facta protestatio de impedimento per promissorem, ita quòd appareat, quòd si nō fuisset impeditus, adimpleuisset, secundū Bart. in l. qui cōmeatus. ff. de re milit. & Card. Alex. in c. ex ratione, col. iiij. uers. uisis impedimentis. extra de app. & per moder. hìc. Cętera uide per Alex. in l. q̄d te. ff. si cer. pet. & alios hic. In xi. oppos. Bart. de c. suam. extra de pœn. concludit Bar. ꝙ de iure canonico tam in obligationib. dandi q̄ facti diuidui, cōmittitur stipulatio ad pœnā solū pro ea parte, pro qua fuit contrauentū, nō autē in totum. & ita intelligit Bart. tex. in d. c. suam. ubi Innoc. & idem tenet in l. v. §. fin. §. eo. & in d. §. si plurium. & est cōmunis cōclusio Canonistarū, ut hìc per Alex. & Aret. & sic est differentia inter ius canonicū & ciuile. Et est ratio,† quia ius canonicum mi 125
tius procedit in pœnis. & pro hoc facit, quia nos uidemus quòd de iure canonico licitū est emphyteotæ, qui nō soluit debitū canonē celeri satisfactione, post tempus statutum moram purgare, ad euitandū pęnam. c. propter. & c. potuit. extra de loca. quod non est de iure ciuili. Secūdo fa. quod not. Ioan. And. in c. ij. de feud. in nouella, & Bal. in c. i. §. aut si libellatio. quib. mod. feu. amitt. cum concord: per Ias. in l. iij. in penul. charta. C. de iure emphyt. ubi de iure canonico emphyteota alienans nunq; cadit nisi pro parte alienata, & tamen secus est de iure ciuili, secundum eum.

Tertio fa. gl. in c. fraternitatis. xij. q. ij. ubi in foro cōscientiali pœna legalis furti nō habet locū, sed satis est restituere rem, & sic quatenus interest damnum passi: & sequuntur canonistæ in c. i. extra de cōstit. Quarto facit, quia sacerdotibus & huiusmodi uiris, qui tenentur cōscientiam sequi, semper admittitur purgatio morę, si eorum nō intersit, etiā post litem cōtestatam, ad finem euitandi pœnā, ut consuluit Bal. cōsil. cxiiij. incip. super primo, in v. uol. Quinto fa. q̄d not. Hosti. & Abb. in c. dilecti, extra de arbit. ubi nolūt ꝙ de iure canonico non debeat exigi pœna contumaciæ uel contemptus ultra q̄ intersit. arg. d. c. suam, quod tamē secus est de iure ciuili. Sexto facit quod s uidimus in vi. oppos. quia in casibus in quibus in cōtractib. bonæ fidei nō cōmittitur pœna nisi respectu contrafacientis in factis indiuidnis, idem est etiam in foro canonico in quo omnes contractus sunt bonæ fidei; unde in eis indistinctè dans doli causam cōtractui, annullabit eū ipso iure, secundum Io. Fab. in §. actionū. Insti. de act. de quo tamē dic ut s dixi. Septimo fa. regula generalis, quia in foro canonico semper attendiē æquitas, nō antē rigor. c. dilecti. extra de iud. c. i. de dol. & contu. cum simil. sed istæ pœnæ uideneē ꝙ debeātur de quodā rigore. d. c. suā. Et per ista satis uideē cōfirmari cōmunis opinio legistarū hic, quę tamē apud me est ualde dubia, & contra eam moneor aliquibus rationibus: & primò, quia istæ pœnæ debeneē in totum, q̄uis nisi pro parte contrafiat ex uoluntate contrahentiū, quia uideneē contrahentes hoc egisse. l. inter cohęredes. §. quod ex facto. ff. fam. ercis. d. l. v. §. fin. & d. l. si seruus. §. si plurium, & d. l. si is qui ducenta. §. cùm ita. Vnde uideē ꝙ pœna debeaē etiā de iure canonico, quia maxima æquitas est ut serueneē promissa. l. i. ff. de pact.† Et ubi agitur de attendendo 126
promissis, ius canonicū etiam magis obligat

quàm ciuile c.i.extra de pact.&hoc etiã probatur xi.quæst.i.c.Syluester.ubi magis punitur filius qui nõ adimplet uoluntatem patris defuncti de iure canonico, quia de eo iure amittit omnẽ hæreditatẽ, q̃ de iure ciuili, ubi retinet saltem legitimã.auth.hoc amplius. C. de fideicõm.&sequit̃ Bar.in tractatu differẽtiarũ iuris ciuilis & canonici.in lxvij.differentia. Et est ratio, quia filius adeundo hæreditatem uidet̃ se obligasse ad hoc, ut per Abb. in c.licet.extra de uoto.& secundũ hoc tex.in d. c.suã.nihil obstabit, quia loquit̃ in pœnis appositis ab arbitro, in quibus nõ cadit uerisimilis consensus partis, ut per Bar.in l.furti.§.fin.ff.de his qui not.infam. Secundo contra istum intellectũ obstat ille tex.nam ibi fuerat contrauentũ pro parte nõ soluendo septẽ libras restantes,& tamen ibi episcopus prohibetur petere pœnam etiam pro rata, pro qua fuerat cõtrauentum: cuius contrarium uult Bart. & Doct. Vnde puto aduertendũ, quia iste intellectus Bart.licet hic teneatur à pluribus scribentibus, tamen si considerentur bene dicta canonistarũ, non uidet̃ cõmunis ibi, sed Canonistæ uariant inter se, dando uarios intellectus. Et licet Innoc.ibi sequat̃ opinionem Martini, quòd indistinctè tam in obligationibus dandi q̃ facti diuidui, semper obstet exceptio pro parte adimpleta, tamen Innoc. non aperit quòd istud teneat per d.c.suã.imò Abb. ibi declarando Innoc. tenet quòd d. c. suã.procedat, quia maior pars debiti erat persoluta. Colligendo ergo dicta Canonistarũ
127 fac regulã,†quòd de iure canonico pœna in totũ potest peti tam in obligationib.dandi q̃ faciendi, si in totũ principalis promissio non fuerit obseruata[a]. Fallit primò, quãdo quasi totũ principale debitũ esset solutũ. & ita intelligit Abb.d.c.suam. Secũdo fallit, quãdo nihil intererat creditoris, secũdũ intellectũ Hostieñ.ibi. Tertio fall.quãdo in persona debitoris superuenit difficultas, secundũ aliũ intellectum quẽ refert Imola in d. c.dilecti. Nam licet de iure ciuili difficultas superueniẽs nõ excuset debitorẽ quantitatis, ut per Bart.in l. cõtinuus.§.illud.j.eod. tamen secus est de iure canonico, per illũ text. Quarto fall.quãdo creditor spontè recipit partẽ sortis, non facta protestatione quòd intendebat ius saluũ sibi esse quo ad pœnam: cùm enim non cogeretur recipere partem, l.tutor. §.Lucius.ff.de usur.si accepit, uidet̃ sibi præiudicasse. Istum intellectum tenet ibi Maria.Soci.&idem Maria. cõsil.xviij.in ij.col.& est de mente gl.ibi, quę gl.reprobatur ibi per Abb.&puto quòd ille intellectus non sit uerus, quia imò creditor recipiens partẽ sortis etiam nõ facta protestatione, sibi nõ præiudicat.arg.l.in executione.§.pro parte.j.eod.& declaraui 8 in §.& harum.in ij.notab.& in effectu nimis restringeretur.l.v.§.fi.j.eo. Quinto fall.quãdo pœna esset nimis excessiua. ita illum tex.intelligit Raph.Com.in consil.clxxix.incip.facta.

a Adde quòd ita tenet Innoc. et Abb. d. c.suã. & idem Abb. in c.dilecti.col. iij.in fi.uers.sexta.de arbit.

Sexto fall.quo ad purgationẽ moræ ad euitandam pœnã: nam in illa parte quæ nõ fuit adimpleta, admittit̃ purgatio moræ, licet adsit dies & pœna, ita illum tex.intelligit Rom. Aret.& moder.hic, quæ tamen opinio est dubia, quia cùm ibi lata esset sententia, nõ uidet̃ quòd amplius posset purgari mora, ut not.in l.insulam.j.eo. Septimo fallit quo ad personas ecclesiasticas, quia si exigunt integrã pœnam, redduntur suspecti auaritiæ, secundum alium intellectũ, quẽ refert Imol.in d. c. dilecti, & istum intellectũ sequit̃ Aret. & And. Sicul.hic:& pro hoc facit, quia nisi ita intelligeremus, admissa opinione Bar.& Doct.sequeretur q̃ ista opin. esset seruanda etiã in foro ciuili, quia ille tex.fundatur super peccato euitando, ibi, inhonestis quæstibus anhelando, unde in tali casu l. canonica attendit̃ etiã in foro ciuili, ut not.in l.priuilegia. C. de sac. sanct.eccl.& in c.fin.extra de præscrip. unde dicendũ esset, q̃ ille quęstus censetur inhonestus quo ad personas ecclesiasticas tantũ in foro canonico.& ita declarãda esset opi.Bar.

Octauo fall.quãdo tũc solutũ esset de sorte principali, quod nõ posset imputari in pęnã; quia illud q̃d esset solutũ excederet quantitatem pœnæ, secundũ moder, repet.hic, qui ita intelligũt illũ tex. Nam etiã de iure ciuili licet aliqua parte nõ soluta cõmittat̃ pœna, tamen quod solutũ est cõpensatur in pœnã. l. referiptum.§.si pacto.ff.de pact.gl.in l.v.§.fi.j.eod.& in l.in executiõe.§.pen.j.eo.sed in d. c.suã.erat solutũ de sorte principali plusquã importaret pœna, unde nõ potuit ille episcopus cõsequi pœnã. Sed tu aduerte, quia ista opinio nõ potest procedere, quia aut ipsi intelligunt de pœna posita in cõpromisso,& illa nõ compensatur, imò utrunq; exigitur. l.si quis rem. ff.de arbit.per Bar.in l.si insulã.in ij.q. j.eod. Aut intelligũt de pœna apposita ab ipso arbitro,&adhuc non potest procedere d.opinio: nam quando pœna est apposita in defectum principalis, bene fit talis cõpensatio.&ita procedunt iura per eos allegata. Sed in casu nostro pœna erat solũ apposita ut puniret morã tẽporis, unde utrunq; debuisset exigi, ex quo ita uidetur actũ ab arbitro: nam alias illæ triginta libræ non fuissent pœna, sed cõmodũ, ex quo debitor potuisset stare in mora ut solueret nisi pœnã, quia erat minor sorte,& sic fuisset lucratus ex suo delicto. Notto istũ tex. aliter intelligit ius, iũgendo aliquos ex supra scriptis intellectibus, quod non probo, quia text.non se fundat super omnibus illis rationibus.†Nec ubi lex aliquid dicit enarrando 128
factum licitũ, est arguere à sola talis facti consideratione, secundum gl.in l.unic. C. quando nõ peten. part.& sic circa intellectũ illius tex. apparet quanta uarietas opinionũ sit,& sine dubio illi intellectus cõfunduntur ex ratione tex. qui simpliciter se fundat, quòd ille quæstus esset inhonestus. Vnde ego adhærendo rationi text.aliter intelligo: nam cùm arbiter ibi cõdemnasset illos clericos ad dandum XL. libras episcopo sub pœna, episco-

pus

pus non poteſt pœnam petere, quia uidetur
eſſe appoſita in fraudem uſurarū, ex quo pœ
na erat appoſita dationi quantitatis. l. Iulia-
nus. §. idemq;. ff. de actio. empt. Bart. in l. ij. ff.
de his quæ pœnæ nom. Doct. in l. rogaſti. §. ſi
tibi. ff. ſi cer. pet. & licet pœna appoſita in cō-
promiſſo cenſeatur adiecta propter contem-
ptum, l. ſi quis rem. ff. de arbit. tamē ſecus eſt
in pœna appoſita in laudo [a] per ipſum arbi-
trum, quando habet facultatē apponendi, iu-
xta notata in l. non omnib. ff. de arbit. Et pro
hoc facit, quia uidemus quòd neque teſtator
poſſet grauare hęredem ad dandum quadra-
ginta libras, & niſi daret apponeret pœnā tri-
ginta, quia iſtud eſſet in fraudem uſurarum.
l. iij. §. fin. ff. de annu. lega. Bart. in l. ij. ff. quod
pœnæ nom. [b] & eſt cōmunis opin. ut per Iaſ.
in l. cunctos populos. C. de ſum. trin. & fide
cathol. facit quod not. in l. i. C. de ſent. quæ ſi-
ne certa quan. Et iſte intellectus mihi placet,
tum quia conuenit rationi tex. tum etiā quia
conuenit deciſioni, ex quo tex. præſupponit,
quòd nulla pars ipſius pœnæ poſsit peti. In
prima quæſt. Bart. uidendæ ſunt duæ conclu
129 ſiones. Prima eſt, † ſi pœna indiuidua ſit adie-
cta facto indiuiduo, cōmittitur ſtipulatio in-
ſolidum contra omnes, quamuis unus tantū
ex hæredibus contraueniat. arg. l. ij. §. ex his.
ſ. eod. & cum Bart. tranſeunt omnes alij. Mo
der. repet. tenuerunt contrarium, quòd imò
cōmittitur niſi aduerſus cōtrafacientem tan-
tùm inſolidum. Mouentur primò, quia in in
diuiduis unuſquiſq; hęres poteſt obligari in-
ſolidum ex contractu defuncti. l. continuus.
§. fin. ſ. eod. ergo debet cenſeri id actum, quia
fauorabilius. arg. l. ſemper in ſtipulationib.
de regul. iuris. Secundo mouentur, quia
in facto indiuiduo uno cōtrafaciente omnes
finguntur contrafeciſſe, & ſic omnes tenen-
tur ad pœnam pro portione hæreditaria: ſed
quando pœna eſt indiuidua, ex quo cōtraue
niens tenetur inſolidum, & ſic eſt ſuccurſum
ſtipulatori, ceſſat illa æquitas ut omnes fin-
gantur contraueniſſe, ergo etiam debet ceſ-
ſare fictio. l. deniq;. ff. ex quib. cauſis maior.
Teneo cōmunem opin. per rationē iſtius
text. qui uult quòd in indiuiduis quilibet te-
neatur inſolidum, quia pro parte peccari nō
poteſt: quæ ratio formaliter militat in iſto ca-
ſu. Non obſtat prima ratio moder. quia nō
uidetur unq; uoluiſſe teſtator grauare unum
ex hæredibus tantū, niſi expreſſe dicat, ut no
tatur in d. §. fin. & in l. Iulianus. in prin. ſ. eod.
Sed in caſu noſtro uerba ſtipulationis nō re-
ſpiciunt grauamen cōtrauenientis tantū, ſed
grauamen omniū in caſu quo aliquis contra
ueniret: nec iſte fauor reſpectu cohæredū cō
ſideratur, ſed potius fauor creditoris, ut poſ-
ſit uno cōtrauenienie agere contra quem ue
lit, ut not. in §. ex his. & ibi dixi. Non obſtat
ſecunda ratio, quia ideo in promiſsione facti
indiuidui contraueniens faciat alios incide-
re in pœnam, quia non poſsit contrafaciens
obligari niſi pro parte; nam iſta ſola ratio nō

eſt uera, quia imò pœna cōmittitur cōtra om
nes, quia conditio ſtipulationis euenit, ut di-
cit tex. in l. inter cohæredes. §. quod ex facto.
ff. famil. ercif. & cùm pœna ſit diuidua, meri-
tò per legem XII. tabul. diuiditur inter cohæ
redes. quę ratio ceſſat quando eſt indiuidua,
quia lex nō poteſt eam diuidere. l. hæredes. §.
an ea. ff. fam. ercif. unde meritò omnes debēt
teneri ipſo iure: & iſtud tanto magis procede
ret, quando ille qui cōtraueniſſet, nō eſſet ſol
uendo, quia aliàs reſultaret magnū præiudi-
cium ſtipulatori. Secunda cōcluſio eſt, † q; 130
ſi facto diuiduo accedat pœna indiuidua, ſo-
lus cōtrafaciens tenetur inſolidum mero iu-
re, non in effectu [c], quia actor nō poterit obti
nere cōtra illū contrauenientē totam pœnā,
niſi offerat æſtimationē pro parte aliorū co-
hæredum, & ſi iſte reus non poterit præſtare
pœnam, erit liberatus ſoluendo æſtimationē
pro parte ſua, ut in ſimili eſt text. in l. cùm fi-
lius. in fi. ff. de leg. ij. & ita tenuit Petrus, & ſe
quuntur cōmuniter Doct. Et eſt ratio, quia
cùm factum principale eſſet diuiduū, & iſte
contrafecerit niſi pro parte, debet cōmenſu-
rari pœna delicto. l. reſcriptum. ff. de his qui-
bus ut indig. & conſequenter nō debet in ef-
fectu teneri niſi pro parte. Contrarium tenet
Ang. Imol. Raph. Com. Paul. de Caſt. Pet. de
Beſut. Iaſ. & moder. repetunt & concludunt
quòd iſte contraueniens ſolus debet teneri
inſolidum etiam in effectu, quia quantū eſt
in ſe, peccauit inſolidum. arg. l. in cōmodato.
§. ſi ex facto. ff. cōmod. Sed iſtud argumentū
non procederet niſi quando iſte doloſe con-
traueniſſet, ut oſtendi ſuprà in vi. oppoſ. quia
tunc diceretur inſolidum peccaſſe. Mouen-
tur etiam alijs rationibus quę parum urgent.
Tu adde, pro iſta opinione, quā puto uerio-
rem, facere text. cum ibi notatis, in c. i. §. ſi ua-
ſallus. hic finit lex Conrad. in uſib. feud. † ubi 131
ſi uaſallus perdit feudum ex culpa, non tene-
tur dominus offerre æſtimationem meliora-
mentorum quæ ſunt inſeparabilia à re: ſecus
ſi ſine culpa uaſalli aperiatur feudum domi-
no, licet indiſtinctè, ſi melioramenta eſſent ſe
parabilia, dominus ea non lucraretur, ut ibi
per Card. Alex. [d] Ad idem facit, quia uerba
ſtipulationis non important aliquo modo,
quòd agens debeat offerre æſtimationem, er
go omiſſum habendū eſt pro omiſſo. l. quic-
quid. ſ. eod. Ad idem facit, quia propter indi-
uiſam naturam rei, licet quis deliquerit niſi
in parte, tamen perdit totum, nec agenti in-
cumbit onus offerendi æſtimationem, ut eſt
text. in l. i. §. quamuis. ff. ſi quid in fraud. patr.
& in l. interdum. ff. de aq. plu. arcen. facit l. fi-
lius famil. in l. ſi quid alicui. in uerbo, licitè. de
leg. i. Et ex hac ratione tollitur argumentum
Doct. dum dicunt pœnam cōmenſurandam
delicto: nam iſtud nō procedit in indiuiduis.
d. l. interdū. unde in caſu d. l. cùm filius. cum
ſimil. nō arguebatur aliqua culpa debitoris,
prout eſt in caſu noſtro. Fortius diſputatiuè
poſſet teneri opin. Bald. not. hic, quòd imò in

[a] Adde tamē qd' cōtrariū tenet Abbas in d. c. ſuā. in quæſt. notab. & in c. dilecti. in uerſ. ſexta. de arbit.

[b] Vide ibi latè per Socin.

[c] Iſta quæſtio loquitur in pluribus hæredibus. quid in plurib. principalibus? dic idem, ſecūdum Hieronymum Tor. hic.

[d] Adde quod notatur in c. j. in prin. de duob. fratrib. de nouo beneficio inueſtitis.

proposito casu cõmittatur stipulatio insolidū
contra omnes. pro qua opin. adduco, quia cõ
tractus dicunt indiuidui pluribus modis, &
pręsertim ratione rei, ut per Bar. in l. grȩcè. §.
illud. j. de fideiuss. Vnde cùm respectu pœnę
obligatio sit indiuidua, debemus stare regulę
ut quilibet teneatur insolidum: uidetur enim
istud actum ex uoluntate tacita partium, quę
regulatur secūdum naturam rei promissæ. l.
propriū. ff. cõmu. præd. & cõsequenter uide-
tur promissor obligasse hęredes suos, ut casu
quo unus contrafaceret, tenerent omnes ad
pœnā indiuiduā. Pro eadem etiā opin. facit,
quia quando principale factū est indiuiduū,
pœna uerò diuidua, talis pœna regulat secū-
dum naturā suam, tex. est hic, & per Bar. in l.
oppos. ergo idem deberemus dicere in casu
cõtrario. arg. l. fi. §. fin. de leg. iij. Nec obstat
fundamentū Petri de isto text. dum hic dicit,
quòd si pœna sit adiecta facto diuiduo, semp
est indiuidua, ergo indiuiduitas pœnæ in no
stro casu nõ debet operari aliud, nisi ut tenea
tur solus contrafaciens: nam ista ratio nõ cõ-
cludit, quia quãdo pœna est diuidua, tunc cõ
mittitur nisi pro parte, quia de natura rei hoc
est, & promissor uidetur promittere secundū
naturā rei. l. cùm quid. ff. si cert. pet. l. ita stipu
latus, magna. j. eo. unde si pęna sit indiuidua,
natura rei suadet ut cõmittatur cõtra omnes:
mihi tamē magis placet opin. Ang. ut ʒ dixi.
132 In secunda quæst. Bart. † nunquid stipula-
tio de defendendo super una actione sit diui-
dua, fac cõclusionem, regulariter esse indiui
duam. l. ex clausula. j. iudic. sol. l. cùm ex cau-
sa. j. eod. & §. fi. j. ead. l. l. si cum uno. ff. si ex no
xa. caus. ag. & istud procedit tam in principa-
li quàm in ipsis hæredibus, & ita cõmuniter
tenet. Adde ꝙ Raph. Co. hic tenet contrariū:
mouetur, quia agere & defendere sunt corre
latiua: sed stipulatio de agendo est diuidua,
ut hoc tex. in fin. ergo etiā idem debet esse de
stipulatione de defendendo. Adde pro cõfir
matione istius argumēti: nam excipere est de
fendere. c. significauerūt. de except. l. nõ pro
hibent. ubi Bal. C. qui accus. & exceptio est
propriè defensio, secundū Abb. in rub. extra
de excep. excipere autē & agere sunt correla
tiua. l. i. ff. de except. ergo de eis debet esse idē
iudiciū. l. fi. C. de iudic. uid. toll. Et isto modo
probatur ꝙ ista sint correlatiua, quicquid di-
cat Ias. hic. Sed respõde ad istud argumentū,
quòd aut Raph. loquitur de stipulatione nõ
agendi ad rem diuiduā, & tūc idem est etiā de
stipulatione defendendi rem diuiduam, quia
tūc est diuidua, ut j dicam, aut loquitur de sti-
pulatione nõ agendi ad certam speciem indi
uiduam, & tunc est ratio differentiæ inter u-
trunq; casum, ex quo in dicta stipulatione de
nõ agendo ad certā speciē, nunq; potest habe
re locū incõueniens §. pro parte. inuito stipu
latore, ex quo stipulator incumbit possessio-
ni rei, & potest reijcere cõtrauenientē per ex
ceptionē, ut declaraui ʒ in notabilib. Secū-
do cõtra istam opin. obstat tex. in l. cùm à ma
tre, C. de rei uēd, † ubi filius hæres matris pro 133
parte, potest uēdicare rem suam à matre uen-
ditam, pro ea parte pro qua nõ est hæres: er-
go unusquisq; hæres nõ tenet emptorē inso-
lidum defendere, aliàs filius nõ posset aliquo
modo agere, per regulā l. frater à fratre. uers.
porrò. ff. de cond. indeb. Et propterea infert
Socin. in §. seq. & moder. hic, quòd aliàs fuit
male iudicatū cõtra filiū qui uendicabat par-
tem, & iudex erat motus per doctrinam Bar.
hic. Puto quòd isti moder. errent, quia in ca-
su d. l. cùm à matre, nemo hæredū tenebat ad
defensionem: quia, ut expresse dicit text. em-
ptor ibi scienter emerat rem alienā, quo casu
nõ potest agere de euictione. l. si fundū sciēs.
C. de euictio. firmat Bald. in l. cùm à matre. &
Fulg. consil. lxvij. in i. col. paterfamil. & con
sequenter nemo tenebitur defendere. Ter-
tio contra istam conclusionē instant moder.
repet. quia si ista stipulatio esset indiuidua,
singuli insolidū tenerentur. l. ij. §. ex his. ʒ. co.
& tamen uidemus quòd tenentur nisi colle-
ctiuè. l. in executione. §. insolidū. d. l. cùm ex
causa. j. eod. ponderando dictionem, omnes,
quæ est collectiua secundum Bart. in l. hoc ar
ticulo. ff. de hære. instit. Ad idem facit l. si rem
quæ apud. §. i. ff. de euict. & ita uidetur tenuis-
se Bald. hic. Sed tenendo cõmunem respon-
de, quòd licet dictio, omnes, de se sit collecti-
ua, tamē illa dictio, insolidum, declarat eam,
& qualificat ut stet distributiuè. Limitatur
primò ista conclusio, ut non procedat in plu
ribus hæredibus qui tenentur defendere in
re diuidua. Pone, Titius dedit tibi certā sum-
mam pecuniæ, & promisit te defendere in ea
quòd poteris eam tenere, nec cogêris resti-
tuere alicui, certè eo defuncto relictis pluri-
bus hæredibus, uidetur quòd obligatio diui-
datur inter hæredes pro portione hæredita-
ria. & ita tenet Raph. Com. & moder. hic: &
licet ipsi præsupponant Bart. hic aliter uelle,
tamē puto quòd sit de intentione ipsius, pro-
pterea quòd in tali casu cessat ratio Bar. dum
dicit, quòd ideo stipulatio de defendendo est
indiuidua, quia tantam cõmoditatem affert
pars respectu partis, sicut totum respectu to-
tius: certè in isto casu cessat ista ratio. Confir
matur ista limitatio per notata per Bar. in se-
quenti quæstione, dum uult † quòd exceptio 134
sit diuidua secundum naturam rei, considera
to præiudicio actoris; certè istud debet esse in
casu nostro, nec potest assignari bona ratio
differentiæ, ex quo excipiens dicitur defen-
dere, ut ʒ dixi. & istud idem etiam est de men
te Bar. j. in v. quæst. & ultra Bar. probatur ista
limitatio in l. loci. §. si fundus. in fi. ʒ. si seruit.
uendic. ibi, quisquis defendit, insolidum de-
bet defendere, quia diuisionem hæc res non
recipit. Et sic à contrario sensu probat, quòd
ubi res recipit diuisionem, tunc sufficiat pro
parte defendere. Ad idem est etiam textus
in d. l. cùm ex causa. ubi stipulatio de defen-
dendo in illo casu dicitur indiuidua, quia
ut dicit textus, insolidum defendenda est
uenditio,

uenditio, cuius indiuisa est natura: ergo si res subiecta sit diuidua, secus est. Et pro ista conclusione etiã facit quod not. moder. Seneñ. post alios, in §. item si in facto, ȝ. eod. ubi concludunt quòd stipulatio, habere licere, est diuidua uel indiuidua, secundũ naturã rei subiectæ. Vnde idem dicendũ est in isto casu, qa in effectu stipulatio de defendendo, & stipulatio habere licere, idem operantur. l. habere licere. ff. de euict. & ȝ tetigi in ultimo notab.

Nec obstat huic conclusioni text. in l. iam
135 tamen. §. penult. ſ. iudic. sol. †ubi ponę quòd aliquis creditor de centum uelit agere contra plures fideiussores qui promiserũt de defendendo, debent illi compelli ad cõstituendum unum procuratorem tantùm. Nam respondeo quòd non sequitur, ergo obligatio est in diuidua, imò posset unus, si uellet, defendere nisi pro parte sua, alijs negligentibus. l. si. ff. eo. tit. Sed ideo ibi quando omnes uolunt defendere, debent constituere unum procuratorẽ, quia lis erat inchoata cum defuncto, & propterea non debet in eadem instantia fieri deterior conditio creditoris, qui haberet litigare contra plures: secus esset si lis non fuisset incepta cũ defuncto. l. si quis cum procuratorio. §. si unius. de procur. & in omnem casum, ut dixi, quamuis teneantur cõsentire in unum procuratorem, non sequitur per hoc quòd obligatio sit indiuidua. Et ista limitatio est uera in pluribus hæredibus, uel etiã in pluribus principalibus: sed in uno principali tantùm, crederem quòd insolidum teneretur defendere, arg. istius text. in fin. & est de mente Bart. hic, & ita procedit l. ex clausula. ſ. iudic. sol. & sequũtur aliqui moder. hic, & facit l. ij. §. & harum, ȝ. eod. dum loquitur in obligatione dandi. Secundo limitatur ista conclusio, ut non procedat in eo qui tenetur defendere in stipulationibus prætorijs, quia tunc etiam quòd obligatio sit indiuidua, tamen cõmittitur tantùm contra facientem. & ita intelligit Bart. in l. ij. §. incertum. ff. de præt. stipul. Vn
136 de infertur generalis conclusio, †quòd in stipulationibus prætorijs siue contineant dationem siue factum diuiduum uel indiuiduum, semper cõmittitur stipulatio ad pœnã uel interesse nisi pro parte, cõtra hæredem contrafacientem. per text. in l. pœnales. §. Iulianus. ff. ad l. falcid. Et ita limitatur tex. & omnis materia diuidui & indiuidui, & sequunt cõmuniter Doct. hic. Et ratio est, propter æquitatem officij iudicis, quæ uertitur in istis stipulationibus. & ita intelligit Bar. tex. nostrũ dum loquitur de stipulatione, rem ratam haberi. Sed aduerte primò, quia ista intelligentia ad tex. nostrum non est uera, tum quia secundum Bart. tex. noster poneret casum specialem de prætoria stipulatione, & tamen expresse Iurisconsultus ponit hic regulam, non casus speciales: tum etiam quia falsum est ꝙ ista stipulatio in tex. nostro sit prætoria, quia tũc est prætoria quãdo aliquis promittit pro alio, dominũ rem ratam habiturũ, & ita loquitur d. l. ij. §. incertũ. & totus tit. ſ. rem rat. hab. sed tex. noster loquit, quando ipsemet dominus promittit se ratum habiturũ. Secũdo aduerte, quia ratio Bar. & cõmunis nõ uidet uera, quia licet in istis stipulationib. maximè attendat æquitas, tamẽ nõ uidet ꝙ ista æquitas debeat operari cõtra id q̃d est actũ à partib. l. i. ff. de pact. Ista autẽ cõmisio pœnæ fit ex eo quia partes ita egerũt. l. inter cohæredes. §. q̃d ex facto. ff. fam. erc. & dixi ȝ in ultima oppos. Præterea ostẽdo quòd æquitas debet potius inducere contrarium. Pone, uendidi tibi seruum, & promisi duplum, unus ex hæredibus meis defendit, alter nõ defendit, secundũ opinionẽ cõmunẽ nõ cõmittitur pœna nisi contra nõ defendentem, & sic resultabit incõueniens, §. pro parte. & expressa iniquitas aduersus emptorẽ. l. quòd si nolit. §. si plures. ff. de ædil. edic. q̃d etiam est contra l. ex causa. §. eo. quæ nimis restringit. Præterea ista ratio confunditur ex l. si seruus. §. si plurium. ff. si quis cautio. sequendo intellectum Bart. ad illum text. nam si istud esset, propter æquitatem deberet cõmiti in totũ stipulatio ipso iure, sed obstaret exceptio de ęquitate pro parte, prout est in d. §. si plurium. & tamen secundum Doct. hic nõ cõmittitur neq; ipso iure. Secundo confutatur ex l. in deposit. ff. depos. ubi in contractibus bonæ fidei cõmittitur in totum obligatio contra contrafacientem tantummodo, & hoc propter æquitatẽ quæ uertitur in illis contractibus, ut dicit Bart. ȝ. in v. oppos. & tamen in stipulatione, iudicatũ solui, etiam ex clausula, dolũ abesse, & in alijs stipulatiõib. prętorijs, Bar. & cõmuniter Doct. uolunt quòd cõmittatur aduersus contrafacientem solũm pro parte, nõ in totum. Et sic ista ratio remanet ualde dubia, dum præsupponit quòd dum ex eadem æquitate nunc stipulatio cõmittitur in totum, sed obstat exceptio in parte, nunc nõ cõmittitur nisi aduersus contrafacientem insolidum, nunc nõ cõmittatur in parte. Certè non potest assignari ratio differentiæ inter istos casus, & cõmuniter ratio Bart. non potest defendi. Tertio aduertendum est, quia iura per Bar. allegata nõ probant eius intentionẽ: & certè cùm hic agatur de tam diffusa limitatione, non debemus recedere à regula, nisi euidentissimè probetur ista limitatio. Et primò text. in d. §. Iulianus. nihil obstat, quia non loquitur quando stipulationi prætoriæ fuisset subdita pœna, prout est noster casus, imò ille text. loquitur in modo, respectu interesse: & eum ita intellexerunt cõmuniter omnes antiqui usque ad Bart. & etiã Bart. met in d. §. Iulianus, ita eum intelligit: & ille est uerus intellectus, tum qa de natura stipulationũ prætoriarũ est, ut contineant simplicem satisdationem, & in aliquibus casibus repromissionem, non autem pœnam. l. i. §. ij. ſ. de præt. stipul. tum etiam quia Iurisconsultus arguit de cautione, prætoria quã præstat legatarius hæredi propter falcidiam: cui cautioni nõ subditur pœna, sed est

simplex satisdatio, quę cõmittitur ad solã æstimationẽ. l. i. in prin. & l. ij. & seq. ff. si cui plus quàm per l. falcid. tum etiã quia in pœna cessat ratio. Nam in cautionibus prætorijs ideo succurritur promissori, quia promittit ex necessitate. l. si fideiussor. §. i. ff. qui satisda. cog. sed pœna non cõmittitur ex necessitate. & ita. gl. in l. in conuentionalib. ʃ. eod. Nec obstat
137 illa clausula, † omnes prętorias stipulationes, &c. quia illa uniuersalis dictio intelligitur secundum terminos in lege positos, & secundũ naturã rei cui additur, ut not. in l. i. §. nunciatio. ff. de ope. no. nun. & de ista dictione notat Ant. de But. cõs. xix. quia hic agitur. & Ang. consil. vi. lata est sentẽtia. Vnde dum dicitur omnes prætorias stipulationes accipere eandem interpretationẽ intellectus, intellige qui interponitur secundũ naturã suam, non autẽ quando additur pœna. Nõ obstat quòd nõ uideatur facienda differentia inter pœnã uel interesse, ex quo in prętorijs stipulationibus pœna semper respicit interesse, ut per Bar. & Doct. in l. ij. §. item si in facto. ʒ. eo. & Ang. in l. ij. & ibi Doct. uers. fin. ff. si quis in ius uoca. nõ ier. quia istud est uerum quando nihil penitus interest, quia tunc in prætorijs stipulationib. nõ cõmittitur pœna; secus si aliquid, quia cõmittitur tota pœna, ut per Bar. ʒ in ix. opp. Et est magna ratio differẽtiæ inter interesse & pœnam, quia quando quis stipulatur pœnam, uerbum importat, committatur. d. l. inter cohæredes. §. quod ex facto. ff. fam. erc. quod nõ est in interesse. Et ista opi. mihi uidetur uerior. Fortius credo quòd tex. in d. §. Iulianus. nihil penitus faciat in proposito, quia ut dicit hic Aret. ille text. solùm fuit factus ad ostendendum, quòd cautiones prætoriæ nõ prosint nisi eas interponenti pro portione sua, aliàs Iurisconsultus ibi malę argueret de primo casu ad secundum, ut hic latius ostendit Aret. & credo esse uerum intellectum.

Non obstat quòd Iurisconsultus ibi uideatur uelle ponere aliquam specialitatẽ in illis prętorijs stipulationib. quia ultra Aret. dico, quòd idcirco Iurisconsultus dicit omnes prętorias stipulationes eiusdem esse interpretationis, ut nõ quæratur stipulanti nisi pro parte sua, quia uidebaẽ quòd imò debuisset etiã quæri cæteris cohæredibus: quia cùm in pari causa, uidebatur quòd contractus unius debuisset etiam alteri prodesse, ex quo in stipulationibus prætorijs potest quis acquirere alteri actionem etiam sine cessione. l. in causæ. §. fin. ff. de procur. l. in omnibus. ff. de præt. stipul. gl. in §. si quis alij. Instit. de inutil. stipul. Vnde ex quo causa erat cõmunis, uidebatur quòd tacitè ex natura rei ageretur, ut etiã alteri quęreretur, & tex. decidit contrariũ, quia de natura illarum stipulationũ est, ut prosint eis interponentibus tantũ. & credo quòd iste intellectus sit uerior, secũdum quem ille tex. nihil facit pro Bart. Nec obstat quòd contra hunc intellectum adducunt moder. quòd imò in casu d. §. Iulianus. stipulatio inceperat à testatore, & erat transfusa in hæredes: quod probatur ex illis uerbis, siue à parte actoris, siue ex parte rei plures hæredes extitissent: nam illa uerba probant, quòd defunctus erat actor uel reus, & per consequens lis erat contestata. l. amplius non peti. ʃ. rem ratam habe. gl. in l. si postea. de pig. act. & tales cautiones præstari solent ante litem contestatã. l. proponimus. §. in his. ff. de procu. Nam respondeo quòd Iurisconś. loquitur ibi quando cœptũ erat iudicium, & mortuus erat actor uel reus ante præstitam cautionẽ: nam tũc propriè militat ratio dubitandi, quam ʒ retuli: ex quo enim omnes hæredes tenentur prosequi, l. ubi cœptum. ff. de iud. causa erat connexa, & uidebaẽ quòd cautio pro uno interposita prodesset omnibus, tamen tex. decidit contrariũ. Ista ratio dubitandi nõ est ita efficax, quando lis non fuisset aliquo modo cœpta uiuente testatore, quia tunc non esset tanta connexitas, ut declarat Bart. in d. §. si tamen. in l. cùm tamen. ʃ. iudica. sol. & in l. si quis procuratorio. §. unius. ff. de procur. Nec etiam opin. Bart. probatur in l. ij. §. incertũ. ff. de præt. stipul. quia Iurisconsul. ibi loquitur tantũmodo an hęredes teneantur insolidum ad interesse, ex quo principalis tenebatur: & concludit quòd non, quia interesse est diuiduum. Nec illa aduersatiua, q̃uis, potest aliquo modo importare differentiam de prætorijs stipulationib. ad alias, ut hîc latius per moder. Quarto aduertendum est ad intellectũ Bar. in l. cùm ex causa. ʃ. eod. dum Bar. eum tex. restringit, quãdo stipulatio non esset prætoria, ueluti quando interponitur pro rebus preciosis uenditis. l. emptori. ff. de euict. nam iste intellectus euidenter cauillat illum text. quia non fundat se in illa ratione; sed quia natura uẽditionis est indiuisa, & est contra text. in l. i. §. penult. ʃ. de præt. stipul. quia generaliter ponit stipulationem duplæ inter prętorias stipulationes. Vnde dic, quòd indistinctè stipulatio duplæ est prętoria origine. d. l. i. sed quia potest ea actio etiam exerceri nedum sub prętore, sed etiam sub alijs iudicibus, dicitur esse cõmunis, l. v. in prin. ʃ. eod. respectu exercitij, ut aliàs declaraui in Paradoxis lib. i. cap. i. & dicam in l. sequenti. Et sic sit expedita ista secunda limitatio. Tertio limita hanc conclus. ut nõ procedat in eo qui teneẽ defendere in uarijs actionibus, secundum gl. in d. §. si tamen plures. & per Bar. hîc. Quarto limita in pluribus hæredibus stipulatoris secundum Raph. Com. in §. seq. per illum tex. quæ limitatio cõmuniter nõ tenetur, ut ibi per moder. Quinto & ultimo limita, ut stipulatio de defendendo sit diuidua uoluntate creditoris, secũdum Bar. hîc & moder. facit l. si quis in conscribendo. C. de pact. In tertia quæst. Bart. cõcludit, &
sequunẽ Doct. † quòd promissio de non exci 138
piendo est diuidua, sicut etiam promissio de non agendo, per istum tex. hîc. Fallit ubicunque ex exceptione particulari præiudicareẽ in totum: quod ultra Bart. potest exemplificari

carì in uno ex pluribus dominis fundi serui-
entis, cōtra quē agitur confessoria: nam talis
excipiens prodest etiam socijs, & talis exce-
ptio præiudicat in totū.l.loci corpus.§.si fun
dus.ff.si ser.uend.& pro hac limitatione Bar.
adducit duo exempla, quæ sunt satis dubita-
bilia. Videamus nunquid uera sint. Et primū
exemplū est in casu l.filiusfamiliâs.§. uetera-
ni.ff.de procu.Pone, aliquis promisit militi,
se illi tanq; procuratori Titij daturū centum,
sine aliqua exceptione: promissore mortuo
miles tanq; procurator Titij cōuenit omnes
hæredes promissoris: si unus excipiat eum
nō posse esse procuratorē, ista exceptio in to
tū nocebit, secundū Bar.hic, & sequunt om-
nes Doct. Sed tu aduerte, quia uidet quòd
Bar.malè loquat, per ratiōes. Prima est, quia
ut dicit Aret.hîc, non est uerū in isto casu, ꝙ
exceptio præiudicet in totū, quia imò nō pre
iudicabit nisi pro parte opponentis. est uerū
quòd iudex ex officio poterit repellere agen
tem in totū, quia ubi eum cognouerit esse mi
litē, & sic deprehēderit inhabilitatē personę,
poterit eum reijcere.c.i.extra de accus.& no
tatur in l.ubi pactū.C.de transactionib. Con
firma istud argumentū, quia ad hoc quòd ali
quis incidat pœnā, debet ipse cōtrafacere im
mediatè & de directo, nō aūt simpliciter præ
stitisse occasionem.arg.l.ij.ff.de cond.& de-
139 monst. Et est ratio, †quia effectus regulariter
causę immediatę tribuunt, nō autem media-
tę.l.sed si plures.§.in arrogato.ff.de uulg.&
pupil.l.si mulier.§.i.ff.rerū amotarū. Bald.in
l.sub prætextu, prima.C.de transact.facit q̄d
not.Salic.& Aret.post alios in l.iiij.C.de sa-
crosan.eccle.ubi ademptio priuilegiorū eius
qui immediatè ea impetrauit, nō trahitur ad
eos qui ea cōsecuti sunt mediatè. Confirmat
etiā, quia nō debet censeri iste miles in totum
exclusus per exceptionem istius hæredis, ex
quo etiā si uellet ipse miles, non admitteret,
ut declarat Bar.in d.§.ueterani.& per Feli.in
c.nulli.in ij.col.extrà de accusationib. Sed ta
men puto ueriorē esse cōmunem opin. quia
cùm iste opposuerit exceptionem inhabilita
tis personæ, ista exceptio est indiuidua, quia
non potest quis pro parte esse habilis, & pro
parte nō, ut per Bal.in l.si quis testib.C.de te
stib. Imol.in l.qui testam.ff.de testam. Bal.&
Imol.in l.ad testiū.§.cōditionē.ff.de testam.
& propterea si ista exceptio probetur, resul-
tat notoriū iudici, quòd ille in totum est inha
bilis.c.cùm olim.extrà de uerborū sign. quia
etiam deducta in exceptionib. faciunt noto-
rium, ut per Abb.in c.ij.in penul.char.extrà
de ord.cog. unde cùm sit notorium, debet iu
dex eum omnino repellere, ut not.per Odof.
Azo.Bal.Salic.& Alex.in l.unica.C.ut quę
desunt aduo. Bal.in l.quos prohibet.ff.de po
stul. etiam si non fuit imploratū suum officiū
quo ad partes aliorū, præsertim cùm ista ex-
ceptio respiciat publicā utilitatē, ut per Bart.
in l.iiij.§.hoc autem iudiciū.in ij.oppos.ff.de
dam.infe. Et propterea malè inferūt hîc mo-
der. quòd Bart.uelit, quòd exclusus ab exci-
piendo, censeatur exclusus ab imploratione
officij iudicis, de quo per Bar. in l.i.§.parui.
ff.quod ui aut clàm.& Io.de Imol.in l.fin.ff.à
quib.appel.nō licet, cum concord. Et ex his
tollitur ratio in contrariū facta: nam cùm ista
repulsio in totū, ex necessitate sequat propter
exceptionē in parte, causa mediata habet na-
turā immediatę, ut per Bal.in c.imperialem.
§.insuper.de prohib.feud.alie.per Fed.& q̄d
notat Bar.in l.i.in ij.col.ff.de mand.prin. Se
cunda ratio cōtra Bar.urget, quia præsuppo
nit ualere conuentionē, quòd quis nō oppo-
nat de inhabilitate personæ quòd miles sit:
nam istud uidetur falsum, ex quo talis con-
uentio esset contra publicā utilitatem.arg.l.
iurisgentiū.§.si paciscar.ff.de pact. unde non
ualeret neq; cōuentio pœnalis.l.Seius & Au
gerius.ff.ad l.fal.l.nō dubiū.C.de legi.& mo
der.repet.hîc. Ias.fatetur hîc non ualere tale
pactū in specie, sed in genere sic: & ita saluat
Bart. Sed puto ꝙ tale pactū non ualeret neq;
in tali casu, †quia quod in specie fieri prohibe 140
tur, censetur etiā prohibitū in genere, ut de-
clarat Pau.de Cast.in l.i.ad fi.prin.ff.de offi.
eius cui. Abb.in c.ex literis.in ult.col.de iure
patr. Imò promittens nō opponere aliquam
exceptionē, nō intelligitur de hac, quia in ge
nerali pacto non uidetur quis intellexisse de
cōuentione contra publicam utilitatem.c.in
generali.de reg.iur. Item promittens in gene
re nō opponere exceptiones, nō uidetur in-
tellexisse de respicientibus inhabilitatem per
sonæ, ut per Bar.in d.§.& parui.& per Bald.
cons.ccxciij.& cons.seq.in iij.uol. ubi stante
statuto remouente omnes exceptiones, non
uidetur remota exceptio inhabilitatis perso-
narum. & idem tenet Anchar.cons.clxvi. ui-
sis diligenter. & quod not.Feli.in c.pastora-
lis.in iij.col.de except. ergo idem in pacto, ar
guendo de statuto ad pactum, secundū gl.in
rub.C.de decret.decur.lib.x. Moder.hîc fa-
tentur de plano, quòd exemplū Bar.non est
bonū, sed ut dicit Philosophus, exēpla quan-
doq; ponunt nō quia uera, sed causa demon
strationis. Sustinendo cōmunem posset for-
tè teneri solutio Ias.declarando hoc modo:
nam parte nō opponente clarū est quòd iudi
cium procedit.d.§.ueterani. unde iste promit
tens nō opponere exceptionē, uidetur tacitè
approbasse personam militis tanq; habilem,
quod potest, licet expresse, & sic specialiter
nō possit, ut not.in d.§.ueterani. Non obst.
primū & secundū argumentū, quia uidemus
quòd multa permittunt tacitè, quæ in specie
prohibent, ut est tex.in l.si unus.§.illud.ff.de
pact. Iste enim qui tam generaliter promisit,
nō uidet magis habuisse mentē ad unā exce-
ptionē, q̄ ad aliā: & consequēter nō uidet id
fecisse, ut cōmitteret cōtra ius publicū, sed ut
omnino actor obtineret intentionē suā. Nō
obstat ꝙ statutū generale tollēs exceptionē,
nō excludat inhabilitatē: quia alia ratio est in
cōtrahentibus, qui possunt tacitè approbare

perſonã,prout in caſu noſtro in eo qui cõtra
hebat cum ipſo milite. Statutũ uerò cùm ſit
generale,non eſt ueriſſimile ꝙ uelit admitti e-
nã inhabiles,ut declarat Bart.in d.§.& parui.
& quia hoc modo tolleret ius tertij:ſed in par
te eſt ſecus,quia quis ſibijpſi,nõ tertio pręiu-
dicat.Et ad ſupradicta facit,quia ea quæ com
prehẽdunť ſub generalitate uerborũ, dicunť
ineſſe ex ſentẽtia, & ſic tacitè, nõ propriè ex
uerbis, ut eſt gl.ſing.in l.Gallus.§.& quid ſi
tantũ.in gl.l.omnes.in fi.ff.de lib.& poſthu.
Tertia ratio cõtra Bart.& cõmunẽ eſt, quia
141 præſupponit Bart,† ꝙ promittẽs generaliter
nõ excipere,intelligať etiã de exceptionibus
dilatorijs, nõ aũt de perẽptorijs tantũ. Iſtud
uideť falſum, ſecundũ Iaſ.quia exceptiões di
latoriæ nõ ſunt propriè exceptiones, ex quo
non excludunt actionẽ.l.ij ff.de except.ergo
de eis nõ eſt intelligendũ,pręſertim in mate-
ria pœnalis ſtipulationis,quæ ſtrictè eſt intel
ligenda.l.quicquid.ſ.eo. Confirmo iſtud ar-
142 gumentũ Iaſ.duabus rationib.† Primò, nam
uerba ſemper ſunt intelligenda in potẽtiore
ſignificatu.l.i.ff.ſi ag.uect.ergo appellatione
exceptionũ debet intelligi de peremptorijs
tanꝗ̃ potentiorib. Secundo, nam exceptio
diciť ab excipiendo, id eſt,elidendo actionẽ,
quod propriè pertinet ad perẽptorias, ut di-
cit Abb.in c.i.in iiij.notab.extrà de ord.cog.
Sed tu potes ſaluare Bar.& cõmunem, quan
do expreſſe erat actũ de nõ proponendis ex-
ceptionib.dilatorijs. Præterea etiam ſi nihil
dictũ eſſet,adhuc puto quòd opi.Bart.ſit ue-
143 ra,quicquid dicat Iaſ.† quia imò appellatione
exceptionis etiã propriè ueniunt dilatoriæ,
nedũ peremptorię, ut tenet gl.in c.quoniam
contra.in uerbo,exceptiones.extrà de prob.
moder.in l.i.in ij.notab.ff.de excep.pro qui
bus facit ille tex.ubi exceptio dilatoria eſt ſpe
cies exceptiõis in genere,ergo propriè, quia
ſpecies ineſt ꝓpriè in ſuo genere, ut per Bal.
in l.ij.C.de iur.aur.annul.& per Bar.in rub.
ff.ſol.mat. Ad idẽ facit quod not.gl.& Abb.
in c. gratum. extrà de off. deleg. ubi dicũt ꝙ
exceptiones dilatoriæ, propriè dicunť legiti
mæ exceptiones. Ad idẽ facit, quia exceptio
intẽtionis eſt propriè exceptio. Itẽ exceptio
quę excludit agentẽ ante ortã actionẽ,eſt pro
priè exceptio, ſecũdũ Abb.& moder.in rub.
extrà de except.ergo idẽ in caſu noſtro. Nõ
obſtat quòd dilatoria nõ excludat actionem,
144 quia imò excludit ſaltẽ temporaliter.† Itẽ nõ
eſt ſumendũ argumentũ ab etymologia uoca
buli,ubi reſultat repugnantia iurũ.arg.nota
torũ.in l.ij.§.appellata.ff.ſi cer.pet.& d.l.ij.ff.
de excep.nõ ponit definitionẽ exceptionis,
ſed ſolũ alluſionẽ ſeu etymologiã uocabuli,
quæ etymologia optimè uerificatur in dilato
rijs,quia etiam illę ſolent interponi actori ad
excludendũ eius intentionẽ: excludiť enim
quia ipſe intendit tunc agere,& dilatoria im-
pedit ne tunc conſequať intentionem ſuam.
Non obſtat quòd uerba ſint intelligenda in
potentiori ſignificatu,quia nõ per hoc debet
excludi alia ſignificatio,ſi & ipſa propriè cõ-
prehendať in uerbis,ſecundũ Soci.conſ.ult.
col.ult.in ij.uol.facit l.cùm lege.ff.de teſta.
ubi Aret.& pro hoc ſoleo ponderare text.in
l.in lege.ff.loca.& quæ not.Ang.in l.ſi tam
anguſti.per illũ tex.ff.de ſeruit.Bal.& Imol.
in l.cum pater.§.fidei.de leg.ij.gl.& Alex.in
rub.ff.de iuriſ.om.iud.ubi appellatiõe iuriſ-
dictionis in dubio uenit tam ordinaria ꝗ̃ lega
ta.Idẽ uoluit Bar.& Ang & alij in rub.ff.ſol.
mat.& iſta opi.eſt uerior, licet habet magna
contraria,ut alibi dicã. Præterea ſi promittẽs
nõ excipere intelligiť de perẽptoria, fortius
debet intelligi de dilatorijs,quæ nõ ſunt tan-
ti præiudicij.& pro hoc fa.ꝗd notat gl.Abb.
& Card.in c.ex parte ij.extrà de offic.deleg.
ubi reſcriptum mandans procedi nulla exce
ptione obſtante,intelligiť de friuolis tantũ,
nõ aũt de reſpiciẽtibus graue præiudiciũ.&
ſic reſideo cum Bart.& cõmuni opin. Cir-
ca ſecundũ exemplũ Bar.cum quo tranſeũt
Dd.dum allegat l.ſi quis ſeparatim.§.fin.ff.
de appell.uideť ꝙ Bart.male loquať:† quia li- 145
cet appellatio unius proſit alijs, iſtud eſt ue-
rũ,ſi alij uelint,& inhæreant appellationi, &
eam proſequanť, aliàs appellatio unius ſolũ
prodeſt appellãti,ut ibi declarat Bar.quo prę
ſuppoſito nõ uideť ꝙ exemplũ Bar.poſſit cõ
uenire,quia aut alij nolunt proſequi appella-
tionẽ,& tunc nõ fit plenũ pręiudiciũ,ſed pro
parte tm̃:aut alij proſequunť,& tũc debẽt te-
neri ex facto proprio potius.& ſic damnũ di-
citur potius oriri ſtipulatori ex proſecutione
aliorũ,ꝗ̃ ex appellatione illius. Aut ſumus in
dubio quãdo unus appellauit, & nõ apparet
an alij uelint inhærere appellationi,& adhuc
non debebit cõmitti pœna, quia ut dicit tex.
hîc,committiť pœna cõtra alios quando pro
parte peccari nõ poteſt:ſed in noſtro caſu po
teſt, ſi illi nolint inhærere appellationi,ergo
nõ deberet unꝗ̃ cõmitti integrè pœna ex cõ
trauẽtione unius quam faciat appellando.&
iſtud uideť uerius, licet Ang.conſ.cccxxvi.
tunc opinio Bart. sit uera saltem de æquitate, licet de rigore secus. Sed ista declaratio reprobatur hic per moder. & non uideo rationem cur unus debeat posse impedire cõdemnationem: nam isto modo unus tolleret ius omnium. l. fin. C. de autor. præst. Nec etiã uideo probabilẽ æquitatẽ, imò summa æquitas est in contrariũ, ex quo statutũ est correctoriũ, ut s. ostendi. Et satis est, si homicida liberetur à pœna capitali omnibus consentientibus, absq; quòd liberetur cõsentiente maiori parte. Et propterea indistinctè teneo, quòd requiratur pax ab omnibus spontè consentientibus, non autem per metum & minas ipsius occisoris. arg. notatorũ per Paul. de Cast. in l. cùm te. C. de his qui prop. met.

AND. ALCIATI COMMENTARIOrum in tit. ff. de uerb. oblig. finis.

ANDREAE

ALCIATI COMMENT. IN

tit. Iuris canonici de officio ordinarij.

IN RVB. ARGVMENTA.

1 *Legatus Papæ dignior est cæteris ordinarijs.*

2 *Delegatus principis quo ad eius iurisdictionem est maior, quo ad personam uerò minimè.*

3 *Delegatus proprium nihil habet, sed delegantis iurisdictione utitur.*

4 *Officium pro ipsa iurisdictione seu pro eius exercitio capitur.*

5 *Ordinarius est iudex qui propriam iurisdictionem habet.*

6 *Delegatus est iudex, cui causa committitur ab alio potestatem delegandi habente.*

7 *Differentia magna est an alicui sit mandata iurisdictio, an uerò sit datus seu delegatus iudex simpliciter.*

8 *Iudices delegati dicuntur, quibus ordinarius suam mandauit iurisdictionem circa causarum uniuersitatem.*

9 *Ab ordinario delegatus licet non poßit suam mandare iurisdictionem, iudicem tamen dare potest.*

10 *Differentia inter legatum proconsulis & alios iudices.*

Ibid. *Proprium id esse dicitur, quod perpetuum est & mansurum.*

11 *Legatus proconsulis est necessarius.*

12 *Dati iudices qui dicantur.*

13 *Delegatus à legato sedis apostolicæ, subdelegare potest alium iudicem, quemadmodum & legatus proconsulis.*

14 *Iudices ex sacra iußione uel forma delegati qui dicantur.*

15 *Delegati principes etiam dicuntur qui ad partium petitionẽ iudices in causis constituuntur.*

16 *Delegati principis in quibus ab ordinarijs differant.*

17 *Fortuna imperialis nunquam moritur, sed semper est.*

18 *Cõseruatores cur dicti, & quatenus potestas eorũ se extendat.*

19 *Inquisitores hæreticæ prauitatis dicũtur iudices delegati, etiam ad causarum uniuersitatem.*

20 *Auditores curiæ secundum aliquos ordinariam in cognoscendo, delegatã uerò in pronunciando iurisdictionem habent, in totum tamen delegati dici debent.*

21 *Auditores Cardinalium æquiparantur legatis proconsulum.*

22 *Vicarij dictio generalis est, & potest quemlibet alterius uicem gerentem comprehendere.*

23 *Vicarius seu missus dominicus ordinariam habet iurisdictionẽ. uide contrarium num. 24.*

25 *Vicariũ seu missum dominicũ iurisdictionem ordinariam non habere, quinq; rationibus conuincitur. Vicegerentes qui dicantur. Ibid.*

26 *Vicarius ex mandato superioris ab episcopo seu ordinario suo constitutus, eodem honore est afficiendus, ijsdemq; priuilegijs gaudet, quibus & ipse episcopus: si uerò ab ipso episcopo tantùm, secus.*

27 *Vicerector studij quo ad honorem & priuilegia æquiparatur uicario episcopi: distingue tamen prout habes in sequenti num. 28.*

29 *Vicario iure alieno iurisdictionem habenti, tantus nõ habetur honos, quantus si autoritate principis sit cõstitutus.*

Ibi. *Vicarius seu missus dominicus dicitur officialis ab episcopo ad uniuersitatem causarum constitutus.*

30 *Subrogatum in pœnalibus non sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*

Ibi. *Statutum ne à sententia præfecti appelletur, nõ extendi ad eius uicarium seu uicegerentem, qui præfectus propriè dici nequit.*

31 *Pœna imposita offendenti magistratum, non habet locũ in offendente eius uicarium.*

32 *Offendens ambasiatorem incidit in crimen læsæ maiestatis. & idem in uicario seu nuncio principis.*

33 *Arbitrorum iuris species uariæ. & num. 34. 35.*

36 *Statuta recipiunt declarationem à iure communi.*

37 *Executores iudices qui dicti. & num. 39.*

38 *Executor, apparitor seu nuncius, quis dicatur.*

40 *Chartularij iudices qui dicti.*

RVBRICA.



NOTA ex ista rubrica, quòd lega-
tus † Papæ dignior est cęteris or- 1
dinarijs, quod probatur, argu-
mentando à situatione titulorũ:
quod argumentũ ualet, ut per
Bart. in rub. ff. de eo per quem fact. erit. & in
l. iij. ff. de confirm. tutor. Nam illi, de quibus
prius tractatur, censentur digniores. l. ij. ff.
de albo scrib. quod tamen intellige ut j. dicã.
† Sed nũquid idem est in delegato principis, 2
ut dicaẽ dignior ordinario? Alex. & moder.
in rub. ff. de offi. eius cui &c. dicunt quòd sic,
per tex. in c. studuisti. s. tit. i. & in c. sanè. & c.
pastoralis. s. tit. ij. & fac. quod not. Abb. in c.
cùm cõtingat. s. de rescrip. Per quę iura, post
multa argumenta, in effectu cõcludit Alex.
quòd delegatus principis est dignior & ma-
ior ordinario, sed iurisdictio ordinaria est fir-
mior. quod intelligũt moder. in rub. s. tit. ij. q.
delegatus sit maior nedum respectu causæ si-
bi cõmissæ, sed etiam absolutè & generaliter
loquendo. Sed aduertendũ est, quia ista con-
clusio ita simpliciter intellecta, nõ est uera. Et
quòd delegatus nõ sit maior, probatur, quia
sicut ipse repræsentat principem, ita etiã or-
dinarij repræsentant, & dicunẽ gerere uices
principis, ut est text. in auth. de appell. §. simi-
li. ibi, uice sacri cognitoris. & in l. i. in fi. C. de
offi. uicar. Bene facit quod not. Iac. de Belui.
in auth. ut defuncti seu funera. §. fi. per illum
text. ubi probatur quòd ordinarij dicunẽ ha-
bere iurisdictionẽ nedum à lege, sed etiam à
principe. Quòd autẽ nõ sit dignior, probatur
alia ratione. Nam magistratus ordinarij, alij
sunt superillustres, alij illustres, alijq; specta-
biles, & alij clarissimi: qui sunt gradus digni-
tatum, ut est gl. in §. cumq; hoc. in procem. In-
stit. & not. in l. i. ff. de offi. eius cui &c. Et istis
æquiparantur etiam ordinarij de iure Cano.
c. ij. §. de off. leg lib. vi. Sed delegati non com-
prehenduntur in aliquo istorum graduum,

iure suæ delegationis, ergo non dicuntur ha-
bere aliquam dignitatem iure suæ delegatio-
nis, & consequenter nō possunt dici dignio-
res ordinarijs. facit c. statutum. J. de rescript.
in vi. Et propterea concludendo uidet̃ distin
guendum, quòd aut loquimur quo ad perso-
nas ipsorum, & tunc ordinarij dicuntur di-
gniores, & maiores: aut loquimur de iurisdi-
ctione ipsorum, & in isto casu saluatur cōmu
nis opinio, quia iurisdictio delegati est maior
3 & dignior. Et est ratio, †quia delegatus pro-
prium nihil habet, sed delegantis iurisdictio-
ne utitur. l. i. §. fin. ff. de offic. eius cui &c̃. Vn-
de iurisdictio delegati à principe, tanq̃ pars
iurisdictiōis principalis, est dignior & maior
qualibet alia iurisdictione ordinaria, & etiam
est potentior, ex quo est magis specialis: &
generi per speciem derogatur. d. c. studuisti.
Et consequenter infertur, quòd talis iurisdi-
ctio est etiam dignior iurisdictione quam ha
bet legatus, qui habet ordinariā. d. c. ij. de off.
leg. in vi. Vnde meritò Romanus Pont. pri-
mò fecit rubricā de officio delegati, qui cùm
utatur iurisdictione ipsius Pontificis, habet
iurisdictionem dignissimā, & fortiorem qui
buscunq; alijs. Deinde posuit rubricā de offi
cio legati, qui habet iurisdictionē digniorem
quibuslibet ordinarijs. Deinde dixit de iuris-
dictione ordinariorū: & sic gradatim prose-
cutus est, habito respectu ad iurisdictionem,
nō ad personas. Istud etiā suadetur ex uerbis
rubricæ, dum dicitur, de offic. ordinarij, non
4 autē de ordinario: nam †officiū capitur pro
ipsa iurisdictione, seu pro eius exercitio, ut
per Bart. & Doct. in l. i. ff. de iurisd. om. iudi.
de quo etiam per Doct. in rub. ꝭ. tit. ij.

Pro declaratione rubricæ uidendum est,
5 †qui sint iudices ordinarij, & qui sint delega-
ti. Et ordinarij sic possūt definiri, ut dicamus
esse iudices qui propriam iurisdictionem ha-
bent, à lege sibi delatam, circa uniuersitatem
aliquorū negociorū. Et ista definitio colligit̃
ex not. per Bart. & Doct. in l. more. ff. de iu-
risd. om. iud. Et quod in ea dicitur, à lege: in-
tellige idem in æquipollentibus, ut est prin-
ceps, consuetudo, populus, uniuersitas, ut de
clarat ibi Bart. Et quod dicitur, circa uniuer-
sitatem causarū & negociorū: intellige istud
etiam de una specie causarū tantū: puta, si sta-
tutum constituat particularē iudicem in cer-
tis causis, puta de causis fideicōmissorū. arg.
Instit. de fideicōm. hæred. in prin. uers. quod
quia iustum. & fa. tex. in c. i. ꝭ. de offi. archidi.
6 †Delegatus autē iudex ita definitur: est iu-
dex cui causa cōmittitur ab alio habente po-
testatem delegandi, uices illius gerens, nihil
propriū habens. quam definitionē declara &
prosequere ut per Alex. in rub. ff. de offi. eius
cui &c̃. & Canonist. in rub. ꝭ. tit. ij. Isti autē
iudices delegati alio nomine dicuntur etiam
pedanei, ut in tit. C. de pedan. iudi. & etiam di
cuntur iudices dati. c. fin. ꝭ. tit. ij. & l. à iudice.
C. de iud. & etiā dicunt̃ iudices quibus man-
data est iurisdictio, ut in rub. ff. de offic. eius
cui &c̃. cum simil. & ita cōmuniter tenetur.

Sed ista opinio nō uidetur uera. Moueor,
†quia magna est differentia, an alicui manda- 7
ta sit iurisdictio, an uerò sit simpliciter datus,
seu delegatus iudex. Istud probatur sic. Iudex
delegatus nō potest aliū subdelegare. c. cùm
causam. in fi. J. de appell. not. in c. is cui. de off.
deleg. in vi. & d. l. à iudice. & tamen iudex cui
mandata est iurisdictio, potest subdelegare.
tex. est in l. cùm prætor. §. is quoq;. ff. de iudi.

Nec obstat quòd ibi tex. exemplificat in le
gato proconsulis, quia exempla non restrin-
gunt regulam. l. i. §. quod uulgò. ff. de ui & ui
arm. Secundo probatur, quia à iudice dele-
gato appellat̃ ad delegantē. l. i. in prin. ff. quis
& à quo appell. & tamen à iudice cui manda-
ta est iurisdictio appellatur ad eum, ad quē ap
pellaretur ab ipso mandante. d. l. i. §. i. Et intel
ligere illū tex. de eo delegato, seu uicario, qui
sedet in eodem tribunali, est mera diuinatio,
quicquid dixerit ibi Bart. & propterea adhæ-
rendo uerbis Iurisconsultorum, puto esse di-
stinguendos istos iudices, ut J dicam. Et †pri 8
mò sunt iudices quibus mandata est iurisdi-
ctio, & hi dicūtur illi, quibus ordinarius man
dauit iurisdictionē suam circa uniuersitatem
causarū, secundū gl. in l. i. §. qui mandatū. ff.
de offic. eius cui &c̃. Et tales possunt etiam di
ci delegati ad uniuersitatē causarū. Mandata
etiam iurisdictio dicitur, quādo est mandata
ab ordinario ad unam causam tantū. l. solent.
& l. seq. ff. de iurisd. om. iud. & hoc casu ordi-
narius nihil dicitur apud se retinuisse de iuris
dictione circa causam quę delegata est: unde
talis delegatus in totum censetur subrogatus
ipsi ordinario, & cōsequenter ab eo idem pro
uocatur, quod prouocaretur ab ordinario, à
quo iurisdictio est mandata. d. l. i. §. i. ff. quis et
à quo. & ita ibi tenet Albe. Gloss. quam sequit̃
Com. Imol. Ioan. de Ana. in repet. Ang. & A-
lex. Aret. ac Soci. idem tenet Fulg. in l. solēt.
ff. de iurisd. om. iud. And. Sicul. c. super quæ
stionū. §. porrò. ꝭ. tit. ij. †Et talis delegatus li- 9
cet non possit iurisdictionē suam mandare, l.
fin. ff. de offi. eius cui &c̃. tamē potest dare iu
dicem, ut est text. in d. l. cùm prætor. §. i. & ibi
moder. solent repetere istud tutius. & idem
firmat Lancel. Decius in d. l. fin. Et legati pro
consulum habent talem iurisdictionē, unde
frequenter Iurisconsultus arguit de istis lega
tis, ad eos quibus mandata est iurisdictio ab
alijs ordinarijs, ut per Bar. in d. l. i. §. qui inuo-
lutum. in l. i. ff. de suspect. tut. & in l. cognitio.
de offi. eius cui &c̃. Et pro hoc etiā facit l. nec
quicq;. §. fin. ff. de offic. procons. quicquid di-
xerint aliqui moder. in l. more. ff. de iurisdic.
om. iud. qui conantur respondere ad ista iu-
ra, & male. Et propterea legatus proconsulis
potest dare iudicem. d. l. cùm prætor. & l. lega
tus. ff. de offi. procons. secundum literam Pi-
sanam, quæ stat affirmatiuè, ut dicit Ang. Po
litianus in suis Miscellaneis. †Est tamen alia 10
differentia inter legatū proconsulis, & cæte-
ros: quia proconsuli nō licet inconsulto prin
cipe

cipe remouere legatũ. l. solent. §. i. ff. de offic. procons. quod non est in cæteris ordinarijs, qui iurisdictionem mandauerũt. l. iudicium soluitur. ff. de iudi. Et ex hoc sequitur, quòd isti legati, quãdo est eis mandata iurisdictio, dicuntur habere propriam iurisdictionem. l. legati. ff. de offic. procons. quod non est in alijs. d. l. i. §. qui mandatum. Illud enim dicitur proprium, quod est perpetuum & mansurũ, ut not. gl. in d. l. i. iuxta illud Vergilianũ, Da propriam Tymbræ domum. & in sexto Aeneid. Propria & si dona fuissent. & utrobiq; ita Seruius exponit. unde cùm iurisdictio nõ possit auferri à legatis nisi consulto principe, dicetur perpetua. l. iurisperitos. ff. de excus. tut. c. si gratiose. ſ. de rescript. in vi. facit l. sufficit. ff. de cond. indeb. & quæ notantur in
11 l. apud Iulianum. §. fin. ff. de leg. i. †Alia etiam est differentia, quia necessariò proconsul debet habere legatos. l. obseruare. §. pen. ff. de offic. procons. quod non est in alijs. Et in istos iudices, quibus mandata est iurisdictio, credo quòd transiuit mixtum imperiũ, ut probatur in d. l. cognitio. & dicã in c. quod sedem. ſ. eod.

12 †Secundo sunt iudices dati, qui dicuntur delegati ad causæ cognitionẽ tantùm, uel etiam ad definitionem: & quando ordinarius dat talem iudicem, non censetur à se abdicare aliquam iurisdictionem, sed simpliciter mandare nisi illam speciem suæ iurisdictionis, sine qua actus cõmodè explicari nõ potest: unde talis iudex solùm dicitur fungi munere iudiciario. d. l. à iudice. & alibi dicitur tantũ habere iudicandi facultatẽ. l. fin. C. ubi & apud quem in integ. &c. unde talis non potest aliũ iudicem dare. d. l. à iudice. & ab eo appellatur ad delegantem. d. l. i. in prin. ff. quis & à quo. l. Imperatores. ff. de appell. & talis non posset exequi sententiam suam, sed is, qui eum dedit, exequitur. l. à diuo Pio. in princ. de re iudic. Quod non est in eo, cui sit mandata iurisdictio: quia talis habet executionẽ. arg. d. l. cognitio. & facit gl. in c. si quis contra clericum. in gl. penul. ſ. de for. comp. & quod not. in c. pastoralis. §. quia uerò. ſ. tit. ij. Idem si duo dati iudices diuersas ferant sententias, stant in pendenti, donec is qui eos dedit, alteram confirmet. l. duo iudices. ff. de re iudi. Et istam differentiam inter istos iudices tradũt præfati Doct. in d. l. i. ff. quis & à quo. & puto quòd sit uerissima, licet moder. in locis ordinarijs non faciant aliquam mentionem de
13 hoc, sed ista simul confundant. †& ex istis resultat uera declaratio ad text. in c. cùm Bertoldus. ſ. de re iudic. ubi est tex. quòd delegati à legato sedis apostolicæ, possunt subdelegare. Nam ille text. debet intelligi, quando legatus mandauit dictis delegatis iurisdictionem suam quo ad illam causam. Et hoc modo tollitur magna difficultas, in qua ibi Abb. plurimum laborauit, & tandem residet; quòd sit speciale in delegatis legatorum, sicut est in legato procõsulis. d. l. legatus, secũdum eum, quæ opinio non est uera, ex quo, quantum sit ad hoc, nulla specialitas est in legato proconsulis, ut suprà ostendi.

†Tertio sunt alij iudices, qui dicũtur ex sacra iussione, uel sacra forma delegati: nam hi 14
sunt dati à magistratibus ordinarijs, accedente iussu principis. Pone, aliqui litigabant sub iudice ordinario, & actor uel reus (fortè quia cupiebat causam citius expediri, uel inuitus litigabat sub ordinario) supplicauit principi ut mandaret iudici ordinario, quòd causam alicui cõmitteret, qui forsan procederet summariè, uel alio modo, & princeps per rescriptum, hoc concludebat: talis delegatus dicebatur iudex datus ex sacra forma, & licebat indistinctè de hoc supplicare principi ante litem contestatam, ut est text. in authent. de litig. §. omnem. uers. si uerò apud iudicem. & ibi gl. in uerb. competentem. in authen. de litig. & est text. in auth. in medio litis non fieri sacras iussiones, & tales iussiones nõ ualent, nisi subscriptæ sint à Quæstore, & cõtineant, inter quos, & ad quem iudicem, & per quam fuerint directæ personam, ut est text. in auth. ut diui. iussio. Et de istis iudicibus loquitur etiam text. in §. si uerò. & in auth. de exhiben. reis. & hunc intellectum ad illum text. tenet Comen. Puteus, & Alex. in l. à diuo Pio. in prin. ff. de re iud. ubi etiam moder. sequũtur, Idem tenet Alex. & Riminald. in l. ij. in vij. col. ff. de iurisd. om. iud. Et de his iudicibus etiam intelligitur text. in l. fin. ff. quis & à quo. & in l. i. §. si quis in appellatione. ff. de appell. ubi probatur, quòd à talibus appellatur ad iudices qui eos dederunt, non autem ad principem. & ille text. fortiter urget. faciunt not. in c. licet in corrigendis. ſ. eo. de quo dic ut dixi in l. i. §. si quis simpliciter. ff. de uerb. oblig.

†Quarto sunt delegati principis, de quib. 15
loquitur rub. ſ. tit. ij. qui ad petitionem partium, constituuntur iudices in causis: & ex quo derogabant iurisdictioni ordinariæ, eorum cõmissiones sunt strictè interpretandæ, ut est gl. in c. i. de rescript. in vi. & in c. P. & G. suprà tit. ij. & per moder. in c. si quando. in fi. eo. tit. Vnde si sumus in casu in quo nullum resultet præiudicium ordinariæ iurisdictioni, tunc fiet lata interpretatio, ut dicunt moder. in c. prudentiam. §. adijcimus. per illum text. ſ. tit. ij. †Et inter istos delegatos & ordi- 16
narios, respectu iurisdictionis, sunt multę differentiæ, quæ enumerantur per Alex. & moder. in rub. ff. de offic. eius cui &c. Et tales delegati mortuo principe re integra, non possunt amplius cognoscere, & expirat eorum iurisdictio, ut habetur in c. gratum. & in c. relatum. ſ. tit. ij. & in l. more. ff. de iurisdict. om. iud. Quod tamen uidetur limitandum, non tanquam à Pontifice, uel Imperatore, sed tanquam à sede apostolica, uel ab imperiali fortuna, seu iudiciali culmine, de quibus legitur text. in l. fin. in prin. C. de iudicijs. †Nam 17
ex quo imperialis fortuna nunquam moritur, sed semper est, ut dicit Bald. in extrauag.

de pace Constan.in x. col.in uerb. concessi-
mus.§.quia igitur. in authen.quomodo opor
tet episcopos.& quod not.Innoc.in c.licet.ȷ.
de foro compet. meritò per principis mor-
tem non debet eorum iurisdictio extingui.
& pro hoc facit text.in c.si gratiose.ȷ.de re-
script.lib.vi.qui tex.licet loquatur in gratia,
tamẽ uidetur idem in delegatione. Ad idem
facit text.in c.quoniã Abbas.ŝ.tit.ij.& quod
not.Doct.in l.qui liberis.§. hæc uerba.ff. de
uulg.& pupill.& ita uidetur sensisse Bar.in l.
i.in iiij.col.ff.de iurisd.om.iud. Et sub ista
18 specie iudicum continentur†conseruatores,
qui sunt delegati à Pontifice, ut à manifestis
iniurijs aliquem conseruent,nec in alijs pos-
sunt se intromittere.c.i.de offic.deleg.lib.vi.
Et licet Bald.in rubr.ŝ.tit. ij.dicat quòd isti
conseruatores habent se ad delegatos tan-
quã excedentia & excessa, tamen puto quòd
propriè sint delegati: quia quamuis in aliqui
bus ab alijs differant, ut declarat gl.in c.fin.
eod. tit.lib.vi.tamen illæ differentiæ non re-
spiciunt substantiam iurisdictionis, unde nõ
faciunt ea differre specie. gl. in l.pacta con-
19 uenta.ff.de contrah.empt. †Et idem etiam
dicendum est de inquisitoribus hæreticę pra
uitatis,qui sunt delegati, ut probatur in c.ne
clerici. in fin.per locum à speciali. ȷ. de hæ-
ret.in vi.& firmat Io.And.in c.per hoc.eod.
tit. & lib. & Abb.in c.fin.in penult. col.ȷ.de
re iud.ubi dicit eos esse delegatos ad uniuer-
20 sitatem causarum. †Sed pulchrum dubium
est, quid in Auditorib. curiæ: & gl.in Clem.
auditor.de rescript.dicit quòd habent ordi-
nariam in cognoscendo, sed delegatam iu-
risdictionem in pronunciando. Et propte-
rea infert Gemin.& sequuntur moder.in c.
primo, de rescript. in vi.quòd excommuni-
catus poterit impetrare rescriptũ ad aliquem
ex eis, ex quo per huiusmodi rescriptum nõ
dicitur causa committi, cùm sint ordinarij,
sed solùm distribuit, & rescriptum tenet: li-
cet talis Auditor non possit uenire ad diffi-
nitiuam, uigore talis rescripti.d.c.i. Sed Bal.
in l.præcipimus.in prin.C.de appell.& l.fin.
per illum text. C.ubi Senatores uel clarissi-
mi ciuiliter uel criminaliter conueniantur,
tenet quòd imò tales Auditores in totũ sunt
ordinarij: & dicit quòd istam quæstionem
habuit tempore Cardinalis Sabinensis, qui
cùm haberet duos Auditores, ne indistinctè
procederent, ordinauit quòd nemo illorum
procederet sine sua speciali cõmissione: sed
tamen erant ordinarij, quia istud fuit causas
distribuere, non delegare. Contrariam opi-
nionem, quòd imò sint in totum delegati, te-
net Anton.de But.& sequuntur cæteri in d.
Clem.auditor. Mouentur, quia cùm specia-
lis fuit commissio illis certæ causæ, debent
dici delegati, per not. per Bart.in d.l. more.
& traditur in Clem.si principalis. de rescrip.
Ista opinio mihi placet, non obstante ratio-
ne Baldi: quia eius fundamentum procede-
ret, si probaretur quòd ante talem commis-
sionem haberent uniuersalẽ iurisdictionem
saltem in genere: nam tunc illa commissio
bene distribueret causas. Nec obst.gl.in d.
Clem.auditor.quia procedit de stylo curiæ,
non de iure, ut dicit ibi Imol. & sequuntur
alij. Et istud tanto magis†procedit in Audi- 21
toribus Cardinalium. Nam isti æquiparan-
tur legatis proconsulum,arg. text. in c.ij.de
offic.leg.in vi.& firmat Abb.in d.c.cum Ber
toldus.per illum tex.Bald.in l.à iudice.C.de
iudicijs.Moder. Perusi.in c.cum causam. in
viij.quæst.ȷ.de appell.Felin.in c.super quæ-
stionum.§.si uerò.ŝ.tit.ij.& tamen in eis non
fit distributio causarum, sed habent tantùm
iurisdictionem mandatam, d. §. qui manda-
tam. Si uerò esset aliquis Auditor constitu-
tus à principe, ad uniuersitatem causarum,
puta in causis appellationum, talis habebit
ordinariam, ut dicit Bart.in d.l.præcipimus.
Et ita intelligendi sunt Doct.ibi. Quid au-
tem sit de Auditore Cameræ, & Auditore
contradictarum, ponunt omnes in dicta Cle
men. auditor.ubi concludunt quòd habent
ordinariam. Dic ut per eos.

Quinto†sunt Vicarij: quæ dictio est gene 22
ralis, & potest comprehendere quemlibet,
qui uicem alterius gerit.l. uicarius. ff.de le-
gationib. unde dicitur etiam seruus uicarius.
l.si seruus Meuij.ff.de pecul.& l.Stichus ha-
bet.ff.de pecul.lega. Vnde dicitur etiam ui-
carius ecclesiæ, qui est uicarius rectoris, de
quo in c.postulasti.de rescrip.& in c.G.per-
petuus. de fide instr. Sed capiendo prout fa-
cit ad propositum nostrum, uicarius dicitur
officialis constitutus ab episcopo, ad uniuer-
sitatem causarum: qui alio etiam nomine di-
citur missus dominicus.c.i.de regularib.c.i.
de frigi.& malefic. Et†talis habet iurisdictio- 23
nem ordinariam, ut dicit gl.in c.ij.de offic.ui
car.lib.vi.ubi probat quòd tali uicario com-
petunt etiam causæ mixti imperij, & cæteræ
quæ nõ competunt nisi ordinarijs. Ad idem
est gl.in c.Romana.in prin.in uerb.generali
ter.per illum text.de appell.in vi.ubi ab ipso
uicario appellatũ ad superiores episcopi, qui
eum constituit, nõ ad ipsum episcopum. Et
idem not.in c.perlectis.xxv.distin. & in c.ij.
ne prælati uices suas &c. Quod intelligit A-
lex.in dicta rub.procedere, nisi esset consti-
tutus solùm in certa parte diœcesis ad certos
actus, ut ibi per eum. Tu aduerte,†quia uide- 24
tur uerior opinio indistinctè, quòd talis uica
rius nõ habeat iurisdictionem ordinariam.
pro qua parte primò facit, quia iurisdictio or
dinaria non tribuitur nisi à lege, declarando
ut ŝ dixi. Sed nõ reperitur aliqua lex quæ det
iurisdictionem istis uicarijs, ergo non est di-
cendum quòd habeãt ordinariam. Secun-
do facit, quia horum iurisdictio non est per-
petua, sed cessat ad libitum episcopi, ut est gl.
& ibi Doct.in Clem.ij.de rescript.quod non
conuenit ordinarijs.l.more.ff.de iurisd.om.
iud. Tertio facit, quia mortuo episcopo ces-
sat eorũ iurisdictio, Clem.fin. ubi gl.de pro-
cur.

cur. quod non est in ordinarijs.d.l.more.de quo etiam per Riminal.in d.rubr.ff.de officio eius cui &c. Quarto facit, quia non potest talis uicarius constituere aliquem delegatum ad uniuersitatem causarum. c. clericos.ubi Hostien.& alij, ē de offi.uicar.quod non conuenit ordinario, sed potius habenti iurisdictionem mandatã. l.fin.ff.de offi.eius cui mand. &c. Quinto facit, quia aliàs sequeretur quòd eadem iurisdictio esset insolidum penes duos, scilicet episcopum, & uicarium, qui eum repræsentaret: quod non uidetur esse conueniens. l. si ut certo.§. si duobus uehiculum.ff.cõmod.de quo dic ut per Bart.in l.i.§.si plura.in i.col.ff.de exercit. Vnde puto uerius esse ut isti æquiparentur illis iudicibus, quibus mandata est iurisdictio, de quibus suprà dixi: nam in tales etiam transit mixtum imperium, & ab eis non prouocat qui eos delegauit, sed superior, ut ē ostendi. Et ista procedunt in uicarijs constitutis sim-
25 pliciter ab ordinarijs. Sed† reperitur in iure aliud genus uicariorũ, uidelicet hi qui loco iudicum ordinariorũ, qui fortè sunt absentes uel impediti, substituuntur de mandato principis: & tales etiam dicuntur uicegerentes, & isti sine dubio habent ordinariam iurisdictionem, prout tenet gl.in rub.C.de offi.eius qui uic.alterius gerit.& probatur in l. ij.eo.tit.& de his uicarijs est etiã text.in l.i.§.à præfectis.ff.de lega.iij. Et talem uicariũ constituere solebat pręfectus prętorio, ut probat in l.à procõsulib.C.de appel.& in l.i.C.de offi.uicarij.& ibi Odofr.ita etiã not.quòd quotiescunq; princeps solet habere aliquem uicarium suum, intellige, ad uniuersitatem causarum, talis habet ordinariã. Et hoc facit ad uicarios perpetuos principũ, puta Pontificũ, uel Imperatorum, de quibus in c.fi.ē de offi. uica.& per Rom.consil.lix.per Felin.in d.c.
26 postulasti.& in d.c.G.perpetuus. †Sed hic consequenter dubitatur, an sicut aliquis honos exhibetur Episcopo, etiã debeat exhiberi eius uicario: idemq; de priuilegijs. Et Bar. in l.si filius.ff.de legationib.distinguit, an uicarius sit constitutus ex mandato superioris; & debetur idem honor, idemq; priuilegium. l.ij.C.ut dignit.ordo seruetur.lib.xij.& facit gl.ij.q.i.c.quæ de causa. an uerò sit simpliciter constitutus ab ipso ordinario, & tunc se-
27 cus,l.si filius,& l.uicarius.eo.tit. †Et ex hoc inferũ ad uicerectorem studij, ut ibi per eum, quem sequitur Alex.in d.rubr.& Ang.Instit.de except.in ij.col.Feli.in d.c.cum olim. ē.tit. ij.Ioan. Bapt.de S.Seuerino in repet.l. diem functo.in xliiij. quæst.de offi.assess.ff. Corsetus in repet.c.grandi.in 38.col.de supplen.negli.pręlat.in vi. Sed aduerte, quia cõtra hanc distinctionẽ facit text.in l.sed si hac. §.fin.ff.de in ius uoc.intelligendo eam generaliter, quando tutor litigat pro pupillo: per quem text.ibi Bald.dicit, quòd non idem honor debetur uicario, qui debetur episcopo: Et plura similia cumulãt ibi moder. Secundo in contrariũ etiam stringit text.quem ibi not.Fulg.in l.à proconsulib.C.de appell.ubi non tantum defertur sententiæ latæ per uicegerentẽ præfecti, sicut defertur sententię pręfecti. Tertio contra Bar.etiam uidetur tex. in l.comperimus.C.de prox.sacr.scrin.lib. xij.ubi substitutus ab ordinario de consensu principis est postremus in ordine cęteris adiutoribus, licet substitutus esset primus: nisi dicas quod ibi ille substitutus habet officium iure proprio, nec refert personam substituentis. Quarto contra Bart. uidetur tenuisse Cyn.& Alb.de Ros.in l.fi.C.de suspect.tut. ubi dicit quòd legato proconsulis debetur maior honor, quàm præsuli prouinciæ, & tamen talis legatus constituitur absq; autorita-
te principis. Pro† resolutione puto distin- 28
guendum: aut priuilegium aliquod debetur ratione alicuius qualitatis, quæ æqualiter residet in uicario sicut in principali, & debetur par priuilegiũ ratione illius qualitatis. ita procedit tex.xciij.distin.c.fin.de quo per Rom. singul.ccclxij.& quod not.Abb.in c.cum olim.ij.ē de offic.delega.unde cùm delegatus quo ad speciem iurisdictionis sibi commissę, repræsentet delegantem, habebit par priuilegium: & sicut delegans potuisset arctare ordinariũ, ut sententiã exequatur, ita etiam poterit delegatus.c.pastoralis.& c.sanè.ē.tit. ij. Aut illa qualitas propter quam debetur illud priuilegium, non residet æqualiter, & tunc secus. ita procedit d.l. si filius. & l.uicarius. Nam legatus missus à Repub.habet rescriptionẽ biennij, ex quo semel functus est officio sibi iniuncto. Sed ista qualitas non conuenit uicario, quia talis uicarius non uidetũ fuisse respectu Reipu.sed respectu eius qui eum destinarit. Eodem modo procedit quod not. Bal.in d.§.fin. Nam honor debetur episcopo non simpliciter propter iurisdictionem quæ mandari potest, sed etiã generaliter propter magnã præeminentiã: unde multa potest episcopus, quæ non potest eius uicarius.c.ij. de offi.uica.in vi. Et propterea† nõ tantus ho- 29
nos uicario debetur, præsertim cùm habeat iurisdictionem iure alieno.arg.notatorũ per Bart.in l.quod principi.in fine.ff.de lega.ij. Vbi autem uicarius sit constitutus de autoritate principis, uidetũ quòd in eo insint omnes qualitates quæ insunt in principali, & propterea sit æqualiter honorandus.& hoc modo saluatur doctrina Bar.in d.l.si filius. Istud tamen dictũ tunc fortè non procederet, ubi essemus in materia strictè intelligenda: quia uicegerens præfecti, non est propriè præfe-
ctus: †unde statutum, ne appelletur à senten- 30
tia pręfecti, non trahetur ad eius uicarium.d. l.à proconsulib.& ita potest procedere quod not.Ang.in l.adoptio nõ iure facta.ff.de adoptionib.ubi loquitur in consuetudine. Et istud tanto magis procederet in pœnalibus, quia tunc subrogatum non sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, ut not.Bal. in c.i.in iij.col.uers.sed nunquid.infrà de his

31 quæ metus causa.† & ita etiã uoluit Bar. in l.i.
C.si rect. prouin. ubi tenet, quòd pęna impo
sita offendenti magistratum, nõ habet locum
in offendente eius uicarium. & per Aret. con
sil. cxxxi. consultissime. & ita etiã firmãt mo-
der. in d.c. sanè. Nec contra istam opinio-
nem obstat quod notat Bald. in c.i. ß. tit. ij. u-
32 bi dicit,† quòd offendens Ambasiatorem, in-
cidit in crimen læsæ maiestatis, tanquã si of-
fenderet principem. & quod not. Bald. in d.
§. fin. ubi dicit, quòd offendens uicarium, uel
nũcium principis, uidetur offendere ipsum
principem. per text. in l. ossa. in fin. ff. de reli-
gio. & sumpt. fun. Nam istud potest procede
re respectu offensionis, quæ etiã propriè po-
test fieri Ducibus, uni per semetipsum, alte-
ri per personam offensi. l.i. §. item aut per se-
metipsum. ff. ad legem Cornel. de sicar. Et ita
procedit quod notat Abb. in c. cùm olim. ij. ß
de offi. deleg. ubi dicit, quòd iniuria facta de-
legato, uidetur facta deleganti. Et istud in cri
mine læsæ maiestatis non habet difficultatẽ,
quia uerba legis etiam uicarium comprehen
dunt, & quemlibet magistratum. l.i. ff. ad le-
gem Iul. maiest.
33 † Sexto sunt arbitri iuris, quorũ uariȩ sunt
species. Aliqui enim sunt dati ab ordinario
ad unum articulũ tantũ, Exempli causa: Ego
litigo tecum, & peto ut satisdes, secundũ for-
mam tit. ff. qui satisd. cog. tu uis satisdare, ego
nego fideiussores idoneos, debemus tali casu
eligere arbitros, quibus ordinarius cõmittit,
ut cognoscant an sint fideiussores idonei: &
ab istis arbitris potest appellari. l. ab arbitro.
& l. seq. ff. qui satisd. cogan. Imò etiam sine ap
pellatione potest sententia corrigi ab ordina
rio qui eos dedit. l. fin. ff. à quibus appell. non
licet. Et isti sine dubio habent iurisdictionem
34 delegatam. † Aliqui sunt arbitri iuris qui
dantur in causa suspicionis, ueluti si recusa-
uerim delegatum principis tanquam suspe-
ctum: si ille adest, potest me cogere compro-
mittere in arbitros. Si uerò absit, tũc ordina-
rius me coget, & delegatus quẽ recusaui exe-
quetur sententiam illorum arbitrorum. l. fi.
C. de iud. & tales habent iurisdictionem dele
gatam, ut est text. in l. apertissimi. in fin. C. de
iudi. ibi, quasi arbitri fuerint ab imperiali cul
mine delegati. & propterea ab eorum sen-
tentia appellabitur ad primum delegantem,
ut est text. in c. ab arbitris. de offic. delega. in
vi. & per Abb. in c. suspicionis. in penul. col.
suprà tit. ij. Nec obstat quòd eligantur ex
necessitate legis, & sic uideantur habere iu-
risdictionẽ à lege, quo casu essent ordinarij,
prout tenuerunt aliqui relati per Abb. & mo
der. in d.c. suspicionis. Quia respõdeo, ꝙ lex
dat illis iurisdictionẽ cum ea qualitate, ut sint
delegati, ut probaẽ in d. l. apertissimi. Ali-
35 qui † sunt arbitri iuris qui eliguntur uigore
alicuius statuti: puta statutum dictat, ut cau-
sæ inter affines cõpromittantur in arbitros:
& in his est magna controuersia, nunquid iu
risdictionem habeant, & an censeantur dele-
gati, uel ordinarij. de quo latè per Felinum in
c. fin. J. de re iud. Tu breuiter dic: Aut statutũ
generaliter mandat causas cõpromitti in ar-
bitros, & ulterius non procedit, & tali casu
nõ crederem eos aliquam habere iurisdictio-
nem, nec ordinariã, nec delegatam: quia sta-
tutum illis nihil confert, sed tantummodo in-
ducit necessitatem compromittendi. Et tali-
bus arbitris nõ competit definitio suprà per
me posita, nec ordinarij, nec delegati, ergo
nec diffinitum competit. l.i. §.i. ff. de dolo. &
ita fuit de mente Bart. in prima constit. Cod.
Et ista ratione idem teneo in casu c. si cleri-
cus aduersus. xi. quęst. i. quicquid dixerit Ab
bas in c. fin. J. de re iudica. Nam quamuis lex
mandet causam cognosci per arbitros, intelli
gimus de arbitris seruantibus propriam na-
turam: † quia etiam statuta recipiunt declara- 36
tionem à iure cõmuni. l. si serui. C. de noxali.
c. ad audientiam. de cler. nõ resid. & per Bar.
in l. ij. ff. de leg. i. Aut statutum ulterius pro-
cedit, conferendo iurisdictionem ipsis arbi-
tris, & tali casu uidetur quòd habeant ordina
riam iurisdictionem, ut tenet Angel. & Paul.
de Castr. in d. l. apertissimi. & ita sunt intelli-
gendæ multæ decisiones Doct. quas refert
Felin. in d.c. fin. Fallit si statutum diceret,
compromittendum esse sub pœna, uel à tali
sententia non posse recurri ad arbitrium bo-
ni uiri: nam ex quo istæ qualitates non con-
ueniunt iudicibus, sed arbitris, uel arbitrato
ribus, l. diem proferre. §. stari. ff. de arbitris. l.
si libertus. ff. de oper. liber. non uidetur fuis-
se intentio statuti, facere eos ordinarios, ex
quo illa uerba non conueniunt ordinarijs, ut
est gl. ubi Iacob. & Paul. de Cast. in l. manci-
pia. C. de ser. fugit. & per Aret. consil. clviij.
in iij. dubio. Et pro ista distinctione facit ꝗd
not. Imol. in Clement. auditor. de rescript. &
And. Siculus hic, ubi dicunt, quòd quamuis
statutum mandet prætori quòd teneatur ha-
bere duos iudices, quòd tamen illi nõ erunt
ordinarij, sed delegati: nisi statutum ulterius
procederet, cõcedendo illis iurisdictionem.
Et ita teneo, sic resoluendo dicta Doctorum,
de quibus per Alexandrum in l. i. in ultima
charta. ff. solut. matr. & Felin. in d.c. fin. & Ia-
son in d. l. fin.
Septimo & ultimo sunt iudices † qui dicun 37
tur Executores: quæ dictio habet plura signi
ficata, de quibus per Abb. in c. pastoralis. §.
quia uerò. ß. de offic. deleg. Sed intelligendo
prout facit ad pręsentem materiam, dic quòd
executor dicĩ quatuor modis. Primo mo
do dicĩ executor, quilibet ordinarius: quia
sententiam quam tulit potest exequi. l. à diuo
Pio. ff. de re iud. & hoc modo capitur in l. fi. §.
executores. C. ut nemo priuat. tit. Secundo
executor dici potest etiã is, cui mãdata est iu-
risdictio: qa talis potest exequi suas sentẽtias,
ut ß diximus. Et idẽ in delegato principis. &
ita debet intelligi tex. in l. fin. & in l. apertissi-
mi. C. de iudi. & est gl. in c. si quis contra cle-
ricum. de foro compet. † Tertio modo di- 38
citur

citur exequutor, apparitor seu nuncius, qui
facit exequutionem iussu præsidis: & quili-
bet iudex habet duos exequutores.§.nullo.
in auth.de iudicijs. Et si fuerint negligentes,
poterit iudex etiam delegatus eos mulctare,
& remouere ab officio.l.fi.C.de sportulis. Et
isti exequutores pluribus nominibus appel-
lanť, de quibus per gl.in d.§.nullo.& de istis
intelligiť tex.in l.sancimus.C.de iudi. Quar
39 to modo†dicuntur exequutores quidam iudi
ces ordinarij, qui uigore legis municipalis
sunt constituti ad exequendas sententias, pu
ta in causis minorum, uel fiscalibus, & de his
intelligitur tex.in d.l.fin.C.de iudi.secundū
Fulg.& Ias.ibi; quod non credo uerum, quia
non est uerisimile quòd Imperator habuerit
respectum ad ista statuta.c.i.de constitutio-
nib.lib.vi. Qua ratione etiā reprobať quod
not.Bal.& Fulg.in l.fi.C.ubi & apud quem.
dum intelligunt illam l.de iudicibus chartu-
40 larijs,†qui ex forma statutorū habent tantùm
iurisdictionem uoluntariam, & sunt notarij
qui scribunt instrumenta guarentigionata,
& uigore iurisdictionis sibi à statuto tributę,
faciunt præceptum parti ut soluat intra cer-
tum diem: quod præceptum tanquam aduer
sum confessum, habet exequutionem para-
tam, de quo in l.si debitori.ff.de iudi.& decla
rat Ias.in l.i.§.si quis ita.ff.de uerb.oblig.&
de istis chartularijs dicunt ipsi debere intelli
gi text.in d.l.fin.C.ubi & apud quem.& in l.
rem non nouam.C.de iudi.& de his etiam in
telligitur text.in l.i.ff.de iudi.secundum gl.
Bart.& Paul.de Cast.ibi. quæ opinio nō est
uera, quia non est uerisimile dictas leges ha-
buisse respectum ad similia statuta, ut etiam
dicit Thomas Decius Seneñ.in l.ait prætor.
§.si iudex.ff.de re iud.& text.in d.l.rem non
nouam. potest intelligi in procuratore Cæ-
saris, qui habet iurisdictionem uoluntariam
inter priuatos, ut not in l.i.C.de pedan.iudi.
& d.l.fi.loquitur de iudicibus datis, seu dele-
gatis, de quibus s dixi. Et hæc sint
satis pro clariori introductio-
ne istius materiæ.

RVBRICAE FINIS.

IN CAP. PERNICIOSAM.
argumenta.

1 *Vrbs quælibet suum habet episcopum: quod tu intellige de consuetudine Italiæ, non autem de iure.*

Ibi. *Episcopi de iure non sunt dandi nisi maioribus ciuitatibus.*

2 *Ciuitatis constitutio est de iure gentiū, & potest fieri sine autoritate superioris.*

3 *Diœcesis appellatione comprehenditur etiam ciuitas.*

4 *Extensio de stricta uocabuli significatione ad latam fit in correctorijs & in materia stricta.*

5 *Statutorū materia quæ strictam interpretationem recipit, capit uerba generaliter.*

6 *Dispositio hominis uerba in dubio specialiter accipit, dispositio uerò legalis generaliter.*

7 *Dispositio legalis filij appellatione nepotem cōprehendit, sed dispositio hominis secus.*

8 *Qui liberam habet facultatem, liberā habet & procedendi facultatem. & nu.9.10.*

11 *Inquisitio quomodo episcopo de iure diuino regulariter permissa sit.*

12 *An differētia aliqua sit inter ius ciuile & canonicū, quo ad permissionem inquisitionis.*

13 *Inquisitio potest in omni crimine formari.*

14 *Inquisitionis iudicium an sit ordinarium, uel utroque iure extraordinarium.*

15 *Differentia inter inquisitionem & restitutionem.*

16 *Ordinarium quot & quàm diuersis modis accipiatur.*

17 *Iudicium extraordinarium quod dicatur.*

Ibid. *Inquisitio quomodo iudicium habeat ordinariū, licet pœnam extraordinariam inferat.*

18 *Episcopo permissa & licita est inquisitio contra laicos adulteria committentes.*

Ibid. *Crimen graue & impediens executionem, impedit ne clericus incarceratus relaxetur etiam cum fideiussore.*

19 *Episcopi regulariter non possunt inquirere de sceleribus laicorum.*

20 *Iurisdictionis exceptio nunquam censetur reiecta.*

21 *Episcopus potest cognoscere in criminibus notorijs laicorum, propter præsumptam secularis iudicis negligentiam. Vide ī num.28.*

22 *Facultas inquirendi in laicos adulteros episcopo concessa, qualiter & quot modis intelligatur.*

23 *Ordo præposterus toleratur in iure.*

24 *Iudex ecclesiasticus in executione suæ sententiæ implorat brachium seculare.*

25 *Laicus ubi & quando officiū imploret ecclesiastici iudicis.*

26 *Differentia inter ecclesiasticum & secularem iudicem.*

27 *Iudex ecclesiasticus implorans brachium seculare, intelligitur implorare citra præiudicium suæ iurisdictionis.*

28 *Creditor qui de facto & propria autoritate bona debitoris apprehendere potest, si uadat ad iudicem, præiudicat, nec poterit amplius sua autoritate uti.*

29 *Iudex ecclesiasticus potest, si uult, iudicem cuius brachium implorauit, omittere, & alium adire. intellige tamen & limita ut nu.30.31.32.33.*

34 *Episcopi non possunt inquirere nisi præcedente fama.*

35 *Iudex præcedente fama potest liberè inquirere contra adulteros.*

36 *Statutum & commissio principis in eadem sunt intelligentia.*

37 *Fama dum dicitur requiri ante inquisitionem, quomodo intelligendum.*

38 *Facta tenent & ualent non solùm quando fiunt facta, sed etiam quando cœperunt in esse produci, licet à principio fieri non potuissent.*

Ibid. *Fama usq; adeò est necessaria ante inquisitionem, ut si iudex aliter formet inquisitionem, appellari possit.*

39 *Reus potest pro sua innocentia facere alias probationes, quæ elidant famam.*

Credere

106 *Credere socijs criminis in aliquo delicto, non extenditur ad ea quæ non uerè, sed per dæmonum illusiones uidentur.*

107 *Statutum mandans quòd iudex fidem adhibeat libris mercatorum, intelligitur in causa mercantili.*

108 *Ordinarius licet sit merus executor, non tamen tenetur parêre mandato delegati Papæ, quando nulliter processit.*

109 *Ordinarius licet sit merus executor delegati Papæ, de cuius tamen delegatione dubitatur, potest super tali articulo cognoscere.*

110 *Iudex laicus habens conscientiam certam pro condemnato, non debet aliquo modo concedere brachium inquisitori.*

111 *Iudex secularis tenetur exequi sententiã, etiamsi episcopus nõ faciat sibi fidem de processu.*

112 *Iudex secularis quando nõ tenetur exequi sententiam episcopi, etiam in re merè ecclesiastica.*

113 *Iudex secularis quando non debeat adiuuare episcopum contra prælatum.*

114 *Præsumitur pro eo qui habet regulam pro se particularem, licet alia generalis sit in contrarium.*

115 *Iudex in dubio debet pronunciare appellationẽ esse deferendã.*

116 *In dubijs electio illius partis debet fieri, per quam utriq; litigatori consulitur.*

117 *Iudex exequens nõ tenetur parêre iudici extraiudicialiter procedenti, uel brachium seculare imploranti.*

118 *Iudici extraiudicialiter procedenti impunè non pareri potest.*

119 *Iudex secularis in criminibus non tenetur præstare auxiliũ episcopo, nisi sibi fiat fides de processu. Intellige tamen ut consequenter arguendo concludit.*

120 *Iudex secularis nõ dicitur tunc executor, quando episcopus uolens puniendo sententiam suam exequi, simpliciter implorat ab eo ut sibi familiam concedat.*

Ibi. *Iudex ecclesiasticus in extraiudicialibus præceptis non est maior seculari, sed par, nec potest ei mandare.*

121 *Iudex secularis tenetur adiuuare ecclesiasticum, & econtra.*

122 *Ecclesia quomodo sententiam secularis exequi debeat.*

123 *Iudex ecclesiasticus potest secularem iudicem recusantem eum iuuare, excõmunicando cogere.*

124 *Episcopus propter autoritatem legis hoc dictantis, tenetur obedire literis Potestatis ei scribentis, & temporalem iurisdictionem habentis.*

125 *Iudex secularis debet iuuare episcopũ per banna et relegatiões.*

126 *Prælati exempti, puta hospitalarij & templarij, nõ sunt episcopis subditi.*

127 *Auxilij imploratio non fit nisi in subsidium, & cùm opus fuerit: priuilegium autem exemptionis non trahitur ad illa extraordinaria auxilia.*

128 *Reus condemnatus ab episcopo secundum legem canonicam in crimine mixto, an possit etiam à iudice ciuili condemnari.*

129 *Faciens iniuriam duobus, tenetur ad satisfactionem utrique insolidum.*

130 *In crimine mixto principaliter punibili iure ciuili, si delinquens fuerit semel punitus à iudice seculari, non poterit amplius puniri per ecclesiasticum iudicem.*

131 *Absolutus uel condemnatus in loco delicti, non potest amplius accusari in loco domicilij. Intellige tamen & limita ut numero 132.*

Ibi. *Punitus in foro domicilij, poterit adhuc puniri in loco delicti.*

133 *Punitus ab episcopo in crimine principaliter ecclesiastico, non poterit per iudicem secularem rursus in totum, sed tantum de excessu puniri.*

134 *Punitus pœna iuris canonici legitima & ordinaria, & simili pœnæ legali, nõ potest amplius per secularem iudicem puniri.*

135 *Iudex ecclesiasticus commissus à Papa ad inquisitionem alicuius criminis, censetur cõmissus etiam ad pœnam sanguinis.*

136 *Accusator qui semel egit in iudicio ecclesiastico, non debet rursus admitti in seculari.*

CAPVT PRIMVM.

1 PErniciosam.) †Nota primò in text. ibi,
singularũ urbium episcopi. quòd quæli-
bet urbs habet suum episcopum: quod dicit
Abb. & alij procedere de cõsuetudine Italię,
non autem de iure: quia potest esse ciuitas, li-
cet nunq̃ habuerit episcopũ: imò de iure, epi
scopi non sunt dandi nisi maioribus ciuitati-
bus, c. episcopi. lxxx. dist. c. i. & ibi Abb. J. de
priuileg. & ita tenet Bal. in l. si in aliquam. ff.
de offi. proconsl. Imol. Rom. & Doct. in l. i. §.
siue autem. ff. de noui oper. nunc. & per Car-
di. in Clem. dudũ. in uers. ciuitates. de sepult.
& est cõmunis conclusio, pro qua facit, †quia 2
ciuitas potest constitui etiam sine autoritate
superioris, ex quo talis constitutio est de iu-
re gentium, ut dicit gl. & sequuntur Doct. in
l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure. & tamen epi-
scopus non potest constitui sine autoritate
Papæ. & ita tenet etiam Bartol. in extrauag.
qui sint rebelles. in uerb. Longobardiæ. Sed
ista dicta non carent difficultate: quia Inno-
cen. in c. cùm ab ecclesiarum. J. eod. & Bartol.
in l. fin. ff. de colleg. illicit. tenent quòd non
possit constitui ciuitas sine autoritate princi-
pis. pro quibus facit, quia ciuitas dicitur quæ
muris cincta est. l. ij. & l. pupillus. §. urbs. de
uerb. signif. & facit text. in c. si ciuitas. infra
de senten. excõmunic. in vi. Sed muri ciuita-
tum non possunt construi sine licentia prin-
cipis. l. sanctum. §. in municipijs. ff. de rer. di-
uis. Quare puto esse distinguendũ; quia aut
loquimur de iure gentium, & de eo iure po-
terat esse ciuitas, etiam si nulla principis auto
ritas interuenisset. d. l. ex hoc iure. Aut loqui
mur de iure ciuili, & tunc si isti populi uolen
tes condere ciuitatem sint liberi, non require
tur aliqua principis autoritas, ut dicit Rom.
in d. l. i. §. siue autem. Aut non sunt liberi, &
credo nõ posse constitui ciuitatem sine prin-
cipis licentia. & ita procedet opinio Innoc.
pro qua ultra eius rationem facit, quia ciui-
tas dicitur quæ habet saltem leuissimam iu-
risdictionẽ. l. siduas. ubi Iacob. de Are. ff. de
excus. tut. unde habet ius constituendi defen
sores. §. iusiurandum. in authen. de defensor.
ciuit. & per Bartolum in d. uerbo, Longobar
diæ. Sed talis iurisdictio non competit nisi
uolente principe. l. i. ff. de constit. princip. l. i.
ff. de offic. præfect. præt. ibi, regimenis rei-
publicæ translatis. & per Bald. in tit. quæ sint
regalia. in usib. feud. & in extrauag. de pace
Constan. in prin. in uerb. iurisdictione. Aut
loquimur de iure Canonico, & posset teneri
quòd ius canonicum hodie non habeat pro
ciuitatibus nisi eas quæ habent episcopum:
& sic potest intelligi iste text. & saluatur opi-
nio Bald. ita tenentis in d. l. ex hoc iure. in v.
col. Nec obstat text. in d. c. i. de priuil. & in
d. c. episcopi. quia possunt procedere de iure
antiquo, quo à principio fuerũt inducti epi-
scopi. Et istud uidemus hodie, quòd omnis ci
uitas, etiã minima, habet episcopũ. Nec ob
stat q̃ etiã minores ciuitates, etiã nõ habẽtes
episcopum, appellantur à Romano põtifice
ciuitates, ut probatur in d. c. i. unde sequitur
notabilis Innoc. decisio in d. c. cũ ab ecclesia,

text.iuncto c.iij.de consuet.lib.vi. & c.quali-
ter.ij.J.de accus.ubi non potest episcopus in-
quirere absque consilio capituli sui,&tamen
dicitur quòd potest liberè inquirere: nisi di-
xeris quòd iste tex. restringit hanc facultatẽ,
supplendo illa uerba,secundum quòd Cano
nes censent. Item hic tolleret ius tertij,uide-
licet ipsius capituli: ibi ex dispositione legis
est quæsitũ ius inquirendi & ulciscendi epi-
scopo, d. c. qualiter & quando. & propterea
credo quòd gl.in d. Clem.dudum.non sit ue-
ra, & contra eam fuit aliàs consultum, ut per
Feli. in d.c.i.de rescript. & ad suprà dicta ui-
de Bal.in c.cùm olim.de consuet.

NOTA quarto ibi, adulteria & scelera in-
11 quirere,†quòd regulariter de isto iure per-
missa est episcopis inquisitio. Et propterea in
fert hic Bal,quòd de iure canonico iudicium
inquisitionis dicet ordinariũ. & idem tenet
Bart.in c.super literis.de rescript.& fa.quod
not.Bart.in l.si maritus.§.i.ff.de adul.ubi in-
fert,quòd si statuto indistinctè permittat in-
quisitio,tale remediũ erit ordinariũ. De iure
uerò ciuili inquisitio est remediũ extraordi-
nariũ,ex quo regulariter sine accusatione ne
mo punit. l.rescripto. §.si quis. ff. de mun.&
ho. & ita tenent Bald.But.Imol.& And.Sic.
hic, & per Com. consil.cxxxv.ad primũ. cir-
ca fin. Sed hic aduertendum est circa duo.
12 Primũ est,†nunquid sit aliqua differentia in-
ter ius ciuile &canonicũ quo ad permissionẽ
inquisitionis. Secũdum est, nunquid uerũ
sit,quòd inquisitionis iudiciũ sit ordinariũ.

Circa primũ puto quòd nõ sit aliqua diffe-
rentia inter ius ciuile &canonicũ:quia etiam
de iure ciuili,si præcedat fama, uel alia legiti-
ma indicia,licita est inquisitio.l.i. C. de cust.
reo.& l.iustissimos. C. de offic.rect. prouin.
& probatur in l.congruit. ff. de offic.præsid.
Nam nisi licita esset inquisitio particularis,il
la generalis de qua in d.l.cõgruit.nullius effe
ctus esset. Et istam opin.tenuit Nicol.de Ma
ta.quem refert & sequitur Bar.in l.ij. §.si pu-
blico.ff.de adul.Bal.in l.iubemus.C.de pro-
bat.Salic.in l.ea quidem.in ix.col.C.de accu
sat.& latè per Aret.in c.qualiter & quãdo.ij.
in xv.col.cum quatuor seq.J.de accu.& idem
etiã tenet Ang. de Aret. in tract.malef.in iij.
charta. Et istud tanto magis procedit de iure
nouissimo,per tex.in §.iubemus autẽ. in au-
then. de collato.per quẽ dicit Io. And.in c.fe-
13 licis.de pœn.in vi.in nouella,†quòd hodie po
test in omni crimine formari inquisitio,&idẽ
tenet Io.Fab. Instit.de publ.iud. in prin.facit
tex.in auth.quid si delinquentes. de mandat.
prin.& ista opin.est uera,si intelligatur,præ-
cedentibus tamẽ fama,uel indicijs legitimis,
de quib.per Doct.in c.cùm oporteat.J.de ac-
cus.id est,ex quibus uerisimiliter iudex indu
catur ad probabilem credulitatẽ, seu præsum
ptionẽ, quòd delictũ fuerit cõmissum. Et sic
teneo quòd non sit differentia inter ista iura,
quicquid dixerint Doct.hic. Circa secun-
14 dum articulum cõmunis opinio est,†quòd imò

tale iudiciũ inquisitionis utroq; iure sit extra
ordinariũ,prout tenuit Innoc.in c.cùm opor
teat.J.de accus. & sequunt alij in rub. J. de iu-
di. unde inferũt ad statutũ loquẽs de iudicio
ordinario,ut inquisitionẽ non cõprehendat.
Mouent duabus rationib. Prima,quia tale iu
diciũ expedit officio iudicis nobili, ergo est
extraordinariũ,l.cùm filius,ff.si cer.pet.cum
concor. Sed ista ratio nõ est cõcludens, quia
etiã accusatio expeditur officio iudicis nobi-
li,ut dicit Bar.& sequunt Doct.in l.imperiũ,
in definitione meri imperij. ff. de iurisd. om.
iud.& tamen præfati Doct. habent pro con-
fesso,quòd iudicium accusationis sit ordina-
rium;unde text.in d.l.cùm filius.ff.si cer.pet.
solùm procedit in officio iudicis nobili,quod
datur loco deficientis actionis, & cõpetit ex
quadam æquitate ad priuatam utilitatẽ. Se-
cunda ratio est, quia iudicium inquisitionis
etiam quòd iure canonico & ciuili regulari-
ter permittatur, tamen ex quo est cõtra regu
lam iuris, de qua in d. l. rescripto. debet dici
extraordinarium. l. in causæ.ij. ff. de minor.
ubi restitutio in integrum quamuis regulari
ter permittatur minoribus læsis, tamen dici-
tur extraordinaria. Et istud fundamẽtum ui-
detur etiam confundere illud quod dicit Bar
tolus in l.si maritus.& ã retuli. Est uerũ quòd
sustinendo Bart.posset responderi,†conside- 15
rando differentiam inter restitutionem in in
tegrum, & inquisitionem ; nam restitutio in
integrum fuit introducta contra regulas iu-
ris gentium,ex quo rescindit ea quæ semel ta
cito consensu placuerant.l.cùm amplius.§.is
natura debet.ff.de reg.iur.l.sicut.C.de actio.
& oblig.unde meritò tale iudicium est extra-
ordinarium, ex quo ius ciuile nõ potest in to
tum alterare dictam regulam iuris gentium.
Sed inquisitio tantummodo est contra regu-
lam iuris ciuilis. d.l.rescripto. §. si quisquam.
Ius uerò ciuile potest in totum tollere,si uult.
Et propterea,ea sublata in casibus,in quibus
permittitur inquisitio, remanebit iudiciũ or-
dinarium. Et ita posset dici, sustinendo Bart.
Pro quo facit,quia restitutio in integrum,est
remedium subsidiariũ, unde meritò dicitur
extraordinarium,prout declarat Bald. in d.l.
in causæ. quod non est in inquisitione, cuius
iudicium non datur in subsidium, & propte-
rea etiã superueniente accusatore non cessat,
declarãdo ut per Bar.in d.l.si maritus. Et pro
pterea tu aduerte,quia uerior uidetur opinio
contra cõmunem, & consequenter quòd ta-
le iudiciũ hodie sit ordinarium. Et in primis
sciendum est,†quia ordinariũ capitur diuer- 16
sis modis, prout importat subiectũ cui appli-
catur:unde pœna dicit ordinaria, quæ habet
certũ modũ cõstitutũ:nõ autẽ est arbitraria.l.
ij.ff.de crim.stellio.l.fin.ubi Bar. ff.de priua.
delic. Et delictũ dicitur ordinariũ, quod cer-
tis legibus specialiter punit : sicut extraordi-
nariũ, quod nõ habet certũ nomen à lege impo
situm,ut in tit.ff.de extraord.crimin.&ibi gl.
in rubr. Et cognitiones ordinariæ dicuntur,

ubi præscriptum est quomodo iudex proce-
dat & cognoscat. Si uerò ex qualitate nego-
cij arbitrariũ est iudici cognoscere, tunc dici
tur cognitio extraordinaria.l.ij.in fi. ff.de ua
rijs & extraord.cog. Ordinariũ dicitur etiam
munus,quod à lege est impositũ, habens cer
tam & determinatã præstationẽ, ut per Bart.
in l.i.in v.col.C.de mulie.in quo loco.& not.
in l.fi.C.de uaca.mu.lib.x. Ordinariũ etiã di
citur mandatũ,quod regulariter fieri potest.
l.solet.ff.de offi.procons.facit l.i. C.de indic.
lib.x.& quod not.Bart.in d.l.si maritus. Sed
ista exempla nõ loquuntur de iudicio,& pro
17 pterea in specie dic,† quòd extraordinariũ iu
diciũ dicitur,in quo ordo & solennitas à lege
tradita nõ obseruatur.ita est tex.in l.ordo.ff.
de pub.iud.& facit d.l.fin.ff.de priuat.delict.
Vnde cùm quædam solennitates aliàs tradi-
tæ,per legem XII.tabul,essent sublatæ,meri
tò omnia iudicia de iure ciuili dicũtur extra-
ordinaria.§.fi.Insti.de interdic.& propterea
de iure ciuili casus est expeditus nedum in
inquisitione,sed etiã in accusatione,& in cæ-
teris iudicijs.Sed in statuto loquiĩ de iudicijs
extraordinarijs,ergo nõ potest accipi ista in-
telligentia, quia aliàs statutũ nunq̃ uerifica-
retur:unde sicut olim iudicia dicebanĩ extra-
ordinaria, in quibus nõ seruabanĩ solennita
tes cõstitutæ à lege XII.tabul. ita hodie statu
tum debebit intelligi de iudicijs extraordina
rijs,id est,in quibus ordo cõmuniter traditus
à lege,nõ obseruatur.Et cõsequenter cõpre-
henduntĩ casus,in quibus summariè & de pla
no procediĩ.& probatur in Cle.sępe.in uers.
de uer.sig. Et propterea cùm in inquisitione
regulariter seruetur ordo iudiciarius cũ suis
solennitatib.c.ad petitionẽ.& d.c.qualiter &
quando.ij.in gl.in uerb.cõtra quẽ.ĩ.de accus.
uideĩ q̃ in se dicaĩ iudiciũ ordinariũ,licet pœ
na sit extraordinaria, ex quo potest diminui
arbitrio iudicis,secũdũ s dicta,& d.c.qualiter.
18 NOTA quinto,† q̃ episcopus potest etiã
cõtra laicos inquirere adulteria cõmittentes:
nam iste tex.generaliter loquitur,nec distin-
guit laicos à clericis,& propterea debet gene
raliter intelligi,secundum Abb.hìc:sequitur
Imol.& Sicul.& ita etiam tenent moder.in c.
cùm sit generale.ĩ.de for.comp.& in c.consu
luit.i.ĩ.de appel.Et propterea talis episcopus
poterit punire adulterũ, uel separando torũ,
c.tuæ.de procur.uel detrudendo in monaste
rium,c.gaudemus.ĩ.de cõuer.cõiug.uel scin
dendo pãnos,& tondendo eum in derisionẽ.
c.de benedicto.xxxij.q.i.& ita etiã tenet Ro.
sing.dclxvij.nos sumus.Et pro ista parte pri-
mo inducitur iste tex. Secũdo tex.in d.c.con
suluit.i.ĩ.de appel. Tertio adducitur tex.in d.
c.gaudemus.& text.in c.intelleximus.ĩ.de a-
dult. Vltimo pro hoc facit ratio, quia matri-
moniũ est de sacramentis ecclesiæ.c.ut debi-
tum.ĩ.de biga. ergo si illud uideĩ, iurisdictio
debet spectare ad iudicem ecclesiasticum, &
propterea adulteri dicũtur sacrilegi.l.quam-
uis.C.de adult.Et ista est cõmunis opinio,se
cundum Feli.in d.c.cùm sit generale. Con
trariam opinionẽ tenuit Innoc.in c.cùm tuę.
de procur.& Ioan.And.in c.fin.de for.com-
pet.in vi.moti per text.in d.c.tuæ. Confirmo
istam opinionẽ primo per tex.in c.incestuo-
si.xxiij.q.v. ubi si laici incestuosi non parent
admonitionibus sacerdotũ, oportet ut per se
culares potestates coerceantur, ex quo aliter
per ecclesiam non possunt corrigi. certè si re
gula non procedit criminaliter contra ince-
stuosos, multò minus contra adulteros. arg.
l.si adulteriũ. ff.ad leg.Iul.de adult.Secundo
confirmo per tex.in d.c.cùm sit generale,ubi
speciale est fauore ecclesiæ,quòd iudex eccle
siasticus procedat contra ecclesiasticos sacri-
legos,ex quo furantur bona ecclesię:ergo in
contrariũ est ius cõmune,præsertim in adul-
tero,in quo cessat ista ratio.Tertio confirmo
per tex.in d.c.de benedicto. ubi iudex eccle-
siasticus remitit adulterũ puniendum ad iu-
dicem secularem,unde ostenditur quòd ipse
nõ habebat facultatẽ eum puniendi, nisi illa
simplici castigatione quæ fit per derisionem.
Nec obstant allegata in contrarium,& pri
mo iste tex. quia impossibile est q̃ iste tex.ac-
cipiat intellectum Abb. Nam si generaliter
intelligeretur in laicis,sequeretur quòd sicut
possunt episcopi inquirere de adulterijs ad-
uersus laicos, quòd possent etiam de alijs sce
leribus,quia textus utraq; simul iungit:& ta-
men † istud est falsum,quia regulariter episco 19
pi non possunt inquirere de sceleribus laico
rum, ne imponant falcem in messem alienã,
c.nouit.ĩ.de iudi.& per omnes in d.c.cùm sit
generale. nisi sint delicta uel merè ecclesiasti
ca,uel mixta: uel nisi procedatur per denun-
ciationẽ euangelicã,ut ibi per Abb.& Doct.
Necessariò igitur iste tex. generaliter intelli-
gi non potest, sed est restringendus ad cleri-
cos,in quibus episcopi habent ordinariã po-
testatẽ. Vnde uerior uidetur intelligentia In
noc.Hostieñ.Bal.Ioan.de Ligna.Card.& an
tiquorũ hìc,qui restringũt tex.dummodo il-
li, aduersus quos episcopus inquirit, ad suã
iurisdictionẽ pertineant:& sic præsupponũt,
quòd contra laicos nõ possit per episcopũ in
isto casu cognosci.Et certè si istorũ autorita-
tes iungerentur opinioni Ioan.Andr.& In-
noc.ista opinio Abb.uix obtineret in practi-
ca, præsertim quia cõtra Abb.etiam uidetur
tenuisse Angel.in auth.sed hodie.C.ad l.Iul.
de adul.licet in l.quamuis.eod.tit.uariauerit.
Et pro isto intellectu facit,quia lex semper in
telligitur loqui in casu habili.c.i.de ætate &
qual.in vi.l.i.C.de sacrosanc.eccles.† & exce 20
ptio iurisdictionis nunq̃ censetur reiecta.gl.
in Clem.i.de sequest.possess.in fi. de qua per
Doct.in l.iiij.§.condemnatum.ff.de re iud.
Non obstat c.consuluit.quia ibi agebatur
propter uxorẽ quæ detinebatur ab adultero,
ut eam restitueret:nõ autem principaliter co
gnoscebaĩ de crimine adulterij, q̃d ostendit
illud uerbũ, detinere. Nam si actũ fuisset de
adulterio, eodẽ modo potuisset reus puniri,
etiam

etiam si olim detinuisset, licet de præsenti nō
detineret. Præterea ille textus loquitur in a-
21 dultero notorio,†& in criminibus notorijs
potest episcopus cognoscere, ꝑpter præsum-
ptam negligentiam secularis iudicis, ut dicit
Abb. hic in ij. col. & ibi dicam. Non obstat
c. gaudemus. quia ibi mulier illa nō fuit collo
cata in monasterio in pœnā, sed in prouisio-
nem, ut mulier honestè uiuat, declarando ut
ibi per Abb. in secundo intellectu. Non ob
stat c. intelleximus. quia ibi nulla pēdebat ac-
cusano adulterij, sed episcopus eos excōmu-
nicauerat, quia nō redierāt simul, prout ipse
præceperat: & sic excōmunicatio fuit lata in
pœnam contumaciæ, non in pœnā criminis.
Non obstat ratio Abb. quia sacramentū in
matrimonio cōsideratur propter euitationē
diuortij: unde diuertendo læditur sacramen-
tum, sicut adulterando læditur fides promis-
sa. c. omne. xxvij. q. ij. & propterea quo ad se-
parationē, quæ respicit sacramentū, ordina-
rius inquirit. d. c. tuæ, nō quo ad cætera. Præ-
22 tereaꝉadmissa ratione Abbatis, sequeretur ꝙ
ecclesiasticus nō possit inquirere de adulte-
rijs bigamorum, in quibus est defectus sacra
menti. d. c. debitū. Iste ergo tex. quatenus tri-
buit episcopis facultatē inquirendi in adulte
ros, potest intelligi primo generaliter in cleri
cis. Secundo potest etiā intelligi in laicis de-
linquentib. cum ecclesiasticis: quia talis co-
gnitio est etiā de foro episcopi, arg. c. quidam
clerici. lxxxi. dist. & c. eos. xxij. dist. per Fed.
de Sen. consil. clxij. & quod not. Maria. Soci.
in d. c. cùm sit generale. Item potest generali-
ter intelligi tam respectu clericorū, ꝗ etiam
respectu laicorum, non ad pœnam tempora-
lem, sed ad pœnitentiā imponēdam: pro quo
est tex. xxxij. quæst. v. c. fi. & ibi Archid. & ij.
q. vi. c. cathol. & ita istum text. intelligit Ioan.
And. in c. ad nostram. ij. j. de iur. iur. Et iste in
tellectus suadetur ex ultimis uerbis tex. dum
dicit, ad ea, quæ Deo placita sunt, prosequen
da. Nam talis pœnitentia est illa quę propriè
Deo placet, nō autē pœna criminalis. c. pon-
deret. in fi. & c. seq. 50. distinct. Et istud etiam
suadent illa uerba, secūdum quòd Canones
censent: nam intelligitur de pœnitētialibus.
c. ij. j. de pœnit. & remiss. Nec obstat quòd
text. dicat implorandum esse brachium secu-
lare: quod non uidetur habere locum ubi agi
tur de pœnitētia, ex quo illa ad uolentes per-
tinet, non ad coactos. quia respondeo, quòd
ista est propriè dubitationis ratio istius text.
per quem deciditur, pro tali pœnitentia im-
ponenda posse implorari brachium seculare.
& de hoc est tex. in c. displicet. xxiij. quęst. iiij.
& in tali pœnitentia possunt illa etiam uerba
uerificari, ulcisci & iudicare, de quibus in te-
xtu, & hoc probatᷣ in c. quis non potest. xxiij.
quæst. iiij. Et iste intellectus est sustentabilis,
& in se uerus, sed communis est notabilior,
& ideo tenendus.
23 NOTA sexto,†ibi, ulcisci & iudicare, quòd
præposterus ordo toleratur in iure. Nam
prius iudicatur, deinde fit ultio, & tamē tex.
prius posuit de ultione. & ita notant Imola,
Butr. & moder. hic. Et istud facit pro susten-
tatione libelli, quando aliquis petit Titiū co-
gi & compelli ad soluendum, & ad prædicta
condemnari; nam ualet talis libellus, non ob
stante præposteratione, ut etiam concludit
Bart. in l. i. C. de execut. rei iud. cum concor.
per Alex. & Ias. in l. ij. §. prius autem. ff. de uul
ga. & pupill. & Ias. in §. i. col. xxv. Instit. de a-
ctionib. & facit c. literas, ubi Abbas, in tertio
notab. j. de resti. spol. Sed tu aduerte, quia po
test defendi iste text. ab hac pręposteratione.
Nam inquirendo, incipit episcopus ulcisci
delictū: quia incipit inquisitus notari saltem
infamia facti, quia eius opinio est grauata a-
pud bonos uiros: licet lata sententia, particu-
laris uindicta deinde fiat in cōdemnatum, ut
probatur in c. inquisitionis. §. ad hæc respon
demus. ibi, propter Deū huiusmodi punien-
dum. j. de accus. Nam tex. ibi appellat proces
sum inquisitionis, pœnam, & propterea non
potest fieri nisi præcedentibus legitimis in-
dicijs. c. licet. de simo.
NOTA septimo, ibi, & cū opus fuerit & c̄.
†quòd iudex ecclesiasticus in executione suę 24
sententiæ implorat brachium seculare. facit
tex. in c. quoniam. j. eod. & xxiij. q. iiij. c. non
inuenitur. cum simili b. Et è conuerso†laicus 25
quandoꝗ implorat officiū iudicis ecclesiasti
ci (exēpli gratia, ubi cōdemnauit aliquā adul
teram, quæ debet detrudi in monasteriū) se-
cundū auth. sed hodie. C. de adul. Nam cū iu
dex laicus nō habeat monasteria, debebit im
plorare officiū episcopi, qui illi cōcedet. arg.
l. inter pœnas. ff. de interdic. & releg. & ita te-
net Soci. in d. c. cùm sit generale. ita saluando
dictū Archid. xxv. q. iij. c. rex debet. ut ibi per
eum. †Est tamen differentia inter istos: quia 26
ecclesiasticus potest cogere secularē, etiā per
censuras, ut sibi pręstet auxilium. c. ij. j. de ma
ledi. & per Sicul. hic. Sed secularis nō potest
cogere ecclesiasticū, ut dicit hic Innoc. & se-
quuntur omnes. Est uerum quòd non debet
ecclesiasticus implorare tale brachiū, ad pu-
niendum clericum, nisi sit incorrigibilis. c.
cùm non ab homine. j. de iudi. Secus est si im
ploret nō ad puniendum, sed fortè quia eius
timeat potentiam, ut per Abb. in d. c. quoniā.
in fin. j. eod.
NOTA ultimo, ibi, nō ad præiudicandū.
secundum intellectū cōmunem,†quòd eccle 27
siasticus implorans brachiū seculare, intelli-
gitur implorare citra præiudiciū suæ iurisdi-
ctionis. Et ex hoc sequitur, quòd non potest
iudex secularis prætendere aliquam iurisdi-
ctionem in talem condemnatum, in præiudi
cium ecclesiæ. Dubium faciebat, quia implo
rando eius brachiū, uidetᷣ quodammodo iu-
risdictio prorogata aduersus reum de cōsen-
su ipsius episcopi. l. i. ff. de iudi. & potuisset di
ci, uia quam eligisti tibi pateat. l. si mulier. in
fin. ff. quod met. caus. & facit quod notat Bal
dus in l. i. in ij. not. C. de execu. rei iudic.† ubi 28

dicit, quòd si creditor, qui potest propria au-
toritate de facto apprehendere bona debito-
ris, uadat ad iudicẽ, censetur sibi præiudicas-
se, & non poterit amplius propria autoritate
uti. Idem tenet Bald. in l. ij. in vi. col. C. de ser-
uit. de quo per Deciũ cõsil. cxlvi. in ij. dubio.
Sed tamẽ istæ rationes in casu nostro nõ mi-
litant, quia nõ potest tribui aliquod ius secu-
lari, ex quo iudex ecclesiasticus eius brachiũ
implorat, cum certa limitatione, uidelicet nõ
tanq̃ cognitoris, sed tanq̃ executoris, arg. c.
ut inquisitionis. §. prohibemus. de hæret. in
29 vi.†unde posset ecclesiasticus, si uellet, omisso
iudice cuius brachium implorauit, alium adi
re. ita probatur in isto tex. quod est singulari-
ter notandũ. Et ex ratione istius tex. potest li-
mitari supradicta decisio Bald. quæ quotidie
occurrit in practica, ut non procedat primò,
quando ille qui adiuit iudicem, simpliciter di
ceret se facere ad euitanda scandala. arg. l. æ-
quissimũ. ff. de usufruct. Nam cessante dubi
tatione scandali, uidetur quòd propria posit
autoritate ire, quia ille consensus habet limi-
tatam causam, ergo limitatũ pariet effectũ. l.
in agris. ff. de acquir. rer. dom. l. age. cũ simil.
30 ubi moder. C. de transact. †Secundo limita
tur, quando expresse reseruasset sibi faculta-
tem ingrediendi, ut consuluit Alex. consil. c-
xxix. in causa & lite. col. fin. in iiij. Idem si di-
xisset, citra præiudiciũ iuriũ suorũ, arg. istius
31 tex. †Tertio limitatur quo ad alia remedia,
quia poterit non solùm petere à iudice, quòd
adiudicet sibi illa bona, sed etiam quòd inte-
rim eum incarceret, ex quo in executiuis pos
sunt plura remedia eodem tempore intenta-
ri, ut per Bart. in l. consentaneũ. in ult. col. C.
quom. & quand. iud. & per Alex. in l. iiij. §. si
ex conuentione. in prin. ff. de re iud. Ias. in l.
nulli. in iij. col. C. de iudic. quod tamen uide-
tur intelligendum, quando post primũ reme
dium debitor adhuc remanet contumax, &
non soluit. c. quoniam frequenter. §. fi. j. ut li-
32 te non contest. †Quarto limitatur, quando
creditor uidens fortè iudicem negociũ diffe-
rentem, permisisset labi instantiã datam cau-
sis executiuis à statuto: nam uidetur quòd re
sarcitis expensis, posit denuò propria auto-
ritate bona debitoris occupare. arg. auth. qui
semel. C. quo. & quand. & per not. in l. prope
33 randum. in fi. C. de iudi.†Sed nunquid pos-
sit iste creditor pro parte unum adire iudicẽ,
& pro parte adire alium? Ias. in d. l. nulli. dubi
tat, & uidetur innuere quòd sic: quia in exe-
cutiuis possunt intentari plura remedia, per
dictum Bart. in d. l. consentaneũ. cum simil.
Teneo contrariũ, per regulam d. l. nulli. quæ
uult, quòd continentia causæ nõ debeant di-
uidi: quæ regula habet locum etiam in execu
tiuis, unde in illis procedit recõuentio, ut per
Bar. & Doct. in auth. & cõsequenter. in prin.
& in col. penult. C. de sent. per Soc. in c. i. j. de
mutuis petitionib.

GLOSSA PRIMA.

In gl. prima, in prima part. nota, quòd quã-
uis lex dicat† quòd episcopi debeant inquire- 34
re, tamen requiritur quòd præcedat fama. &
ista gl. cõfundit opin. Angeli in l. si uacantia.
C. de bon. uacant. lib. x. tenentis per istum te
xtum generaliter intellectum, quòd ordina-
rij iudices possunt indistinctè inquirere, etiã
si non præcedat fama; secus in delegatis. & ita
intelligit iura in contrariũ allegata. Sed non
puto recedendum ab opin. gl. quia Ang. re-
probatur cõmuniter in hoc, ut etiã dicit Are
tinus in d. c. cùm oporteat. & in d. c. qualiter
& quando. Et ex ista gl. infert hic Bal.†ad sta- 35
tutum disponens, quòd iudex liberè possit in
quirere contra adultos; nam intelligeẽ secun
dum hunc tex. scilicet præcedente fama; & se
quũtur moder. hic. Et in isto casu cõsequens
est, ut nõ sit plenè uerificanda illa qualitas, q
essent adulteri, sed satis est si solùm deprehen
datur per famã; quia statutũ recipit interpre-
tationẽ à iure cõmuni. l. si serui. C. de noxal.
Et ita puto limitandum quod not. Bart. in l. i.
§. & parui. ff. quod ui aut clàm.†Et quod dicit 36
Bald. in statuto, adde idem esse in cõmissio-
ne principis. d. c. cùm oporteat. ubi Doct. j. de
accus. Declara istam gl. tribus modis. Pri-
mò,†dum dicit requiri famam ad hoc ut pos- 37
sit inquiri, intellige, istud esse satis si tempore
quo incipit inquiri, sit ista infamia; nam quã-
uis deinde cesset, nihilominus tenebit inqui-
sitio, ut dicit Bald. & Imol. in l. is potest. ff. de
acquir. hæred. Et facit ratio, quia fama nõ est
causa finalis inquisitionis, ergo ea cessante,
non per hoc debet processus annullari. l. i. in
fi. ff. de minor.† Et sic habes declarationẽ ad 38
regulam l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui
uel alie. iur. ut aliqua teneant nõ solùm quan
do sunt facta, sed etiam quando cœperunt in
esse produci, quãuis à principio fieri non po
tuissent. & istud dictum etiam sequitur Ang.
in tract. malefic. in uerb. fama publica. Se-
cundo declara istam gl. ut ita necessaria sit fa-
ma, quòd si iudex aliter formaret inquisitio-
nem, posset appellari, ut per Bal. in l. ij. in pe-
nul. col. in iiij. quæst. C. de episc. audi. quia in-
de oritur grauamen irreparabile, propter li-
tes & sumptus, & quia grauatur eius opinio,
& quia fortè interim compelleret eum iudex
stare in carcere. Tertio declara,†ut reus pos- 39
sit, anteq̃ incipiaẽ prosequi contra eum, ipse
præuenire & demonstrare illam famam non
esse sufficientem, puta, quia habet ortũ à ma-
leuolis, ut est text. ubi omnes, in d. c. cùm o-
porteat. Et potest reus pro sua innocentia fa-
cere alias probationes, quæ elidant famam,
ut per Com. consil. cxxxv. ad primũ. per totũ.
†Limita istam gl. primò, ut nõ procedat in 40
inquisitione generali, quia illa fit etiam nullà
fama præcedente. xxv. q. vi. c. episcopus in sy-
nodo. per Abb. & alios hîc. Et licet nõ requi-
ratur fama, debet tamen prius constare, nun
quid maleficium sit cõmissum, ut per Bart. in
l. fin. in prin. ff. de quæst. & nunquid illud de
quo intendit inquirere, sit delictum punibi-
le. arg. l. si seruus. ubi Bar. C. de his qui ad ec-
cles.

41 clef.confug. †Secundo limitať, quando in-
quiſitio fit ad finem impediendi aliquam pro
motionē ad bonores, uel ordines, non autem
ad finē puniendi, c.i. de poſtul. prælat. c. cum
nobis, de elect. Et iſtas duas limitationes re-
fert hic Abb. & Doct. ſequuntur. Et idem
eſt ubi inquiſitio fieret ad impediendum deli
ctum, de quo dubitaret iudex ne fieret, ut di-
cit Innoc. in d.c.i. & in ſimili quod not. Inno.
in c. omnis utriuſq; ſexus.§ de pœnis. gl. in c.
nerui. xiij. diſtin. per And. Sicul. hic. Et idem
eſt generaliter, ubi inquiſitio nõ fit ad puniē-
dum, ſecundũ Abb. in c. qualiter & quando.§
42 de accuſ. †Tertio limitatur, ut quamuis nõ
præcedat fama, ſatis ſit ſi præcedāt indicia ue
riſimilia, ut per Bar. in l. fin. ff. de quæſt. quia
talia indicia ſunt loco diffamationis. & ita in-
telligiť d.c. qualiter & quando. & iſtud uoluit
Innoc. & Butr. in d.c. cum oporteat. & ibi A-
ret. in x. col. Et quo ad hoc ut ueniatur ad ca-
pturā in criminalibus, ſatis eſt etiam leuis ſu
ſpicio, ſeu aliqualis informatio, ſecundũ gl.
& Salic. in l. nullus. C. de exhib. reis. Bal. in l.
ij. C. de his qui latro. per Alex. in l. quæſtio-
nis. ff. de quæſt. cum cõcor. Licet quo ad tor-
turā requiranť legitima indicia, etiam ſi age-
reť de cauſa læſæ maieſtatis, ut eſt tex. ubi Dd.
in l. ſi quis alicui. C. ad legē Iul maieſt. etiā ſi
iudex haberet liberũ arbitriũ ex forma ſtatu-
ti, ut dicit Paul. de Leaz. in c. grauis. extra de
depoſ. & per Alex. in l. filiusfam. ff. de donat.
43 †Aduerte tamē, quia iſta procedunt in laicis:
ſed clerici nunq̃ poſſunt torqueri, niſi ſint in
famati de delicto, ut dicit Ab. antiquus in d.c.
grauis. quē ibi ſequunť Flor. & Imol. & Ab.
c. cum in contēplatione.§ de reg. iur. cum cõ-
cord. per Iaſ. in l. magiſtratib. ff. de iuriſd. om.
44 iud. †Et propterea poſſet etiā generaliter te-
neri, ꝙ contra clericos nõ poſsit inquiri, n ſi
ſint diffamati: & iſtā diffamationē uideň pro
priè conſideraſſe iura canonica. Sed tamē pu
to contrariũ, ꝙ imò procedať contra eos etiā
ad torturā, ꝗ̃uis non ſint diffamati, prout te-
nuit Abb. in d.c. grauis. reſpondendo ad illũ
tex. ut ibi per eum. Et confirmať ratiõe: nam
nulla eſt ratio cur, ſi ſint legitima indicia, nõ
debeant torqueri, dato ꝙ non ſint diffamati,
ex quo plus operantur indicia regulariter, ꝗ̃
diffamatio. l.i.§.ij. & iiij. & l. fin. ff. de quæſtio-
45 nib. unde †diffamatio ſimpliciter nõ facit indi
ciũ ad torturā, ut not. in c.i.§ de appell. & in c.
ueniēs.§ de teſtib. niſi ſit ueriſimilis, ut § dicā.
Nec credo ꝙ intentio tenentiũ, quòd cleri-
cus niſi diffamatus nõ poſsit torqueri, fuerit
excludere alia indicia grauia, quæ ex ſe ſatis
dicunť facere diffamationē, ſeu illi æquipol-
lent. c. ſuper eo. & ꝗd ibi not.§ de eo qui cogn.
conſang. & per Innoc. Butr. & Aret. in d.c.
cùm oporteat. & præſertim quia iſta indicia
faciũt notoriũ iudici. c. cum olim. & ibi Abb.§
de uerb. ſignif. ꝗd notoriũ ſuccedit loco diffa
46 mationis. †Quarto limitať, quando inquiſi
tio fit de iuſſu principis ex certa ſciētia præci-
piētis cõtra aliquē inquiri; nam tũc inquireť
etiā ꝗd nulla ſit cõtra talem infamia. l. nullus.
ubi Bal. C. ad legē Iul. maieſt. & per moder. in
c. cùm oporteat.§ de accuſ. Ang. de Aret. in
tract. maleſic. in uerb. fama publica. in ij. col.
†Quinto limitať, ut nõ procedat corā iudici 47
bus qui nõ teneň ſeruare ordinē iuris. Iſtud
fuit de mente Ioan. And. in c. olim. de accuſ.
ubi dicit ꝙ contra regulares poteſt inquiri, e-
tiam nõ præcedente infamia, ex quo cõtra ta
les iuris ordo nõ ſeruať. c. reprehēſibilis.§ de
appel. & d.c. qualiter. in fi. & illud dictum ſe-
quiť Ant. Pet. de Anch. & Floria. Et licet illa
deciſio quo ad regulares habeat aliquos con
tradictores, tamē omnes ſentiũt limitationē
in ſe uerā. Et ex hoc inferť, †quòd in delictis 48
enormibus poterit inquiri, etiā fama uel indi
cijs nõ præcedentib. l. ſi quis in hoc genus. C.
de epiſcopis & cler. l.i. C. de falſ. mon. ex quo
in talibus delictis nõ ſeruanť ſolennitates iu-
ris, ſecundũ Innoc. in c. cum omnes. de con-
ſti. Bal. in l. quid ergo.§. pœna grauior. in iiij.
col. ff. de his qui not. infam. cum concord. Et
pro hoc facit tex. in extrauag. ad reprimēdũ.
ubi poteſt per iudicē inquiri in crimine læſæ
maieſtatis, in quo lex nõ attēdit ordinē iudi-
ciorũ, ꝗ̃uis nõ præcedat fama, ut ibi per Bar.
in uerb. inquiſitionē. †Intellige tamē requiri 49
aliqualē ſuſpicionē. & iſtud probať in c. ex-
cõmunicamus.§. adijcimus. ubi Flor. & Ioā.
de Ana.§ de hæret. nam in crimine hæreſis, in
quiriť etiā ſi non ſubſit aliqua infamiæ nota,
ſed aliqualis ſuſpicio tantũ, puta quia quis di
ſcrepat à cõmuni cõuerſatione: ꝙ bene nota,
quia ſæpius in facto cõtingit. Sexto limitať,
†ut ꝗ̃uis nõ præcedat infamia, ſi formeť inqui 50
ſitio, & reus non opponat, ꝙ teneat proceſ-
ſus, ſecundũ Pet. de Anch. & moder. hic, &
per Ang. in loco § alleg. & eſt tex. in c. fin. de
accuſ. in vi. unde aduerſus cõtumacē poterit
procedi, etiā ꝙ nõ ſit diffamatus, ſecundum
Abb. in c. qualiter. †Septimò limitať, ut ſi 51
formata ſit inquiſitio, nõ exiſtentib. fama nec
indicijs, & reus captus cõfiteať delictũ, cõua
lidať iudiciũ, & ex tali cõfeſsione poterit con
dēnari. tex. eſt in c.i. de accuſ. in vi. & per An
cha. in Clemen.i. de homicidijs. & per Ang.
in d. uerb. fama publica. in x. col. & Barth. Ce
pol. in conſil. lxvij. teneo idē. Contrariũ de di
recto tenuit Alex. in l. qui in aliena.§. Celſus.
in addit. ad Bar. ff. de acqui. hære. allegās idē
tenuiſſe Anch. cõſ. xxiiij. Puto diſtinguēdos
eſſe tres caſus. †Cùm iudex ſine fama uel in- 52
dicijs incipit inquirere, & procedit ad captu-
ram, aut reus cõfiteť in tormētis, & nõ pote-
rit condēnari etiā ſi poſt tormēta ratificaue-
rit cõfeſsionē, ex quo fuit iniuſtè tortus, non
præcedentib. indicijs legitimis. ita eſt tex. ubi
Bar. & Dd. in l. penul. ff. de quæſt. cum con-
cord. per Auguſtin. de Arim. in addit. Ang.
in loco § allegato. †Aut reus cõfiteť abſq; tor- 53
mentis, deinde confeſsionē factā reuocat, &
adhuc nõ poterit puniri, quia illa prima con-
feſsio præſumiť emanaſſe metu iudicis, ut per
Bald. in l. nouiſſimè. ff. ꝗd ſal. tut. aut. geſt. Et

in isto casu propriè loquit Anch.in d.consil.
xxiiij.& ita intelligo Alex.in d.§.Celsus. Et
propterea in tali casu nõ posset iste cõpelli ad
perseuerãdũ in prima cõfessione, de quo per
Innoc.in c.per inquisitionẽ.de elect.Abb.in
d.c.qualiter.in fi.& Ias.in l.magistratib.ff.de
iuris.om.iud.ꝗd not.quia est singularis limi-
54 tatio ad text.in d.c.i.de accus.†Aut, & tertio,
iste captus confitet,nec reuocat confessionẽ,
& tũc poterit condẽnari ex tali cõfessione,d.
c.i.& per Alex.in l.quæstionis.ff.de quęst.&
faciunt quæ not.Alex.in l.si confessus.ff.de
cust.reo.& Soci.in l.ij.col.fi.ff.de lib.& post
55 hu. Octauo limita† in episcopo & metropo
litano, qui procedunt ad inquisitionẽ omisso
articulo infamiæ, secundũ gl.in c.ij.de accus.
in vi.cuius opinio uidet eadẽ cum illa, quã di
xi tenere Ang.in d.l.si uacãtia.C.de bon.ua-
can.lib.x. & ita etiã tenet Ang.de Are.in tra
ctat.malefi.in prin.in iij.char.Et dicit ibi Au
gust.de Arim.ꝙ assessores ita cõmuniter ob-
seruãt, licet male, secundũ eum:& dicit uerita
tem, quia illa gl.nõ est uera,& est cõtra istum
tex.secundũ cõmunẽ intellectũ,& eam in ter
minis reprobat Floria.in d.c.qualiter.in xxi.
quæst.quẽ ibi refert & sequit Io.de Ana.in
vi.col. Sed tu potes saluare gl. in casibus ẽ e-
numeratis. Præterea illa gl.saluari potest, eã
aliter intelligendo, ut distinguamus: Aut epi
scopus procedit ex mero officio, & satis est
quòd clamor sine fama ad eum peruenerit,
ꝗuis de hoc articulo nihil constet in actis.aut
requirit seu inqrit ad denũciationẽ alicuius,
& tunc debet constare de infamia in actis:&
iste articulus nõ potest omitti.& ita etiam te-
nuit gl.quã ibi sequunt cõmuniter Dd.in d.
56 c.qualiter.in secunda parte gl.Licet† nõ esset
bene cautũ iudici ordinario, quãdo appella-
ret à formatiõe inquisitionis, quia tũc nõ sta-
ret dicto suo, si attestaret corã iudice appella
tionis, quòd recepisset informationes extra-
iudiciales de infamia, prout dicit Abb.in d.c.
cùm oporteat.in penul.col.Si uerò reus non
appellaret,ꝗuis opponeret nõ præcessisse in
famiã, nihilominus teneret inquisitio, & tũc
staret dicto ordinarij.& ita intelligo gl.in d.
c.ij.licet Decius inaduertẽter cõtrariũ consu
57 luerit cõs.clxx.in ij.col. Nono limita,† quãdo
iudex inquirit ex necessitate officij sui: nam
tũc poterit inquirere, etiã nõ præcedente fa-
ma, ut dicit Angel.in d.l.si uacãtia.in v.artic.
per tex.in c.ad nostrã.ij.de iureiur.sequitur
Ang.de Aret.in tract.malefi.in iij.char.Vn-
de infert ad statutũ ꝗd mãdat iudici, ut inqui-
58 rat de tali crimine, sub certa pœna:† nam tũc
debebit inquirere etiã non præcedente infa-
mia. Sed tu aduerte, quia ista limitatio nõ ui-
det uera, & cõtra not.per Bal.hîc, ut ẽ retuli,
ex quo tale statutũ debet recipere interpreta
tionẽ à iure cõmuni.d.l.si serui.C.de noxali.
& quod not.Fulg.consil.clxxv.uisis testium
&c̃.Nec tex.in d.c.ad nostrã.obstat in cõtra-
riũ, quia ibi nõ inquirebat ad finẽ puniendi,
59 sed quia uertebat periculũ animæ,† quo casu
indistinctè inquiri potest, etiã nõ pręcedente
infamia, ut ẽ dixi in secunda limit. Posset† for
tè saluari ista limitatio in casu, quo iudex ha-
beret saltẽ aliquã suspicionẽ, ut stante tali sta-
tuto, tũc teneat inquirere.arg.l.tutorẽ.ff.de
his quib.ut indig.ubi tutor nõ uidet calum-
niatus, si cogẽte matre, uel libertis pupilli in-
stantibus, eius nomine testamentũ falsum di
xit:& hoc, quia ad hoc tenebatur ex necessita
te officij, ut declarat Bar.in d.l.ij.§.si publico.
ff.ad leg.Iul.de adult. Ergo in simili, idẽ pos-
sumus dicere in iudice inquirente, qui pro-
pter statutũ, ex necessitate officij cogit inqui
rere cõtra tales delinquentes, sub pœna.facit
l.si certus.ff.ad Silleia.& quod not.xij.quęst.
ij.c.quæstionẽ. Vltimo cogita† si posset li- 60
mitari ista cõclusio, ut nõ procedat quoties-
cunq; contra iudicem inquirentem absq; fa-
ma, non esset uerisimilis præsumptio calum-
niæ. Nam ut dicit Bar.in d.§.si publico.in iij.
col.ideo in inquisitione requiritur quòd præ
cesserit fama, ne aliàs iudices calumnientur
subditos: unde cessante ista ratione, cessabit
dispositio.l. adigere.§.quãuis.de iure patr.c.
cùm cessante.j.de appell. Et aliquos casus in
quibus cessat ista suspicio, posuit Bar.in d.§.
si publico. Sed† pulcher articulus est, quia 61
gl.& Dd.dicũt, quòd ad hoc ut formet inqui
sitio, requirit quòd pręcedat fama: an debeat
ista fama plenè probari, secundũ tradita per
Bar.in l.de minore.§.plurimũ.ff.de quęst.an
uerò satis sit, si simpliciter probet aliquis cla-
mor, & mala suspicio uulgi? Raph.Fulg.in
consil.cxxxvi.in ult.col.uult, quòd fama legi
timè probet, ad hoc ut possit inquiri:ꝗd dictũ
est notabile,& facit tex.in d.c.cùm oporteat.
& d.c.qualiter & quando.ubi Innoc.Et facit,
quia cùm lex dicat requiri famã, debet intelli
gi de legitimè probata, ut per Bal.in c.uerita
tis.j de dolo & contu.& in l.diffamari.C.de
ingen.manumis.& Abb.in c.ueniẽs.i.j de te-
stib. In cõtrariũ facit, quia leuiora indicia re
quirunt ad formandã inquisitionẽ,ꝗ ad tor-
turã, ut per Salic.in l.fi.C.de quæst.& Rom.
in l.si certus.ff.ad Silleia. Sed fama plenè &
legitimè probata, si est uerisimilis, facit indi-
ciũ ad torturã in foro canonico, in quo facit
semiplenã probationẽ, ut dicit Gandinus in
tract.de quęst.& Guido de Suza.in simili tra
cta.in rub.qualiter reus subijciatur tortu.in
prin.de quo tamẽ dic ut per Bar.in d.l.fin.ff.
de quæst.& Dd.in d.c.ueniens. Ergo ad in-
quisitionẽ debet sufficere, etiã si fama nõ sit
omnino legitimè probata. Secũdo cõfirmat
per tex.in c.licet Heli.j de simo.ubi ponit al-
ternatiua inter publicã famã, & insinuationẽ
frequẽtẽ:& sic satis est si fuerit per plures per
sonas, seu frequẽter iudici insinuatũ, nõ aũt
est necessaria legitima fama: insinuatio eñ si
gnificat expositionẽ iudici factã.c.qa pleriq;.
ubi Archid.j.de offi.ord.in vi. Tertio cõfir-
mat ꝑ tex.in l.iustissimos.C.de offi.rect.pro
uin.ubi acclamatio popularis ĩt est satis ad for-
mãdã inquisitionẽ.per quẽ tex.dicit Io.And.
in

in addit. Specul. in tit. de noto. crim. in addit.
62 super uerbo, reprobatus. †quòd fama quam-
uis fragilis & incerto autore orta, est satis pro
formanda inquisitione. & sequitur Aret. cō-
sil. lxxiij. in ultima col. licet cōtrarium uidea-
tur tenuisse Anchar. consil. cclij. nisi eum in-
telligas quo ad torturam. Puto istud multum
residere in arbitrio iudicis, ut si ei sederit, hoc
est, uerisimile sibi sit reum delictum cōmisis-
se, posit procedere ad inquisitionem, etiam
si fama non esset plenè probata. l. iij. §. eiusdē.
ff. de testib. prout in simili dicitur de alijs in-
dicijs, de quibus per Bart. in d. l. fin. & Aret.
in d. c. cùm oporteat. & facit quod not. Com.
63 consil. lxviij. in ij. col. in prin. †ubi si plures te-
stes dicāt de fama, licet nō asseratur à quibus
audiuerint, tamen faciunt multū fidei. Si ue-
rò iudex uideat nō esse rem uerisimilem, uel
famam non esse sufficientem, licet nō inqui-
rat, tamen poterit procedere ad occultam in-
dagationem, ut dicit Feli. post alios in c. cùm
in iuuentute. ꝭ. de præsumptio. Postremò
dum gl. in fi. dicit, quòd in isto casu recipiun-
64 tur testes etiam lite non contest, †quo modo
posit lis in inquisitione contestari, declara
ut per Abb. in c. sunt alij. & Doct. in d. c. qua
liter. ubi dicunt, quòd cum fama succedat lo-
co accusatoris, uidetur quodāmodo lis cum
fama cōtestari. Et hoc est cùm iudex interro-
gat reum, & ille nō opposita aliqua exceptio-
ne declinatoria uel dilatoria respōdet, negan
do delictū, ut per Bart. in l. is qui reus. in iiij.
col. ff. de pub. iud. Et ista gl. procedit quando
iudex inquirit ex mero officio: secus si ad de-
nunciationē alterius, quia tunc contestanda
est lis cum denunciatore, & deinde admitten
di testes circa ueritatē negocij, ut per Innoc.
& Io. And. in c. cùm clamor. ꝭ. de testi. sequit̃
Butr. Imol. & mod. hîc. Et pro hoc facit, quia
cum accusatore lis est cōtestanda. l. adulterā.
C. de adul. & per Bart. in d. l. is qui rem. ergo
etiā cum denūciatore, quia regulariter ualet
argumentū de uno ad alium, ut per Bar. in d.
l. diuus. ff. de cust. reo. & practicus Pap. in for
65 ma inquisitionis, in xij. col. †Et in hoc est dif-
ferentia inter ius ciuile & canonicū, ut ibi di-
citur: quia in foro ciuili requiritur ꝙ denun-
ciator sit officialis publicus. l. ea quidē. C. de
accus. Sed de iure canonico admittunt̃ etiam
priuatæ personę. c. licet Heli. de simo. de quo
tamen dic ut per Felin. in c. sicut olim. ꝭ. de ac
cus. & Angel. de Aret. in suo tract. malefi. in
uerb. necnon per denunciationem.

GLOSS. in uerb. iudicare. Nota ex ista gl.
66 †quòd delinquens ratione delicti sortitur fo-
rum, q̃uis alias ibi nō sortiretur. & probatur
in l. i. C. ubi de crim. agi opor. Et est ratio, q̃a
delinquens alligat seipsum, & uidetur cōsen
tire in proroganda iurisdictione, unde tenet̃
etiam naturaliter ex præsumpto consensu, ut
per Bar. & Doct. in l. ex hoc iure. ff. de iust. &
67 iur. †& propterea si nō puniat̃ in loco delicti,
poterit puniri in loco originis, secūdum for-
mam statutorū loci in quo deliquit, l. saccula-
rij. §. sunt quædam. ff. de extraord. crim. per
moder. in l. cunctos populos. C. de sum. trin.
& fid. cath. Et ista est cōmunis opinio, ut atte
statur Aug. de Arim. in tract. malef. Angeli,
in uerb. hæc est quædam inquisitio, in ante-
pen. col. & Alex. consil. cxi. ponderatis. in i.

Limita tamen istam glos. †ut non procedat 68
quando delictum cōmissum, nō esset delictū
cōmuniter, sed in illo loco tantùm: nam tunc
succurretur delinquēti, qui cùm esset foren-
sis, uerisimiliter ignorauit illud esse delictū.
†Vnde si talis cōduceret triticū extra territo- 69
rium, cōtra formā statuti, quod uerisimiliter
ignorauisset, debebit restitui in integrum, ex
clausula, Si qua mihi iusta causa uidebit̃, de
qua in l. i. ff. ex quib. caus. maior. & ita tenent
Innoc. But. & Imol. in rub. ꝭ. de cōsuet. Card.
& moder. in c. fin. in xij. quæst. eod. tit. & per
Doct. in d. l. cunctos populos. †Secundo li- 70
mita in foro pœnitentiali: quia nō debebit ab
solui per ordinariū loci, in quo deliquit, sed
per suum propriū sacerdotē, ut est gl. xvi. q. i.
c. i. Lapus & Abb. in c. i. ꝭ. de rapt. Ioan. de Li-
gna. Abb. & moder. in c. cùm contingat. ꝭ. de
for. compet. Rom. sing. cccclxi. ratione deli-
cti. †Amplia istam regulam, ut procedat e- 71
tiam in Imperatore, uel rege, qui si delinquat
in territorio episcopi, poterit per eum puni-
ri, ut est gl. in c. si duo. xcvi. distinct. & c. quo-
niam. xviij. distin. & facit text. xi. quæst. iij. c.
cùm apud. quod intellige, præmissa tamē mo
nitione canonica, iuxta tex. in c. nouit. de iu-
di. & ita tenent Innoc. Hostieñ. But. Imol. &
moder. hic: quod ipsi restringunt, nisi prin-
ceps delinquens esset nimis seuerus, uel iniu
riosus: quia tunc episcopus non debet eum
punire, sed relinquere eum iudicio Papæ. q̃d
dictum uidetur potius esse de consilio, quàm
de iure, ex quo, ut suprà dixi, delinquens ui-
detur prorogare iurisdictionem, quæ nō pro
cedit etiam in maximo principe, gl. in c. sanè.
ij. ꝭ. de offic. deleg. & in l. est receptum. ff. de
iurisdict. om. iudi. †Secundo amplia, ut si 72
iste delinquens euaserit, & alibi carceretur,
debeat iudex eum remittere puniendum ad
iudicem delicti, declarando istud ut per Bar.
in l. si is cui. §. fin. ff. de accus. & Guido Papa
in decis. quæst. cij. cum concord.

GL. MAGNA. Declara eā ut hic per Abb.
& dum dicit †quòd crimen hæresis, est merè 73
ecclesiasticum, ita quòd laicus nullo modo se
potest intromittere, pro quo est text. in c. in-
quisitionis. §. prohibemus. ꝭ. de hæret. in vi. &
cum ista conclusione transeunt omnes indif
ferenter, in c. cùm sit generale. ꝭ. de for. com-
pet. adde, quòd ista conclusio in se est uera,
quia nullo modo potest laicus se intromitte-
re de tali crimine. †Sed posito quòd crimē 74
amplius non refricetur in dubium, nunquid
posit procedere ad confiscationē? uerbi gra
tia: Episcopus pronunciauit aliquem hæreti
cum, nunquid statim secularis iudex poterit
eius bona cōfiscare? secundū auth. Gazaros.
C. de hæret. etiam inuito episcopo, qui fortè

expectat, ut pœniteat, & abiuret hæresim, ad
finem ut sibi pœnam remittat, iuxta tex, in c.
ad abolendam.] de heret. Videtur quòd noo,
per gl. xxiij. q. vij. in summa. & per Card. in
Clemen. i. §. sanè. in i. quæst. de hæret. Feli. in
c. i.] de hæret. Potest tamen teneri quòd sic, &
pro hoc ioduco tex. in epist. inter claras. in fi.
C. de sum. trin. & fide cath. ubi Ioan. ponti-
fex pronunciauerat aliquem hæreticũ, & ro-
gat Imperatorẽ, ut si talis pœniteat, nolit ad-
uersus eum aliquid mali facere: & sic presup
ponit quòd potuisset eum punire. Et ista opi
nio tanto fortius mihi placet, quia aliàs titu-
lus C. de hæret. nobis seruiret de nihilo, & es-
set correctus, & præsertim dicta authen. Ga-
zaros. quę tameo fuit promulgata autoritate
pontificis, ut apparet in corpore unde sumit.
Nec obst. tex. in d. §. prohibemus, quia pro
hibet cognitionẽ criminis, non autem inter-
dicit, quin cognito crimine possit secularis
exequi ius suum. Nec obstat si diceretur,
quòd sicut quo ad crimẽ seruamus ius cano-
nicum, ita etiam est seruandũ quo ad damna-
tionem bonorum, prout in simili dicit. Abb.
& Ioan. de Ana. io c. uergentis.] de hæret. &
Alber. de Ros. in l. cognouimus. C. de heret.
quia respondetur, quòd etiã quo ad damna-
tiooẽ seruat tale ius, quod mandat confiscari
booa. c. cum secundũ. de hæret. in vi. Sed ubi
hæreticus est damnatus, nõ licet condemna-
to pœnitere in præiudiciũ iuris quæsiti fisco:
quia licet ecclesia approbet talem pœniten-
tiam, non tamen id facit in præiudicium fori
secularis, ut probatur in d. epist. inter claras.
75 IN EAD. ibi, item crimẽ usurarũ. †Vult
ergo gl. relata ad text. q̃d episcopus posit cri
minaliter inquirere aduersus usurarios: q̃d
in usurarijs manifestis est clarũ. c. cum in tua.
& c. cum in omnib. de usuris. & per Signor.
de Homodeis consil. cclix. iij. quæst. in prin.
In nõ manifestis uerò adhuc potest procedi,
ad finem, ut restituantur male ablata, & pro
euitatione peccati. c. ad nostrã. ij. ubi Innoc.
& Doct.] de iureiur. & per Soci. cons. ccxix.
ubi notabiliter tenet, quòd contra tales pote-
rit procedi etiam ad torturam, ut eruatur ue-
ritas. per tex. in c. grauis. de depos. ubi in cau-
sa ciuili, quando habet crimen annexum, de-
uenitur ad torturam, etiam liberi hominis,
76 pro habẽda ueritate. Sed pulcher †punctus
est, an iudex secularis possit aduersus usura-
rios, pro emendandis moribus, & pro publi-
co interesse, criminaliter procedere. Gl. hic
uidetur sentire quòd nõ, dum uult quòd ta-
le crimen sit merè ecclesiasticũ. Pro qua pri-
mò facit quod not. Abb. in c. cùm sit genera-
77 le. de foro compet. ubi cõcludit, †quòd ubi di-
sputatur, an aliquis contractus sit usurarius
uel ne, semper attendimus iudicium ecclesia
sticum. Secus si clarum sit esse usurarium, &
simpliciter disputetur de facto, quia repetant
usuræ. & ita est cõmunis cõclusio io d. c. cum
sit. ut ibi per Feli. & per Bar. & Alex. in l. Ti-
tia. ff. solut. matr. & per Alex. consil. ix. præ-
stantissimis. in iij. †Secũdo facit, quia usurę 78
infra legitimũ modum, sunt de iure ciuili per
missæ, ut est cõmunis conclusio in l. cunctos
populos. C. de sum. trio. & fide cath. ergo nõ
debet iudex secularis procedere cõtra tales,
ex quo fiũt lege permittẽte, ut oot. in l. Grac-
chus. C. de adulterijs. Tertio istã opi. tenuit
Bal. & Salic. in l. improbũ. C. ex quib. cau. in-
fa. irrog. Mouentur, quia nõ reperit legibus
cautũ, quòd cõtra tales criminaliter procedi
possit. Nec dicat quòd potest agi crimine stel
lionatus, quia tale crimen requirit dolũ, qui
nõ uidet interuenire in casu nostro, ex quo
isti cõtractus fiunt partibus consentiẽtib. un
de uolen i oon fit dolus. l. nõ uidet fraudare.
ff. de reg. iur. & secundũ istã partẽ consuluit
Decius consil. clxx. per totum. & ita etiam ui-
det uoluisse Bal. consil. cccexlix. incip. ius na
turale. in iij. uol. in fi. Contrariã partẽ tenuit
Iac. But. in d. l. improbũ. & uidet fuisse de mẽ
te gl. Cyn. & aliorũ ibi, quod imò possit contra
usurarios procedi, tanquam teneant crimine stel
lionatus, & puniant pœna extraordinaria, ex
quo †regula est, quòd pro quolibet delicto e- 79
tiam priuato, ratione interesse publici, proce
datur ad pœnã extraordinariã. l. fin. ff. de ex-
traord. crim. l. licitatio. §. q̃d illicitè. ff. de pub
lic. Eandẽ partem tenuit Ioan. Monachi, Ar-
chidiac. Ioan. And. & Gemin. in c. i. de usur.
in vi. ubi dicũt, †q̃d usurarij puniti per episco 80
pũ, poterũt etiã puniri per secularẽ in exces-
su pœnæ, per not. in isto tex. in gl. fi. & ita etiã
tenuit Ioan. Bapt. de S. Seuerino, in repet. d.
l. cunctos populos. in prima char. & Corn.
consilio xix. in iij. & pro ista parte facit ratio
Abb. in d. c. cùm sit generale. nam cùm tale
delictũ sit punibile lege canonica, ergo etiã
debet idem dici de iure ciuili, quia iura non
dedignant sacros canones imitari. in authen.
ut cleri. apud proprios episc. &] de oper. no.
nuncia. c. i. Et ista opinio mihi magis arridet,
quia est magis cõmunis. Non obstat quòd
crimen usurarũ sit ecclesiasticũ, quia istud est
uerum ubi disputatur, nuoquid talis contra-
ctus sit usurarius, uel ne: sed nos disputamus
de facto, uidelicet, numquid talis fecerit illum
contractum usurarium, quo casu etiam secu
laris se intromittit, ut per Bar. in l. ij. ff. de iu-
risd. om. iud. & notatur in d. l. Titia. Non
obst. secũda ratio, quia responde ut per Abb.
in d. c. cùm sit. cuius responsio procedit, siue
agat ciuiliter, siue criminaliter. Non obstat
tertia ratio, quia imò in tali crimine est do-
lus, quando est excessus legitimus modus u-
surarum, ex quo talis contractus fit contra
expressum præceptum legis. d. l. improbum.
& in isto casu loquitur gl. & Butrig. ibi. Præ-
terea ex quo lex canonica expresse resistit ta
li contractui, usuræ non transeunt in domi-
nium accipientis, unde talis quodammodo
furtum committit. l. si quis uxori. §. cùm cre-
ditorem. ff. de furt. & per Bal. in d. consil. cc-
ccxlix. in prin. & dicitur dolose agere, unde
per extensionem passiuam lex ciuilis potest
cum

81 cum punire:†sicut aliàs uidemus quòd po-
test iudex punire subditum suum de delicto
in alterius foro cõmisso, ut per Bart. in l. si is
82 cui.§.fin.ff.de accus.†Et propterea in practi-
ca quandoq; uidi iudices seculares procede-
re contra usurarios uolentes exigere credita
secundũ literas cambij, quas constabat esse si
mulatas: & tunc dicitur cõstare, quando ap-
paret ex eorũ libris, uel ex confessione eorũ,
secundum Soci.d.cõsil.& in usurarijs mani-
festis casus est clarior. c.licet.de iureiu. in vi.
& per Abb.in d.c.cùm sit generale.
IN EAD.ibi, item ex eo &c. Hæc est secũ-
83 da pars gl.in qua gl.tangit illam quæst.an†iu
dex debeat iudicare secundũ conscientiã: in
qua Felin.in c.pastoralis.§.quia uerò.ã.tit ij.
ponit regulã cũ septẽ fallentijs: sed nos attin-
gemus hic solũ casus dubios. Fac ergo regu-
lam, q iudex debet iudicare secundũ allegata
& probata, nõ secundũ conscientiã tantũ.l.il
licitas.§.ueritas.ff.de off.præs.ubi Bar. & Dd.
idem Bart.in l.unic.C.ut quæ desunt aduoc.
84 &c.cum cõcord.ibi per Alex.†& dicit Bal.in
c.nisi pridem.in ij.col.de renũc. q si iudex di
cat, ego ita iudico secundum conscientiam,
non ualet sententia: quod tene menti. Est ue-
rum quòd text.in d.§ ueritas.parũ facit, quia
ibi erat erratum: dicit text. quòd obseruabi-
tur ueritas probata, & sic ibi probatio præua
let errori, non autem conscientiæ. Melius fa-
cit ratio: nam iudex habet iudicare secũdum
ueritatem.l.rem non nouam.C.de iudi.in au
then.iusiurandũ quod præstat.§.æquius. sed
ueritas dicitur esse illud, quod probatum est,
uel per legem pręsumptum, ut est tex.singu-
laris in l.fin.in fin.ff.de probat.& facit tex.in
c.i.ibi, uerum iudiciũ. iuncto c.laudabilem.J.
85 de frig & malef. †Ex hoc infertur, quòd si
iudex sciat aliquem deliquisse, si delictũ con-
tra eum plenè probatum non est, debet tan-
tùm definitiuè absoluere, non autem ab ob-
seruatione iudicij, ut tenuerunt Ioan. Andr.
Calder. Card.& Abb.in d.§.quia uerò. Ab-
bas & Imol. hic, qui per d. regulam reprobãt
opinionẽ Ant.de But.dicentis, quòd tali ca-
su deberet absoluere ab obseruatione iudicij.
Et pro ista opin.contra But.est ratio urgens:
nam ubicunq; iudex statuit terminum acto-
ri seu accusatori ad probandũ, si deinde pro-
batum non sit, debet sequi definitiua, ut est
tex.in auth.qui semel.C.quom.& quan.iud.
per Bart. & Doct.in l. properandum. §. ut si
quidem.C.de iudi.& quod not. in l.qui accu
sare.C.de eden. Et idem dicendum est de iu-
dice inquirente, quando assumpsit probatio-
nes super ueritate criminis, ut hic per Abb.
qui allegat rationẽ: quia occulta iudicio Dei
relinquenda sunt.vi.q.i.c.si omnia.& c.quali
86 ter.i.in fi.J.de accus. †Et ista doctrina Doct.
hic fa.ad casum, qui quotidie est in practica.
Nam isti iudices ubi uident nõ posse procedi
ad cõdemnationẽ, quia probationes fortè nõ
sunt cõcludentes, solent pronunciare, nõ est
rebus sic stantibus ad ulteriora procedendũ:

quę sentẽtia est interloquutoria, ut dicit Bar.
in l.Titia.in ult.col.uers.secundo modo.ff.de
accus.Et est ratio, quia nõ imponit finem ne-
gotio: unde si superueniant noua indicia, ipsi
rursus incarcerãt reum, & exigunt nouas pe
cunias. Puto q istud fieri non deberet,†quia 87
reus nõ debet teneri in suspenso hoc modo.
l.ij.C.de exhib.reis.& per Io.de Ana.in con
sil.xvij.col.ult.quod not.Alex.consil.clxxx.
in penult.col. uers.ulterius. in secundo, imò
debet definitiuè absolui, ut dicunt Doct.hic.
Et istud†tanto fortius procedit in crimine fal 88
si, ubi iudex nunquã debet interloqui, quid
sentiat circa merita causæ, sed debet uel absol
uere, uel condemnare. l.ubi.C.de falsis.& si
reus nõ appellet ab ista interloquutoria, cur-
ret tamẽ instantia, & consequẽter lapso bien
nio, à die quo reus inquisitioni respondit, uel
fecerit actum ęquipollentem, puta quia exa-
minatus à iudice negauit delictũ, nõ poterit
amplius molestari.l.fin.ubi Bald.& Salic.C.
ut intra certum tempus crim.act.&c.l.si is de
quo.ubi Salic. C. ad Turpil.unde etiã quòd
superuenirent noua indicia, nõ tamen pote-
rit cõtra eum amplius procedi. & ista proce-
dunt in foro ciuili: quid autẽ sit in iure cano-
nico, depẽdet ex not.in c.penul J.de iudicijs.
ubi tangitur, an causæ in eo foro instantiã ha
beant. †Limita istam regulam primò in iu- 89
dice qui sit supra leges, & habeat facultatem
eas condendi, quia talis debet iudicare secun
dum conscientiã, ut per Bar.in l.unica.in fin.
C.ut quę des.&c. cum con cor. Idem uidetur in
senatoribus, secundũ Guid.Pap.in xxix.q.in
decis.Delph.qui dicit ita quotidie practicari.
Istud intellige, quando totus senatus cogno-
scit, aliàs unus senator, cui fortè sit cõmissa cau
sa, tenebitur iudicare secundũ allegata & proba
ta, quia talis nõ habet facultatẽ cõdendi legẽ.
& cessat ratio Bar.& Dd.in hoc casu, & facit,
quia in tali ordine sunt cõstituti ut uniuersi,
& sic tanq; collegiũ, non ut singuli, ut per An
char.& moder.in c.sicut olim.J.de accus. Se
cundo†limita, quando iudex habet certã con 90
scientiam, in qua nihil dubitat: quia tunc nõ
debet cõtra conscientiam iudicare, condem-
nando aliquem innocentem.arg.c.qui scan-
dalizauerit.J.de reg.iuris.& quia aliàs pecca-
ret mortaliter.c.sacris.J.quod met.cau.& per
Mathes. in c.i.de sent. excõ. Innoc.Calderi.
Abb.& Feli.in d.c.pastoralis. Puto quòd in
tali casu debeat iudex rescribere principi, &
facere quod ipse mandauerit.l.diui.ff.de pœ
nis.l.i.§.fi.ff.de quæst.meritò enim iste casus
reddit iudicem dubium, unde debet consule
re principem.§.fin.in auth.de iudi.l.solent.§.
legatos.ff.de off.procons. †Sed quid si prin 91
ceps simpliciter rescribat, q procedat prout
iuris, & nolit istud onus supra se assumere?
Videretur quòd iudex deberet sequi proba-
ta et allegata: quia uidemus quòd propter ri-
gorem iuris seruandum aliqua fuerunt intro
ducta, etiam cõtra ueritatem. probatur istud
per text.in d.l.diui. in uers. quibus uel pœna

imminuta. Idem probatur in causis ciuilibus,
in quibus per superuenientiam instrumenti
non tamen reuocatur sententia. l. sub præte-
xtu. ij. C. de transact. l. Imperatores. ff. de re
iud. Puto quòd iudex liberetur, si iurauerit,
& pronuntiauerit sibi non liquere de causa,
iuxta text. in l. Pomponius scribit. ff. de re iu-
dic. & quod in simili dicit se fecisse Aul. Gel-
lius in Noctibus Atticis, libro XIIII. cap. II.
Ang. in l. non quemadmodum. ff. de iudi. &
Doct. in l. si iudex. ff. de iudi. Tertio limita
ultra alios, ut nõ procedat in casu posito per
Baldum in l. i. C. de manumiss. uindict. ubi di
92 cit, †quòd potest moueri iudicis animus ad iu
dicandum, etiam ex non scriptis in processu,
puta, ex aliqua confessione coram se uiua uo
ce facta. per gl. in l. quoties. §. fin. ff. de proba.
& istud dictum sequitur & cõmendat Alex.
in l. si is apud quem. in penul. col. ff. de acqui.
hæred. & Felin. in c. cùm uenerabilis. in xv.
col. uers. adde secũdo. j. de except. Pro ista de
93 cisione facit, †quia potest iudex reijcere exce
ptionem tanquam malitiose oppositam, quam-
uis de ista malitia nihil sibi constet, sed ipse
eam præsumat etiã alionde quàm ex proces-
su, ut per Innoc. in c. post electionem. in fin.
de concess. præb. Abb. & Doct. in c. licet cau
sam. j. de probat. & in c. ex parte. ij. ē. de offic.
deleg. & de tali præsumptione stabitur arbi-
trio iudicis. arg. l. i. ff. de iur. deliberan. secun-
94 dum Barba. in c. sedes. de rescript. †Et in du-
bio pręsumitur iudex eam ex causa reiecisse,
quamuis eam non exprimat, secundum But.
95 in d. c. post electionem. Tu aduerte, †quia
ex ista limitatione uideretur posse dici, quòd
quando aliquis producit instrumentum an-
te litem contest. licet non reproducat post li-
tem contest. quòd possit iodex illi fidem ad-
hibere: quod tamen nõ est uerum, ut conclu-
dit Feder. de Senis consil. clx. dominus. pro
quo facit gl. in l. quæ omnia. ff. de procur. &
ita tenet Ant. de Butr. in c. cùm dilectus. de
ord. cognit. Felin. in c. i. in penul. col. de pro-
bat. & in c. causam quæ. in ij. col. de testib. &
in simili quod notat Mathes. singul. clxi. ubi
allegat Bart. in l. naturaliter. §. nihil cõmune.
in vij. combin. ff. de acquir. possess. Prore-
96 solutione, †nõ puto esse recedendum à regu-
la, quòd iudex debet sequi acta & probata in
iudicio, nec debet credere instrumento non
producto. c. cùm dilectus. j. de fid. instrum. c.
quoniam contra. j. de probat. quia de eo non
constat sibi ut iudici, ut not. in l. i. C. ut quæ
97 desunt aduoc. &c. †Et istud procedit etiam in
iudice, qui ex forma statuti procedere posset
secundum arbitrium suum, ut per Signor. de
Homode. consil. ccxlvij. in fin. de quo tamen
uide Bald. in l. solum. in oltima quæst. C. de
testi. Aret. consil. lxxxiiij. in iij. col. Nec ob
stat decisio Bald. in d. l. i. quia potest esse uera
in casu suo, uidelicet, quòd si iudex adhibeat
fidem tali cõfessioni, de qua nihil in actis con
stat, quòd sententia per hoc non sit nulla. &
ita ipse loquitur, & etiam Alex. & Felin. Sed
tamen nõ sequitur, quin iudex iniustè faciat,
& possit appellari, nec stabitur attestationi
ipsius de tali confessione. d. c. quoniam con-
tra. Nec est oerum †quòd iudex possit ita in- 98
distinctè reijcere exceptionem, sed prætextu
calumniæ, proot dicunt moder. in d. c. licet.
imò requiritur quòd illa calumnia sit uerisi-
milis, & resultet ex præsumptione legis, se-
cundum Bald. consil. cclxviij. in v. uol. & fa-
cit quod not. Alex. in d. l. i. in iij. col. C. ut quę
desunt aduo. &c. Quarto oltra alios aduer
tendum est ad casum, in quo iudex iudicat se
cundum conscientiam, quem ponit Butr. &
Anch. in consil. ccx. inter cõtraria. ubi dicũt,
†qoòd quando occurrũt casus ualde dubij, ita 99
quòd hinc & inde sint rationes efficaces, po-
test iudex eligere illam opin. quam secũdum
eios bonam conscientiã credit uerã, & excu-
satur, etiã si deinde aliter declaret per haben-
tem potestatẽ. allegant not. in c. fi. de constit.
Et in tali casu deber iodex diuidere, & dare
unicuique dimidiũ. arg. l. & hoc Tiberius. ff. de
hæred. instit. & not. in l. Titius. ff. ad Trebell.
& secundum hoc declarat gl. in l. Nesennius.
ff. de neg. gest. Cætera dicite ut per Felin. in
d. c. quia uerò.

GLOSS. in uerb. publicum. Pro expeditio
ne gl. & dictorum Abb. fac tres cõclusiones.
Prima est, †in crimine merè ecclesiastico iu- 100
dex secularis requisitus ut præstet seculare
brachium, nõ habet se intromittere in cogni
tione criminis, sed deber exequi. ita est tex. lo
qoens in crimine hæresis, in c. ut inquisitio-
ni. §. prohibemus. j. de hæret. in vi. & ita tenẽt
cõmuniter Canonistæ. Cõtrarium tenuit
Bart. in l. magistratibus. ff. de iurisd. om. iud.
& in l. diuus. ff. de custod. reo. & opinio Bar.
est cõmunis apud Legistas, ut dicit Imol. hic.

Confirmo illam opinionem tribus rationi
bus. Primo per illum text. in c. circumcellio-
nes. xxv. q. v. ubi est text. quòd propter hære-
sim etiam clerici sunt de foro iudicis secula-
ris. & ibi gl. super uerb. confessos. hoc notat.
Secũdo adduco tex. in c. super eo. j. de hæret.
in vi. ubi hæretici qui in abiuratam ceciderũt
hæresim, seculari decernũtur iudicio sine ul-
la penitus audientia ab ecclesia relinquendi:
illa enim uerba, seculari iudicio, important quòd
talis secularis habeat in eis aliquod iudiciũ,
ut etiã dicit And. Sicul. hic. Tertio hoc con
firmo per rationem; †nam etiam merus exe- 101
cutor cognoscit in causa criminali, ne senten
tiam iniustam superioris exequatur, & hoc
propter irreparabile præiudicium, ut dicunt
Innoc. & Felin. in c. pastoralis. §. quia uerò.
Abb. & moder. in c. si quando. ē. tit. ij. & facit
gl. xxiij. quæst. iij. non inferenda. & Gemin.
ij. quæst. i. c. sicut. Nec obstant iura allega-
ta per Doct. quia responde ut hîc per Siculũ:
& ultra eum ad d. §. prohibemus. potest re-
sponderi, quòd dum probiber iudici ne co-
gnoscat uel iudicet, debet intelligi iudiciali-
ter, & partibus auditis: quia istud est propriè
cognoscere. l. i. C. si contra ius uel util. publ.
l. co-

l.cognitio, ff.de offic.eius cui &c̄, Non autē
prohibet quin ipse uideat processum ad in-
formationem cōscientiæ suæ. Nec obstat
quòd text.subdit, quòd promptè exequanť:
quia illa habent quandam modificationem,
secundum quòd ad suum spectat officium:
quæ uerba in dispositione legali restringunt
præcedentia.c.Abbate.§.contra.ubi not.ȷ.de
uerb.signif. Vnde cùm ad officium iudicis
exequentis secundum Bart. spectet, ut se ex
actis informet de iustitia sententiæ, satis dice-
tur promptè exequi, si q̃primum potest, uiso
102 processu, exequatur.†Et ista opinio habet ma
gnam æquitatem, respectu aliquorum inqui
sitorum, qui satis præcipitanter iudicant ad-
uersus istas mulierculas fatuas, credentes se
offerre holocaustum Deo. Nō recedendo
tamen ab opinione contraria, limitate istam
103 conclusionem primò,†ut procedat quando
crimen esset in ueritate merè ecclesiasticum.
& ita loquitur d.§.prohibemus. Si uerò nō es
set, credo quòd secularis posset cognoscere,
licet ecclesiasticus pronūciasset tanquam de
merè ecclesiastico: & propterea in cōtingen
104 tia facti, uidi q̃plurimum dubitari.†Aliquis
inquisitor pronunciauerat contra quandam
mulierem tanquam hæreticam, & tradide-
rat iudici seculari: iste iudex ad instantiā par-
tis uidit processum, in quo solùm contineba-
tur, quòd ista mulier fecerat quædam pocula
amatoria, & solùm contra eam erant indicia
quarundam maleficarū, quæ dicebant, quòd
in qnodam lusu nocturno cum dæmonibus
uiderāt ipsam mulierē ludentem, & choreas
ducentē. Ipsa uerò negauerat omnia, & fate-
batur se esse catholicā: fuit dictū quòd iudex
secularis nō debebat exequi istam sententiā,
quia nō uidetur quòd in isto processu inqui-
105 sitor potuerit cognoscere.†Nam quo ad illa
pocula amatoria, clarum est illud delictū nō
esse hęreticum, nec eius cognitionem specta
re ad inquisitores, ut dicit Abbas in c. i. ȷ. de
sortileg. per tex. in c. accusatus, de hęret. in vi.
Nec est credendū quòd etiam ipsa uerè fuis-
106 set in lusu.†Nam quamuis credatur socijs cri
minis in tali delicto, ut est tex. in c. in fauorē,
de hæret. in vi. tamen istud nō est trahendum
ad ea, quæ uerè nō uidenť, sed per illusiones
dæmonū, ut est tex. xxvi. q. v. c. episcopi. præ-
sertim cùm istę participes criminis essent mu
lieres, quæ regulariter nō admittunť in causa
sanguinis. c. iiij. ubi not. ȷ. de testib. Limitatur
ergo ille tex. in d. §. prohibemus. ut procedat
quando agebatur in causa uerè spectante ad
107 hæresim:†sicut in simili diciť de statuto man-
dante, quòd iudex adhibeat fidem libris mer
catorū: nam intelligiť in causa mercantili, ut
dicit Io. And. in addit. Specul. in tit. de instr.
edit. §. nunc uidendū, Bal. in l. fi. C. ad Mace-
do. Aret. consil. xliiij. cum concor. per Ias. in
l. admonendi, de iureiur. & Deciū in c. i. ȷ. de
probat. in x. col. Cōfirmatur ista limitatio,
per ea quæ notant Archid. Io. And. & alij in
108 c. si eo tempore, ȷ. de rescript. in vi, †ubi ordina
rius quamuis merus executor, non teneť pa
rêre mandato delegati Papæ, quādo nulliter
processit. Idem est in casu qui nō continebať
in eius mandato, de quo etiā per Doct. in c. si
quando. ā. tit. ij. & pro hoc facit gl. in Clem. i.
de sequest. possess. & fruct. & per Anch. con
sil. cclxxi. de titulis. col. ult. Ad idem facit q̃d
not. Soci. consil. lxxxiij. in iiij. uol.†ubi licet 109
ordinarius sit merus executor delegati Papę,
tamen si dubitať an sit delegatus in illa causa,
poterit cognoscere super tali articulo. arg. l.
diuus. ff. de testa. milit. l. non erit. §. dato. ff. de
iureiurando. Secundo limitatur,†quando 110
iudex laicus haberet conscientiā certam pro
isto condemnato: quia tunc non debet ali-
quo modo concedere brachium inquisitori,
per c. qui scandalizauerit. ȷ. de reg. iuris. & su-
prà dicta in gl. pręced. Et idem uideretur etiā
si aliter sciret sententiam iniustam, per istum
text. hîc, quia non tenetur secularis præstare
auxilium, nisi ad ea quæ Deo placita sunt,
prosequendum: unde si sciat talem sententiā
esse iniustam, nō placet Deo ut eam exequa-
tur. & ita sensit Abb. hîc, arg. l. non tantum,
ff. de appell. Sed aduerte, quia ista limitatio
posita per Abbatem, uidetur confundere re-
gulam: quia isto modo posset semper execu-
tor nolle exequi, & se intromittere in cogni-
tione causæ, dicendo quòd uult uidere nun-
quid sit iusta. Saluando Abb. consideranda
sunt uerba quæst. per eum positæ, quæ sunt,
†an secularis teneatur exequi, nisi episcopus 111
faciat sibi fidem de processu. Et dicendum est
quòd sic, quia non tenetur episcopus mittere
processum: sed si secularis aliunde uideat pro
cessum, puta quia pars sibi ostendit, & cogno
scit esse iniquum, non tenetur exequi. & ita
procedit limitatio: quod nota, quia isto mo-
do satis potest concordari opinio Bar. in d. l.
diuus. & in l. magistratib. cum doctrina Abb.
hîc, & mihi placet. Tertio limitatur,†ut se- 112
cularis non teneatur exequi sententiā episco
pi, etiā si agatur de re merè ecclesiastica, quā-
do prima fronte est præsumptio pro reo con
tra illam sententiam, puta quia reus appella-
uit, unde pro eo præsumitur ad deferendum
sedi apostolicæ. c. directè. ȷ. de appellatio. &
transeunt Doct. cōmuniter:†unde inferūt ad 113
quæst. disputatam per Ioan. de monte Meru-
lo, quam refert Oldrad. consil. lxxxix. incip.
episcopus. de prælato qui appellauit ab epi-
scopo uolente eum uisitare. Nam non debet
secularis adiuuare episcopum, ex quo præsu
mitur pro appellante. quod intelligit Abb.
procedere sub dubio, fortè, quando præla-
tus exhibet priuilegium exemptionis, iuxta
c. cùm personæ. de priuileg. lib. vi. quia aliàs
episcopus habet fundatam intentionē de iu-
re cōmuni, & pro eo præsumitur. Nota bene
istud dictum, ex quo probatur,†quòd pro eo 114
præsumendum est, qui habet regulam pro se
particularē, licet alia generalis sit in cōtrariū.
Et hoc facit ad limitationē eius quod dicitur,
†quòd in dubio semper pronunciandum est 115

appellationem deserendam esse, ut notãt gl.
& Doct. in c. ut debitus. in uers. ex rationabi
li, j. de appell. Innoc. in c. ij. de rescript. Bal. in
l. properandum. §. sin autem. C. de iudi. nam
istud procedit in materia, in qua regulariter
permitteretur appellatio; unde si essemus in
possessorio, esset secus, ex quo regulariter de
iure ciuili in eo non appellatur. l. unica. C. de
moment. poss. & ita firmauit Decius consil.
xxviij. circa fi. & optimè probatur ex doctri-
na Abb. hîc, quia præsumptio est pro eo, qui
dicit nõ esse deserendam appellationẽ, quia
nitit̃ regula particulari aduersus generalem.
In practica tamen consultius esset, etiã in hoc
casu pronunciare deserendam appellationẽ,
116 quicquid dicat Decius: †nam semper in du-
bijs illam debemus partem eligere, per quã
utriq; litigatori consulitur, & quæ minus est
onerosa. l. i. ibi, neutri litigatorũ. ff. si quis cau
tionib. per quam dicit ibi Paul. de Cast. quòd
in dubio debemus iudicare appellationẽ nõ
esse desertam. facit l. ex his. ff. quæ in fraud.
cred. quod tene mẽti, quia quotidie habetur
117 in practica. Quarto limitatur, †quando iu-
dex extraiudicialiter uellet aliquid facere,
uel etiam implorare brachiũ seculare extra-
iudicialiter: nam tunc non tenetur iudex exe
quens ei parẽre, quia in extraiudicialib. præ-
ceptis iudex ecclesiasticus non est maior se-
culari, sed par, unde non potest ei mandare.
c. cùm ad uerum. xcvi. dist. & ita tenet Innoc.
118 & sequuntur cæteri. & facit, †quia iudici pro-
cedenti extraiudicialiter, impunè potest non
pareri. l. prohibitum. C. de iur. fisci. lib. x. de
quo per Innoc. & Doct. in c. si quando. ã. de
119 offic. deleg. †Secunda conclusio est, quòd
in criminibus mixtis iudex secularis non te-
netur præstare auxiliũ episcopo, nisi sibi fiat
fides de processu. §. si uerò crimen. in auth. de
sanct. epis. & ita tenent Butr. Abb. & cæteri.
Et ratio est, quia secularis in isto casu iudicat
ut in subditum, ut dicit Abb. hic, non autem
est merus executor. Sed aduerte, quia Ang.
in l. i. C. de exhib. reis. & Sali. in l. ea quidem.
C. de accus. in viij. col. quos refert Alex. in d.
l. magistratibus. intelligunt text. in d. §. si ue-
rò crimen, quando episcopus ipse non con-
demnauit reum, sed mittit eum condemnan-
dum ad secularem: & consequenter uidetur
uelle, quòd etiam in criminibus mixtis secu-
laris nõ cognoscat, sed simpliciter concedat
brachium, quando episcopus ipse cognouit
& condemnauit. Sed non puto recedendum
à cõmuni opinione, quia text. in d. §. si uerò
crimen, non potest recipere intellectũ Ang.
& Salic. Nam ibi episcopus deiectum hono-
re clericum misetat ad secularem, unde cùm
clericum degradasset, non est dicendũ quòd
iudex suus aliter hoc fecisset, quàm causa co
gnita, & prius præmissa condemnatione, iu-
xta text. in c. cùm non ab homine. j. de iudi.
120 Limitatur ista conclusio, †quando episco-
pus ipse uult exequi suam sententiã, punien-
do secundum canones, & simpliciter implo-
rat à seculari ut concedat sibi familiam: nam
tunc secularis in nullo dicitur executor, sed
solummodo accõmodat familiam, unde nõ
potest aliqualiter cognoscere, & ita tenet Ab
bas isto casu, declarans Innoc. hîc, & sequun
tur alij. & facit tex. in c. quoniam, ubi Abb. j.
eod. Et idem etiã est in ciuilibus causis. l. epi-
scopale. in fin. C. de epis. aud. Tertia cõclu-
sio est; †Sicut iudex secularis tenetur adiuua- 121
re ecclesiasticum, ita etiam econtrà. facit c. fi.
infra de except. in vi. per Hostieñ. Bal. Abb.
& alios hic. Et istud procedit etiam contra ca
sus, in quibus imploratur brachiũ seculare.
Et ex hoc infertur, quòd si aliquis sit exban
nitus à iudice seculari, debet haberi etiã pro
exbannito ab ecclesiastico. Cõfirmo istam
opinionem primò, quia cùm ecclesiastica &
ciuilis iurisdictiones sint inuicem confœde-
ratæ, unus iudex debet uitare proscriptũ ab
alio, ut est tex. in l. non dubito. in fin. ff. de ca-
pti. quem ad hoc singulariter allegat Bart. in
l. à diuo Pio. §. i. ff. de re iud. ubi latè moderni.
Secundo confirmatur, †nam ecclesia indi 122
stinctè habet iurisdictionem quo ad facien-
dum quòd aliquis exeat de peccato. c. nouit.
infra de iud. Sed banniti & condemnati ideo
banniuntur, quia non paruerũt principi, &
sic quia peccauerũt. xi. q. i. c. qui resistit. & in
c. ij. de maior. & obed. Et pro ista opin. fa. q̃d
notat Gemin. in d. c. fin. de excep. ubi dicit, q̃
nõ debet ecclesiasticus sententiam secularis
exequi, anteq; cognoscat an sit præiudicialis
animæ. Sed hic de tribus quæstionibus ui-
dendum est. †Prima, si iudex requisitus nolit 123
adiuuare, quæro quomodo consulet̃: Innoc.
& Abb. hic dicunt, quòd iudex ecclesiasticus
poterit excõmunicare secularem, & eum co-
gere. c. ij. j. de maled. Sed secularis non coget
ecclesiasticũ, ex quo est inferior. c. qualiter. j.
de iudicijs. c. legimus. in fin. xciij. distin. Sed
tu aduerte, quia tex. in d. c. ij. dum dicit, quòd
episcopus coget temporalem potestatem, lo
quitur in delicto blasphemiæ, quod principa
liter fit contra Deum, & in quo episcopus e-
tiam de iure ciuili habet autoritatẽ puniendi
& compellendi iudices seculares, ut probat̃
in auth. alearum lusus. §. episcopis. in fi. C. de
relig. & sumpt. fun. Non puto tamẽ receden
dum à cõmuni. Quo uerò ad iudicem secula-
rem, licet Innoc. dicat quòd non poterit com
pellere ecclesiasticũ, intellige istud esse uerũ
ex sui persona: sed bene poterit recurrere ad
superiorem ipsius ecclesiastici, puta archiepi
scopum, qui coget episcopum ut illi det auxi
lium. d. c. fin. de except. in vi. & arg. §. i. in au-
then. ut differen. iud. & quod not. Bart. in d. l.
à diuo Pio. §. i. in iiij. q. & per But. in c. postula
sti. de for. compet. Et ita intelligo quod not.
Bal. in c. licet undiq;. in ult. col. ã. tit. ij. ubi di-
cit, †quòd episcopus tenetur obedire literis 124
potestatis ei scribentis, & habentis tempora-
lem iurisdictionẽ, quia hoc facit autoritate le
gis: aliter superior eius eum puniet. allegat
gl. in l. ex ea. in gl. fin. ff. de postul. Secun-
da

da quæſtio eſt, quo genere auxilij debeat al-
125 ter alterum iuuare. Et Abb. hic ſentit,† quòd
epiſcopus debet adiuuare ſecularē per uiam
excõmunicationis: ſecularis uerò adiuuabit
epiſcopum per banna & relegationes. Tu ad
uerte, quia cùm per implorationem talis au-
xilij uidetur negocium fieri de foro adiuuan
tis, non debebit iſte adiuuans grauiori reme-
dio uti, quàm ipſe in foro ſuo eſſet uſurus. Et
propterea epiſcopus nõ excõmunicabit niſi
prius cognito, an inobedientia rei ſit animæ
præiudicialis, ut per Gemin. in d.c. fin. & an
tale ſit delictum, quod illam pœnam merea-
tur. Et eodem modo nõ procedet ad excom-
municationem, niſi præmiſſa monitione, de
qua in d.c. nouit. per Bald. & Doct. hic. Idem
eſt dicendum ex parte ſecularis, prout eſt ali
quis aduerſus epiſcopũ contumax: nam pro
pter hoc ſecularis ad petitionē epiſcopi eum
relegabit, ſeu cõcedet familiam epiſcopo, ut
mittat in poſſeſsionem ex primo decreto, ut
eſt de mente Doct. in d.l. magiſtratib. Ter-
126 tia quæſtio eſt,† ſicut ſecularis tenetur adiu-
uare epiſcopum, nunquid idem ſit in præla-
tis exemptis, puta Hoſpitalarijs & Templa-
rijs? Innoc. hic dicit, quòd ſi iſti nolunt adiu-
uare epiſcopum, quòd tamen epiſcopus nõ
poteſt eos excõmunicare, quia non ſunt ſub
diti, unde in eos non habet iuriſdictionē. arg.
Clem. paſtoralis. de re iud. ſequuntur Bald.
Card. Imol. & moder. Intellige iſtud dictum
ſanè, ut quamuis epiſcopus nõ poſsit eos ex-
cõmunicare, poterit tamē ſupplicare coram
ſuperiore, & ſic Papa, ut eos compellat, & Pa
pa debebit hoc facere, arg. d.c. fin. & ſ dixi. In
laicis fortius poſſet teneri cõtra Innoc. quòd
imò in tali caſu epiſcopus poſsit eos excom-
municare. Primò per regulam, quòd facilius
tollitur priuilegiũ, quàm ius cõmune. l. eius
militis. §. ſi militia. ff. de teſta. milit. Sed iudex
ſecularis quãuis iure cõmuni ſolutus ſit à iu-
riſdictione eccleſiaſtica, c. cùm ad uerũ. xcvi.
diſtinct. tamen compellitur in iſto caſu bra-
chium præſtare: ergo multò fortius debet cõ
pelli qui eſt ſolutus niſi per priuilegium.

127 Secundo facit,† quia iſta imploratio auxi-
lij nõ fit niſi in ſubſidium, ut probatur in iſto
text. ibi, & cùm opus fuerit. & in c. quoniam.
j. eod. & in d.c. ij. de maled. & per Oldra. con-
ſil. lxxxix. Priuilegium autem exemptionis,
ad iſta extraordinaria non uidet trahendum,
de quibus non eſt ueriſimile concedentē co-
gitaſſe, arg. c. ij. de immun. eccleſ. j. Clem. i. in
Clem. de cenſi. in fin. Tertio facit, quia nõ
uidetur quòd epiſcopus petat auxilium uigo
re iuriſdictionis ſuæ, quod patet in hoc text.
ponderando uerbum, imploret, quod pro-
priè cõuenit petenti aliquid à ſuperiore, quo
ad illum actum. c. i. j. de offic. iudi. cum ſimil.
Iſti autem exempti cenſentur immunes quo
ad illa, quæ ſibi poſſent imperari, ut eſt text.
in c. ſi Papa. uerſ. & eſt idem. j. de priuileg. in
vi. non ubi implorant. Et licet poſſent deinde
excõmunicari, iſtud eſt uigore nouæ iuriſdi
ctionis per legem cõceſſæ epiſcopo, propter
eorum negligentiam, ut per Bal. in d.c. licet
undiq;. Cogita, & non recede à cõmuni.

GLOSS. FINALIS. Gloſſ. ponit hic in-
tellectũ ad iſtum tex. ſatis malè cõuenientem
uerbis literæ, & etiã habentem modicam du-
bitationē, quòd epiſcopus implorãs brachiũ
ſeculare, ſibi nõ præiudicet: unde Doct. eam
cõmuniter nõ tenent, licet dictum in ſe ſit ue
rum. Vnde ſecundus intellectus fuit Innoc.
quòd illa uerba, Nõ ad pręiudicandum, intel
ligant, ſcilicet illi contra quē petitur auxiliũ,
quia nõ debebit peti cõtra iuſtitiam. Etiã iſte
intellectus ſubaudit, & eſt indubitabilis. Ter
tius intellectus fuit Sicul. quòd per talem pe
titionē nõ tribuatur iuriſdictio ſeculari, qui
tenetur exequi, non autem iudicare. Sed etiã
iſte intellectus mihi non placet: quia text. nõ
debuiſſet dicere, pręiudicandum, ſed ſolum-
modo iudicandũ. Præterea tex. nimis reſtrin
geretur, ex quo nõ procederet niſi in delictis
merè eccleſiaſticis, nõ in cõmunibus, in qui-
bus etiam ſecularis iudicat. §. ſi uerò crimen,
in auth. de ſanctiſſ. epiſc. & ſ dixi poſt Abb.
Quartus intellectus fuit, quòd illa uerba, nõ
ad præiudicandum, intelligantur, ſcilicet iu-
dici ſeculari, quia ipſe etiam poſſet cognoſce
re. Puto quòd iſte intellectus ſit uerus, ex
quo defenditur proprietate ſermonis, unde
eſt tenendus. l. nõ aliter. ff. de leg. iij. & etiam
decidit caſum ualde dubium, ut j oſtendam.
arg. l. quod Labeo. ff. de Carbon. edict. nam
præiudicare propriè dicitur iudex, quando
fert ſententiam quæ parit exceptionem rei
iudicatæ in alio iudicio, unde talis exceptio,
propriè dicitur exceptio. & notatur in §. præ
iudicialis. Inſtit. de actio. Nec obſtat quòd te
xtus uideatur reſtringi, ex quo nõ procede-
ret in cauſis merè eccleſiaſticis: in illis enim
oritur præiudiciũ ſeculari, quia reſpondeo,
quòd ſecularis nõ procedit in illis, non quia
ſua iuriſdictio elidatur per exceptionē præiu
dicij, ſed excludit ex defectu iuriſdictionis:
quia ſiue epiſcopus cognoſcat, ſiue nõ, non
poteſt ſe intromittere. c. inquiſiti. §. prohibe-
mus. de hæret. in vi. Videndũ eſt ergo,† nun 128
quid ſi aliquis in crimine mixto ſit condem-
natus ab epiſcopo ſecundum legem canoni-
cam, poſsit etiam condemnari à iudice ciuili,
& puniri ſecũdum ius ciuile. Hoſtieñ. Ioan.
And. Bal. & Sicul. hic uidentur tenere quòd
non: qui tamen non adducunt rationes mul
tum urgentes. Pro iſta opinione eſt regula l.
ſenatus. ff. de accuſat. & l. licet. in fin. ff. naut.
caup. ſtab. ubi non debet pluries de eiuſdem
hominis delicto inquiri: & quod not. Cyn. in
l. qui ſepulchra. C. de ſepul. uiol. Secundo
facit regula c. fin. j. de except. in vi. ubi ſenten
tia lata in foro eccleſiaſtico, parit exceptionē
rei iudicatæ in foro ſeculari. Contrarium
tenent Iacob. de Are. Guil. de Cun. Iac. But.
& Bald. in l. placet. per illum tex. C. de ſacro-
ſan. eccl. & idem conſulendo tenuit Bal. con
ſil. cclx. incip. facta eſt inquiſitio. in iij. uol.

quem refert & sequitur Anch. in regula iuris, ea quæ, in penult. chart. j. de reg. iur. in vi. cum concor. per Feli. in c. de his. in xij. limit. j. de accus. ubi attestatur ita cōmuniter teneri. & pro ista parte est tex. in c. felicis. j. de pœnis. in vi. & licet gl. ibi dicat esse speciale, tamen non potest reddi bona ratio specialitatis, secundum Doct. Secundo probatur, quia episcopus non potest condigna pœna afficere istos delinquentes, ex quo nō potest ferre sententiam sanguinis. c. sententia. j. ne clerici uel mona. unde cùm non possit plenè punire ex defectu iurisdictionis, non debet ipse secularis impediri quin rursus iudicet, ut per Cyn. & Bal. in l. si. per illū tex. C. de sport.

Tertio probatur per tex. in d. §. si uerò crimen. ubi quamuis episcopus in causa criminali cognouerit & puniuerit, tamen etiam secularis cognoscit. Quarto facit, quia nisi ita diceremus, episcopus impediret & diminueret iurisdictionem secularis: quod tamen facere non potest, ut notant Innoc. in c. dilecti. de sent. excōm. Archid. xi. quæst. i. c. de persona. Imò quilibet est maior in suo tribunali. l. apud eum. ff. de manumiss. uindict. Et quilibet potest tueri iurisdictionem suam. l. i. ff. si quis ius dicen. non obtem. Et istæ sunt rationes, quibus principaliter mouentur Doct. tenentes cōmunem opin. prout latius eas refert Ioan. Baptist. de S. Seuerino in repet. l. cunctos populos. in xxiij. uel xxiiij. col. cum pluribus sequent. C. de sum. trin. Sed tu aduerte, quia istæ rationes non uidentur multū urgere. Et primò non obstat text. in d. l. placet. quia ibi nulla pœna imponebaẽ de iure canonico. Et licet gl. ibi credat significari pœnam excōmunicationis, per illa uerba, post debitæ ultionis acrimoniā, tamen fallitur, quia acrimonia significat asperitatē, ut dicūt grammatici, nō autē coërcionē à gremio ecclesiæ. & sic ille text. est intelligendus de pœna criminali aduersus sacrilegos, non de excōmunicatione. & melius eum intellexit gl. xvi. q. i. §. placet. & in d. c. felicis. satis potest teneri intellectus gl. ibi, qui est de mente literæ. Nō obstat ratio secunda, fundata per d. l. ij. C. de sport. qa illa lex loquiẽ quādo nūcius est mulctatus, & sic punitus pœna extraordinaria: sed quæstio nostra est, quādo episcopus punit nocentem pœna ordinaria iuris canonici: inter quos casus est magna differentia, ut per Bal. in l. fin. in vi. q. ff. de iurisdic. om. iud.

Non obstat §. si uerò crimen, quia ibi episcopus cognouerat ad finem degradationis tantùm, quæ cognitio est præparatoria ad cognitionem iudicis secularis, unde altera per alteram nō tollitur, sed una aliam adiuuat. c. cùm non ab homine. j. de iudi. & ita tenet Anchar. in d. regula, ea quæ, in pen. col. uers. postremò notandum. Non obstat quarta ratio, quia non dicitur per hoc episcopus impedire iurisdictionem secularis, ex quo secularis potuisset præuenire. arg. l. i. ff. de offi. consul. Quid tenendum? puto nō esse recedendum à cōmuni opinione, quòd punitus in uno foro de crimine mixto, possit in alio puniri. quæ opinio optimè probatur in isto tex. secundum uerum intellectum. Pro qua sententia adduco rationē. Nam quando aliquis delinquit in crimine mixto, facit iniuriam legi ciuili, & legi canonicæ, quia uenit cōtra præcepta utriusq;, ergo censetur se obligare pœnis per utranq; legem traditis, ut est text. in epist. inter claras. §. liquet. & ibi gl. in uerb. seipsum. C. de sum. trinita. Unde succedit uera conclusio, † quòd faciens iniuriam duobus, 129
tenetur ad satisfactionem utriq; insolidum, nec per satisfactionem uni factam, liberatur ab altero. l. i. §. cæterum. ff. si famil. furt. feciss. dic. Bar. in l. iij. §. si ad plures. ff. de sepul. uiol. Et ex ista ratione tollitur argumentum contrarium de l. senatus. cum simil. Committens enim delictum aduersus legem ciuilem, satis est si una pœna puniaẽ, licet aduersus talem delinquentem uariæ pœnæ constitutæ sint. Et ratio est, quia unum tantummodo offendit, scilicet legem ciuilem. Sed in nostro casu facta est offensio etiā legi canonicę, quæ non tollitur per satisfactionem factam in foro ciuili, ex quo iurisdictiones sunt separatæ. d. c. cùm ad uerum. xcvi. distin. Et istud est quod ponderant Doct. dum dicunt, quòd aliàs iurisdictio secularis diminuereẽ per ecclesiasticam. Limitatur ista conclusio, † ut non pro- 130
cedat quando crimen mixtum esset principaliter punibile iure ciuili; quia si delinquens fuerit semel punitus à iudice seculari, nō poterit amplius puniri per ecclesiasticū iudicē. Probatur ista limitatio in c. cùm sit generale. j. de for. comp. ubi est tex. quòd ideo ecclesia punit sacrilegos, quia in eis puniendis iudices seculares sunt quandoq; remissi: ergo si iudex secularis pœna congrua iam puniuerit sacrilegum, cessat ratio text. & consequenter talis amplius non punietur. Et pro hac opin. adduco quod notabiliter uoluit Bal. in l. executorem. in vij. quæst. C. de execut. rei iudic. ubi dicit, † quòd absolutus uel condemnatus 131
in loco delicti, nō potest amplius accusari in loco domicilij: quia de iure ille est principalis locus, in quo debet punitio fieri: quod patet, quia ad ipsum remissio fieri debet. §. si qs uerò comprehensorū. in auth. ut nulli iudic. & illa est respublica, quę principaliter fuit offensa per delictum. Secus si sit punitus in foro domicilij, quia poterit adhuc puniri in loco delicti. quæ decisio est notabilis & uera.

Nec obstat doctrina Bar. in l. sepulchri. ff. de sepul. uiol. generaliter cōcludentis, quòd imò ubi quis est semel punitus de uno delicto, non potest amplius puniri. d. l. senatus. et per Aret. in d. c. de his. in vi. col. j. de accus. † qa 132
istud procedit quando & forum delicti & forum domicilij sunt sub eodem principe: secus si sub diuersis, prout loquiẽ præcise Bal. nam tunc seruatur eius decisio, ut punitus in loco principali, amplius non molestetur: secus econtra, & ita teneo. Nec Bald. in d. l. nullum.

lum.C.de teſti. contradicit huic opinioni, ſi bene uideaſ. Et in caſu iſtius limitationis poteſt ſaluari quod dicit Bald. in d.conſil. cclx. in fin.ubi limitando concluſionem ſuam, dicit quòd in delicto cõmiſſo aduerſus clericũ, probabiliter poteſt teneri quòd ſententia iudicis eccleſiaſtici, ſit pręiudicialis foro ciuili, ſeu ſeculari.d.c.fin.de except.& probatur in d.c.felicis.per locum à ſpeciali,ſequendo gl.

133 ibi. †Secũdo limita in crimine principaliter eccleſiaſtico: quia ſi quis de eo fuerit punitus ab epiſcopo, ſecularis nõ poterit punire rurſus in totum ſecundũ legem ciuilem, ſed tantùm de exceſſu. Pone, aliquis uſurarius fuit punitus ab epiſcopo, iudex ſecularis nihilominus contra eum proceſsit propter crimen ſtellionatus, per gl. & Butrig. in d. l. improbum. C. ex quib.cauſ.infam. irrog. cùm tale crimẽ habeat pœnam arbitrariam. l.ij.de crimin.ſtellio.debebit tanto minus pœnæ arbitrari, ex quo fuit ſemel punitus per epiſcopum: unde ipſe nõ puniet niſi de exceſſu, ut per Gemin. poſt alios in c.i de uſur.in vi.& ā tetigi. Et ratio eſt in iſto caſu, quia cùm tale crimen ſit canonicũ, & lex propter canones iſtud puniat, debet in tali pœna compenſari illud quod fuit ordinatum per epiſcopum: quia quatenus crimen concurrit in lege cum pœna, corrigit legem, & ſolùm ex lege exigetur quatenus pœna excedit. arg. l. i. & quod ibi Bar.not.ff.ui bon.rapt. Et ita poteſt ſaluari ſuprà dicta deciſio, quæ aliàs difficulter ſuſtineretur.& pro hoc facit l.ij.C.de ſport.ubi ſi nuncius deliquit aduerſus iudicem, & ab eo ſit mulctatus, iudex maior qui nouã pœnam infligit, habebit reſpectũ ad illam priorem mulctã, ut tanto minus puniatur, prout ſentiunt Cyn.& Bald.ibi, & in l.fin. ff. de iuriſ.om.iud.& Io.And.in d.c.felicis. in nouel

134 la. Tertio limita,†quando pœna iuris canonici eſt legitima & ordinaria, & ſimilis pœnæ legali: quia tunc ſecularis amplius nõ puniet, ut tenent Io.And.Lapus,& Gemin.in d.c.felicis.& dicit Abb.in d.c.tuæ.de procur.quòd hæc opinio eſt æqua: & ita etiam tenent Bal. Paul.de Caſt.& Ioan.Bapt.de S.Seuerino in d.l.cũctos populos. in xvij.col. uerſ.quintus caſus.& Aret.in d. c.de his. & ita poteſt ſaluari opinio Imol.Butri.& antiquorũ hîc. Et iſta opinio propter tot autoritates fortè ſeruareſ in practica, quamuis non putem eam in puncto iuris eſſe ueram: quia militat ratio in contrarium, ex quo per impoſitionẽ pœnæ canonicæ, non tollitur iniuria facta legi ciuili, ut ſuprà dixi. Et contrarium in hoc puncto ſentiunt Doct.in d.l.placet. & Anch.in d.regula,ea quæ. Fortius tenuit Aret.in d.c.de his, quòd ſi etiam pœna canonica nõ eſſet æqualis, ſed minor, dum tamen lex canonica habuiſſet eam pro condigna, & ſatisfaciente delicto, adhuc ſecularis nõ poſſet procedere. Et ita uidetur fuiſſe de mente Bal. & repetentiũ in d.l.cũctos populos.in uerſ.quartus caſus. & de mente Butr. & Imol.hic, & Io.de Ana, in d.c.de his. Sed iſtud nõ eſt uerũ, & confunderet regulam, & cõmunis opinio eſt in contrariũ, per ſuprà dicta. Quarto limita in caſu notabili poſito per Aret. cõſil.lviij. diligenter conſideratis, in ſecundo dubio, ubi conſuluit, †ꝙ ſi Papa in terris immediatè ſibi ſubie- 135
ctis cõmittat inquiſitionẽ alicuius criminis iudici eccleſiaſtico, quòd cenſebitur commiſiſſe ut cõdemnet etiã ad pœnã ſanguinis, & ſi iſte iudex abſoluerit, non poterit iudex ſecularis fori in quo reus domiciliũ habet, procedere aduerſus illũ. Mouetur principaliter per c.fin.de except.in vi. & doctrinam Bart. in d.l.ſepulchri. Nec obſtat ſecundũ eum, quòd fortius uideatur punitio facta reſpectu pœnæ canonicæ, ex quo pœna ſanguinis nõ potuit irrogari per eccleſiaſticum. arg.l.plenum.§.equitij.ff.de uſu & hab. quia cenſetur facta ſuper hoc diſpenſatio, ut per eum, quod poteſt. & pro hoc inducit text.in c.in archiepiſcopatu.j.de rapt. Puto iſtam opinionem non eſſe ueram, quia eſt contra cõmunem opinionem, ut patet ex ſuprà dictis. Nec obſtat d.c.fin.quia procedit in ciuilibus, nõ autem in criminalibus, ut dicunt Ioan.de Ana. in c.qualiter.§.ad corrigendos.in vi.col.& Felin.in d.c.de his.j.de accuſ. Nec obſtat doctrina Bar.in d.l.ſepulchri. quia ſuprà reſpõdi. Et etiam text.in d.c.in archiepiſcopatu, nihil facit pro Aretino, quia ibi text.cõmittens cauſam criminis epiſcopo, non poteſt intelligi quòd cõmiſerit eam iudicandam ſecundum canones, ex quo rex, qui per delegatũ repræſentatur, habet iuriſdictionem ſecularem, nõ canonicam. quæ ratio ceſſabat in Papa, in caſu Aretini. Quinto uidetur poſſe limitari reſpectu accuſatoris: †quia accuſator 136
qui ſemel egit in iudicio eccleſiaſtico, nõ debet rurſus admitti in ſeculari, arg. l. ſi is de quo.C.ad Turpil.& per Imol.in d. c.cùm dilectus.de purgat.canon. Et facit, quia iſto caſu ceſſat ratio prædictæ concluſionis: nam accuſator præſumitur potius accuſare propter inimicitiã, quàm ut defendat iniurias publicas.vi.quæſt.i.c.ſi omnia. Et idem uidetur dicendum in denunciatore priuato, de quo in d.c.qualiter.& ita teneo. Cogita tamẽ, quia Doct.in iſta materia ſatis intricatè loquuntur.

1 *Archiepiſcopus regulariter non poteſt conſecrationem ſui ſuffraganei alteri committere.*
2 *Conditio in lege poſita importat magnũ myſterium iuris.*
3 *Argumentum à cõtrario ſenſu, comprehendens ſub ſe quatuor argumentorum genera.*
4 *Veniens per argumentum à contrario ſenſu, dicitur uenire ex ipſo textu ſeu caſu legis.*
5 *Lex unum includens, à contrario ſenſu uidetur aliud excludere.*
6 *Exceptio firmat regulã, & ubi caſus eſt à regula exceptus, à cõtrario ſenſu caſus nõ exceptus cõtinetur ſub regula.*
7 *Clericus exiſtens in ſeruitio epiſcopi, non habetur pro nõ reſidente, de iure communi.*
8 *Argumentum à contrario ſenſu propriè ſumitur ex diſpoſitione generali aliquid inducente certa ratione.*
9 *Argumentum à contrario ſenſu nedum literæ, ſed etiam rationis ſeu mentis, ſemper ualet.*

10 A contrario sensu causæ impulsiuæ, uel uerborum narratiuorũ seu modalium, uel quando sunt plures rationes finales, non sumitur argumentum.

11 Dicens unum, non uidetur aliud excludere, quando est connexum uel consecutiuum, uel eadem ratione nitens.

12 Archiepiscopus non nisi ex causa potest delegare suam consecrationem.

13 Archiepiscopus ex iusta causa delegare potest alteri episcopo, ea quæ sunt ordinis.

14 Causa cum qua lex dicit aliquid debere fieri, nõ præsumitur nisi appareat.

15 Legatus de latere quamuis possit ex iusta causa mandare iudici quòd procedat ordine iuris non seruato, tamen illa causa est probanda, nec staretur suo simplici dicto.

16 Quidditas certa, sine qua aliquid fieri nequit, non præsumitur etiam in rege, sed debet probari.

17 Ordinarij attestantis se propter iustum impedimentum causam delegare, dicto simplici statur. distingue tamen ut num. 19.

18 Princeps sine iusta causa, quæ in eo esse præsumitur, non potest tollere dominium alteri quæsitum.

20 Ex simplici delegatione, alio non dicto, non præsumitur causa, licet si exprimeretur, staretur dicto ipsius delegantis.

21 Quæ sunt ordinis episcopalis non delegantur nisi habenti ordinem: secus in his quæ sunt iurisdictionis.

22 Consecrandi potestas est à Deo, & eam quilibet consecratus uirtualiter habet.

23 Ordinis quæ sunt, non debent nisi à catholico, & eo cui sedis apostolicæ gratia minimè sit subtracta, assumi.

24 Excommunicatus dicitur priuatus gratia sedis apostolicæ: & quid operentur illa uerba, Sub pœna indignationis nostræ, in literis principum.

25.26 Illa uerba, Maledictionem nostram incurrat, quid importent.

27 Pœnæ non habent locum nisi in iure expressæ. Fall. ut nu. 28.

29 Excommunicatio indistinctè incurritur, ubi incurritur sedis apostolicæ indignatio.

30 Subditus tenetur litigare sub delegato sui superioris, & episcopus tenetur recipere consecrationem à delegato sui archiepiscopi.

31 Agens contra alium & contestatus litem, an possit eo inuito renunciare liti.

32 Instantiæ renunciari non potest, ubi quæsitum est ius reo.

33 Subditus nõ tenetur litigare sub delegato qui sit grossus doctor.

34 Iurisdictio quid.

35 Princeps debet de necessitate ius dicere uel per se, uel per magistratus, aliàs posset priuari regno.

36 Partes cõsentientes litigare sub iudice etiam habente iurisdictionem habitu, & existente extra territorium, possunt cum eo (gere.

37 Statutum condere iurisdictionis est.

38 Dispositio de iurisdictione in dubio loquens, an debeat intelligi de iurisdictione in genere.

39 Genus idem operatur quod numeratio singularum specierum.

40 Imperiũ merum an debeat specialiter transferri uel generaliter.

41 Imperium merum est de regalibus, quæ non censentur translata in generali concessione.

42 Legem condere, & alia quæ sunt maximi gradus meri imperij, an uideantur concessa in regalibus.

43 Imperium merum consistens in regalibus, censetur reseruatum.

44 Rex donans castrum cum omni iure suo, non censetur concessisse ius regium.

45 Regalia tunc includi dicuntur, quando conceditur omnis iurisdictio cum omnibus emolumentis.

46 Regaliorum quorundam in una cõcessione facta reseruatione, non censentur alia inclusa in generali concessione.

47 Regalia quo ad nouam impositionem uectigalium nõ includuntur in generali concessione.

48 Cognitio de crimine homicidij commissi in uia publica, ad eum spectat qui in eius castro merum habet imperiũ à rege sibi concessum.

49 Via publica non est de reseruatis, sed est in dominio ciuitatis, et potest mutari & alienari.

50 Iurisdictio si simpliciter mandetur, censetur de iurisdictione minima.

51 Iurisdictionis appellatione an in dubio debeat intelligi de ordinaria.

52 Vocabulum plura habens significata, quorum unum de necessitate est accipiendum, accipitur potentius.

53 Merum imperiũ an expediri debeat iudicis officio nobili.

54 Delinquens non dicitur obligatus fisco, nisi demũ lata contra eum sententia.

55 Officium iudicis est quid extraordinariũ, & non datur nisi ubi non est aliquod nomen speciale petitionis.

56 Officium iudicis nobile etiam lata sententia nõ expirat, sed in accusatione secus.

57 Merum imperium expeditur officio mercenario deseruiente accusationi.

58 Correctio legum debet specificari ad hoc ut inducatur.

59 Statuta condere possunt etiam qui nullam habent iurisdictionem.

60 Statutum in loco ubi uiget, dicitur ius cõmune.

61 Mixtum imperiũ quomodo definiatur, item & iurisdictio.

62 Dictio, aliàs, est implicatiua similium.

63 Officium iudicis æquiparatur persecutioni.

64 Dictio, ex, significat causam proximam.

65 Verbum, continetur, solet ut plurimũ intelligi de proprietate sermonis.

66 Iurisdictionis in specie definitio.

67 Ius indicendi mulctam est mixti imperij.

68 Meri imperij sex gradus, & quot delegentur, quot non.

69 Concessa magistratibus maioribus in signũ maioritatis causarum, non possunt delegari.

70 Magistratus municipalis in integrum restituere nõ potest.

71 Mixtum imperium regulariter delegari potest, quando delegatio fit per uicem iurisdictionis mandatæ.

72 Ad merum imperium transferendum an requiratur specialis concessio.

73 Competentia alicui rei specialiter, non delegantur. Limita tamen ut num. 74.75.76.

77 Differentia nunq̃ debet induci inter ius canonicũ & ciuile.

Ibi. Rex Siciliæ habet omnia iura principis, & illi competunt omnia reseruata, licet sit subditus Papæ.

78 Dictio, aliquos, addita dictioni, excessus, uerificatur in minoribus excessibus.

79 Pœnæ iuris canonici non fiunt ad ultionem delicti, sed principaliter respectu publicæ utilitatis.

80 Detrusi in monasterium dicuntur pœnitentes.

81 Pœna imposita ad pœnitentiam, non dicitur capitalis.

82 Delegatus principis subdelegat etiam merum imperium.

83 Delegatus in casibus in quibus merum imperiũ delegatur, potest procedere ad ultimum supplicium.

84 Merum imperium quibus competat.

85 Prouincia quæ dicatur, diuersis locis ostenditur.

86 Præsidentes ciuitati tantum, regulariter nõ habent merum imperium.

87 Princeps constituens aliquem supra prouinciam, censetur ei tradere merum imperiũ: si uerò supra ciuitatem, concedit tantum iurisdictionem minimam.

88 Villa existens in territorio ciuitatis nullam habet iurisdictionem, nisi sibi per superiorem concessa reperiatur.

89 Princeps donans castrum, intelligitur etiam donare merum imperium.

90 Baro donatarius cui princeps donauit castrum separatum à iurisdictione ciuitatis, cum mero & mixto imperio, an poterit constituere uicarium uel prætorem qui cognoscat de causis criminalibus.

91 Nati in castro separato à iurisdictione ciuitatis, & donati Baroni per principem cum mero & mixto imperio, an debeant admitti in collegium Doctorum ciuitatis, non obstante statuto.

92 Castrum exemptũ à iurisdictione ciuitatis, an debeat gaudere statutis & priuilegijs ciuitatis, & ea obseruare.

Præsi-

93 *Præfectus uniuersitati non habenti territorium, non dicitur habere merum imperium.*
94 *Collegium Doctorũ nihil potest de nouo ultra ueterem consuetudinem statuere, licet statuta facere poßit.*
95 *Excommunicatio an sit meri imperij.*
96 *Cui pœnæ æquiparetur excommunicatio.*
97 *Pœnitens in articulo mortis, quo ad Deum non habetur pro excommunicato.*
99 *Prælati non debent esse faciles ad excommunicandum pro re leui, puta pro furto gallinæ.*

CAP. QVOD SEDEM. EOD. TIT.

QVOD SEDEM apostolicam &c. Summa & diuide ut hic per Abbatem.
In text. ibi, in tali articulo constituto, nota,
1 †quòd archiepiscopus regulariter non potest
consecrationem sui suffraganei alteri cõmittere. Istud probatur arg. à contrario sensu: &
in simili casu arguit Iurisconsultus in l. i. ff. de
offi. eius cui &c. ubi lex Iulia concedebat impedito, ut posset publici iudicij exercitationẽ
demandare: ergo non impedito non licebat.
Hostieñ. Butr. Abb. Imol. & cæteri hic tenẽt
contrarium, quia archiepiscopus regulariter
delegat in aliũ episcopũ ea quæ sunt ordinis,
prout etiã tenuit gl. in c. peruenit. xcv. distin.
gl. & Abb. in c. aqua. ∫ de consecrat. eccles. &
ad istum tex. respondet, quòd nõ de iure, sed
de honestate procedit. Sed certè, admissa ista
solutione, argumentum Iurisconf. in d. l. i. nõ
fuisset fortissimũ, quia etiam ibi potuisset dici, quòd erat de honestate. Et quòd iste text.
non capiat hunc intellectum, probatur duobus modis. Primò, quia responsio Papæ debet interpretari secundùm interrogationem
sibi factã. l. si defensor. §. i. ff. de interrog. acti.
Interrogatio autem est generalis, nũquid sit
sibi licitum: & sic nedum de honestate, sed etiam de iure. l. semper in cõtractib. ff. de reg.
iuris. Et eodem modo etiam responsio generaliter debet intelligi in d. uerbo, licet. Secundo arguitur ponderando conditionẽ ex
dictione, constituto, quæ importat conditionem, ut per moder. in rubr. ff. solut. matr. Et
2 †conditio in lege posita, importat magnum
mysteriũ iuris, ut dicit Bald. in authen. matri
& auiæ. in i. col. C. quando mulier tutel. offi.
fun. potest. Aret. in c. de causis. infrà de test.
& per Alex. in l. fin. in fine prin. C. de iure de
lib. unde iste text. necessariò uidetur concludere contra communem intellectum. Doct.
in d. l. i. multa dicunt circa naturam istius argumenti. Tu pro nunc aduerte circa intelli-
3 gentiam. †Nam istud argumentũ à contrario
sensu comprehendit sub se quatuor genera
argumentorũ. Primum est argumentũ à speciali: quia si lex dicit aliquid esse speciale in
aliquo casu, ergo à contrario sensu, in con-
4 trarium erit ius commune: et †isto casu, quod
uenit per argumentũ à contrario sensu, dicitur uenire ex ipso textu, seu casu legis. l. qui
testamento. §. mulier. & ibi gl. quã ad hoc notat Bald. ff. de testa. & propterea in tali casu
crederem sumi argumentũ ad correctionem
iuris, quia tunc non uidetur subauditus intellectus. & facit l. i. in fi. ff. ad municip. Et ratio
est, quia lex uolens illud esse speciale, satis dicit negare in alijs casibus: quia istud importat hoc uerbũ, speciale. Et in isto casu potest
saluari quod dicit Feli. in c. significasti. in antepenul. col. de foro compet. dum allegat Gemin. in c. i. prima distin. super gl. in uerb. pro-
hibetur. Secundum †argumentũ est quod 5
dicitur ab inclusione unius: quia lex unũ includens, à contrario casu uidetur aliud excludere, & è conuerso. l. maritus. C. de procur.
l. cùm prætor. in prin. ff. de iudicijs. c. nónne.
∫. de præsump. & istud uenit tacitè, & ex coniectura, ut est text. & ibi gl. in l. apud antiquos.
C. de furt. unde tale argumentum nunquam
caperetur ad correctionem alterius iuris, nisi dispositio aliàs redderetur elusoria. gl. est
in l. nulla. & in authent. diaconissam. C. de episc. & cler. & per moder. in authen. ex testamento. C. de collat. †Tertiũ argumentum 6
est ab exceptione, quæ firmat regulã, de quo
in c. dominus. xxxij. quæst. vij. & in c. cùm dilecta. ubi per moder. ∫. de confirmat. utili uel
inut. & in l. nam quod liquidè. §. fin. ff. de penu leg. nam ubi exceptus est casus à regula,
ergo à contrario sensu, casus qui non est exceptus, continetur sub regula. Et in isto casu
tale argumentum non sumitur ad correctionem iuris communis, etiam si dispositio nihil
operaretur, ut est text. in c. ad audientiam. ∫.
de cler. non resid. ubi si statutum priuet clericos non residentes fructibus, præterquam si
sint infirmi, uel in seruitio Papæ, non trahitur ad existentes in seruitio episcopi, qui de
iure communi non priuantur. & sic excepti
casus non firmant regulam in casibus non
exceptis, ad correctionem iuris communis.
Et ratio est secundum Abb. ibi, quia regula
de iure communi non comprehendit talem
casum: nam †clericus existens in seruitio epi 7
scopi, non habetur pro non residente, de iure communi, à quo statutum recipit interpretationem. l. si serui. C. de noxal. Est uerũ
quòd Alex. in d. authen. ex testamento. uidetur sensisse contrariũ, sed eius opinio confunditur per d. c. ad audientiam. †Quartum 8
argumentum à contrario sensu propriè sumitur ex dispositione generali, aliquid inducente certa ratione, ut accedente contraria ratione, contrarium inducatur. c. cum apostolica. ∫. de his quæ fiunt à prælat. & istud uenit
ex coniectura, & indirectè, ut ibi dicitur: &
de hoc est dicendum ut suprà dixi ex secun-
do genere argumenti: & †talia argumenta à 9
contrario sensu semper ualent, dũmodo sint
à contrario sensu nedum literæ, sed etiam rationis seu mentis, ex quo uerba semper recipiunt interpretationem secundum mentem
legis. l. Labeo. ff. de supell. lega. & ita intelligitur tex. in authen. cassa. C. de sacrosan. eccles.
ubi dicit lex, cassa sint statuta per Italiam: nõ
sequitur, ergo ualeant extra Italiam: nam hic
text. faciendo mentionem de Italia, non propterea uoluit cæteras prouincias excludere,

sed quia frequenter ibi fiebant illa statuta. Eo
dem modo intelligitur text. in c. quod dici-
tur. ∫. de uerb. signif. nam quamuis dicatur,
prius quã conuenirent, intentio tamen dicen
tis non fuit, ut significaret eos deinde con-
uenisse. sicut in simili cum dicimus, Iudices
priusquã de causa cognoscerent, reum dam-
nauerunt: non sequitur, ergo deinde cogno-
uerunt. Et optimè probatur in l. si conuene-
rit. ff. de iurisd. om. iud. Declarat id diffusius
diuus Hieronymus aduersus Heluidium, &
Laurentius Valla super euangelio Matthæi.
Et istud infertur per Butr. & Abb. ad di-
cta testium, in d. c. quod dicitur. & sic etiam
intelligitur text. in l. ij. C. de cond. inser. ubi
si testator iussit caueri fideicommissario, si fi-
lia non diuerteret, non uidetur remisisse cau
tionem in casu diuortij: quia non est uerisi-
mile quòd talem casum turpem considerave
rit: imò præsumendum est potius, quòd ap-
posuerit illa uerba, credens illam aliquo mo-
do nõ diuersuram: ut sic conditio potius stet
in uim causæ compulsiuæ, quàm in uim cau-
sæ finalis, ut declarat ibi Cyn. licet gl. aliter in
10 tellexerit. †Et ex bac declaratione sequitur,
quòd non capietur unquam tale argumen-
tum à contrario sensu causæ impulsiuæ, uel
uerborum narratiuorum, uel modalium, uel
quando sunt plures rationes finales, prout
declarat Alex. in d. l. i. in xvi. col. ex quo, istis
cessantibus, non tamen cessat dispositio, &
intentio proferẽtis. l. i. §. sexum. ff. de postul.
§. affinitatis. Instit. de nupt. cum simil. Et sub
ista declaratione cõprehenduntur etiam fal-
11 lentię positę per Fel. in d. c. nónne. †qui enim
unũ dicit, non uidetur aliud excludere, quan
do est connexum, uel consequutiuum, uel ni
tatur eadem ratione. c. translato. ∃. de consti-
tut. l. i. C. de diuer. rescript. quia mens dicen-
tis non præsumitur talis. Et ista bene nota
pro declaratione. Et ex supradictis appa-
ret, quòd argumentum à contrario sensu te-
net in isto text. ex quo capitur à contrario
sensu loquentis. Unde quicquid dicant Do
12 ctores, teneo contra communem, †quòd ar-
chiepiscopus, nisi ex causa, non possit dele-
gare consecrationem. Non obstant allega
ta in contrarium. Et primo non obstat text.
in c. aqua. ∫. de consecr. eccles. quia licet text.
dicat, quòd episcopus non ualet delegare ca
quæ sunt ordinis, nisi alteri episcopo: non se
quitur, ergo indistinctè ea quæ sunt ordinis,
possunt alteri episcopo delegari: nam text.
ibi procedit constituendo differentiã de sim-
plicibus sacerdotibus ad episcopos, quia ea
quæ sunt iurisdictionis delegabilia, possunt
etiam simplici sacerdoti cõmitti: ea uerò quæ
sunt ordinis delegabilia, debent committi e-
piscopo. Sed non sequitur, ergo omnia quę
sunt ordinis, sunt delegabilia: nam ille text.
non dubitat super hoc, sed præsupponit ha-
bilitatem. c. ad nostram. ult. uers. quanquam.
infrà de iureiur. l. qui testamento. ff. de testa-
men. Stat ergo, quòd aliqua quæ sunt ordi-
nis, sint delegabilia, aliqua non: sicut in si-
mili dicimus de mero imperio, cuius ultimi
duo gradus delegantur, ut per Bart. in l. im-
perium. ff. de iurisd. om. iud. Quamuis ergo
reconciliatio ecclesię demandetur episcopo,
non tamen consecratio episcopi debet pos-
se demandari, quæ est maioris importantię,
ex quo uidetur episcopus grauari, ut dicit
hic gl. si archiepiscopus non interueniat.
Non obstat text. in c. suffraganeis. ∃ de e-
lectione. quia dum text. dicit, ad mandatum
&c. debet intelligi, quòd mandatũ sit factum
in casu licito, puta quia archiepiscopus esset
absens, uel impeditus ex iusta causa, arg. d.
c. ad nostram. cum similib. Et eodem modo
respondetur ad text. in c. cùm prouinciales.
lxiiij. distinct. quod etiam ostendunt illa uer-
ba, si necesse fuerit &c. Non obstat text. c.
pastoralis. infrà proximè seq. quia loquitur
de his quę sunt iurisdictionis, non autem de
his quæ sunt ordinis: de quibus ∫ dicam.
NOTA secundo, †quòd si subsit iusta cau 13
sa, licitum est archiepiscopo delegare ea quę
sunt ordinis, alteri episcopo. Sed nunquid
si facta sit delegatio, præsumitur iusta cau-
sa? Videretur dicendum quòd nõ: quia †quo- 14
tiescunque lex dicit aliquid debere fieri cum
causa, illa non præsumitur nisi appareat, ut
dicit Bart. in l. item si suspectus. ff. de procur.
Et ad idem facit regula l. si fortè. de cast. pe-
cul. ubi quando aliquid non potest fieri ni-
si in certis casibus, probandi sunt illi casus.
& per istam regulam ita tenet Iason in l. i. in
xiiij. col. ff. de offi. eius cui &c. & per eandem
regulam uidetur idem uoluisse Socin. in con
sil. xcvi. in iiij. col. quem sequuntur moder.
in l. nemo potest. ff. de leg. i. ubi dicũt, †quòd 15
quamuis legatus de latere possit ex iusta cau
sa mandare iudici, quòd procedat ordine iu-
ris non seruato, tamen illa causa est proban-
da, nec staretur suo simplici dicto. Ad idem
facit text. in c. nouit. de iud. ubi Abb. & Are-
tin. notant, †quòd quando aliquid non po- 16
test fieri sine certa quidditate, illa quidditas
non præsumitur, etiam in rege, prout loqui-
tur tex. sed debet probari. ad idem quod not.
Aret. in c. quoniam contra, per illum text. in
ult. col. & ibi Felin. ∫ de probat. & per Felin.
in c. si pro debilitate. in iij. col. ∃ de offi. deleg.
Contrarium tenuit gl. notab. in c. pastora-
lis. in princ. ∃ tit. ij. quæ uult †stari dicto ordi- 17
narij, attestantis se propter impedimentũ iu-
stum delegare causam. quam gl. ibi cõmuni-
ter sequuntur Doctores. & idem tenet Alex.
in l. i. col. xxiiij. ff. de offic. eius cui &c. & in
consil. xxiij. consultus. in iiij. Facit in simi-
li, quia †princeps non potest tollere domi- 18
nium quæsitum alteri, sine iusta causa, quæ
tamen præsumitur in eo secundum scriben-
tes, in l. fin. C. si contra ius uel util. & Doct.
in c. quæ in ecclesiarum, suprà de constitut.
facit etiam quod not. Bald. in l. exemplo. in
ult. quæst. C. de collat. & Felin. in c. sicut. in-
fra de sent. excõm. Puto distinguendum,
quòd

19 †quòd aut quærimus an causa præsumatur,
& dicendum est quòd non, per supradicta,
aut quærimus, si causa sit expressa, an stetur
dicto ipsius ordinarij, ita quòd faciat plenam
fidem, & tunc posset teneri gl. in d.c. pastora-
lis. quòd sic. Ratio est, quia inde nomini ori-
tur aliquod præiudicium, ut dicit Bal. in rub.
§ tit. ij. in ult. col. Si uerò posset oriri præiudi-
cium, non crederetur. & ita procedit quod
20 not. Soci. in d. consil. xcvi. † Idem si episcopus
consecrandus reclamaret, quia prætenderet
sibi esse magis honorificum si consecraretur
ab ipso archiepiscopo: nam posset etiam pro-
bari contrarium, quòd imò non subesset iu-
sta causa delegandi, & propter talem proba-
tionem tolleretur præsumptio oriens ex at-
testatione ipsius archiepiscopi, ut satis osten-
dit gl. in d.c. pastoralis. & idem tenet Guliel.
de Cun. & Alberic. de Ros. in d.l.i. Et ex his
consequens est, quòd ex simplici delegatio-
ne, alio non dicto, non præsumeretur causa;
licet si exprimeretur, staretur dicto ipsius de-
legantis, quia talis actus nemini est præiudi-
cialis: unde ex post facto, puta si iam delega-
tus iudicasset, non staretur, quia tunc esset
in præiudicium eius qui succubuit: quod no-
ta. & facit quod notat Feli. in c. si pro debilita-
te, § allegato.
21 NOTA tertio, † quòd ea quæ sunt ordi-
nis episcopalis, non delegantur nisi habenti
ordinem: secus in his quæ sunt iurisdictio-
nis, quia delegantur etiam simplici sacerdo-
ti. d.c. aqua. infrà de consecrat. eccles. Et ea di-
cuntur etiam ordinis episcopalis, quæ requi-
runt consecrationem, ut est consecrare epi-
scopos, ordinare clericos, benedicere uirgi-
nes, ecclesias, uel altaria consecrare, per gl.
in d.c. aqua. & per Bald. in c. transmissam. de
elect. Iurisdictionis uerò dicuntur esse, quæ
consecrationem non requirunt, ut est iudi-
care, excommunicare, corrigere, iuramen-
ta à uasallis accipere, eos inuestire, electos
confirmare, beneficia conferre, ut per Bald.
in d.c. transmissam. Et ratio differentię huius
notabilis est, quam ponit gl. in d.c. aqua. Tu
22 dic clarius ex mente Butrij, & Doct. hic, † po
testas consecrandi est à Deo, & eam uirtuali-
ter habet quilibet consecratus: unde prius in
quolibet loco eam episcopi exercebant, do-
nec deinde fuerunt distinctæ diœceses, ut di-
cunt Doct. in c. si ciuitas. de sent. excõm. in
vi. unde nõ debet aliquis cõsecratus amplius
illa uti, nisi in sibi subditum, & in quem ha-
bet autoritatem. Sed respectu cæterorũ non
deficit sibi habitus seu potentia, sed habet ob
staculum exercitio: unde si habens autorita-
tem, mandat, dicitur remouere tale obstacu-
lum, non autem conferre nouum ius conse-
crandi: quia quamuis episcopus habeat ius
consecrandi in casu text. nostri, non tamen
potest eo uti in personam, quæ esset iurisdi-
ctionis archiepiscopalis. Et istud etiam uo-
luit glossa hic.
23 ; NOTA quarto, † quòd ea quæ sunt ordi-
nis, non sunt adsumenda nisi à catholico, &
cui sedis apostolicæ gratia minimè sit subtra-
cta. facit text. i. quæst. vij. Daibertũ. & ita no-
tant Abb. Imol. & alij hic, quod declara duo-
bus modis. Primo, ut consecrationes ab ipsis
factę & collatę nescientibus de misericordia,
ab ecclesia tollerentur. c. ordinationes. & c.
excõmunicati. ix. quæst. i. not. Ioan. Firm. in
tract. de episc. in iij. lib. in iij. parte princip.
col. iij. Secundo declara, ut talis consecra-
tio sit nulla quo ad executionem, non autem
quo ad habitum, ut est gl. ubi & Abb. & alij
in c. fin. § de ord. ab episc. de quo dic ut per
eum. Et ex his habes notare, quòd excom-
municatus dicitur priuatus gratia sedis apo-
stolicæ. † Et istud facit ad clausulas quę solent 24
apponi in literis principum, quando dicitur,
sub pœna priuationis gratiæ nostræ, uel sub
pœna indignationis, quid operentũ talia uer-
ba. Bart. in extrauag. qui sint rebel. in fin. di-
cit, quòd ista uerba nihil ulterius important,
nisi quòd expresse indicant, uidelicet quòd
princeps non habebit eos gratos, seu erit illis
indignatus. facit quod not. Bald. in procem.
decret. in xiij. col. ubi † ista uerba, maledictio- 25
nem nostram incurrat, non important excõ-
municationẽ, sed simpliciter ponunt inobe-
dientem in peccato mortali, ut per Gemin.
in c. i. in prin. de sepul. in sexto. In cõtrarium
facit iste text. & text. in c. ueniens. ubi mo-
der. infrà de præscript. ubi talis clausula uide
tur importare pœnam excommunicationis.
Fortius etiam probatur in c. i. §. porrò. & ibi
gl. in uerb. perdet. quæ fuit prima causa be-
nefic. amit. ubi talis clausula importat amis-
sionem feudi: & ibi Bald. & moder. hoc no-
tant. Confirmatur per tex. in §. sit tibi quoq.
in authen. de mand. prin. per quem text. dicit
Pet. & Bald. in authen. statuimus. C. de episc.
& cler. † quòd talis clausula importabit quòd 26
superior poterit punire extra ordinem. & fa-
cit quod not. Alex. consil. xi. in i. uol. Siculus
in c. cæterum. col. penul. infrà de iudi. & in c.
prudentiam. §. adijcimus. col. ij. § de offi. de-
leg. & in consil. xi. in quinta col. in primo.
Puto non esse recedendum ab opin. Bart.
quę est uera, & defenditur ex proprietate ser
monis. l. non aliter. de legat. iij. & quia talia
uerba pręcise nõ important certam pœnam:
pœnæ † autem non habent locum nisi in iure 27
expressæ, ut in authen. de non elig. secundo
nub. §. cum igitur. uers. nec quælibet lex. &
tex. in l. diuus. ff. de sepul. uiol. per quam ra-
tionem ita tenet Alex. consil. ciij. penul. col.
in primo. † Fallit, quando delictum commis- 28
sum ex dispositione legis mereretur priua-
tionem feudi, uel pœnam extraordinariam,
quia tunc illa clausula declaratur secundum
ius commune. & ita procedit text. in §. porrò.
& in d. authen. statuimus. Fallit secundo,
quando † diceretur quòd incurreretur sedis 29
apostolicæ indignatio: nam tunc satis potest
admitti quòd incurratur excommunicatio,
& ita potest intelligi text. in c. exit. in fin. de

uerb.ſignif.in vi. Secus ſi Papa diceret, quòd
incurreret indignationem ſuam, uel priuare-
tur gratia: quia poteſt intelligi de gratia ſua,
quatenus eſt homo, non quantum eſt in ſede
Petri, arg.c.ſi gratioſe.de reſcrip.in vi. & ita
ſaluatur quod not. Bald.in d.rub.huius libri.
Eſt uerum quòd iſta limitatio non bene pro-
batur hic, nec in d.c.ueniens. quia non ſequi-
tur, excommunicatus non eſt in gratia ſedis
apoſtolicæ, ergo qui non eſt in gratia ſedis,
eſt excõmunicatus, quicquid dixerit Feli.in
d.c.ueniens. ubi ſubdit, quòd ſi Papa dicat, a-
gatis gratias talibus hominibus pro beneme-
ritis ſuis erga nos, quòd intelligitur manda-
re, quòd ſint exempti ab ordinario, allegat
Ang.in l.Paulus.§. Paulus.ff.de fideicõmiſ.
liber. ſed non reperio Ang. iſtud dicentem,
nec credo ꝙ in ſe ſit uera deciſio, per ſupradi-
cta. Nec in iſto caſu militat ratio d.§. Paulus.
30 NOTA quinto ſecundũ Abb.hic, †quòd
ſubditus tenetur litigare ſub delegato ſui ſu-
perioris: ſicut in ſimili hic uidemus, quòd epi-
ſcopus tenetur recipere conſecrationẽ à de-
legato ſui archiepiſcopi. Adde in ſimili quod
notatur in c.quæris. ſupra de ætat. & qualit.
ubi clericus etiam inuitus compellitur per e-
piſcopum ad maiores ordines ſuſcipiendos,
ſi eſt ualde utilis eccleſiæ, licet ipſe dicat ſe im-
pediri propter peccatum occultum. Intellige
iſtud notabile, ut procedat in reo uel etiam in
actore, qui iam incepit agere: nam aliàs ne-
mo inuitus agere compellitur. l.uni.C.ut ne-
31 mo inuitus. †Sed dubius caſus eſt. Pone, e-
go egi contra te, & conteſtatus ſum litem,
nunquid poſſum te inuito renunciare liti? &
gl. & Bald. in l.utique.ff.de rei uend. dicunt
quòd non, ſi rei interſit: aliàs potero: quod
32 nota. †Sed nunquid potero renunciare in-
ſtantiæ? Videretur quòd ſic, per not.in l.poſt-
quam liti. C. de pact. Puto quòd non, quia
quæſitum eſt ius reo, cuius intereſt expecta-
re diffinitiuam, fortè ut abſoluatur. authen.
qui ſemel. C.quo. & quan.iud. Secundo in-
tellige iſtud notabile, ut nõ procedat quando
delegatus ex iuſta cauſa poſſet recuſari, puta
quia ſuſpectus, ſecundum not.in l.apertiſſi-
mi.C.de iudi.in c. ſuſpicioſis.ẽ tit.ij.in c.cum
ſpeciali. ſ de appell. ueluti ſi in cauſa aliquis
33 uertatur articulus ſubtilis: †nam nõ cõpelletur
ſubditus litigare coram delegato qui ſit groſ-
ſus doctor, ut dicit Bal.in l.fin.in xvi.q.C.de
hæred.inſtit. Extra gl. dum Abb. hic pro-
ſequitur materiam iuriſdictionum, referen-
do dicta Bart. in l. imperium. ff.de iuriſdict.
om.iud. & accommodando ea cum dictis Ca-
34 noniſt. †primo quærit, quid ſit iuriſdictio in
genere, & reſidet cum gl.in l.i.ff. eod. quòd
iuriſdictio ſit poteſtas de publico introducta
cum neceſſitate ius dicendi, & æquitatis ſta-
tuendæ. & cum iſta diffinitione cõmuniter
tranſeũt Doct. Sed tu aduerte, quia Iaſon in
d.l.i. arguit contra iſtam definitionem, quate-
nus dicitur, cum neceſsitate ius dicendi, quia
datur iuriſdictio in qua non eſt iſta neceſsitas.
Iſtud probatur quatuor medijs. Primo in iuriſ-
dictione uoluntaria, uelut in iudicibus char-
tularijs, de quibus in l.i.ff.de iudic. Sed tu re-
ſponde, quòd quicquid ibi dicat gl. nũquam
fit in iure mentio de talibus iudicibus, ut ẽ di-
xi in rub. nec tales iudices aliquã habent ad-
miniſtrationẽ. Præterea iuriſdictio uolunta-
ria ita dicitur reſpectu partium, ſed reſpectu
iudicis eſt neceſſaria, ut eſt text.in authen.de
quæſt.§.ſi uerò aliquis. & in l.iiij.§.ſi tam uici-
num.ff.de dam.infec. ſecundum intellectum
Ang. Imol. Paul. de Caſt. & Alex. Secundo
adducit, quia etiã princeps non cogitur iudi-
care; & tamen habet iuriſdictionem. l.prin-
ceps.ff.de leg. Sed ad hoc reſpondetur ex do-
ctri. Bar. in d.l.imperiũ. in ij.col. ubi dicit, ꝙd
habet neceſſe hoc facere ſaltẽ de honeſtate. l.
digna uox.C.de legi. Ego credo quòd † imò 35
de neceſsitate debeat princeps ius dicere, uel
per ſe, uel per magiſtratus, aliàs poſſet priua-
ri regno. arg.c.alius.xv.quæſt.vi. & iſtud ui-
detur eſſe de iure gentium. c. rex debet. xxiij.
quæſt.v. quo iure non eſt ſolutus princeps.
& facit quod not. And.de Iſer.in tit. quæ ſint
regalia, in uerb. uectigalia. ubi dicit, ꝙ prin-
ceps habet uectigalia, & redditus regni, ut ſer-
uet iuſtitiam, & tueatur ſubditos etiam ab in-
curſibus latronum, aliter non facit fructus
ſuos. & ibi allegat Theologos ita concluden-
tes. Tertio adducit, quia iudex excommu-
nicatus uel ſuſpenſus habet iuriſdictionem,
& tamen non poteſt cogi ad iudicandum. c.
ad probandum. infrà de re iud. Sed dic quòd
nec etiam partibus uolentibus talis debet iu-
dicare, ex quo partes tenentur eum uitare, ut
ibi dicitur: unde talis iudex eſt priuatus uſu
iuriſdictionis in pœnam. Quarto adducit,
quia quando iudex eſt extra territorium, ha-
bet iuriſdictionem habitu, ut eſt gl.in l.iij.ff.
de offi.præſi. & tamen non poteſt cogi. Sed
tu dic, †imò ſi partes conſentiant litigare ſub 36
eo, poſſunt eum cogere, ut dicit Bart. & eſt
communis opinio, in l.fin.ff.de iuſti. & iure,
& per Doct. in c.P. & G. ẽ de offi.deleg. Præ-
terea ad iſta duo fundamenta ultima poteſt
reſponderi, quòd imò iudex poteſt cogi iudi-
care, ſed debet iſtud congruis locis fieri &
temporibus. arg.gl.in c.quoniam Romani.
xxxi.diſtinct. Sed tempore ſuſpenſionis uel
excommunicationis, nõ eſt congruum tem-
pus; ſicut quando iudex eſt extra territoriũ,
non eſt congruus locus. Et ſic poſſunt tolli
argumenta Iaſ. defendendo cõmunem ſen-
tentiã. Sed tu aduerte, quia quodlibet iſtius
definitionis membrum uidetur dubitabile.
Et primò dum dicitur, quòd eſt poteſtas de
publico introducta, uidetur iſtud ineptè di-
ctum: quia cùm nos loquamur de poteſta-
te quatenus reſidet in iudice, certè tunc po-
teſtas idem eſt quod iuriſdictio. l. poteſtatis.
ff.de uerb.ſign. unde iſtud eſt definire idem
per idẽ. Secũdo dum dicitur, cum neceſsitate
ius dicẽdi, iſtud uidetur falſum: quia multa ſpe-
ctãt ad iudicẽ uigore iuriſdictiõis, quæ tñ nõ
ſubſunt

subsunt necessitati.l.non quicquid. ff. de iu-
di.not.in l.ubi pactum,C.de transact. Bal.&
Alex.in l. Gallus,in prin.de lib.& posthom.
Tertio dum subditur,& æquitatis statuendę,
istud est superfluum,quia satis continebatur
sub illis uerbis,ius dicendi,ex quo ius conti-
net æquitatē, quia est ars boni & æqui.l. i. in
prin.ff.de iustit.& iure.Præterea & fortius se
queretur, quòd sententia contra æqoitatem
lata esset nulla,tanquam lata sine iurisdictio-
ne;quod est falsum,quia prętor dicitur ius di
cere,etiam si iniqua decernit.l.penul.ff.de iu
37 stit. & iure. Et facit,†quia condere statutum
est iurisdictionis, ut dicunt omnes in d.l.i. &
Bar.in l.omnes populi.in i.quæst.in prin. ff.
de iusti.& iur.& tamen statutum iniquum te
net.c.cùm omnes.ubi moder.in v.notab.ꝟ.de
coostit. per Bald. in extrauag. de pace Con-
stan.in vij.col.in prin.Præterea non est uerū
quòd iudex debeat semper sequi æquitatem,
imò rigor scriptus præfertur æquitati nō scri
ptæ.l.placuit. C.de iudi. Posset fortè breuius
definiri:Iurisdictio est potestas de publico ad
ius dicendom cōstitura,cogita tamen. Sed
hic successiuè contingit dubitari de duobus.
38 †Primū est in dispositione loquente de iuris-
dictiooe, nunquid in dubio debeat intelligi
de iurisdictione in genere, & sic etiam de me
ro & mixto imperio:an uerò de minima iuris
dictione tantùm. Abb. hic oidetur uoluisse,
quòd intelligatur de minima,nisi addita sit di
ctio,omnimoda.per gl.in Clem.unica,in uer
bo,omnimodam.de for.compet.Eandem o-
pinionem tenet Bald.in c,quanto. in penult.
col. j.de iudi. ubi dicit, quòd si apposita esset
dictio, omnis, adhuc non cōprehenditur me
rum imperiū,quia ista suprema(ut est ius gla
dij)requirunt specialem concessionem. arg.
l.Pomponius. in prin. ff. de procur. & ita te-
net Ias.in d.l.imperium.& pro hac opin.facit
doctrina Bart.in l.hoc legatum.ff.de lega.iij.
In contrarium est cōmunis opinio,de qua
hic per Felin. & eam latè defendit Alex.in l.
i.in xxix.col.cum seq.ff.de offic.eius cui &c̄.
secundū quam etiā consuluit consil. xxxiiij.
in iiij.ool. Pro qua conelusione facit regula,
39 †quòd idem operatur genus, quod numera-
tio singularū specierum.l.omnes. C. de præ-
script.xxx.ann.l.si duo.in fin.ff.de admi.tut.
40 Sed tu aduerte,†quia omnis difficultas re-
sidet in hoc puncto, an merum imperium de
beat specialiter transferri , an uerò sufficiant
uerba genetalia,& Bal.dicit, quòd debet spe
cialiter transferri & exprimi,arg.d.l.Pompo
nius. Confirmo istam opin.duobus argu-
mentis.Primò per text.in d.l.i. ff.de offi.eius
cui &c̄.ubi text.loquens de mero imperio,di
cit quòd specialiter lege,uel cōstitutione,uel
senatusconsulto tribuitur. Secuodo proba
tur,quia merum imperium uidetur esse de re
galibus.c.i.quæ sint regalia. in usib.feud. er-
41 go debet specialiter exprimi,†quia in genera
li concessione nō censentur trāslata regalia,
ut per And.de Iser.Bald.& cæteros in d. c. i.
& facit tex.in c.i.de capi.qui curiam uend.
Puto contrariam opin. quæ est magis cō-
munis,esse ueriorem,& sic quòd sufficiat ge
neraliter concedi iurisdictionem, ut compre
hendatur merum imperium,per suprà dicta.
Non obstat gl. in d.Clem.unic. in uerb.o-
mnimodā.quia illa dictio ibi non uidetur ap-
posita ut includatur merum imperiū, quod
etiam sine illa fuisset inclosum , sed ad decla-
randas qualitates ipsius iurisdictionis , ut o-
stenderet quòd eodem modo & forma, qua
solebant episcopi cognoscere in diœcesi sua,
ita etiā cognoscerent qoando sunt expulsi in
propinqua ciuitate.& istud est magis de men
te literæ,quicquid dicant Abb. & etiam Car
din.ibi. Nec obstat regula l. hoc legatum.
quia noo procedit nisi in odiosis hominū di-
spositiotubus, & habentibus strictam inter-
pretationem,ut per Abb.in c.Rodulphus.ꝟ.
de rescript.& declaraui in c.i.in secundo no-
tab.ꝟ.eod.Præterea regula ibi posita per Bar.
non bene probatur in illo text.qui habet aliā
rationem,ut per Paul.de Cast. in l. serui ele-
ctione.§.Labeo.ff.de lega.i. & latius dixi in l.
ij.in prin.ff.de uerb.obli. Nec obstat quòd
merum imperium specialiter tribuatur,quia
quicquid dicant Bal.& Ias.puto istud ita sim-
pliciter dictum non esse uerum. Non obst.
d.l.i.quia ibi merum imperium tribuitur spe
cialiter,id est, in signum maioritatis causarū,
& specialiter respectu personarum, quia tri-
buitur certis magistratibus;non autem nega
tur,quin uerbis generalibus possit transfer-
ri. Nō obst.quòd sit de regalibus,quia text.
in d.c.i.nō loquitur de omni mero imperio,
sed solùm de pœnis & mulctis.Et de isto fun
damento ꝯdicam. Stat ergo firma cōclusio
cōmunis,quòd concessa iurisdictione,uenit
merum imperiū:quam etiam tenet practicus
Papiensis in forma libelli super actione con-
fess.in uerb.plenam & omnimodam. Fallit
primò ista conclusio,†ut nō censeantur con- 42
cessa ea quæ suot maximi grados meri impe-
rij,ut est coodere legem, secundum Ang. in
d.l.imperium.& sequitur Iason ibi. Fallit se
cundo in regalibus,†quia tali casu merū im- 43
perium coosistens in regalibus non compre
hendetur, sed censebitur reseruatū.arg.c.q̃d
translationē.ꝟ.tit.i. & per Doct. in d.c.i.quæ
sint regalia. Et istud putarem uerum,etiam si
esset additum uerbom generale,puta,omnis
iurisdictio. & in tali casu potest saluari deci-
sio Baldi in d.c.quanto.& facit quod not.Al
ber.de Ros.in d.l.i.in fi. ubi dicit,†quòd rex 44
donans castrum cum omni iure suo, nō cen-
setur concessisse ius regium, quia de tali oeri
similiter uidetur actum. Ista limitatio reci-
pit plures declaratiooes. Prima est,†quando 45
in concessione essent uerba oalde prægnan-
tia, puta quia diceretur, cōcedo tibi omoem
iurisdictionem cum quibuscūq; emolumen-
tis,redditibus,& prouentibus &c̄. nam tunc
includerentur etiam regalia, de quibus in d.
c.i.ut consuluit Paul.de Cast. consil.lxiij. in-

cip. quòd dicti redditus. in i. uol. Et idem eſ-
ſet in cõceſsione, ubi ſit facta mentio aliquo-
rum regalium, deinde ſit ſubdita clauſula ge-
neralis, Et quæcunq; alia &c̃. ſecũdum Paul.
in d. conſil. & And. de Iſer. in d. rub. quæ ſint
46 regalia. in ij. col. Secũdo declara,†ut nõ pro
cedat quando eſſet facta reſeruatio aliquorũ
regalium: nam cenſerentur in generali con-
ceſsione alia incluſa, ſecundum Lud. Rom.
conſil. cclxxi. uis tota. & Decium conſil. cxc-
47 vij. Tertio declara,†ut in tali conceſſione nõ
ueniant regalia quo ad nouam impoſitionẽ,
ſicut ſunt uectigalia de nouo imponenda. l. i.
C. uectig. noua impo. Secus de antiquis ue-
ctigalibus iandiu impoſitis, quia talia nõ cen
ſentur de regalibus, imò locãtur, & uendun-
tur, & transferuntur per habentes imperium
merum, ſicut reliqua priuata. ita ſingulariter
dicit Com. conſil. clxij. uiſa copia. in fi. ita de-
clarans text. in d. c. i. quæ ſint regalia. & ſic
dum text. ponit inter regalia, mulctas, & pœ-
nas, cõfiſcationesq́;, poteſt admitti quòd ſint
regalia, ſed non tamen reſeruata: niſi quan-
do imponerentur propter nouas conſtitutio
nes fiendas ab eo, cui conceditur iuriſdictio:
nam iſtud ſibi non liceret. & niſi ille tex. ita in
telligatur, non uideo quomodo poſsit proce
dere de iure. Nam ut dicit Pet. Iac. in tract. li-
bel. in tit. de iuriſdict. in fin. in illo tit. quæ ſint
regalia. continenť multa, de quibus eſt truffa
tonum dicere quòd ſint alicui reſeruata prin
cipi; unde ipſe tenet quòd ſit ius locari: & pro
48 pterea concludit,† q; ſi aliquis ſit interfectus
in uia publica, cognitio de tali crimine ad eũ
pertinebit, qui in eius caſtro merũ habet im-
periũ à principe ſibi conceſſum: nõ autẽ cen-
ſebitur iſta cognitio reſeruata principi, tanq;
ſit de regalibus. & ſecundũ iſtam deciſionem
etiam ego quandoq; conſului: & Doct. in l.
continuus. §. cùm quis. ff. de uerb. oblig. præ
49 ſupponunt†uiam publicam non eſſe de reſer
uatis, ſed eſſe in dominio ciuitatis, & poſſe
mutari & alienari, quicquid dicatur in d. c. i.
& ita etiã uidi ſeruari. Fallit tertio in man-
50 dato quod ſit iudici:†quia ſi ſimpliciter mãde
tur iuriſdictio, cenſebitur ſolùm actum de iu
riſdictione minima. & ita tenet Feli. hic, pro
quo facit l. cognitio. per arg. à ſpeciali. ff. de
off. eius cui mand. eſt iuriſdict. & uidetur pro
bari, quia talia mandata ſtrictè interpretanť,
unde in dubio uidetur actum de ſpecie, per
regulam d. l. hoc legatum. Sed tamen Alex.
in hoc tenet contrarium in d. l. i. cuius opinio
præualeret in practica. Secunda principa-
51 lis dubitatio,†an appellatione iuriſdictionis,
in dubio intelligenda ſit ordinaria tantùm,
an etiam delegata. Alex. in rubr. ff. de iuriſd.
om. iud. concludit quòd uenit utraq;, ponde-
rando gl. ibi. Contrarium uidetur uoluiſſe
Ant. de But. in c. ſua nobis. ẽ. de offic. uicarij.
quem ſequitur Iaſ. in d. rub. Mouetur, quia
in dubio uerba debent intelligi in potentiori
ſignificatu. l. i. §. qui in perpetuũ. ff. ſi ag. uect.
Iuriſdictio autẽ ordinaria eſt firmior, ut uidi-
mus ſ in rub. Tu nõ recedas ab opin. Alex. di
ſtinguendo ut per eum. Non obſtat funda
mentũ Iaſ.† quia quando uocabulũ habet plu 52
ra ſignificata, & de neceſsitate una eſt tantum
accipienda, tũc capiť ſignificatio potentior:
ueluti cùm lex loquiť de dño alicuius rei, &
intelligit tantũ de uno, tunc ſemper intelligi-
mus de directo: quia directũ & utile dominiũ
ſimul nõ concurrũt in eadem perſona, ut no
tatur in l. ſi quis ui. §. differentia. ff. de acquir.
poſſeſſ. unde tũc accipitur ſignificatio poten
tior, ut intelligať de directo: niſi aliqua cõie-
ctura ſit in contrariũ, puta, quia agatur de ſu-
ſtinendo libello, iuxta notata in l. corruptio-
nem. ff. de uſufr. & per moder. in §. nihil com
mune. in l. naturaliter. ff. de acq. poſſ. Sed ubi
poteſt utraq; ſignificatio accipi, tũc eſt ſecus:
quia uerba generalia, generaliter accipiunť.
l. i. §. i. ff. de aleator. probatur ex not. per Bar.
& Ang. in rub. ff. ſolut. mat. in uerb. petatur.
& aliàs dixi in §. Cato. Succeſsiuè Abb. po
nit definitionem meri imperij, traditam per
Pet. & Bart. in d. l. imperium. ut ſit iuriſdictio
quæ officio iudicis nobili expeditur ad publi
cam utilitatẽ: cum qua definitiuè tranſeũt ibi
Doct. per Bar. Nec obſtat fundamentum
Iaſ. ibi, dum dicit, quòd talis definitio nõ cõ-
prehenderet caſum quo iudex abſolueret ali
quem criminaliter accuſatũ, ex quo talis ſen-
tentia principaliter reſpicit utilitatem priua-
tam, ſcilicet eius qui fuit abſolutus, ut per
Bartol. in l. i. in vi. col. ff. ſol. matr. uerſ. tertio
eſt quædam utilitas. Nam ad hoc ibi reſpon-
det Picus, quòd imò iudex quando procedit
contra aliquem principaliter, procedit pro-
pter publicam utilitatem, ut eos condemnet
ſi reperiat delinquentes: & licet quandoq; ab
ſoluat, iſtud non attenditur. arg. l. ſi quis nec
cauſam. ff. ſi cer. pet. Subdit tamen ibi Picus,
quòd Bar. in iſta materia uoluit plus ſcire, q̃
ipſi Iuriſconſulti: & propterea ipſe aliter te-
net, ut ſ dicam. Pro habenda clarius mate-
ria, uidendum eſt,†nunquid ſit uerum quòd 53
merum imperium expediatur iudicis officio
nobili. Et uidetur quòd ſic, ut probatur in l.
placet. uerſ. quod non ita. ſecundum cõmu-
nem intellectũ. C. de pedan. iudic. Ex quo ſe-
quitur, quòd accuſatio nõ ſit ius diſtinctum
ab officio iudicis: unde iudex procedens in
cauſa accuſationis, dicetur procedere ex offi
cio nobili, nõ autẽ ex officio mercenario de-
ſeruiente accuſationi. & ita tenẽt ibi Bar. Ale
xand. Ioan. Baptiſt. de S. Seuerino in viij. q.
& alij, & eſt de mente Abb. hîc: & ita etiam te
nuit Bar. in extrauag. qui ſint rebelles. in uer
bo, meretur. & in l. cùm lex. in ult. col. ubi in-
fert ad quæſt. ff. de fideiuſſorib. & iſtam par-
tem latè defendit Aret. in rub. ſ. de accuſat. &
pro ea facit ratio,†quia aliquis delinquẽs nõ 54
dicitur obligatus fiſco, niſi demũ lata ſenten-
tia, quo caſu fiſcus acquirit etiam hypothecã,
ut concludit Bart. in l. aufertur. §. fiſcus. ff. de
iure fiſ. per Alex. & moder. in l. reſcriptum.
ff. de pactis. Sed tu aduerte, quia contraria
opinio

opinio uidetur uerior: quia imò delinquens dicitur seipsum obligare, & tenetur ex præsumpto consensu, ut probatur in epist. inter claras. §. lignet. Gl. ibi in uerbo, si ipsum. allegat C. de sum. trini. & fid. cathol. ad idem est tex. in l. si, in uerb. maluerit, ubi Angel. C. de collat. bon. patrim. lib. xi. gl. in l. seruos. ff. de his qui not. infam. Iac. de Beluis. in §. quia uero leonis. ij. in auth. de non alien. per Bart. & Doct. in l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure. Sed officiū iudicis nō competit aduersus obligatum naturaliter, præsertim ex consensu, imò nō pręsupponit obligationē. l. cùm quærebatur. ff. de dam. infec. & quis Aret. in hac rub. dicat, quòd imò obligatio qua tenetur delinquens, oriatur ex æquitate, secundū Bar. in l. non solùm. §. iniuriarū. ff. de iniur. quo casu satis posset dici quòd competeret officiū iudicis, iuxta not. in l. qui seruū. §. fi. ff. de uerb. oblig. tamen dico quòd iure talis delinquēs tenetur etiā ex præsumpto consensu, per supra dicta: & sic tollit responsio Aret. Et istud fundamentū tanto magis procederet in criminibus, in quibus bona applicantur ipso iure fisco, iuxta c. cùm secundum. J. de hæret. in vi. per Bar. in auth. incestas. C. de incest. nup. nam in illis nō potest negari, quin delinquēs statim oblige, ex quo perdit bona: unde in tali casu nō est dicendum quod detur officiū iudicis. Secundo pro ista parte adducitur quod not. Bar. in l. si maritus. §. si autē extraneus. ff. ad l. Iuliam. de adult. Aret. post alios in rubri. J. de iudic. ubi dicunt quòd accusatio est remedium ordinarium, ergo non est officiū iudicis, quia tale est extraordinarium. l. cùm filius. ff. si cert. pet. l. in causæ. ff. de minorib.

Tertio adduco text. in l. i. ff. de iurisdi. om. iud. ubi text. uolens demonstrare amplitudinem officij iudicis, exemplificauit solùm in causis mixti imperij: certè si causę criminales expedirentur tali officio, Iurisconsultus fuisset diminutus, qui tacuisset exēplū nobilius. Nec dicatur quòd hoc concesso sequere, quod nec inquisitio tractare officio nobili: quia respondeo, quòd de inquisitione nō debuit haberi aliqua consideratio, ex quo regulariter nō permitti, arg. l. iiij. ff. de fideicōmis. liber.

55 Quarto considero,† quòd officium iudicis est quid extraordinariū, & non datur nisi ubi non est aliquod nomen speciale petitionis. c. ij. J. de offic. iudi. per Bart. in d. l. i. unde datur quando imploratur restitutio in integrū, uel interpositio decreti, uel datio tutoris: & est ratio, quia ista nō habent nomen speciale petitionis: quæ ratio cessat in casu nostro, ex quo accusatio est nomē speciale. facit in simili quod not. Bar. de cōtractibus innominatis, in l. iuris gentiū, in prin. ff. de pact. in l. ij. ff. de iureiur. & facit, quia ualet argumentū de contractibus ad iudicia. l. omnē. ff. de iudi. Quin-
56 to adduco: † officiū iudicis nobile etiā lata definitiua nō expirat. l. illicitas. §. fi. ff. de off. pręsid. Sed in accusatione, lata sententia, iudicis officiū expirat. l. diui. ff. de pœn. ergo non est nobile. & per istam rationē ita tenet Bar. in l. si iudex postea. ff. de re iud. & licet Alex. in d. l. imperiū, conetur saluare Bart. ab ista contrarietate, tamen Bart. nimis clarè loquitur. Et solutio Alex. ad d. §. final. dum dicit, quòd procedit tantūmodo in mulcta, in qua iudex latas habet habenas. l. si qua pœna. & l. aliud. §. inter. ff. de uerb. sig. confunditur ex notatis per eundem Alex. in d. l. iudex, ubi cōcludit hoc esse nō solū in mulcta, sed etiam in restitutione in integrū, arg. l. in causæ. ij. de minor. §. fin. Sexto adduco, quòd ius indicendi mulctam est meri imperij, secundum Bar. in d. l. imperium. & Abb. hic, & tamen inducitur per uiam actionis in factū. l. i. §. fi. & ibi Bar. in ult. col. in uers. ad secundum. ff. si quis ius dicen. nō obtemp. & talis actio eadem est cum accusatione, secundū Bar. ibi. † Et istam 57
partem, quòd merum imperiū expeditur officio mercenario deseruiente accusationi, principaliter tenuit Bartol. in d. l. si iudex postea. & ibi sequitur Alex. Idem etiā uoluit Bar. in d. l. i. in prin. in iij. q. ubi moder. Taurinen. ponderant. ff. si quis ius dic. nō obtemp. & idem sentit in extrauag. ad reprimendum. in uerb. accusationē. Pet. Bald. Ias. Picus in d. l. imperiū. Bal. in d. l. placet. C. de peda. iudi. Imol. & Ang. in l. v. in prin. ff. de uerb. oblig. Ang. de Are. in tract. malef. in uerb. mero. & in uerb. necnon ad querelam. & in uerb. necnon ad denunciationem. Nec obstat tex. in d. l. placet. quia intellectus cōmunis ad illum tex. non uidetur uerus: & contra eum primò facit, quia est impossibile quòd principiū legis referatur ad causas mediæ iurisdictionis, quæ sunt CCC. aureorum, iuxta text. in §. audient. in auth. de iudi. quia ista distinctio fuit facta à Iustiniano, qui fuit lōgè posterior Imperatoribus qui fecerunt d. l. placet. unde nō potest referri dicta lex ad ius nouissimū, quia sequeretur quòd tempore quo fuit facta, nō habuisset aliquem idoneū intellectum: quo casu non procedit l. sed & posteriores. ff. de legib. Secundo facit, quia falsum est quòd causæ CCC. aureorum possint cognosci per præsides, nisi in causa appellationis. §. & iudicare. in auth. de defens. ciuit. de quibus causis appellationis non potest intelligi d. l. placet. quia illæ non possunt delegari reseruata sententia. auth. ad hæc. C. de iudi. per gl. & Salic. in l. i. C. de pedan. iudi. & tamen d. l. placet. loquitur etiam quando fit delegatio reseruata sententia, secundū cōmunē intellectū. Tertio cōtra eundem intellectū ponderant uerba tex. dum dicit, quòd præsides delegabāt illas causas, eò quòd ipsi nō possent cognoscere. Nam si intelligamus de causis mediæ iurisdictionis, illæ delegarent nō solū quia præsides nō possent, sed etiā quia nō uellent cognoscere: & aliud est nolle, & aliud nō posse. c. cùm super. J. de off. deleg. gl. in c. literas. in uerbo, dispensare. J. de restit. spolia. Quarto ponderantur illa uerba, Ex officio suo, quia non uidetur quòd simpliciter debeant

referri ad officiũ iudicis nobile. quod proba-
tur ex ult. uerſ. ibi, dum tamen de ingenuita-
te &c̃. quæ clauſula eſt exceptiua, ut declarat
Alex. in auth. ex teſtamẽto, in prin. C. de col-
latio. unde exceptio debet eſſe de terminis re
gulæ. l. nam quod liquidè. §. fin. ff. de penu le
ga. ſed exceptio loquitur de cauſis quæ expe
diuntur officio iudicis mercenario, ergo etiã
uerſ. præcedens potius deberet de tali intelli
gi. Facit, quia iura ſacientia mentionẽ etiã de
mero officio iudicis, tamen intelliguntur de
mercenario, l. v. in prin. de uer. obli. Ad iſtud
argumentũ tamen ex infra dicendis patebit
reſponſio. Quinto dico iſtum intellectum
nõ eſſe tenendum, quia corrigit ius antiquũ.
arg. l. ſancimus. C. de teſta. De iure enim an-
tiquo cauſæ pecuniariȩ etiam mille ſolidorũ,
ſunt delegabiles. d. l. imperium. in fin. Facit,
58 †quia ad hoc ut inducatur correctio legũ, de-
bet ſpecificari, ſecũdum gl. in c. cupientes. §.
quòd ſi per uiginti. in uerbo, petere. de elect.
in vi. Sed ibi hoc uõ inducitur expreſſe, imò
ille tex. eſt ualde ambiguus. fa. q̃d not. Bar. in
l. in ambiguo. de reb. dub. Vnde tu cogita ſi
ille tex. aliter poteſt intelligi, ut prima pars lo
quatur in mero imperio, ſecũda in mixto, ter
tia in cauſis iuriſdictionis: & in prima ſtatuiť,
quia cùm iure ueteri propter abſentiã ſeu lici
tum impedimentũ delegarenť cauſȩ meri im
perij, iuxta l. i. ff. de off. eius cui &c̃. & ibi Dd.
ſolebant præſides illas delegare, dicentes ſe
non poſſe cognoſcere, ſeu ſe eſſe occupatos:
uetat iſtud Imperator, niſi tale impedimentũ
ſit ex cauſa publica, uel propter negociorum
multitudinẽ. Subſequitur deinde in ſecunda
parte, quòd iſtud nõ uult procedere in cauſis
in quibus præſides nõ ſolebãt delegare: quia
illæ neq; in dictis duobus caſibus debent de-
legari. & hoc intelligo de illis cauſis mixti im
perij, quæ nõ ſunt delegabiles: & illa uerba,
ex officio ſuo, ſimpliciter intelliguntť, id eſt,
per ſeipſos, ſiue ex propria ſolicitudine. l. ij.
C. de ſer. fugit. l. i. C. qui pet. tut. Et ſi dicas, ſi-
cut præſides delegabant cauſas meri imperij
ſub prætextu quòd eſſent impediti, & propte
rea cognoſcere nõ poſſent, cur nõ idem facie
bant in cauſis mixti imperij? Reſpõdeo, ꝙ ra
tio differentiæ eſt iu promptu: nam in cauſis
meri imperij non debet reus detineri diu in
carceribus, nec expectare quòd ceſſet impe-
dimentũ iudicis. l. i. C. de cuſt. reo. quæ ratio
ceſſat in cauſis mixti imperij, in quibus mo-
ra nõ eſt ita prȩiudicialis. & ita teneo. Nec eſt
uerũ quòd tex. ibi uelit quòd poſsit fieri dele
gatio, reſeruata ſentẽtia, nec uerba legis hoc
important: cogita tamen. Et ſic uidetur quòd
iſta definitio Bart. & Abb. quam acceperũt à
Pet. de Bellapert. nõ ſit uera, & meritò Picus
ab ea receſsit, & dicit quòd uera definitio po
nitur in d. l. imperiũ. per Iuriſconſultũ, ut di-
camus, quòd merũ imperiũ eſt poteſtas gla-
dij animaduertendi in facinoroſos homines,
& ita etiã tenuerũt Ang. Paul. de Caſt. in fin.
& Picus ibi, & etiam eſt de mente gl. in l. i. in
uerb. bonorũ. eod. tit. Idem tenent Oldra. O-
dofre. Iac. de Are. Guliel. de Cun. Iacob. Bu-
trig. Bal. Albe. de Roſ. ibi, & Oldra. conſil. x.
uenditũ eſt caſtrum. Pet. de Anch. Hoſtieñ.
& antiqui hic, Butrig. & Io. de Ana. in c. in ar
chiepiſcopatu. de rapt. Io. And. in addit. Spe
cul. in tit. de iuriſd. om. iud. col. iij. in gl. in uer
bo, explicanť. Pet. Iacobus in libello de iuriſ-
dictio. in iij. col. Et licet aliqui ex ſuprà dictis
alias ponant definitioues, tamen reincidunt
in idem cum definitione Iuriſconſulti, & prȩ
ſupponunt quòd merũ imperiũ conſiſtat in
crudeliori rerũ animaduerſione, propter pu
blicam utilitatẽ, iuxta l. ita uulneratus. ff. ad l.
aquil. nec ipſi cõſiderant iſtud nobile iudicis
officiũ, prout faciũt Bar. & moder. Et cũ iſta
opiu. ego reſideo, intelligendo de gladio nõ
materiali, ſed ciuili, prout in c. dilecto. de ſen.
excõm. in vi. Et tenendo iſtam partẽ, quȩ pro
pter autoritates antiquorũ uideť cõmunior,
uõ obſtant ratioues Bart. & Doct. Et primò
nõ obſtat quòd cõdere legem ſit meri impe-
rij. arg. l. nulli. ubi Bal. C. de ſent. & tamen nõ
comprehenditur ſub hac definitione: quia re
ſpondeo, quòd imò cõdere legem, eſt cuiuſ-
dam facultatis, uec eſt alicuius iuriſdictiouis.
Iſtud probatur, quia à quo remoueť genus,
ab eo remouetur quælibet eius ſpecies. l. om
nis. C. de præſcript. xxx. ann. Sed condere le
gem nõ eſt iuriſdictionis in genere. Iſtud pro
batur, quia iu hoc nõ eſt neceſsitas ius dicen
di, ſecundum diſtinctionẽ ſuprà poſitam: nõ
enim compellitur aliquis leges cõdere. Item
aliud eſt ius dicere, aliud condere. Confir-
matur ſecundo, †quia condere ſtatuta, perti- 59
uet etiã ad nõ habentes aliquam iuriſdictio-
nem: unde etiã populi ſubditi alterius impe-
rio, poſſunt ſtatuere, ut eſt magis cõmunis o-
pinio, per generalitatẽ l. omnes populi. ubi
Iaſ. ff. de iuſti. & iu. & per Doct. in c. quod cle
ricis. ȷ. de ſor. comp. & ſic, ſicut condere ſtatu
ta eſt cuiuſdam facultatis, ita etiã debemus di
cere de alijs legibus, quia ualet argumentum
de uno ad aliud, †& ſtatutũ in loco ubi uiget, 60
dicitur ius cõmune. c. cùm ueniſſent. ȷ. de eo
qui mitt. in poſſeſ. §. uolumus. in extrauag. de
pace Conſtan. & ibi Bal. in uerb. criminalib.
& Iaſ. in d. l. omnes populi. fa. quod not. Ro.
conſil. ccxviij. & Soci. iu cõſil. lxxxi. in i. uol.
Ad idem moueor, quia merum imperiũ ſem
per reſpicit publicam utilitatẽ, ſed lex quan-
doq; reſpicit priuatã. l. i. §. huius ſtudij. ff. de
iuſti. & iur. Præterea etiã dato quòd conde
re legem ſit meri imperij, adhuc Iuriſcouſul-
ti definitio eſt uera: quia Iuriſconſ. definit me
rum imperiũ, quatenus reſidet in magiſtrati-
bus: q̃d oſtendiť arg. rub. ſub qua eſt ſituata
d. l. imperiũ. l. Imperatores. ff. de in diem ad-
dict. non autẽ definiť imperiũ quod eſt prin-
cipi reſeruatũ, prout eſt condere legem. l. fin.
C. de legi. de quo in l. formã. C. de offi. præfe.
præt. & in l. uõ ambigitur. ff. de legib. Sed, ut
dixi, prima reſponſio eſt uerior, quia nullibi
probať quòd cõdȩre legem ſit meri imperij.
Secundo

Secundo nō obstat si diceretur, quòd data ista definitione pro uera, sequeref quòd quilibet haberet merum imperiū, ex quo datur casus, in quo quilibet habet ius animaduertendi gladio in facinorosum, puta si sit desertor, transfuga, uel nocturnus depopulator. l. i. C. ut lic. unicuiq;. Sed responde, quòd terminus Potestas positus in definitione, capit̃ ratione iurisdictionis. l. potestatis. ff. de uerb. sig. sed in dicto casu non animaduertitur rigore iurisdictionis. Tertio nō obstat argumentum Ias. in d. l. imperiū. dum dicit, quòd ista definitio non habet genus propriū & differentias, ergo nō est bona, ut per Bart. in l. i. ff. de testa. Sed potes respondere, quòd imò potestas est genus, cætera uerò importāt differentias, ex quibus resultat proprium. Præterea satis est quòd cōuertatur cum definito. l. i. §. i. ff. de dolo. & per moder. in rub. J. de probat. in iiij. col. & licet Iurisconsultus non posuerit formaliter uerba secundum naturā definitionum, tamē definitio satis colligitur ex eius uerbis, & in hoc imitatus est potius rhetoricos quàm dialecticos, prout etiam solet facere in ratione argumentandi, de quo in l. i. ff. si cert. pet. Cætera argumenta sunt leuia, unde satis fuit respondere in uoce.

61 †Circa definitionem mixti imperij, cōmuniter tenetur opinio Bart. & Abb. quòd sit iurisdictio quæ expeditur officio iudicis nobili, ad priuatam utilitatem. & Bart. dicit expediri officio nobili, ad differentiā iurisdictionis, quæ expeditur officio mercenario deseruiente actioni: & sic Bart. & Doct. constituūt manifestam differentiam inter officium iudicis nobile, & actionē: & ita transeunt omnes. Tu aduerte, quia istud nō est ita expeditum: imò appellatione actionum, generaliter accipiendo, uenit officium nobile: & hoc probatur aliquibus medijs. Primò, quia tali officio competit definitio actionis posita Instit. de actio. Nam officiū iudicis est persecutio. l. pecuniæ. §. persecutionis. ff. de uerb. signif. & sic ius persequendi in iudicio quod sibi debetur. Nec obstat quòd officiū iudicis nullam præsupponat obligationem. l. qui per collusionem. ff. de actio. empt. l. iiij. C. depos. Et sic non uidetur uerificari illud uerbum, debetur, quia respondeo quòd illa iura procedūt in casu suo, uidelicet in officio mercenario, quod expirauit lata sententia: sed nos loquimur in nobili, quod quidem officium nobile præsupponit actionem ex æquitate orientē, quæ etiam propriè loquendo, est obligatio, ut per Bart. & Doct. in l. Iulianus uerum debit. ff. de cond. indeb. licet in tali obligatione quis non constituatur in mora ante interpellationē iudicialem. l. cùm postulassem. ff. de dam. infe. Et nisi diceremus subesse uerā obligationem, male faceret iudex qui compelleret aliquem per officiū suum, si nō esset obligatus, cōtra l. quòd si Ephesi. ff. de eo quod cer. loc. Et probatur hoc, quia in executione iudiciali nedum cōpetit actio in factū iudicati, sed etiam officiū iudicis nobile. l. item ueniunt. §. idem rectè. ff. de petit. hæred. Bart. & Doct. in l. intra. ff. de re iud. ergo præsupponit etiā propriè loquendo obligationē, quia aliàs nō posset cōcurrere cū actione. Et idem dicitur in executione mulctæ, pro qua cōpetit actio, & etiam iudicis officium. l. i. §. fin. ff. si quis ius dicen. non obtemp. Secūdo probatur in l. in causæ. ij. in prin. ff. de minor. iun-
cto eo, †quòd dictio, aliàs, est implicatiua si- 62
miliū. l. si fugitiui. C. de ser. fugit. Et dicere q; ibi nō implicat, est cauillare tex. Tertio probatur ex l. i. iuncta l. liberti. C. de liber. & eor. lib. nam in l. i. dicitur quòd datur remediū extraordinariū, & sic officiū iudicis. l. cū filius. ff. si cert. pet. sed in l. liberti. dicitur quòd datur actio: & sic ibi expresse apparet appellatione actionis cōprehendi officium iudicis.

Quarto facit, †quia idem est officiū iudicis, 63
quod persecutio, secundū Bar. in d. l. i. & probatur in l. pecuniæ. §. persecutionis. ff. de uerbo. sig. Et persecutio & actio extraordinaria, seu actio in factum, idem est. l. fin. ff. de uar. et extraord. cogn. §. præiudiciales. Instit. de act. Et hoc tenendo nō obstant allegata in cōtrarium: & primò tex. in l. quòd si minor. §. fi. ff. de minor. dum dicit, ex hoc edicto nulla propria actio proficiscitur, sed totum pendet ex prætoris cognitione: quia uult dicere text. q; ex illo edicto non oritur aliqua actio natiua, sed si prætor cognouerit subesse æquitatē, cōcedet datiuā, seu extraordinariā actionē. Et
iste intellectus probaf pōderando † dictionē 64
Ex, quæ significat causam proximam, ut per Bar. & Doct. in l. nō dubiū. C. de ll. & ponderando dictionē, proficiscitur, quę refertur ad actiones natiuas, de quibus per Bart. in §. & ideo. in l. iuris gentiū. ff. de pact. Præterea illa dictio, propria, significat specialem: quia proprium est quod uni soli conuenit, secundum Dialecticos: unde nō tollitur actio extraordinaria, quæ est generalis. Non obstat l. hereditas. in fi. ff. de petit. hæred. ibi, q̃uis stricto iure nulla teneanf actione hæredes &c̃. quia respōdeo, quòd ille tex. à cōtrario sensu probat quòd hæredes iure nō stricto, & sic ex æquitate tenentur aliqua actione, & sic officio iudicis: & secundum illum tex. intelligitur l. Quintus. §. Pomponius. ff. de annuis lega.

Non obstat tex. in l. actionis. in i. uers. ff. de act. & oblig. ubi uidef probari, q; officiū iudicis instar actionū obtinet, ergo non est actio, ut ibi in gl. Nam respondeo, quòd ille tex. inducit similitudinē officij iudicis cum actione particulari in rem, uel actione in personam: sed nō sequitur quin omnes cōprehendanf, capiendo actionē in genere: sicut hominū alter est alteri similis, & tamen omnes propriè ueniūt appellatione hominū. & istud proba-
tur ibi etiam ponderando † uerbum, cōtinen 65
tur, quod solet ut plurimum intelligi de proprietate sermonis, ut per Bar. in l. cui eorū. §. affinitatis. ff. de postul. Nō obst. tex. in c. ij. J. de offic. iud. ibi, officiū iudicis ubicunq; pro

actione proponitur, ergo non est actio. Nam respondeo, quòd ibi ponuntur illa uerba ad differentiam officij iudicis, quod succedit loco exceptionis, de quo in l. planè. ff. de petit. hęred. non quòd in suo casu iudicis officium nō comprehenderetur sub actione. Et sic illa prępositio, pro, nō stat similitudinariè, sed ad denotandam differentiam: sicut si mercator uini dicat, istud uinum habeo pro merce, illud uerò pro usu meo. l. seruos autē. §. si. ff. de leg. iij. facit l. ij. §. separata. ff. pro empto. Et sic remanet defensata ista opinio aduersus Bar. Abb. & Doct. de qua latius dixi Paradoxorū lib. 11. Et ex hoc capite definitio Bar. uidetur dubia. Sed tu fortius cōsidera, quòd adhuc admissa cōmuni opinione, resultat nō modica difficultas contra istam definitionē. Et primò obstat, quia ad petitionē fideicōmissi nedum competit actio, secundum text. in l. i. C. cōm. de leg. sed etiam officiū iudicis. d. §. persecutionem. & l. cùm proponas. i. C. de pact. per Ang. in §. pen. in auth. de hæred. & falcid. Sequeret ergo, ꝙ causa fideicōmissi, si intentaretur officiū iudicis, esset mixti imperij: si uerò intētaretur actio, esset iurisdictionis: & sic delegatio posset fieri, uel nō posset, habito respectu ad modum agendi, nō autē ad pręiudicium & maioritatē causarū: quod est cōtra Doct. in l. i. in prin. ff. de officio eius cui &c.

Secundo obstat, quia facere executionem sententiæ, est mixti imperij. l. iubere cauere. ff. de iurisd. om. iud. ubi Bart. & omnes, & tamen ista executio etiam fit per uiam actionis in factum. l. cùm antea. circa prin. C. de arbit. per Bart. & Doct. in d. l. intra. ff. de re iudic.

Tertio obstat, quia missio in possessionem ex primo decreto in actione reali, uidetur fieri officio iudicis mercenario, ut cōtumax ueniat cōpariturus & respōsurus actioni intentatæ, & tamen est mixti imperij. d. l. iubere. Nec responsio Bar. ibi est bona, dum dicit, ꝙ imò talis missio fit ex edicto prætoris, de quo in l. Fulcinius. §. i. ff. de bon. auto. iud. & consequenter non fit uirtute actionis intentatæ, sed uirtute nouæ cōcessionis factæ per prętorem. quia respōdeo, ꝙ tex. in d. §. i. solū loquitur in actionib. personalibus: unde pro resolutiōe istorū argumentorū uide quę inferius dicā, ubi tradā nouā doctrinā in ista materia.

Circa definitionē iurisdictionis, Doct. cō-
66 muniter transeunt cum Bart. & Abb. hic, † ꝙ eius causæ expediantur officio mercenario deseruiente actioni ad priuatā utilitatē. Sed tu aduerte, quia in cōtrariū fortiter stringit tex. in d. l. imperiū. uers. si, ubi iudicis dandi licentia est iurisdictionis, & tamē nō expeditur iudicis officio mercenario, sed nobili. l. i. ff. de iurisd. om. iud. Et probat, tum quia ad hoc nō est aliqua prodita actio, tum quia iudex ex se ipso etiā inuitis partib. potest delegare. c. pastoralis. ubi not. j. eo. unde etiā ante motā litē potest iudex cōstituere delegatū. l. obseruandum. ubi gl. ff. de iudi. Nec est uerū ꝙ Ias. Picus, & alij moder. dicūt, quòd imò delegatio sit officio mercenario deseruiente actioni intentanda, arg. notatorū per Bart. in d. l. i. ubi officiū iudicis etiā ante litem contest. deseruit interrogationib. faciendis, & dilationib. dandis: quia respondeo, quòd ista propriè ueniunt ex natura actionis parte petente: ꝗd nō est in delegationib. aliàs etiā restitutio in integrū aduersus remissionē actionis deberet dici esse iurisdictiōis, & expediri officio mercenario: quod est falsum. Pro responsione istius argumēti uideret esse tenendus intellectus cōmunis, quē ad illū tex. tenēt Pet. Cyn. Bar. Alex. & moder. & declarat per Io. Bapt. de S. Seuerino ibi, in xxvij. q. qui dicūt, quòd tex. non uult dicere quòd delegare causas sit iurisdictionis, sed quòd de natura causarū iurisdictionis est ut possint delegari. Sed iste intellectus nō uidetur tenendus, quia nō cōuenit literæ, & est facere tex. de nouo. Præterea secundū hunc intellectū dictio, etiā, aut nihil implicaret, quod est contra naturā suā, l. etiam. ff. solut. matr. aut implicaret quòd mixtum imperiū possit delegari, quod est cōtra ipsorū doctrinā. Item ibi probaret quòd causæ iurisdictionis essent delegabiles, quod est contra d. l. placet. uers. fin. & certè secundum hunc intellectū Iuriscōsultus ineptè expressisset intentionē suā: unde ego aliàs disputando dixi, quòd in d. l. imperiū. solùm Iurisconsultus loquitur de mero & mixto imperio, ꝗd ostenditur ex diuisione facta in prin. legis. Et dum text. dicit, mixtū est, cui etiā iurisdictio inest, quod in danda bonorū possessione cōsistit: subsequit, idem esse de licētia dandi iudicis, quia sicut in bonorum possessione iurisdictio inest, ita etiā inest in licētia dandi iudicis, unde utrunq; est mixti imperij. & sic in illo tex. licentia, est casus ablatiui, & subaudit præpositio, in, prout fit in auth. de defens. ciuit. in prin. ubi gl. in uerb. multis. & in l. i. in uerb. quiete. C. de primice. lib. xij. & in carmine Vergiliano, lac mihi nō æstate, pro nō in æstate. & declarat Seruius in III. Aeneid. super carmine, Quod tibi delato Ortygiam. & solent idonei autores uti hoc loquēdi modo: & secundū hunc intellectū omnia erunt plana. Secūda difficultas est, quia dantur causæ iurisdictionis, quæ tamē respiciūt utilitatē publicā: ueluti si aliquid debeatur fisco. l. utilitas. C. de primip. lib. xij. secundū Fulg. & Picum in d. l. imperiū. Et econtra potest dari mixtum imperiū tendens ad utilitatē publicā, si ad instantiam fisci mitteretur aliquis in possessionem, facit l. item ueniunt. §. in priuatorum. ff. de petit. hæred. Sed respōde, quòd debet definitio intelligi de publica utilitate, quę est in cōmuni & in quolibet particulari, non de ea quę est in cōmuni tantū. l. ij. §. hoc interdictū. ff. ne quid in loco pub. per Bar. in l. i. in v. col. ff. sol. mat. & ita resident mod. in d. l. imperiū. Potes etiā dicere, ꝙ naturaliter istæ actiones sunt inuentæ, ut consulatur unicuiq; priuato: & licet eo iure etiā fiscus possit uti, non tamen alteratur earum natura. arg. gl. in

l. certi

l. certi cōdictio. in prin. ff. si cert. pet. Tertia difficultas est, quā ego moueo: quia sunt aliquæ iurisdictiones quæ expediunt per actiones, quæ tamen publicam respiciūt utilitatē principaliter, etiam in quolibet particulari. Istud probat in interdictis quę facta sunt propter publicā utilitatē, ut est de uia publica, & ne in flumine publico, l. ij. §. publicę utilitatis. ff. de interdict. & tamen expediunt per uiam actionis. §. fi. ubi gl. Instit. de interdic. Quarta difficultas est, quia aliqua sunt iurisdictionis, ut est causa ingenuitatis & libertatis, secundum Bart. & Doct. & tamen expediunt officio iudicis nobili, ut est gl. in l. si duo. in prin. ff. de iureiur. & probat in l. i. §. per hanc. ff. de rei uēd. Et fortius posset teneri, ꝙ actio præiudicialis sit officiū iudicis, & sic sit actio in factum dependens à prætoris cognitione. Nec obstaret text. in d. §. per hanc. qui ponit actiones prę iudiciales tanquam differentes à prætoria cognitione: quia ibi potest intelligi de alia cognitione prætoria, quæ nō est præiudicialis, nec cōpetit contra filium, sed contra tertiū dicentem filium nō esse in potestate, de qua in l. iij. §. cæterū. ff. de lib. exhib. & sic declarabitur tex. in d. §. præiudiciales. ibi, ex quibus una ferè causam habet legitimam, scilicet actio qua quæritur, an aliquis sit liber &c. nam ibi ponit illam dictionem, ferè: quia quāuis illæ præiudiciales actiones pendeant ex officio prætoris, nihilominus illa qua quęritur, an aliquis sit liber, quandoq; est ciuilis, & expeditur iure actionis. Et hoc est in casu posito in d. §. per hanc. uidelicet quādo intentatur rei uendicatio adiecta causa, scilicet ex iure Quiritium. Cogita tamen, & non recede à cōmuni. Ex suprà dictis apparet, quòd istæ definitiones Doct. sunt periculosæ: unde tu breuiter dicas, quòd merum imperium expeditur accusationibus uel inquisitionib. mixtū uerò persecutionibus, iurisdictio minima actionibus, nō faciendo istam differentiam de utilitate publica & priuata, prout cōsiderant Doct. & non probatur aliquo iure.

67 †Et ex hoc infertur, quòd ius indicēdi mulctam sit mixti imperij, quia expeditur actione in factum. l. i. §. fin. ff. si quis ius dicen. nō obtemp. quæ, quando pendet ex iurisdictione prætoris, idem est quod officium iudicis.

Et idem etiā est de causa executionis, quia licet Doct. dicant in illis causis competere duplex remediū, in d. l. i. tamen quicquid ipsi dixerint, puto quòd sit unū tantū, & idem sit ipsa actio in factum, quod officiū iudicis. Et idem arbitror in causis fideicommissi: unde tolluntur oppositiones quas s feci. Et idem, saltem disputatiuè, posset teneri de causis libertatis & ingenuitatis, de quibus suprà dixi Et secundum prædicta optimè declaratur d. l. imperiū. nam imperiū dicitur ab imperando, eò quòd iudex in causis imperij non adstringitur ad certam regulam, sed totum pendet ab eius iurisdictione: & istud propriè est in causis criminalibus, quia nullū ius residet in parte accusante, unde tūc imperiū dicitur merum. Vbi uerò uenit aliquod ius applicandum parti, ut est in persecutionibus, tunc dicitur mixtū: & tale imperiū est simile causis iurisdictionis. unde text. illud definiendo dicit mixtū imperiū esse potestatē, seu illud imperiū cui etiā iurisdictio inest, secundū Ang. in d. l. imperiū. & exemplificat in bonorū possessione, quę propriè est persecutio. l. iij. §. bonorū. ff. de bon. poss. Expeditis definitionibus, Abb. post Bart. ponit † sex gradus meri 68
imperij, quorū quatuor primi non delegantur, duo uerò ultimi delegantur, scilicet, coërcio & ius indicendæ mulctę. Et est ratio, quia ista duo competunt etiam magistratibus municipalibus, ergo possunt delegari, secūdum eos, per l. i. uers. qui uerò. de offi. eius cui &c. Sed tu aduerte circa istam rationem, à qua dependet tota materia delegationū, & quam male uidentur Doctores intellexisse. Et principaliter Doct. ex d. l. i. colligunt duas regulas. Prima est, † quòd ea quæ conceduntur 69
magistratibus maioribus in signum maioritatis causarum, non possunt delegari: & consequenter causę meri & mixti imperij nō delegant, quia in eis electa est industria personæ. Sed tu aduerte, quia Guido de Suza: & Raph. Fulg. in d. l. i. non tenuerunt istum intellectum, quorum opinio uidetur uerior: quia cauillatur ille tex. si exponamus specialiter, id est, in priuilegium maioritatis causarum. Imò illa dictio significat nominatim, & in specie: unde infrà ponam alium intellectū uerum. Secunda regula est, quòd ea quæ competunt iure magistratus, & sic quæ competunt etiam decurionibus, qui sunt minores magistratus, possunt delegari. Sed etiam ista regula non est uera, & contra eam primò obstat ille text. quia intelligere ibi magistratus, scilicet decuriones, est ridicula interpretatio: quia ibi nō fit aliqua mentio de istis decurionibus, sed solùm distinguit de his quæ competunt, puta prætori, & sic tanquam gerenti talem magistratum, ab his quæ nominatim & in specie sunt illi concessa. Secundo dicitur, quòd imò ista regula est falsa: quia aliqua competunt delegatis, quæ non competunt magistratibus municipalibus. Istud probatur per l. ea quę. ff. ad municip. ubi decuriones non possunt in possessionem mittere legatorum seruandorū causa. d. l. ea quæ. & tamen istud potest delegari. l. cognitio. §. ut possessio. ff. de offic. eius cui &c. Et solutio gl. & Doct. ibi est cōtra tex. dum dicunt, quòd d. §. ut possessio. loquitur de cognitione, utrum permittenda sit missio, uel ne. Nam text. dicit, ut in possessionē mittatur, mādari potest. Præterea ista solutio caret ratione, & potius esset dicendum totū oppositū, ut ibi aduertit Paul. de Cast. Tertio probatur, † quia magi 70
stratus municipalis in integrū restituere nō potest. d. l. ea quæ. & tamen iudex cui mādata sit iurisdictio, potest. l. fin. C. ubi & apud quē. etiā iure ſforū, si specialiter id fuerit mādatū,

ut ibi dicitur in fin. Nec obſtat ſolntio Bar. in d.l.imperium.poſt gl.in l.i.ff.de dam.infe. dum dicit, quòd eſt ſpeciale fauore minorū: quia iſtud eſt cōtra d. l.fin. quæ loquitur etiā de reſtit.maior. Nec obſtat ſolutio Alex.in d.l.i.in ix.col.dicentis ſimpliciter eſſe ſpeciale fauore reſtitutionis in integrum: quia hoc attento,ex eodem fauore debuiſſet etiam cōpetere municipalibus,per extenſionē regulæ paſsiuæ,quæ procedit etiā in correctorijs, de quo per Alex.& Doct.in l.ij. ff.de legat.i. Item maior fauor eſt, ut lapſus reſtituat̃ per maiorem magiſtratū. l.non diſtinguemus.§. Iulianus.ff.de arbit.Io.Fab.in §.fin. Inſtit.de Attilia.tut. Alex.in d.l.i.in x.col.ff.de iuriſd. om.iud. Minus etiam obſtat ſi diceretur, ꝙ etiam de iure Digeſtorū non poſſet delegari iſta reſtitutio, ſed tantūmodo cognitio, utrū eſſet danda, uel ne: quia reſpondeo, ꝙ iſtud eſt contra d.l.fin.quæ loquitur in ipſa reſtitutione,circa medium, ibi, is qui iudicem dederit, uidetur ipſe dare reſtitutionē in integrū,

Quarto probatur, quia aliqua competunt magiſtratibus municipalibus,quę tamen nō competunt præſidibus, nec quo ad cognitionem,nec quo ad delegationē: ſicut ſunt cauſæ citra c c c.ſolidos,de quibus non poſſunt ſe præſides intromittere, ut eſt tex.in §.& iudicare. in auth. de defenſ. ciuit. quicquid dicant Doct. Nec obſtat tex.in §.audient.in auth.de iudi. ubi pedanei ex delegatione ordinariorū cognoſcunt uſq; ad c c c. aureos: quia ille text,non loquitur de prouincijs ubi ſunt præſides,uel procōſules, uel ſimiles magiſtratus,ſed ponit ius particulare iudicū qui ſunt in Romana curia, ut apparet in principio cōſtitutionis,& declarat Bar.ibi. Quinto facit,quia duumuiri nō poſſunt mulctare. l.i.ff.ſi quis ius dicen.& duumuiri ſunt magiſtratus municipales. l. honores. ff. de decur. lib.x.l.in honorarijs,in fin. ff.de actio.& oblig.l.iiij.§.duas.ff.de dam.inſect.quicquid dicant Ang.& moder.in d.l.uni.qui dicūt contra illos tex. Et etiam defenſores ciuitatum nō poſſunt mulctare.l.defenſores.ij.C.de defenſ.ciuit.non cauillando illum tex.& tamen uidetur quòd iſtud ius competat iudicibus, quibus mandata eſt iuriſdictio.l.ij. ff. quis & à quo.l.nullus.C.de ſpor.Licet aliud ſit in iudicibus datis, ſeu pedaneis, de quibus dixi ſ in rub. Sexto facit,quia magiſtratus municipales nō poterant iure Digeſtorū decernere bonorū poſſeſsionē.d.l.ea quæ.& l.fin.C. qui admitt.& tamen iudices, quibus mandata erat iuriſdictio,poterant.d.l.cognitio. §.ut poſſeſsio. Nec obſtat quòd dicūt Doct.debere intelligi de poſſeſsione bonorū, quę nō tribuit ius, ex quo Iuriſcōſultus dixit poſſeſsionem bonorū,nō autem bonorū poſſeſsionem: quia iſtud argumentū confunditur per l.ſi duobus.in prin.ff.de bo.poſſ.cōtra tab.et l.liberto ſuo herede.ff.de bon.liber.& tex.cū ibi not.in l.i. C.unde legi.& text.cum rub.ff. de bon.poſſ.& hæred.petit.quibus iurib.probatur dictam differentiam non eſſe ueram.

Septimo facit, quia è conuerſo etiam uidemus aliqua cōpetere magiſtratibus, quę non cōpetunt delegatis,ut eſt ius fuſtigandi. §.audient. in auth. de defenſ. ciuit. l. magiſtratib. ubi Bar.ff.de iuriſd.om.iud.Et confirmatur, quia magiſtratus municipales habent poteſtatē ſuper carceres,l.ſi quis uxori.§.ſi fugitiuum.ff.de fur. quod nō uidetur cōpetere delegatis.§.ſi uerò ignoti,in auth.de teſti. Vltimo confirmatur, quia iſti magiſtratus ſunt de ſe diſtincti,nec unus intromittit ſe de altero, d. §.& iudicare. & conſequenter, de uno non infertur ad aliud. l.Papinianus exuli. ff. de minor. Et ita remanet confutatus intellectus cōmunis ad d.l.i. Quare tu pro declaratione illius tex. facias firmam concluſionem, quòd mixtū imperiū competit iure magiſtratus, & poteſt delegari, prout etiā tenuit Fulgoſ.in d.l.i.Iſtud probatur primò in d.l.i.§.fi. ibi, Imperiū quod iuriſdictioni cohęret, mandata iuriſdictione transfertur: tale enim imperium eſt mixtum,d.l.imperiū.ibi, cui iuriſdictio ineſt. & intelligere ſimpliciter de coërcione, eſt reſtringere text. Secundo probatur in l.fin.ff.eod.ubi mandata iuriſdictione, transfertur imperium quod non eſt merum, ergo mixtū transfertur: duplex enim tantūmodo eſt imperium, merum uidelicet & mixtum.d.l.imperiū. Nec obſt.ratio quæ ſubditur; iuriſdictio enim ſine modica coërcione nulla eſt: quia talis coercio intelligitur de miſsione in poſſeſsionē cōtra contumacē,& de iure mulctandi, quę ſunt mixti imperij,& competunt iudicibus quibus mandata eſt iuriſdictio, ut ſ dixi. Tertio probat̃ in d. l.cognitio,in prin.ubi dicit tex.cùm propriam iuriſdictionem tuis dederis legatis, cōſequens eſt &c̃.Nam niſi mixtum imperiū eſſet delegabile, illa conſequentia non tenuiſſet, præſertim quòd talis cognitio ante illud reſcriptum non uideretur delegabilis, quia ſpecialiter conceſſa.l.i.ff.quod falſo tut. Quarto probatur in d.l.cognitio. §. fi. ubi expreſſim cauetur, poſſe mandari bonorū poſſeſsionē, & miſsionem in poſſeſsionē:& reſtringere illum text. de poſſeſsionibus, quæ nō tribuūt ius, uel de cognitione tantū, eſt reſtrictio irrationabilis, ut ſatis perpendunt ibi Panl. de Caſt.& Iaſ. Quinto probatur, quia delegare cauſas, eſt mixti imperij, ut ſ dixi,& probatur in l.cùm prętor.§.i.ibi, propter uim imperij.ff.de iudi.& tamen tale ius tranſit in eum, cui mandata eſt iuriſdictio, ut ibi probat̃, nō reſtringendo regulam per exemplum,& ſ dixi in rub. Sexto facit, quia reſtitutio in integrum eſt mixti imperij.d.l.ea tamen. & nihilominus poteſt delegari.d.l.fi.C.ubi & apud quem. Nec tex.ibi ſe fundat in aliqua ſpecialitate, ſed in ratione, quòd delegatus refert perſonam delegantis, ut ibi in gl.in uerb. reſtitutionem. quę ratio generaliter concludit, non ſpeciali fauore, de quo etiam ſ dixi. Septimo probatur, quia cùm iſta prohibitio de-

legationis

legationis sit introducta propter maioritatē causarum & magistratuum, secūdum Doct. in quibus uidetur electa industria personæ, sequeretur quòd causa ualens c c c. aureos, posset delegari misso in possessionē ex secundo decreto: & si causa nō importaret centum aureos, nō posset: quod est absurdū, & cōtra rationē ipsorū Doct. Vltimo probatur, quia mixtum imperium de iure canonico sine dubio est delegabile. c. cùm uenissent. de eo qui mittit̄ in possess. & gl. in c. si quis clericū. j. de for. comp. Nec inducenda est differentia inter ius canonicum & ciuile, c. i. de oper. noui nunc. & j ostendam nō esse aliquam differentiam. Ista conclusione sic firmata, resultat clarus intellectus ad d. l. i. ut uelit Iurisconsultus, quòd ea quæ specialiter, id est, nominatim & in specie, lege uel senatusconsulto, uel constitutionibus principum tribuuntur, nō possunt delegari: quæ uerò competunt iure magistratus, id est, eo ipso q̄ aliquis est creatus in officialem, puta quia factus est prætor uel præses, ea possunt delegari. Et si quæras; quæ sunt ista, quę competunt specialiter: Respōdeo primò, merū imperiū, ut probat̄ in l. aut damnū. §. præfecto ff. de pœn. & l. nemo potest. ff. de reg. iur. & talis concessio reperit̄ facta à legibus propriè loquendo, prout sunt promulgatæ à magistratu, & confirmatæ per populum. §. lex autem. Instit. de iur. nat. gen. ueluti sunt leges publicorū iudiciorū. Idem est in aliquibus casibus mixti imperij, ueluti in alienatione rusticorū prædiorū, quæ uetita est minoribus, oratione Seueri & Antonini, nisi cum causæ cognitione, quæ specialiter prætori cōmissa est. l. i. in prin. ff. de rebus eor. ideo non delegatur. l. ij. ff. de offi. eius cui &c. Idē in causæ cognitione super transactione alimentorū de futuro, quæ oratione diui Marci, prætori uel præsidi specialiter est concessa. l. cùm hi. in prin. ff. de transact. ideo nō delegatur. §. nec demandare. in d. l. item in datione tutoris. quæ specialiter conuenit certis magistratib. l. muto. §. tutoris datio. ff. de tutel. l. i. ff. de tut. & cura. dan. & ideo non delegatur. l. nec mandante. eod. tit. Idem uidetur in manumissione, quod ius specialiter aliquibus magistratibus est concessum. l. fin. C. de uind. lib. l. apud. de manumiss. uind. unde nō delegatur. d. l. ij. Et ratio istorum casuum est, propter quendam specialem fauorē seu concessionem ipsis factam, nō uidetur fuisse de mente concedentis, quòd possent delegari, imò censetur electa industria personæ. Et hoc tenendo, nō obstant in contrariū allegata. Et primò non obstat d. l. placet. & d. l. imperium. in fin. allegatæ per Alex. in d. l. i. quia cōmunis intellectus ad illas leges non est uerus, ut suprà latius dixi, & ex uno inconuenienti, ipsi deduxerunt mille incōuenientia. Et propterea, secundum intellectum meū in d. l. placet. uers. quod nō ita. dixi quòd loquitur in causis mixti imperij nō delegabilibus, quas suprà enumeraui. Secundo non obstat l. nec quicquam. §. ubi decretum. ff. de offic. proconsul. quia intellectus dati per Doct. ad illum tex. sunt omnes uiolariui; unde tu intellige realiter, quòd ubi decretum est necessarium, non debet proconsul expedire per libellum: id est, non est satis quòd subscribat libello, sed debet cognoscere, & re ipsa interponere decretū. l. iudex. C. cōmi. uel epist. l. minorū. C. de præd. minorū. l. ij. C. de assess. unde nō sequitur, quin mandata iurisdictione, ueniat etiā ius interponēdi decretū extra illos casus speciales. Tertio nō obst. fundamentū Riminal. dum dicit, quòd sequeret̄ q̄ delegatus principis non posset subdelegare, ex quo specialiter habet cōmissionem à principe, & sic à lege, quod est cōtra l. à iudice. C. de iudi. quia respondeo quòd d. l. i. loquitur in ordinario habente specialem cōmissionē à lege: sed delegatio principis non fit animo condendi legem, imò est concessio personalis. l. i. de constit. prin. licet deinde habeat facultatem delegandi. Facit etiam, quia si commissio fiat specialiter à prætore, uel declaretur ex responsis prudentū, inde erit delegabilis. l. iiij. §. duas. de dam. infe. l. ij. ff. de off. prætor. nam d. l. i. loquit̄ de lege propriè promulgata, uel cōstitutione principis. Et sic tolluntur quædā alia obiecta modernorū. Quarto non obstat quòd sequeretur, quòd magistratus municipales nō possent delegare coercionem, ex quo illis specialiter est concessa. §. audient. in auth. de defens. ciuit. Sed potes negare, quòd sit concessa specialiter. l. magistratibus. ff. de iurisd. om. iud. Præterea satis credo quòd non possint magistratus causas delegare, prout tenuit Fulg. in l. solent. ff. de iurisd. om. iud. Soci. in l. i. ff. quis & à quo. & est ratio, quia delegare, est mixti imperij, ergo nō competit magistratib. municipalibus. d. l. ea quæ. ff. ad municip. Quinto nō obst. tex. in §. si uerò etiam quidam iure. in auth. de exhib. reis. ubi iudices dati ab ordinarijs seu ex sacra forma, nō possunt aliquid facere cōtra contumaces, & sic nō possunt mittere in possessionē: quia respondeo, quòd ille tex. loquitur in iudicibus datis, qui habēt tantummodo iudicādi facultatē: nos uerò loquimur in iudice cui est mandata iurisdictio, inter q̄s casus est magna differentia, ut s latè ostendi.

Vltimo nō obst. ratio Ias. dum dicit, q̄ secundum hunc intellectum aduersatiua, quæ uerò, nō aduersaret̄ in iure & in facto, secundum l. hoc amplius. §. de his autē. ff. de dam. infe. Nam istud est leuissimū, quia iuri aduersatur: quia principium loquitur de causis specialiter competentibus, & ideo indelegabilibus: uersiculus uerò loquitur de causis cōpetentibus iure magistratus, etiam sic, quæ generaliter delegantur. Adducuntur etiā quædam rationes satis fragiles, ueluti tex. in l. ubicunq̧. de regul. & tex. in §. si uerò ignoti. de testi. in auth. & quædam alia, quibus respōdi in uoce. Facias ergo duas cōclusiones. Prima
est, † q̄ mixtū imperiū regulariter delegari po 71

test, quod intellige, quando delegatio fit per
uicem iurisdictionis mandatæ. & ita loquun
tur iura pro ista parte, Secus puto de iudicib.
datis, ex quo tales non dicuntur habere admi
nistrationem, seu iurisdictionē aliquā, ut de-
claraui in rub. Et propterea tales iudices da
ti nō exequūtur sententias suas. l. à diuo Pio.
in prin. ff. de re iud. Et tales nō habēt ius mul
ctādi. arg. l. iij. §. si quis ad pedaneū. ubi Albe-
ri. ff. ne quis eum qui. l. ij. §. i. uers. à cōpeten-
ti iudice. ff. si quis in ius noc. l. aliud. §. inter
72 mulctā. ff. de uerb. signif. cum simil. †Secun
do intellige, quòd quāuis transferatur man-
data iurisdictione, tamen aliquando require
batur specialis concessio, puta causa restitu-
tionis in integrum. d. l. fin. & in causa suspe-
cti tutoris. d. l. cognitio, quod utrūq; fuit sub-
latum, & statutum, quòd in generali manda-
to cōprehendantur, & hoc fauore restitutio-
nis, & propter fauorem pupillorū, ut ibi pro-
73 batur. †Secunda conclusio est, quòd quæ
competunt specialiter, non delegantur: & sic
merum imperium non potest delegari, facit
l. nemo potest ius gladij. ff. de reg. iuris. Li-
mitatur per Abb. post Bart. ut non procedat
in modica coërcione: pro quo facit tex. in l. si
quid. ff. de offi. procons. & in d. §. si uerò igno
ti. in authen. de testi. Et licet Fulg. in l. fin. de
offi. eius cui &c. & in d. l. imperium, tenuerit
quòd ista coërcio sit mixti imperij, per d. l. fi.
tu responde, eam intelligendo prout suprà
dixi, quòd loquit̃ de modica coërcione, quæ
fit ad expediendū iurisdictionem, prout est
missio in possessionē, uel ius mulctādi. Nam
solutio Bart. intelligentis eam de coërcione
uerbali, quamuis Doct. cum eo transiuerint,
tamen cauillat text. Et licet Abb. hic & cæte-
ri uoluerint ius mulctandi esse meri imperij,
tamen nō probāt aliquo iure: & credo quòd
sit mixti, quia expeditur persecutionibus. d.
l. i. §. hoc iudicium. ff. si quis ius dicen. & illa
distinctio de poblica utilitate, uel priuata, su-
prà fuit confutata. Secundo fallit secundū
74 Abb. hîc, post Bart. & Doct. ut†non proce-
dat quando ordinarios se absentat ex causa
necessaria. §. ad hæc. in auth. de collato. & pro
batur in l. i. uers. non aliter. ff. de offi. eius cui
&c. & est communis conclusio. Idem dicit
Abb. hîc, & cōmuniter Doct. si sit infirmus,
eadem ratione: de quo dic ut per Alex. in d.
75 l. i. Sed †hic cadit difficultas per text. in d.
l. placet, secundum intellectum quem suprà
tenui, quòd principium loquatur in causis
meri imperij, & excipiantur solùm duo ca-
sus, scilicet occupationes publicæ, & multi-
tudo causarum, ergo priores fallentiæ non
sunt ueræ. Sed responde quòd tex. in d. l. pla-
cet. non loquitur in iudicibus quibus man-
data est iurisdictio, sed in pedaneis & datis:
unde in talibus procedunt illæ duæ exceptio
nes, ut possint delegari pedaneo, quādo sunt
occupationes publicæ, & causarum multitu
do, intellige similiom, & sic meri imperij, ut
apparet ex uerbis sequentibus in tex. ibi, om
nia huiusmodi negocia. Et cùm iudex datus
detur etiam ad quemlibet articulum, eatenus
dabitur quatenus important occupationes.
Sed quando iudex est absens uel infirmus, in
totum est aduocatus à cognitione, per talem
causam: unde tunc non agitur de dando iudi
ce, sed de materia, danda in totum iurisdictio-
ne. Et isto casu loquunt̃ Dd. & iura prçalleg.
†Tertio fallit secundū gl. Abb. & Dd. hic et 76
in d. l. i. ut nō procedat de iure canonico: quia
eo iure quicquid est cognoscibile, est & dele-
gabile. & hoc probat̃ in c. in archiepiscopatu.
j de rapto. ubi rex Siciliç, qui est subditus pō-
tifici, Clem. pastoralis. de re iud. delegat cau-
sas meri imperij. Idem probatur in Clem. i. de
hæret. & in c. licet. de offi. ordi. cum simil. ut
hic per Abb. & moder. & est communis opi-
nio. Sed tu aduerte, quia contrariū uidet̃ ue-
rius, pro qua parte ponderaui suprà esse tex.
in isto c. Secundo dico idem probari in c. si
pro debilitate. suprà de offi. deleg. ubi nō po-
test delegari causa ardua, nisi ex iusta causa,
puta debilitatis uel simili. & istud ibi probat̃
per arg. à cōtrario sensu. nec responsio Abb.
ibi est bona, ut etiam aduertunt moder. & be
ne. Tertio facit tex. in c. pastoralis. eo tit. ibi,
necessitate exigente. Et qnamuis illi tex. lo-
quantur in delegatis Papæ, tamen probant à
fortiori, idem esse in ordinarijs, ut probabit̃
in seq. limitatione. Quarto facit, quia†non 77
debemus inducere differentiam inter ius ci-
uile & canonicum, imò debemus concorda
re quantum possumus. c. i. de oper. no. nun.
cum similibus. Nec obstant iura allegata
pro communi, quia ultra responsiones Feli.
hic respondetur primò ad tex. in d. c. in archi-
episcopatu, quòd quāuis rex Siciliæ sit sub-
ditus Papæ, tamen habet iura principis, & illi
competūt omnia reseruata: quia quando Pa-
pa creat regem, statim illi quçruntur etiam re
seruata, ex quo talia solent cōpetere regibus.
ita dicit notabiliter Bald. in tit. quæ sint rega-
lia. c. i. in fin. & sequuntur ibi moder. & conse
quenter in d. c. fuit facta delegatio causarum
criminalium, quod potuit fieri, quicquid di-
cat Abb. hic: & facit quod not. Bal. in consil.
ccclix. quemadmodum Imperator. in iij. lib.
ubi loquitur de duce Mediolani, qui eo ipso
quòd ab Imperatore habuit inuestiturā Du-
catus, censet̃ habo isse omnes alias res reser-
uatas principi. Notāt moder. in l. ex hoc iure.
ff. de iust. & iure. Nec obstat text. in d. Cle-
men. quia illud uidetur speciale in causa hæ-
resis, propter fauorem fidei, ut ibi per Card.
& per Felin. hic. Prçterea ibi non est propriè
delegatio, & sic concessio iurisdictionis de
delegante in delegatū, iuxta l. i. §. i. ff. de offic.
eius cui mand. est iurisd. q̃d apparet, quia po
test inquisitor procedere etiā si nō fiat delega
tio, sed habeat simplicē cōsensum ordinarij,
uel eius delegati, ut ibi probat̃. Et sic remoue
tur potius obstaculū, q̃d obstabat iudici aliàs
habenti iurisdictionē. facit q̃d not. Anch. in
c. hi qui. de præben. in vi, & Feli. in c. cùm ex
officij.

officij.in xvi.col.uerſ.& quia multipliciter.j.
de præſcript. Nec obſtat quòd ibi etiã dele-
gatus epiſcopi uel Capituli cognoſcat: quia
quo ad epiſcopũ,intelligitur de eius officiali,
prout tex.in prin.ſe declarat: quo ad Capitu
lum eſt ſpeciale, propter iuſtum impedimen
tum,ex quo non eſſet conueniens quòd om-
nes de Capitulo uenirent. Poteſt etiã reſpon
deri ut dicam in ſequenti fallentia. Non ob
ſtat c.licet.de offi.uica.quia iſtud procedit in
uicario epiſcopi, qui poteſt æquiparari lega-
to proconſulis, in quo etiã merũ imperiũ de-
legatur.l.ſolent.ff.de offi.proconſ.unde mul
ta cõpetunt iſtis uicarijs,quæ nõ conceduntur
cæteris delegatis.c.cõſtitutus.de cõceſſ.præ-
ben.c.ſtatutũ.de præben.in vi.& per Feli.hic.
& iſtud tanto magis procedit,tenendo quòd
talis uicarius habeat ordinariã tanquam conſtitu
tus,de conſcientia legis,de quo dixi ʒ in rub.
Præterea poſſet teneri,quòd etiã iſtis uicarijs
nõ poſsit cõcedi cognitio quæ reſpiciat gra-
dus maiores meri imperij,ſed tantũmodo mi
nores: quod innuit ille text.dum dicit, poſſe
concedi facultatẽ puniendi aliquos exceſſus,
78 ponderando† dictionẽ,aliquos,quæ uerifica
tur in minoribus exceſsibus. Clem.i.ubi gl.
& Card.de for.comp.Bal.in l.i.C.de inoffic.
donat.Bal.Rom.& Corn.in l.ſicut.C.de te-
ſta.milit.Iaſ.in l.eum qui.ff.de iuriſd.om.iu.
eũ concord.Præterea puto aduertendũ:quia
nõ uidetur quòd iſti gradus maiores meri im
perij ſint de iure canonico,prout tenuit Ab-
bas, ſed potius habeantur pro modica coërcio-
ne,quæ ſine dubio trãſit in uicariũ:tanto ma-
gis tenendo quòd habeat ordinariã, de quo
dixi in rubr. Et pro hoc facit,quia ſi bene ad-
79 uertamus† iſtæ pœnæ iuris canonici nõ fiunt
in ultionẽ delicti,& ſic principaliter reſpectu
publicæ utilitatis,prout ſunt pœnæ iuris ciui
lis.l.licitatio.§.quod illicitè.ff.de pub.ſed ſim
pliciter imponuntur ut delinquẽs pœniteat,&
ſaluet animã ſuam: & ſic principaliter impo-
nuntur propter utilitatẽ priuatã.Et de pœna
perpetui carceris,probatur in c.nouimus.in
fin.j.de uerb.ſig.& in c.quamuis.de pœn.in
vi.Idem etiã eſt in detentione in monaſterio.
c.Romanus.lxxxi.diſtin.c.tuæ.j.de pœnis.
80 †Vnde tales detruſi dicuntur pœnitentes,c.ſi il
le.50.diſt.& probatur in c.ut famæ.i.de ſent.
excõm.ubi clerici detruduntur in monaſteria,
uel etiã in perpetuos carceres,ut agant pœni
tentiã.Quòd ſi eam nõ agant,ſed ſint incorri
gibiles,traduntur curiæ ſeculari,& hoc pro-
pter publicã utilitatẽ,ne delicta remaneãt im
punita: & ſic publica utilitas nõ cõſideratur,
niſi in caſu quo traduntur curiæ ſeculari.Et
iſta traditio nõ uidetur quòd æquiparetur mor
ti,prout præſupponit Abb.poſt Innoc.quia
prælatus talis nõ condemnat, ſed ſimpliciter
eijcit extra ſortem domini:& poteſt ſecularis
tales electos abſoluere,ut not.in c.cùm nõ ab
81 homine.j.de iudi.†Cùm ergo tales pœnæ im
ponantur ad pœnitentiã,non ſunt capitales,
ut probatur ex not.per Bart.in l.ij.in penult.
col.ff.de publ.delic.ubi ſi ſtatutũ dicat,quòd
banniti à centum libris ſuprà, poſsint impu-
nè offendi, non dicetur inde inferri pœna ca
pitalis,quia imponitur ſolummodo ut banni
tus delictũ purget & emẽdet, ut ibi per eum:
& conſequenter tales pœnæ potius ſunt ſimi
les modicæ coërcioni.pro quo facit text.in c.
contra idolorũ.xxvi.q.v.ubi quo crimine ſer
ui flagellantur,& ſic puniuntur modica coër
cione,l.magiſtratibus.ff.de iuriſd.om.iudic.
eo crimine liberi detruduntur in monaſteriũ
uel in carceres. Et ſi uera eſſet definitio meri
imperij poſita per Abb.hic, tales pœnæ non
eſſent de illo imperio, quia reſpiciunt priua-
tam utilitatẽ,ut ʒ dixi. Ad alias rationes quæ
afferuntur pro iſta limitatione,reſponde ut per
Feli.hic. †Quarto fall.in delegato principis, 82
quia ille ſubdelegat etiã merũ imperiũ.c.ue-
nerabili.ʒ.tit.ij.c.fin.§.i.eod.tit.l.i.C.qui pro
ſua iuriſd.in fin.Clem.i.de hæret.cum ſimil.
Et iſta uidetur magis cõmunis opinio,licet pro
alia parte ſint etiam maximæ autoritates, ut
per Alex.in d.l.i.in quatuor ult.columnis.Et
quòd imò delegatus principis nõ ſubdeleget
merũ imperiũ, eſt regula generalis poſita in
l.nemo poteſt gladij.ff.de reg.iuris.quæ for-
tius probat ponderando negatiuam præpoſi
tam uerbo,iuxta not in c.i.de reg.iur.in vi.&
in l.Gallus.in prin.ff.de liber.& huic regulæ
uidetur adhærendum, per gl.in l.omnis defi
nitio.ff.de reg.iur. Poteſt etiam reſpõderi ra
tionibus contrarijs, ut per Alex.& j dicam.
Secundo ultra Doct.uidetur iſta cõcluſio
probari in c.in archiepiſcopatu.de raptorib.
ubi,delegatus eccleſiaſticus regis Siciliæ,cau
ſam requirentẽ ſententiam ſanguinis remit-
tit ad regẽ:certè ſi potuiſſet ſubdelegare,non
debuiſſet remittere, iuxta gl.in c.clericis.&
c.ſententiam.j.ne cler.uel monach. Tertio
probatur, quia ſicut ordinarius non delegat
merũ imperiũ,ergo nec delegatus: quia quo
ad ius delegandi, maiorẽ poteſtatẽ habet or-
dinarius, quàm delegatus principis, ut pro-
batur in auth.ad hæc.C.de iudi.fa.quod not.
Abb.in c.cùm Bertoldus.j.de re iud.ubi ordi
narius poteſt delegare cum poteſtate ſubde-
legandi,& tamen delegatus principis nõ po-
teſt.ſequitur Alex.in l.à iudice.C.de iudi.&
habetur in c.ſuper quæſtionũ.§.porrò.ʒ.de
offic.deleg. Quarto probatur in d.c.ſi pro
debilitate.ʒ.tit.ij.arg.à contrario ſenſu,quod
eſt efficax in iure,ut ʒ dixi. Quinto probatur
in l.à iudice.in fin.C.de iudic.quæ aliàs in d.
uerſ.eſſet indubitabilis.Et facit,quia talis de-
legatus non habet aliam facultatem ſubdele-
gandi, cùm cautũ ſit illa lege, ut probatur in
c.paſtoralis.in prin.ʒ.tit.ij.Sed illa non refer
tur ad cauſas meri imperij. Nec obſtant al-
legata in contrariũ,& primò tex.in c.uenera
bili.quia loquitur in infirmo, quæ cauſa eſt
ſufficiens ad delegandum etiã in ordinario,
ut ʒ uidimus. Nec obſtat tex.in d.c.fin.§.i.
quia ultra moder.in d.l.i.poteſt reſponderi,
quòd tex.parificet,ſiue commiſsio habeat di

ctionem perſonaliter in cauſis pertinentibus
ad utilitatem partiũ, ſiue ſimpliciter fiat de in
quiſitione: quia propter grauitatẽ cauſæ, ui-
detur electa induſtria. Et iſto ultimo caſu nõ
attendit̃ cõſenſus partiũ, ex quo cõmiſsio re-
ſpicit ius publicũ, quod conſenſu partiũ non
concedit̃. l. ius publicum. ff. de pact. Et puto
quòd illum tex. ita uoluerit inducere Ant. de
Butr. hic. Non obſt. d. l. unic. dum ibi dicit̃,
quòd delegatus principis ſubdelegat, perſo-
narũ cauſarumq́; habito tractatu: quia intelli
git̃ de cauſis & perſonis de quibus in prin. l.
ubi dictũ fuit, quòd ordinarij nõ delegãt niſi
cauſas ad iuriſdictionẽ ſuã pertinẽtes, in dele
gatos ſuæ iuriſdictioni ſubiectos: quæ diſtin
ctio nõ habet locũ in delegatis principis, cùm
princeps ubiq; habeat iuriſdictionẽ. Non
obſt. d. Clem. i. de hæret. quia reſpondi in prę
cedẽtibus. Præterea facilius delegat̃ collegæ,
quàm alteri, c. ex literis. j. de in integ. reſtit. &
per Hoſtieñ. hic, prout eſt in illo caſu, in quo
ambo tam ordinarius ꝙ̃ inquiſitor habẽt iuriſ
dictionẽ aduerſus hęreticos. Ad cætera argu
menta reſpõder optimè Alex. in d. l. i. dic ut p
eum. Et limita aliã cõmunẽ quatuor modis,
ut per moder. in d. c. ſi pro debilitate. Dant̃
& aliæ limitationes ad prædictã concluſionẽ
83 principalẽ per moder. in d. l. i. qui tenent, † ꝙ
in caſib. in quibus merũ imperiũ delegat̃, poſ
ſit delegatus etiã procedere ad ultimum ſup-
pliciũ. Et ita eſt cõmunis opin. reprobata gl.
in l. fi. C. de offi. eius qui uicem &c̃. quicquid
dixerit Abb. hic. Et in quantũ Abb. dicit cau
ſam iuriſdictionis ultra trecẽtos aureos non
poſſe delegari, cum quo omnes tranſeunt, tu
teneas contrariũ: quia tex. in d. §. iudicare. ni
hil facit, & potius probat contra Doct. decla-
rando ut ſuprà dixi. Et dum Abbas enume-
rat quatuor gradus dignitatũ, dic quòd etiam
eſt gradus perfectiſsimus. per l. i. C. de perfe-
ctiſ. dignit. lib. xij. & uide quæ latè dixi in di-
ſpunct. lib. iij. c. iiij. Circa poſtremã quęſt.
84 Abb. dum quærit, † quibus cõpetat merũ im-
periũ, & diſtinguit poſt Bart. in d. l. imperiũ.
fac quatuor concluſiones. Prima eſt, quòd
qui pręeſt prouincię, habet merũ imperium.
l. illicitas. §. qui uniuerſas. ff. de offi. pręſid. Et
85 † quæ dicat̃ prouincia, dic ut per Cyn. in l. fin.
C. de pręſcrip. longi temp. & uide Bar. in ex-
trauag. qui ſint rebelles, in dictione Lombar
diæ. Sed cõtra hanc concluſionẽ facit, quia
præſes nõ poteſt deportare in inſulã incõſul-
to principe. l. i. §. hi quibus. ff. de leg. iij. & ta-
men habet merum imperium. Gl. in d. §. qui
uniuerſas. reſpondet, quòd iſtud eſt quia nõ
habet inſulã, quod eſt falſum. l. relegatorũ. §.
i. ff. de interdict. & releg. l. cùm nauarchorũ.
C. de nauic. lib. xi. Aliter reſpõdet Iac. de Ra
uen. ibi, quòd iſtud ſit, quia deportatio infli-
gitur nobilibus, ſicut plebeis decapitatio. l. in
ter pœnas. in fin. ff. de interdic. & releg. l. ca-
pitalium. in fin. ff. de pœnis. Vnde cùm aga-
tur de punitione uiri nobilis, cõſulendus eſt
princeps. l. diui. ff. de pœnis. & ita etiam tenet
Raph. Comeñ. in d. §. hi quibus. Sed iſta ſolu
tio eſt dubia, quia uidet̃ quòd quilibet liber
homo, quamuis nõ nobilis, deportet̃. l. eius
qui. ff. de teſtamen. l. ſi is qui. circa medium,
ff. de iniuſt. rupt. &c̃. Puto ꝙ iſtud ſit, quia ta-
le ius ſpecialiter nõ eſt præſidi conceſſum. d.
l. aut damnũ. §. præfecto. ff. de pœnis. Nec in
iſta materia credo quòd ualeat argumentũ,
Iſte eſt clariſsimus uel ſpectabilis, ergo habet
ius gladij: quia principes antiqui habebant
iſta officia pro diſtinctis, & alia alijs compete
bant. d. §. pręfecto. † Secunda concluſio eſt, 86
quòd qui præſunt ciuitati tantũ, regulariter
non habent merũ imperiũ, ſed ſolùm iuriſdi-
ctionem minimã. §. audient. in authen. de de-
fenſo. ciuit. Cum iſta concluſione tranſeunt
cõmuniter Doct. Sed tu aduerte, quia in
cõtrariũ facit q̃d not. Bar. & Io. de Plat. in l. i.
C. de metrop. Bery. lib. xi. ubi maximæ ciuita
tes habẽt merũ imperiũ; medię, mixtũ: mini-
mæ, iuriſdictionẽ. allegant text. in l. ſi duas. §.
decẽ. ff. de excuſ. tut. Puto ꝙ concluſio Doct.
hic & in d. l. imperiũ. ſit uerior, quia merũ im
perium omne eſt in manu principis. c. i. quæ
ſint regalia. & ibi Bal. in ult. col. & Bal. in ex-
trauag. de pace Conſtã. in prin. in uerb. iuriſ-
dictionẽ. & facit l. i. in uerſ. regimentis. ff. de
offi. præfect. præt. Idem tenet Alb. de Roſ. in
d. l. imperium. in nona col. per text. in l. unic.
ff. ad l. Iul. de amb. & in §. iudices. de pace iu-
ramen. firm. in feud. Vnde † quãdo princeps 87
conſtituit aliquem ſupra prouinciam, cenſe-
tur tradere merum imperium: ſi uerò conſti-
tuat ſupra ciuitatẽ, cenſetur concedere iuriſ-
dictionem minimam tantùm, niſi conſuetu-
do aliter dictet, prout in poteſtatibus ciuita-
tum qui ſunt hodie. Non obſt. d. §. decem:
quia maxima ciuitas dicitur metropolitana,
in qua præſides debent reſidere, ut not. in l.
i. ff. de offi. præfect. Auguſt. & in l. ſi in ali-
quam. ff. de offi. proconſ. & propterea ibi eſt
forum ordinariũ omnium cauſarũ, non ex
perſona ciuitatis, quia ipſa habet tantummo-
do iuriſdictionem minimã, ſed propter præ-
ſidem. Si uerò ſint aliquæ ciuitates quæ ex
priuilegio habeant proprium forum, & in
quibus fortè debeat aliquando præſes conue
nire, iuxta l. ciuitas Rhodiorum. C. de offi.
rect. prouin. tales dicuntur mediæ ciuitates.
& ita intelligo d. §. decẽ. † Tertia concluſio, 88
quòd caſtrum ſeu uilla exiſtens in territorio
ciuitatis, non habet aliquam iuriſdictionem,
niſi quatenus reperiatur ſibi conceſſa per ſu-
periorem: imò iuriſdictio eſt in ciuitate. Et
ultra iura allegata per Doct. optimè probatur
in l. pupillus. §. territorium. ff. de uerb. ſignif.
Fundamentũ enim Bart. eſt erroneum, dum
præſupponit poſt Azonem, municipium eſ-
ſe caſtrum in territorio ciuitatis: imò munici
pium eſt propriè ciuitas, quæ, licet capeſſat
munera cum P. R. tamen proprias leges ha-
bet, ut probatur in l. i. ff. ad municip. & in l.
munus. in fi. ff. de uerb. ſignif. & declarat Gel
lius in Noctibus Atticis,

Contra

Contra iſtam concluſionem Bar.& Abb,
& cæterorū,uidetur facere quod uotat Bart.
in l.ſi quando.C.de bo.uacan.lib.x.cum con
89 cord.ibi per Alex.ubi†ſi princeps donat ca-
ſtrum,intelligitur etiam donare merum im-
perium,ex quo caſtrum eſt nomen uniuerſi
tatis & territorij, cui cohæret iuriſdictio, ſe-
cundum Bald.in c.i.de coutr.inueſt. Sed re-
ſponde, quòd iſtud debet intelligi, quando
princeps donat caſtrū,quod habeat ex ſe me
rum imperium,quia iam ſit ſegregatum à iu-
re ciuitatis:aliàs non præſumeretur uelle au-
ferre de iure ciuitatis, & tribuere alteri.l.fin.
C.ſi contra ius uel util. publ. l.i.§. meritò. ff.
ue quid in loco publ.& ita poteſt intelligi q̄d
notat Bart.in l.i.C.de excuſ.muu.lib.x.licet
Iaſ.dubitet de illa deciſione,in l.i.in fin.de iu
90 riſdict.om.iud. †Sed pone quòd princeps
ſeparauerit caſtrum à iuriſdictione ciuitatis,
& douo dederit illud cum mero & mixto im
perio alicui ſuo Baroni, nunquid poterit ta-
lis donatarius conſtituere uicarium uel præ-
torem, qui cognoſcat de cauſis criminalibus
loco ſui? Videretur quòd nō.per d.l.i.& l.ne-
mo poteſt gladij.& ita uidetˀ ſenſiſſe Specul.
in tit.de iuriſd.om.iud.uerſ.qui autem.& ita
firmat Picus in d.l.imperiū. In contrarium
urget deciſio Raph.Fulg.in conſil.i.ubi lo-
quitur in fortioribus terminis, uidelicet de
feudatario,ſeu eius emphyteota. Credo iſtud
uerius,quia allegata in contrarium,loquun-
tur in officialibus:ſed quæſtio noſtra proce-
dit in eo,qui habet ius perpetuum, & eſt do-
minus rei,unde poteſt quem uult conſtitue-
re,qui cognoſcat cauſas criminales.arg.l.in
re mandata.C.mandati.facit quod not.Bar.
in l.ſpadonem.§.ſi ciuitatis.ff. de excuſ.tut.
91 †Sed nunquid nati in tali caſtro debeāt ad-
mitti in collegium Doctorū ciuitatis, in qua
uiget ſtatutū,ut in ea nou admittaˀ niſi natus
in ciuitate,uel eius comitatu? Picus in d.l.im
perium.tangit, & inclinat quòd nō debeant
admitti: quæ opinio eſt uerior, quia cùm ca-
ſtrum ſit ſeparatū,non dicitur eſſe in territo-
rio ciuitatis, ex quo ciuitas non habet ius te-
nendi,& ſic iuriſdictionē.d.l. pupillus.§.ter-
ritoriū. Et idem eſt comitatus in ſtatutis, q̄d
territoriū,ut per Card.in Clem.ne Romani.
§.ſanè.in vi.quæſt.de elect.de quo per And.
92 Sicul.in c.ueniens.infrà de præſcript. †Sed
hic cadit pulchra quæſtio, an ſi tale caſtrum
eximaˀ de iuriſdictione ciuitatis, debeant in
eo ſeruari ſtatuta ciuitatis. Et ex d.l.imperiū.
per doctr.Bar.ibi,uidetur dicendū quòd nō;
quia tale caſtrum æquiparatur ciuitati,ut ibi
per Bart.ſed ciuitas regitur ſecundū propria
ſtatuta. Teneo contrariū,prout conſuluit A-
lex.conſil.cli.in ij.col.ſecundo uol.quia per
talem ſeparationē uon amittunt ſtatuta quæ
prius habebāt,niſi tale caſtrū ſeparatū appli-
caretur alteri,ut per Bart.in l.ſi cōuenerit.§.
ſi nuda.ff.de pignor.act.cum cō cor. Et iſtud
ampliatur, etiam ſi in tali caſtro eſſent parti-
cularia ſtatuta:& diceretur, quòd deficienti-
bus ſtatutis caſtri,recurreretur ad ius cōmu-
ne:nam adhuc recurreretur ad ſtatuta ciuita-
tis,ex quo iſtud eſt de iure cōmuni, ut caſtrū
regaˀ ſecundū ſtatuta ciuitatis.§.fin.Inſtit.de
ſatiſdat.& ita conſuluit Rom.conſil.ccxviij.
præſens.& Soci.conſ.lxxxi.Sed iſta amplia-
tio eſt cōtra manifeſtā mentem ſtatuentium:
& facit,quòd tale ſtatutū nihil opereˀ: unde
nō puto quòd ſit uera, ſaltem in caſtro exem
pto ſeu ſeparato,quia tale nō ſubijcitur ciui-
tati:unde ceſſat ratio Lud.Rom.& ita conſu-
luit conſil.cclxxi.In caſtro uerò nō exempto
poſſet teneri d.opinio,quod nota,quia quoti
die occurrit. In quantū in iſta concluſione
Abbas dicit, quòd in caſtris ſubiectis ciuita-
ti,ſolet mitti uicarius qui cognoſcit uſque ad
ccc.ſolidos, cauſas uerò grauiores remittit
ad ciuitatem: intellige Abb.loqui de ciuitati
bus quæ ex conſuetudine omnimodam ha-
bent iuriſdictionē,de quibus per gl.in d.l.fi.
C.de præſcript.longi temp.aliàs de iure com
muni iſta caſtra nō habent aliquā iuriſdictio-
nem, ut per Bar.in l.i.§.cùm urbē.ff.de offi.
præfect.urb.& coram iſtis uicarijs procediˀ,
quāuis libellus ſit ineptus, quia ut plurimū
ſunt laici & ignari iuris,ut per Bal.& Salic.in
auth.niſi breuiores.C.de ſenten.ex peric.re-
cit.& Alex.conſ.lxi.penul.col.in ij. Quar-
ta concluſio eſt,†quòd qui præeſt uniuerſita- 93
ti non habenti territoriū,nō dicitˀ habere me-
rum imperiū.l.fi.C.de iuriſd.om.iud.ſed ſo-
lùm cognitionē circa illam artē de qua ſunt
collegiati. Fallit in Rectore ſeu in Doctore le
gēte.auth.habita.C.ne filius pro pat.licet nō
ſeruetˀ de conſuetudine. Tu adde aliam fal-
lent.in caſu l.ex eo.C.de agent.in reb.lib.xij.
ubi nedum cōcediˀ merū imperiū, ſed etiam
delegaˀ:quod eſt notabile. Contra prædi-
ctam cōcluſionē facit,quia talis poteſt ſtatue
re,& ſic condere legem,ut ibi per Bart.& in
l.omnes populi.in ij.quęſt.primę partis prin
cipalis.ff.de iuſt.& iure. Bal.in l.ij.C.de cou
ſtit.pecu.ergo habet merū imperiū.Reſpon-
de ut ſ dixi,quòd condere ſtatutū, nō eſt de
mero imperio,quicquid præſupponat Bart.
in d.l.imperium.& in d.l.i.ubi Alex.ff.de iu-
riſd.om.iud. Aduerte tamē,†quia licet colle- 94
giū Doctorū poſsit facere ſtatuta,nō tamen
poteſt aliquid de nouo ſtatuere ultra ueterē
conſuetudinē,per quod grauenˀ deinde alij
qui ſunt admittendi, ſecundū Bal.in d.auth.
habita.in ij.col. Et propterea, in contingen-
tia facti,dixi quòd collegiū medicorū qui ſta
tuerunt,ne quis in illud admittereˀ,cuius pa
ter artē uilem exercuiſſet, nō potuerat iſtud
facere,niſi tale ſtatutū confirmareˀ à princi-
pe. Vltimo,†in quantū Abbas hic dicit,q̄d 95
excōmunicatio eſt meri imperij, ſecundum
Innoc.in c. tranſmiſſam.de elect. niſi quan-
do infligereˀ in fauorē priuatū, puta in pœ-
nam cōtumacię in cauſa pecuniaria: quia tūc
ſecundū eum,erit mixti imperij. Idem tenet
in c.cùm contingat.J de foro compet. Adde,
quòd Iaſon in d.l.imperium. tenuit,ꝙ in iſto

ultimo casu sit iurisdictionis, & sic expediat
officio mercenario: quod fortè est uerius, se-
cundum definitiones per me suprà traditas.
96 † Sed uidendũ est, cui pœnę æquiparetur ista
excõmunicatio; & uidetur quòd æquiparetur
morti. c. per uenerabilẽ, ubi Abb. qui filij sint
legit. c. i. ∫ de homicid. & c. i. de fur. & facit,
quia ista est maxima pœna quæ imponatur de
iure cano. secundũ Innoc. in c. qualiter. §. ad
corrigendos. ∫ de accus. Et est ratio, quia occi
dit animã, ut not. in c. cùm infirmitas. de pœ-
nit. & remis. Alibi gl. in §. minor. Insti. de cap.
dimi. dicit, ꝙ ęquiparatur interdictioni aquę &
ignis, & consequenter etiam deportationi: &
ita tenent Ang. Alex. & moder. in l. Gallus.
§. & quid si tantũ. ff. de lib. & posthu. & uidetur
probari in c. sicut. xi. q. iij. cum tribus seq. Idẽ
tenet Angel. in disputatione incip. duo ad in
uicem litigantes. in i. col. Alibi gl. in c. pasto-
ralis. ∫ de appell. dicit quòd æquiparatur relega-
tioni: & illã gl. singularẽ dicit Card. in c. per
pendimus. ∫ de sent. excõm. & sequitur eam
Abb. ibi. Bar. in l. ij. ff. de pub. iud. dicit, quòd
non est pœna capitalis, ex quo excõmunica-
tio est medicinalis. c. i. ∫ de sent. excõm. in vi.
& sequuntur ibi Ang. & Imol. Sed Abb. suprà
uidetur innuere, quòd excõmunicatio sit mi
noris gradus meri imperij, & sic æquiparetur
modicæ coërcioni. c. ex literis. ∃ de offi. dele.
& ita expresse tenet hîc, dum dicit, quòd cõ-
petit quibuslibet ordinarijs iuris canonici, e-
tiam inferioribus. & sic istæ doctrinæ uidentur
inuicem contrariari. Quid tenendum? Puto
distinguendũ: quia aut loquimur quo ad ani
mam, & uidetur æquiparari morti, & est ma-
xima pœna, & regulatur secundũ naturã de-
licti propter quod infligitur. Aut loquimur
ex se, quo ad potestatem inferẽtis, & uidetur
uerior opinio Bar. & etiam Abb. hic. Non
obst. quòd quidam moder. respondentes ad
rationem Bar. in d. l. imperium. dicunt, quòd
quando excõmunicatio fertur à lege in pœ-
nam delicti, non dicitur medicinalis: quia re-
spondeo, quòd imò etiã tunc fertur pro con-
tumacia: quia Canon intendit monere, quòd
quilibet abstineat ab eo, propter quod excõ-
municat, secundũ Card. in d. c. perpẽdimus,
in iij. quęst. Vnde si quis uelit se corrigere ex
solo crimine, nõ est excõmunicandus. xi. q.
iij. nemo. Innoc. in c. i. ∫ de excess. pręlat. unde
97 etiã tali casu dicitur medicinalis. † Et propterea
si quis in morte pœniteat, quo ad Deũ nõ ha
betur pro excõmunicato, ut not. in c. à nobis. ij.
98 ∫ de sent. excõm. & per Imol. in l. ij. † Idem dę
iniustè excõmunicato. xxiij. q. i. c. quodcun-
que. per Card. & Abb. in c. ab excõmunica-
99 to. ∃ de rescript. † Et nõ debent etiã Prælati es-
se faciles ad excõmunicandũ pro re leui, pu-
ta pro furto gallinę. xi. q. iij. nullus. et
per Card. in d. c. perpẽdimus,
quod male seruatur hîc.

D. AND. AL-
CIATI IN RVB. EXTRA
de iudicijs, cõment.

In cap. cum non ab homine, argumenta.

1 *Imperatori uel regi non est licitum iudicare clericos.*
2 *An quòd clerici non possint iudicari à laicis principibus, sit ita disponente iure diuino, an de iure positiuo tantũ.*
3 *Papa non potest se submittere iudicio principis secularis.*
4 *Dominus laicus cognoscat de causa feudi inter uasallos suos, quamuis clericos. & num. 5. 6.*
7 *Si statuto concedatur aliquod priuilegium clerico habendo in foro ciuili, nõ trahitur ad eũ qui sit schismaticus.*
8 *Clerici etiam in minoribus gaudent priuilegio fori.*
9 *Statutũ disponens, quòd dans damnum seu turbans in possessione puniatur in centũ, & ablata restituat, non habet locum in eo qui turbauit tantùm, & nihil abstulit.*
10 *Iudei usurarij manifesti testamentum ualet. Limita tamen ut num. 11.*
12 *Clericus deponitur pro crimine furti.*
13 *Degradationem fieri in subsidium, quoniam ecclesia ipsa non potest inferre condecentem pœnam.*
14 *Ius canonicum habet furtum pro grauiori delicto, quàm ius ciuile.*
15 *Clericus deponitur pro crimine periurij.*
16 *Depositus pro crimine graui non perdit ipso iure priuilegium fori, nisi interuenerit actualis degradatio.*
17 *Crimina omnia quæ impediunt ordinis executionem post peractam pœnitentiam, dicuntur grauia.*
18 *Clericus incarceratus nõ relaxatur etiã cum fideiussore, si excessus est enormis, uel alia rationabilis causa suadet.*
19 *Quotiescunq; clericus est suspectus de fuga, nõ simpliciter standum est fragilitati cautionis, sed debet detineri.*
20 *Detentio in monasterio est magna pœna de iure canonico, & æquiparatur damnationi in metallum.*
21 *Ecclesia ubi non habet pœnam correspondentem delicto, tunc clericus debet degradari, & tradi iudici seculari. & num. 22. 23.*
24 *In delictis odiosis & pœnalibus fit extensio propter maioritatem rationis.*
25 *Dictio Alius, refertur regulariter ad similia tantùm.*
26 *Vbicunq; de iure ciuili in aliquo delicto reperitur imposita pœna mortis naturalis, de iure canonico succedit degradatio, & traditio iudici seculari.*
27 *Reiterans baptisma, de iure ciuili summo supplicio affligitur.*
28 *Familiares principis iniuriã prouincialibus facientes, morte puniuntur secundum leges.*
29 *Falsificans literas principis, de iure ciuili morte punitur.*
30 *Cùm depositus & excommunicatus adhuc est incorrigibilis, ecclesia non habet ultrà quid faciat.*
Ibid. Nouus intellectus Alciati in hoc capitulũ, cùm nõ ab hom.
31 *Si quis semel deliquerit, & sit punitus pœna condigna, & iterum delinquat, primum maleficium punitum semel non aggrauat sequens.*
32 *Si ex forma statuti aliquis pro tribus furtis debeat mori, quamuis soluerit pœnam primi & secundi furtũ, tamen pro tertio suspendetur.*
33 *Cùm quis fecerit duo delicta simul, nõ habebuntur nisi pro uno. & num. 34. 35. 36. 37. 40. 41. 42.*
38 *Si quis per triennium saltem fuerit bonus, non præsumitur quòd uelit reuerti ad delictum prius factum.*
39 *Cùm quis olim cõmisit homicidiũ, si deinde detegatur talis homicida, nõ erit morte afficiendus, sed leuiori pœna.*
43 *Præcedentia magis influunt in sequentia, quàm econtra.*
44 *Si quis commisit aliquod delictum de quo habuerit gratiã, si deinde reiteret, secunda gratia nõ ualet, nisi princeps fuerit certificatus de priori delicto.*
45 *An laico liceat capere clericum, & captura teneat. & nu. 46. 51. 52. 53. 58. 72. 76. 77. 80.*
47 *Vbi aliquis delinquit contra ea quæ sunt prohibita iure diuino, tunc non excusatur à dolo, nisi probauerit iustam*
cau-

fam. & num. 48.
49 Quando aliqs facit illud qđ est de genere prohibitorũ, licet aliquo singulari casu permittatur, tamẽ præsumitur in dolo.
50 Qui facit quod non debet præsumitur in dolo.
54 In quibus casibus clericus possit uerberari. & num. 55.
56 Licet mihi non solùm meipsum defendere ab insidiatore, sed etiam eum capere propria autoritate, & ad iudicẽ ducere. & num. 57.
59 Vbi agitur de publica utilitate, aliquis incarceratur, etiam non expectato præcepto iudicis. & num. 60. 61.
62 Qui portat arma, præsumitur habere malum animum.
63 Sit ne laico licitum, si clericus repugnet capientibus, eum uerberare. & num. 64.
65 Dictio aduersatiua, uerò, repetit eandem qualitatem.
66 Capitulum potest facere aliquam utilem cõstitutionem de rebus ecclesiæ, etiam absente episcopo.
67 In quacunq; materia fit talis extensio, ut habeatur pro facto illud, qđ quis fuisset uerisimiliter facturus, si de eo cogitasset.
68 Quando aliquid utiliter agitur, præsumitur uel est, ac si præcessisset mandatum.
69 Quando dilatio periculum allatura est, non expectanda est licentia superioris.
70 Si fiat iniuria rustico, & ipse protestetur ex parte prætoris, & ad eum iter arripiat, habetur ac si à principio fecisset protestationem cum autoritate iudicis.
71 Vbi lex requirit speciale mandatũ, sufficit ratihabitio.
73.74 Fugitiuus nõ potest opponere exceptionẽ incõpetentiæ iudicis
75 Captura personæ difficilius conceditur, quàm rerum.
78 Præsumitur dolus in eo, qui sciens se non esse soluendo, contrahit multa debita.
79 Si post debita cõtracta clericus dolo fecisset, ne posset soluere integrũ debitũ, nõ posset uti beneficio c. Odoardus.
81 An aliquis incidat in crimen priuati carceris, si capiat fugitiuũ & detineat per aliquot horas, deinde relaxet, nec præsentet iudici. & num. 82. 83. 84. 85. 86.
87 Quamuis statutum sit, quòd scholaris teneatur iurare Rectori suo, non tamen clerici tenebuntur.
88 An & quando ex deprehensione surgat notorietas, ita quòd deprehensus absq; alio dicatur conuictus.
89 Quando quis capitur in ipso actu delicti paucis astantibus, erit manifestum delictum. si multis, erit notorium. & num. 94.
90 Si sit aliqua uniuersitas modica, non poterit quid in ea esse notorium, nisi ad minus hoc sciatur per decem homines.
91.92.93 In notorio dicitur reus absq; alia probatione conuictus.
95 Si deprehensio sit facta paucis astantibus, oritur indiciũ: si multis, inducitur infamia. Vide contrarium num. 97.
96 Iuuenis simpliciter deprehensus in domo pulchræ mulieris, nõ per hoc dicitur manifestus adulter.
98 In criminalib. ex infamia nemo regulariter punitur ad torturã.
99 Confessio extraiudicialis facta etiam à non deprehenso, facit indicium. & num. 100.
101 Statutum puniens aliquid in termino, censetur etiam puniuisse in uia. & num. 102.
103 Mulier deprehensa in osculo debet perdere dotem, sicut si esset in ipso adulterio.
104 An habeatur pro notorio delinquente qui fuit deprehensus, sed deinde elapsus est & fugit. & num. 105.
106 Semel bannitus potest pluries de nouo banniri.
107 Præcedentia recipiunt interpretationem secundum sequentia.
108 Quæ etymologia anathematis sit.
109 Anathema quid differat ab excõmunicatione.
110 Ecclesia habet etiam pœnam exilij.
111 Pœna depositionis pro homicidio imposita nõ purgat in totum (delictum.
112 Pro grauibus delictis, & pro quibus lex imponit depositionem, adhuc fit detrusio in monasterium.
113 An clericus incorrigibilis simpliciter qui est depositus, si reiteret eadem delicta siue alia, per hoc efficiatur de foro seculari. & num. 114. 123.
115 Vbicunq; iurisdictio non competit alicui regulariter, sed in casu certo qualitatis tactæ, illa qualitas est prius uerificanda.
116 Notorium in uno iudicio, non est in alio. & num. 117.
118 Vbi aliquis ipso iure incidit in pœnã, licet requiratur sententia declaratoria, si tamẽ sine aliqua declaratiõe fiat executio, nõ per hoc erit iuri cõtraria. et nu. 119. 120. 121. 122
114 Quamuis non requiratur manualis traditio, debet tamen degradatio fieri præsente seculari, & relinqui illi reus.
125 Quis dicatur incorrigibilis. & num. 126. 127. 128.
129 Prælati nõ debent habere carceres ita arctos, quòd in eis inclusi uerisimiliter morerentur, aliàs essent irregulares. & num. 130. 131.



VM NON AB HOMINE.
Noto primò, †quòd etiã Impe 1
ratori uel regi nõ est licitũ iudi-
care clericos. fa. tex. in c. clerici.
ē. eo. & in c. sacerdotibus. xi. q. i.
& quod per illum tex. notat Siculus in c. cleri
ci. Sed in contrariũ facit l. omnis. & totus tit.
C. de epis. & cler. & C. de sacrosan. eccles. ubi
Imperator posuit etiã constitutiones loquen
tes de clericis, & sic uidetur quòd clerici sub-
iaceant iurisdictioni seculari, quia aliàs illę le
ges nobis seruirent de nihilo. Alber. de Ros.
in rub. C. de sacr. san. eccles. mouet difficulta
tem, & cõcludit, quòd illæ leges nihil ualent,
ex defectu potestatis ipsius statuẽtis, licet ubi
nõ cõtradicant canonibus, sint seruandæ, qa
Papa uidetur eas approbasse: & ita etiã tenet
Abb. & est cõmunis cõclusio in c. ecclesia san
ctæ Marię. ē. de cõstit. †Sed nunquid quòd 2
clerici non possunt iudicari à laicis principi-
bus, sit ita disponẽte iure diuino, an est de iu-
re positiuo tantũ? Et uidetur quòd sit de iure
diuino, per tex. in c. si Imperator. xcvi. distin.
& in c. ita dominus. xix. distin. & ita est cõmu
nis opinio, ut per Feli. post Card. & alios in
c. ij. de maior. & obed. †unde Papa nõ posset 3
se submittere iudicio principis secularis, se-
cundũ aliquos moder. in d. c. ecclesia. de quo
etiã habetur in l. est receptũ. ff. de iurisd. om.
iud. Sed tu aduerte, quia ista conclusio est du
bia propter epistolam Petri primã, ubi ad sa-
cerdotes scribẽs inquit: Subditi estote domi-
nis uestris, siue regi, tanq̃ præcellenti, siue du
cibus ab eo missis. Et transumptiuè adducit
per Ambrosiũ in Canone, magnũ. xi. q. i. un
de uidetur q imò istud sit de iure positiuo, &
propterea in ecclesia primitiua Principes iu-
dicabant clericos, ut apparet in dictis legibus
Codicis, & in l. i. ij. & iij. C. de epis. & cler. quę
sunt leges Constantini, cuius habetur mẽtio
in d. c. sacerdotibus. licet istud deinde fuerit
immutatum, & bene. †Fallit ista conclusio 4
in feudalibus: quia dominus laicus cogno-
scit de causa feudi inter uasallos suos, quam-
uis clericos. c. cæterum. ē. eod. †Et propte- 5
rea uidetur quòd ex causa possit princeps cõ
pellere Prælatos qui habent feudum à se, ut
soluãt talliam pro comparando exercitu, uel
quia natus sit sibi filius, uel simili causa, pro-
ut potest compellere cæteros uasallos, ut no-
tatur in l. placet. ubi Aret. C. de sacrosan. ec-
cles. Et est ratio, quia uasalli clerici eodẽ mo-
do tenent uersus dominum, sicut laici, ut per
Bal. in l. fin. ad fin. C. sine censu uel reliquis.

6 †Secundo fallit in clerico hæretico uel schi
ſmatico, quia talis non habet priuilegia cleri
corum, ut notãt Bal. & Paul. de Caſt. in l.om
7 nes.§.i. per illũ tex. C. de epiſ. & cler. †Et pro-
pterea ſi ſtatuto concedaẽ aliquod priuilegiũ
clerico habendo in foro ciuili, nõ trahitur ad
eum qui ſit ſchiſmaticus: & de hoc eſt dicen-
dum prout habetur in c. cùm ſecundũ. & in
c. ut inquiſitioni. ſ. de hæret. in vi.
8 NOTA ſecũdo, †quòd clerici etiã in mino-
ribus gaudent priuilegio fori, ſecundũ Ho-
ſtien. in c. cũ contingat. de ætat. & qualit. Sed
Abb. hîc dicit, quòd licet iſtud dictũ ſit in ſe
uerum, nõ tamen eſt de mente tex. dum ſ di-
cit, ꝙ ſunt deponendi: nam iſta qualitas depo
ſitionis, nõ cõuenit huiuſmodi clericis. De-
cius tamen contra Abb. tenet: quia cùm tex.
in prin. generaliter loquaẽ, nõ debet reſtrin-
gi, ex eo ꝙ qualitas inferius arctatur, quæ nõ
cõuenit, per tex. in l. regula. §. licet. ff. de iuris
& fact. igno. & per Imol. in l. ſi ita quis. §. ea le
ge. ff. de uerb. obli. Adde ꝙ opinio Abb. uide
tur uerior, quia ex qualitate in lege poſita cõ
ĳcimus mentẽ legis, ut nõ habeat locũ extra
illam qualitatẽ, ut eſt gl. notab. in l. mancipia.
in uerb. uocandũ. C. de ſer. fugit. ubi Iac. Bu-
trig. Fulg. & Paul. de Caſt. inferũt ad ſtatutũ
9 diſponẽs, †quòd dans damnũ, ſeu turbans in
poſſeſsione, puniatur in centũ, & ablata reſti
tuat, quòd nõ habeat locũ in eo qui turbauit
tantũ, & nihil abſtulit, ex quo tali caſui illud
uerbũ, reſtituat, nõ cõuenit. Refert & ſequiẽ
Soci. cõſ. lv. in ĳ. col. & in l. i. §. ſi quis c c c c.
ff. ad Trebell. & latè exornat Feli. in c. nõnul
li. in prin. in pen. chart. ꝫ de reſcrip. Ego idem
teneo in c. accedẽtes. col. ĳ. ſ. de præſcrip. Ad
idem facit q̃d not. Aret. conſil. clviĳ. copioſe.
10 in ult. col. ubi notabiliter cõcludit, †ualere te-
ſtamentũ Iudæi uſurarĳ manifeſti, quia talis
nõ uidetur cõprehendi in c. quanꝗ. de uſur.
in vi. ex quo pœna eccleſiaſticæ ſepulturę im
poſita manifeſto uſurario per illum text. non
conuenit Iudæo. Idem etiã conſuluit Socin.
conſil. cxix. in iiĳ. Nec obſtat tex. in §. & de
bet. quia ibi regula erat generalis, ex qua in-
ferebatur deinde ad quoddam exemplũ, q̃d
meritò nõ debuit reſtringere regulã. l. i. §. q̃d
uulgo. ff. q̃d ui aut clàm. Sed in caſu noſtro il
la qualitas nõ eſt in exemplo, ſed in ipſa regu
la, ſeu in narratione facti principalis. Et iſtud
nota, quia in practica eſt utile pro interpreta
11 tione ſtatutorũ. †Limitatur iſtud notabile,
ut nõ procedat in clerico negociatore admo-
nito. c. ſi. de uita & honeſt. Et idem in clerico
non portante habitũ, qui ter fuit monitus, ut
per Alex. conſil. viĳ. in i. uol. & conſil. lxi. in
iiĳ. per totum. & per moder. hîc.
12 NOTA tertio, †quòd pro crimine furti, cle
ricus deponitur: nam furtũ & rapina ſunt de
grauioribus delictis. §. nunc autẽ. xxv. diſt. &
per Abb. in c. cùm cõtingat. in viĳ. col. ſ. de fo
ro compet. Sed tu cogita quomodo iſte text.
poſſit procedere: nam de iure ciuili pro furto
non imponitur niſi pœna dupli, uel quadru-
pli. Si uerò agatur criminaliter, imponiẽ alia
pœna pecuniaria, quæ applicatur fiſco, pro-
ut declarat Bar. in l. fin. ff. de priuat. delict. uel
etiã fuſtigatio. auth. ſed nouo iure. C. de furt.
De iure uerò canonico, in foro conſcientiæ
non habet locũ neꝗ iſta pœna dupli uel qua-
drupli, ſecundum gl. xĳ. quæſt. ĳ. c. fraterni-
tatis. Bart. in l. poſt deciſsionem. C. de furtis.
cum concord. per Iaſ. in §. ſed iſte. Inſtit. de a-
ctio. & ſic tex. hic uult quem poſſe degradari
pro delicto, quod tamẽ aliàs nõ habet pœnã
corporalem: quod uidetur cõtra Innoc. in c.
qualiter. el ĳ. ſ. de accuſ. & Abb. in c. quod ſe
dem. ꝫ. de offi. ord. ubi uolunt degradationẽ
æquiparari morti. Augetur difficultas, †quia 13
iſta degradatio fit in ſubſidiũ, quando eccle-
ſia ipſa nõ poteſt inferre cõdecentem pœnã.
c. i. ſ. de pœn. in vi. Sed in furto uidetur quòd
poſsit, ex quo ius fuſtigandi competit etiam
eccleſiæ. c. in archiepiſcopatu. de rapt. Potes
reſpõdere, quòd text. procedit in clerico, qui
propter potentiam ſuam non poteſt corrigi
ab eccleſia, unde meritò remittitur, ut ſubeat
pœnas iuris ciuilis. & iſte intellectus ad hũc
tex. eſt de mente Doct. & firmatur per Abb. ſ.
Sed iſtam ſolutionẽ non tenebo, quia nimis
reſtringit tex. ſicut etiam ſi diceref, quòd tex.
poteſt intelligi in fure famoſo, quia tales pu-
niuntur etiam corporaliter iure ciuili, ut per
Bart. in l. capitalium. §. famoſos. ff. de pœnis.
Idem ſecũdum ius nouiſsimũ feudorum, in
quo quis pro furto quinꝗ ſolidorum ſuſpen
ditur. §. ſi quis quinꝗ. in c. i. de pace tenen. ſe-
cundum unam opinionem. Sed tamen iſta re
ſponſio nõ tollit difficultatẽ, quo ad ius cano
nicum. Quare dic, †ꝙ ius canonicũ habet fur 14
tum pro grauiori delicto, ꝗ̃ ius ciuile, quia cõ
ſiderat delicta ſingulorũ ut corriganẽ, & pœ-
niteant, ad finem ſaluationis animæ ſuæ. d. §.
nunc autẽ. xxv. diſt. Vnde cùm cętera delicta
ex pœnitentia animi quo ad Deũ tollanẽ, fur
tum uerò nõ, quia requiritur quòd fiat reſti-
tutio rei ablatę, regula, peccatũ. de reg. iur. in
vi. ſequitur furtũ etiã eſſe graue delictũ, quia
difficulter remittitur. Sed ius ciuile conſide-
rat principaliter rigorẽ publicæ diſciplinæ. l.
licitatio. §. q̃d illicitè. ff. de public. unde puniẽ
adulterum graui pœna. l. Claudius. ff. de his
quib. ut indig. quia tale delictũ eſt contra bo-
nos mores: furtũ uerò leuius, quia eſt contra
pecuniã: & plus curauit de bonis moribus, ꝗ̃
de pecunia, prout etiã dicũt aliqui Theologi.
quod nota contra ſtatuta imponentia pœnã
capitis furibus, & pęnã pecuniariã adulteris.
NOTA quarto, †quòd pro crimine periu- 15
rĳ quis deponitur, ſecundum Abb. & Doct.
hîc: & tali etiã aufertur beneficiũ. c. querelã. ſ
de iureiur. Fortius tenet Siculus hîc, quòd il
lud perdit ipſo iure. arg. d. c. querelam. ibi, à
præſcripta eccleſia remouẽtes, quæ uerba re-
ſpiciũt executionẽ facti, unde præſupponũt
remotionẽ ipſo iure factam. c. fin. ubi Butri.
ꝫ. de poſtul. per moder. in c. ĳ. de reſcrip. Ad
de quòd imò nõ perdit ipſo iure, ſed requiri-
tur

tur sententia; quia istud est regulare in omni
bus delictis, ut per Felinũ in d. c. querelam.
Non obstat tex. in illis uerbis, remouentis
&c̃. quia ultra responsiones Decij, quæ de fa
cili impugnari possunt, dicitur, quòd illa uer
ba possunt etiam referri ad executionẽ iuris;
& ista interpretatio est accipienda tanq̃ con-
ueniens regulæ. fa. tex. in l. cùm posteaq̃. ubi
moder. C. de pactis. & possunt illa uerba im-
portare canonẽ ferendæ sententię, nõ autẽ la
tæ, de quo per gl. xi. quæst. iij. irritum. & in l.
in criminali. C. de iurisd. om. iud. cum cõcor.
aliàs, si uera esset opinio And. Siculi, sequere
tur quòd etiã homicida ipso iure perderet be
neficium, per tex. in c. miror. 50. distin. ibi, sa-
cerdotio priuatus, quæ uerba respiciunt exe
cutionẽ facti, & tamẽ istud nõ est uerũ, quia
requirit̃ sententia. c. clericis. ĵ. ne cler. uel mo
na. & est cõmunis cõclusio in c. inquisitionis.
in prin. ĵ. de accus. Et sic apparet, q̃ illa regula
de qua hic per Barba. nõ est semper uera.
16 NOTA quinto, † quòd depositus pro crimi
ne graui, nõ perdit ipso iure priuilegiũ fori,
nisi interuenerit actualis degradatio. lxxxi.
distin. c. dictum. c. ij. de pœnis. in vi. per Abb.
& cæteros hîc. Quę autẽ sint crimina grauia,
Abb. in c. at si clerici. ã. eod. dicit esse in arbi-
trio iudicis: & cõsequenter erit in arbitrio e-
ius, quando uelit deponere aliquem, attentis
tamen qualitatib. aggrauantibus, de quibus
ibi per eum, ex quo depositio non fit nisi pro
crimine graui. c. tuæ. ubi Abb. ĵ. de pœn. Ad-
17 de † quòd omnia crimina, quæ impediunt or-
dinis executionẽ post peractam pœnitentiã,
dicunt̃ grauia, ut dicit Butrius in c. nisi. in fi-
ne prin. ã. de renunc. ubi enumerat illa crimi
na: & etiam referunt̃ per Specul. in tit. de di-
spensatiõe. §. iuxta. uers. sunt quoq̃ irregula-
18 res. de quo hic per Aret. † Et propterea infe-
runt, quòd in istis casibus clericus incarcera-
tus nõ erit relaxãdus etiã cum fideiussore, se-
cundum tex. in c. si clericos. ĵ. de sent. excõm.
lib. vi. ubi clericus non relaxatur quando ex-
cessus est enormis, uel quando alia rationabi
lis causa suadet. Et puto quòd sit rationabi-
lis causa, interim dum disputatur, an indicia
sint sufficientia ad torturã; nam est uerisimile
quòd clericus fugeret, ut euitaret torturam:
quia est uerisimile quòd quis fugiat metu tor
turæ, ut per Aret. in ij. col. fa. q̃d not. Bart. in
l. i. ff. de custod. reor. Feli. in c. legebatur. ã. de
maior. & obed. Ang. in tract. malef. in uerb.
19 fama publica. in x. & xi. quæst. & facit, † quia
quotiescunq̃ clericus est suspectus de fuga,
nõ simpliciter standum est fragilitati cautio-
nis, sed debet detineri, secundũ Cald. consil.
xxi. de regularib. & Gemin. in d. c. si clericos.
20 † Et idem puto ubi ueniret imponẽda magna
pœna, puta detentionis in monasterio; nam
tunc delictũ dicitur graue, ut per Bar. in l. le-
uia. ff. de accus. Salic. in l. i. C. de requir. reis.
Guido Pap. in decis. Delphin. q. ccccxxix. &
infrà etiã dicetur aliquid: & tali casu satis dice
tur clericus suspectus de fuga, arg. c. ut famæ.
ĵ. de sent. excõm. Nam talis detentio in mona
sterio, est magna pœna de iure canonico, un
de æquiparatur damnationi in metallum, se-
cundum Abb. in c. quod sedem. de offi. ordi.
NOTA sexto, ibi, † cùm ecclesia nõ habeat 21
ultra quid faciat. quòd ubi ecclesia nõ habet
pœnam correspondentem delicto, tunc cle-
ricus debet degradari, & tradi iudici seculari;
nam tunc ecclesia dicitur nõ habere ulterius
quid faciat. † Ex hoc infertur ad quæst. di- 22
sputatam per Abb. an iste ordo hîc traditus,
sit seruandus in clerico qui ualde enorme de
lictum cõmisit: puta, quia per proditionem
interfecit aliquem alium sacerdotem, ut ei au
ferret pecunias; nam non uidetur quòd ec-
clesia habeat pœnam condecentem huic deli
cto, & propterea non debet expectari ut pœ-
niteat, sed debet degradari, & tradi curiæ se-
culari. & ita tenuerunt Abb. in c. aut si cleri-
ci. in prin. in penult. col. ã. eod. Anchar. hîc,
& in regula, ea quæ. in xix. quæst. de reg. iur.
in vi. & in cõsil. clvij. ex narratis in facto. cum
concord. Pro qua opinione adducit text. in
c. i. ĵ. de homicid. inducendo ut per Abb. ibi.
Ad idem facit c. nouimus. ĵ. de uerb. signif. u-
bi clericus degradatur, non quòd sit incorri-
gibilis, sed quia cõmisit damnosum & dam-
nabile delictũ. Ad idem facit ratio: † quia nos 23
uidemus, quòd falsarius literarum Papæ de-
gradatur, non seruata forma istius text. ergo
idem in delictis maioribus & ualde scandalo
sis: † unde etiã in odiosis & pœnalibus fit ex- 24
tensio, propter maioritatem rationis, secun-
dum not. per Alex. in auth. non licet. C. de li
ber. præter. Contrarium tenuerunt pleriq̃
moder. in d. c. at si clerici. pro qua opinione
inducitur per eos iste tex. ponderando quòd
loquatur per uerba generalia, siue quibuscũ-
que criminibus: & sic debet intelligi etiam de
delictis ualde enormibus. Eodem modo dicit
Aret. hic, quòd text. noster requirit duo, ui-
delicet quòd incorrigibilis sit, & quòd eccle-
sia non habeat ulterius quid faciat, ergo non
sufficit alterum. Puto in puncto iuris esse ue-
riorem opin. Anchar. & Abb. quę seruantur
in pluribus locis de facto. Et moueor, quia
non credo quòd istud capitulum possit trahi
ad istos excessus ualde enormes, unde alia o-
pinio non bene remaneret probata. Non
obstat inductio moder. dum dicunt, primum
& secundum dictum textus uerificari etiam
in delicto enormi, ergo etiam ultimũ, & sic,
quòd ultra enormitatẽ delicti requiratur in-
corrigibilitas: quia negatur istud. Nam si be
ne consideretur responsio posita in tex. quæ
est attendenda, non autem uerba interroga-
tionis, iuxta gl. in l. i. C. quando non peten.
par. text. loquitur in furto, periurio, seu alio
crimine. Certè illa uerba, alio crimine, non
possunt intelligi de enormi. Istud probatur
tribus ratiũculis. Prima, † quia dictio, alius, 25
refertur regulariter ad similia tantùm. c. fin.
ubi Archid. infra de pact. in vi. Bal. in l. fin. C.
de his qui à non domino. glos. in l. si fugitiui.

C.de ſer.fugit. Secunda,quia non includit
maiora expreſsis.c.ſedes.ō.de reſcript. Ter
tia,quia tex.dicit in ſingulari de crimine: ſed
iſta delicta enormia habent in ſe plura crimi-
na,unde dicuntur qualificata,ut not. in c.uir
ginib.xxvij.q.i.per Paul.de Leaz.in Clem.i.
de offi.ord.fa.l.ſi adulteriū cum inceſtu.ff.de
adult. Non obſtat etiam inductio Aretini:
quia respondeo,quòd in caſu noſtri text.be-
ne uerum erat,ex quo clericus erat incorrigi
bilis,& eccleſia non habebat quid ultra face-
ret: ſed caſus noſter non attingit in hoc text.
ſed probatur per alia iura.& ita teneo. For
26 tius dicit Anch.in d.cōſil.clvij.†quòd ubicun
que de iure ciuili in aliquo delicto reperitur
impoſita pœna mortis naturalis,de iure cano
nico ſuccedit degradatio, & traditio iudici ſe
culari,per tex.in auth.ut cleri.apud prop.§.il
lud palàm. & ita refert tenuiſſe Io.And.& In
noc.in c.qualiter & quādo.ij.J.de accuſ. Sed
iſta regula Anchar.eſt multū periculoſa cle-
ricis,ſecundū Io.de Ana.in d.c.qualiter.§.ad
corrigendos. in vi. col. & nō eſt uera, & eam
ibi reprobat Feli. Primò per iſtum tex.iun-
cta l.iij.ff.de ſicar.& l.quāuis. C. de adult. Et
iſtud fundamentū fuit Abb.in d. c. at ſi cleri-
ci. de quo per And. Sicul. hîc in ult. col. Sed
poteſt reſponderi, quòd ſicarius uel adulter
nobilis,de iure ciuili non punitur morte,ſed
deportat.l.Claudius. ff.de his quib.ut indig.
& clerici habent pro nobilibus, unde ceſſat
ratio iſta. Secundo mouet Feli.per tex.in l.
cùm uir.C.ad l.Iul.de adult.iuncto c.clerici.J
de exceſſ.prælat. Sed poteſt reſpōderi,quòd
Imò pro crimine contra naturā, clericus po-
teſt degradari,ut probatur in d. c.clerici. ibi,
deijciātur à clero. Tertio mouetur per tex.
in c.tuæ.J.de pœnis.iuncta l.capitaliū.§.famo
ſos.ff.eo. Sed poteſt,ut dixi,reſponderi pri
mæ rationi. Quare tu fortius contra hanc re-
27 gulam ultra eum inducas: Primò,†quia reite
rās baptiſma, de iure ciuili ſummo ſupplicio
affligitur.l.ij.C.ne ſacrum baptiſma reiteret.
& tamen de iure canonico clericus ſolùm de
ponitur,laicus excōmunicatur.c.ij.ubi Io.de
Ana.J.de apoſta. Secūdo facit,quia malefi
ci & incantatores de iure ciuili gladio feriun
tur.l.ij.l.nemo.C.de malef.& tamen iure ca-
nonico licet degradentur uerbaliter, non ta-
men tradunt curiæ ſeculari. xxvi.q.vij. c. ad-
moneant. Abb.in d.c.at ſi clerici.in pen.col.
28 Tertio facit,†quia familiares principis iniu
riam prouincialibus faciētes,morte puniun-
tur ſecundum leges, ut eſt text.in l.uniuerſi.
C.ubi cauſ.fiſc. & tamē de iure canonico pœ
na uidetur arbitraria.c.i.J.de exceſſ.prælat.
29 Quarto facit,†quia de iure ciuili,falſificans
literas principis,morte punitur: quia tale cri
men dicitur graue.l.ubi.C.de fal.& tamen ſe
cus eſt de iure canonico. c. ad audientiā. J. de
crim.fal. prætereꝗ̄ in literis Papæ, ut ſ dixi.
Vltimo uidet ꝙ iſta regula ſit cōtra mentē
Doct.cōmuniter, dum tenent, ꝙ quæ crimi-
na dicant grauia,multū reſidet in arbitrio iu-
dicis,ſecundū Abb.& Doct.in d.c. at ſi cleri
ci.& cōſequenter pœnæ etiā erūt arbitrariæ,
quæ regulant ſecundū grauitatē criminū, ut
per Bar.in d.l.leuia.ff.de accuſ.Nō eſt igitur
uerum, quòd præciſe debeat iudex impone-
re pœnā degradationis, ubi leges imponunt
pœnā mortis.Et ex hoc etiā confunditur opi
nio Butrij in c.cū dilectus.in vi.col. J.de pur-
ga.uulg. ubi dicit, loco mortis impoſitæ per
legem, ſubrogari depoſitionē per Canones.
unde teneas quòd iſtæ pœnę ſunt multū arbi
trariæ reſpectu criminū, quæ aggrauant ſe-
cundum qualitates poſitas per Abb.in d.c.at
ſi clerici.Et hoc tenendo nō obſtat ratio An-
char.per tex.in d.§.illud palàm. quia hodie il
le §.eſt correctus,per text. in auth.ſtatuimus.
ubi Bart.C.de epiſ.& cler.
NOTA ſeptimo,†ꝙ quādo quis depoſitus 30
& excōmunicatus adhuc eſt incorrigibilis,
eccleſia nō habet ultra quid faciat,Iſtud intel
ligunt Doct.ut nō procedat reſpectu pœna-
rum, quia eccleſia habeat alias pœnas, puta
perpetui carceris,& detentionis in monaſte-
rio, & ſimiles: ſed quia iſte clericus propter
potentiā ſuam nō poterat capi, uel de carceri
bus euaſerat.Sed iſte intellectus cōtinet ma-
ximam diuinationē,& nō poteſt procedere:
quia potuiſſet eccleſia implorare brachiū ſe-
culare,& cū captū ponere in firmiſſimis car-
ceribus.c.ut famæ.J.de ſent.excōmu.& aliter
etiā reprobat per moder.hîc. Quare aliter in
telligit iſtum tex.Decius hîc,ꝙ iſta uerba,ec-
cleſia non habet ultrà quid faciat, intelligant
reſpectu cenſurarū,de quibus ſ dixerat. Sed
certè etiā iſte intellectus reſtringit tex.& ſ di
ctum erat nedum de cenſuris,ſed etiā de pœ-
na depoſitionis. Prętereа uerba ſequentia in
tex.non conueniunt, dum dicitur, ne poſsit
eſſe ultra perditio plurimorū: & tamen ſi de-
truſus eſſet clericus ad perpetuos carceres,
ceſſabat iſtud periculum. Vnde tu dicas,ad-
hærendo opinioni quam tenui in c. quod ſe-
dem ſ.de offic.ord. quòd omnis detruſio ad
carceres,uel in monaſteriū,& cæteræ pœnæ
iuris canonici quæ irrogant clericis, non im
ponunt principaliter in uindictā delictorū,
ſed ad agendam pœnitentiā.c.nouimus. J.de
uerb.ſig.c.tuæ.J.de pœnis.Vnde cùm ſerua-
ta forma iſtius capituli, ſit præſumptio legis,
quòd iſte nunquā pœnitebit, meritò eccleſia
non habet ulterius quid faciat, unde eum nō
damnat ad carceres uel ad monaſterium, ex
quo ſcit quòd nō pœnitebit. Si uerò nō ſer-
uetur forma iſtius tex.licet de præſenti creda
tur incorrigibilis,tamē nō tollitur ſpes,quin
in futurū poſsit corrigi:& propterea tunc nō
ceſſant alia remedia eccleſiæ. c. ut famæ. J. de
ſent.excō. Et iſte intellectus eſt planiſſimus.
NOTO ultimo ex text.in uerb.legitima. ſe
cundum Aret. hîc,†quòd ſi quis ſemel deli- 31
querit, & ſit punitus pœna condigna, & ite-
rum delinquat, primū maleficium punitum
ſemel,non aggrauat ſequens,ſed debet iſtud
ſequens pœna ſolùm legitima puniri; ſecus ſi
pœna

pœna non ſit condigna.& ita dicit debere in-
telligi quod not.Bart.in l.ſi is cui.§.fin.ff.de
accuſ.& pro iſta opin.facit text.in c.hi qui al-
tar.diſtin.lxviij.Sed tu aduerte, quia iſte tex,
uidetur probare intentionẽ Aret.quia etiam
ſi ſequens crimen aggrauaretur per primũ,
tamen erit uerum dicere, quòd puniatur pœ-
na legitima,ex quo ſecundum leges, tali deli
cto iterato,debet imponi grauior pœna.l.iij.
C.de epiſc.audien.l.ſeruos.C.ad legem Iul.
de ui.notat Abbas in c.graue.ȷ.de præbend.
Gemin.in c.hoc ueſtrę.xi.diſtinct.Et contra
32 Aretin.facit,†quia ſi ex forma ſtatuti aliquis
pro tribus furtis debeat mori,quamuis ſolue
rit pœnam primi & ſecundi furti, tamen pro
tertio ſuſpendeť, quia priora aggrauãt iſtud
ultimũ,ita tenent Paul.de Caſt.& Cep.in au
then.ſed nouo iure.C.de ſer.fugit.ubi alle-
gant concor.Et idem eſt ſi illa priora duo fur
ta ſint cõmiſſa in alieno territorio, uel ſubla-
ta præſcriptiõe uel ſatisfactiõe,ſecundũ Bar,
in l.ſi is cui.§.fin.ff.de accuſ.Bal.in auth.qui
ſemel.in v.col,C.quo.& quan.iud.Alber.de
Roſa.in iij.parte ſtatutorum, quæſt.xxxvij.
Imol.in Clem.paſtoralis.de re iud.Ang.de
Aret.in tract.malef.in uerb.& ueſtem cœle-
ſtem abſtulit.Cataldinus in tractatu ſyndic.
quæſt.cxlix.And.Sicul.conſil.xi.col.xij.in
ij.uol.Feli.in c.cùm cõtingat.in i.col.ȷ.de fo-
ro comp.& in c.ſicut.col.ij.ȷ.de teſti.Iaſ.in l.
ſi idem.ff.de iuriſd.om.iud.Et ratio eſt,ut cõ
ſuetudo iſta delinquendi puniatur, ſecundũ
Bal.& Cep.in d.auth.ſed nouo iure.& Bal.in
l.ſi familia.in fi.ff.de iuriſ.om.iud.ubi infert,
33 †quòd ſi quis fecerit duo delicta ſimul, nõ ha
bebunť niſi pro uno, quia tũc ceſſat ratio ſta-
tuti fundata ſuper cõſuetudine delinquendi.
Et pro hoc facit q̃d conſuluit Barthol.Vero
34 nen.cõſil.lxxvij.†ubi ſi quis ex interuallo bis
blaſphemauerit,in cõtinuatione tamẽ ſermo
nis,nõ punietur niſi pro una blaſphemia.Et
ſic habes primã limitationẽ,quam etiã tenuit
Bar.in l.eum qui.§.idem dicit.ff.de fur. Se
35 cundo uidetur†quòd poſsit limitari,quando
ſtatutum punit prima delicta pœna pecunia
ria:quia facta ſolutione uidetur ꝙ delictũ ſit
extinctũ,unde nõ debet amplius aggrauare:
quia qui ſoluit, habeť pro abſoluto.l.ſi quis
cùm totũ.§.planè.ff.de except.rei iud.& q̃d
not.Bal.poſt Iac.Butrig.in l.& ſi ſeuerior.in
iiij.col.C.ex quib.cau.infa.irrog.Contrariũ
tenuit Bal.in d.authen.qui ſemel.& in l.cer-
tum.ff.ſi cert.pet.ubi dicit,quòd licet delictũ
per ſolutionem pœnæ ſit ſublatum, tamẽ re-
manet infamia.l.indulgẽtia.C.de abolit,quę
infamia aggrauat. Poſſet fortè in iſto caſu
defendi opinio Aret.hic,ut ſi iſta pœna pecu
niaria ſit proportionabilis exceſſui,procedat
limitatio.Nec obſtaret ratio Baldi:quia dato
quòd infamia non tollereť,tamen omnis effe
ctus qui inde poſſet reſultare, uideť tolli per
ſolutionem.Eſt uerum quòd cõmunis inten
tio Doct,etiã in hoc puncto uidetur eſſe con
tra Aret. Tertio limitatur per Bald, ualdę
notabiliter in l.i.in iij.col.C.de ædil.actio,u-
bi dicit,†quòd ſi ſtatutũ reſpicit factum, puta 36
quia dicat, ſi quis fecerit tria furta, moriatur,
tunc procedit cõmunis concluſio: quia licet
ſit ſatisfactũ pro primo furto, uel ſit alibi cõ-
miſſum,tamen uerificanť uerba ſtatuti: quia
uerum erit dicere,quòd iſte fecit tertium fur
tum.Si uerò ſtatutum non reſpiciat factum,
ſed pœnam, puta ſi dicat, pro duobus furtis
quis decapitetur, tunc primum nõ grauabit
ſequens,ſecundum eum.Puto dictum Bald.
eſſe uerum:quia in iſto caſu ſtatutum dat pœ
nam iſtis duobus furtis ſimul,non alteri tan-
tum:nec in iſto caſu uerba important, quòd
ſtatutum uoluerit punire conſuetudinem &
infamiam quæ ſupereſſet ex primo furto.
Quarto limitatur,†quãdo iſte reus poſt ul- 37
timum delictum ſtetiſſet longo tempore uir
probus,& mutaſſet mores malos: nam prio-
ra non aggrauabũt illud ultimũ,ex quo tunc
ceſſat ratio legis.Nam tale ſtatutũ factum eſt
ad puniendam conſuetudinẽ, ne quis de faci
li reiteraret delicta.†Sed ſi quis per trienniũ 38
ſaltem fuerit bonus,nõ præſumitur quòd ue
lit reuerti ad delictũ prius factum,ut eſt text.
in auth.de mona.§.nam & ſi uitium.& ita li-
mitatur regula c.ſemel malus,de reg.iuris.in
vi.& ita conſuluit Rom.conſil.ccxxvi.ut præ
miſſa.in ij.col. Sed iſta limitatio nõ uidetur
quòd ſit uera.Primò, quia ſtatutũ uoluit pu-
nire illam cõſuetudinẽ, eò quòd inducta fue
rit per tres actus: ergo non habemus curare,
ubi ſemel incidit in pœnã, quòd deinde fiat
bonus,ut not.in l.qui ea mente.ff.de fur.Eſt
uerũ, quòd ſi poſt longum tempus iſtud deli
ctum ueniſſet in cognitionẽ, eſſet delinquẽs
leuiori pœna afficiẽdus.l.ſi diutina.ubi Bar.
de pœnis.Anchar.& And.Sicul.in c.ſi.ȷ.de
conſuet.Et propterea inferunt ibi moder.†ꝙ 39
ſi quis olim cõmiſiſſet homicidium,ſi deinde
detegatur talis homicida,non erit morte affi-
ciendus,ſed leuiori pœna: uerũ iſtud nõ pro
cederet tam breui termino, ſicut trium anno
rum, ſed requirerentur ſaltem decem anni,
ut per gl.in d.l.ſi diutina.Præterea cõtra Ro-
manum etiam facit, quia text.in d.§.nam &
ſi uitium.loquitur in monacho, ad finem ne
extrahatur extra monaſterium; nec uidetur
generaliter trahendus extra illum caſum.Et
iſtud tanto magis procederet, quando illud
triennium interceſsiſſet inter primum & ſe-
cundum ſeu tertium delictum, ut per Bald.
in d.authen.qui ſemel.dum loquitur quan-
do priora delicta ſunt ſublata præſcriptione:
& propterea in ſuo caſu ſine dubio credo ꝙ
Roma.male loquatur. Quinto limitatur,
†quando condemnationes priorum delicto- 40
rum fuiſſent nulliter factæ:& circa iſtam nul
litatem ſeu etiam iniquitatem poſſet iudex ul
timi delicti incidenter cognoſcere, ad finem
ut uideat nunquid iſtud ultimũ aggrauetur.
ita dicit Rom.in d.conſil.ccxxxvi.& iſtud pu
to uerum. Aduerte tamen, quia ſi iſte reus
ſoluit condemnationem, non uidetur quòd

posſit allegare ſe iniuſtè condemnatū. l. ad ſo-
lutionem. C. de re iudic. niſi prætenderet ali-
quam iuſtam cauſam timoris, uel ſimilē cur
ſoluerit. Sexto limitatur ſecundum Rom.
41 in d. conſil. † quando pro prioribus delictis
fuiſſet quis abſolutus; tunc enim dicitur fe-
ciſſe delictū, & ſententia facit ius. l. ingenuū.
ff. de ſtat. hom. Nec per hoc quòd aliquis fue
rit pluries accuſatus, remanet aduerſus eum
aliqua infamia, quę poſsit aggrauare delictū,
ut dicit And. Sicul. cōſil. xi. col. xij. uol. i. nam
& M. Cato fuit quater & quadrageſies accu-
ſatus, ut dicit Plinius, & ſemper abſolutus.
Eſt uerum quòd iſta limitatio nō procede-
ret, quando quis fuiſſet abſolutus per collu-
ſionem, uel per ſolutionē pœnæ ante ſenten-
tiam; quia adhuc militant uerba ſtatuti. Se-
42 ptimo limitatur, † ut nō procedat quo ad prio
ra furta: quia prius furtū nō aggrauatur per
ſequens, ſed econtra. unde ſi quis cōmiſerit
primò hic furtum, deinde alibi duo, ſi hic de-
prehendatur, non punitur niſi pœna ſimpli-
ci. ita fuit conſultū, & bene, inter cōſilia Bal.
conſil. cccluiij. uiſo themate. in v. uol. attendi-
tur enim tempus cōmiſsi delicti, quo ad pœ-
nam inferendam, unde non aggrauatur ex
poſt facto. l. i. ff. de pœnis. l. iniuriarū æſtima-
43 tio. ff. de iniur. † & quia præcedentia magis in
fluunt in ſequentia, quàm econtra. ut not. in
l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initiū. ff. de eden.
Tu circa iſtud notabile teneas menti deci-
ſionem Guliel. de Cun. quam ibi ſequit̃ Bal.
in l. iij. per illum tex. C. de epiſ. audien. ubi di
44 cit, † quòd ſi quis cōmiſerit aliquod delictum,
de quo habuerit gratiam: ſi deinde reiteret,
gratia ſecunda non ualet, niſi princeps fuerit
certificatus de priori delicto: imò reſcriptum
præſumitur ſubreptitiū. ſequitur Io. de Ana.
in c. ad abolendam. in ij. col. ẜ. de hæret. Sicu-
lus in c. ſuper literis. in xxiiij. col. ẜ. de reſcri-
ptis. Ioan. Crotus in c. fin. in §. fin. col. pen. de
conſtit. in vi. Moder. repet. in c. fi. in i. notab.
infrà de conſuet. Iſte caſus frequenter con
tingit, & propterea aduerte ad duo. Primū
eſt, quia cùm hic uertatur in dubium de ſub-
reptione reſcripti, tanq̃ non præſumat̃ fuiſſe
de mente principis facere gratiam tali, uide-
tur quòd anteq̃ iſte condemnet̃, debeat con-
ſuli princeps, ut declaret mentē ſuam. l. Ne-
ratius. ff. de reg. iu. unde parte petente ſtatue
tur ſibi terminus, ut eum conſulat. Secun-
do aduertendū eſt, nunquid iſta deciſio pro-
cedat, quando ille deliquiſſet in eodem gene
re delicti, an etiam ſi feciſſet diuerſum deli-
ctum. Et uidetur procedere, etiam ſi feciſſet
diuerſum delictum, arg. tex. noſtri hîc, ſecun
dum cōmunem intellectū, ubi clericus per-
iurus aggrauatur nedum ſi nouum periuriū
cōmittat, ſed etiam ſi aliquod aliud crimen di
uerſum. Puto contrarium, quia text. in d. l.
iij. propriè loquitur de delicto eiuſdem ſpe-
ciei reiterato. & ita loquitur Guliel. de Cun.
unde iſta aggrauatio oritur ex reiteratione,
& facit doctrina Bart. in l. de pupillo. §. ſi plu
ribus. ff. de oper. no. nunc. & etiam confirma
tur per regulam, ſemel malus. de reg. iur. in
vi. quæ procedit in eodem genere mali, ut ibi
notatur, non autem in diuerſo: & text. noſter
procedit quando pœna impoſita, puta depo
ſitio, nō plenè purgabat delictum, ſed requi-
rebatur pœnitentia, ut hîc per Anch.
GLOSS. PRIMA. Pro declaratione hu-
ius gl. uidendum eſt primò, † nunquid liceat 45
laico capere clericū, & captura teneat. Et gl.
hîc dicit quòd nō: & pro hoc eſt tex. in c. ſi ue
rò. ẜ. de ſent. excōm. & in c. ij. in uerb. diſtin-
guere. ẜ. de for. comp. facit gl. in c. ſi quis ſua-
dente. xvij. q. iiij. ubi ſi laicus hoc faciat, inci-
dit in illum canonem. Dicit tamen Abb. hîc,
quòd ſi laicus non eſſet in dolo, puta quia nō
caperet eum ſuadente diabolo, tunc nō eſſet
excōmunicatus. Et propterea dicūt moder.
† quòd quælibet cauſa excuſaret laicum, ex 46
quo quælibet cauſa etiā iniuſta excuſat à do-
lo. l. igitur. ff. de lib. cauſ. not. in l. ſi plagij. C.
ad l. falcid. de plagia. pro quo facit, quia excō
municatio non infligitur niſi exiſtenti in do-
lo, ſecundum Ioan. And. in c. quantæ. in fi. ẜ.
de ſent. excōm. & habet̃ in Summa angelica
in uerb. excōmunica. Vnde mediator ſimo-
niæ nō eſſet excōmunicatus, ſi neſciret, uel a-
liter non eſſet in dolo. & ita limitatur extraua
gans Pauli II. quàm deteſtabile. in tit. de ſimo
nia. Sed tu aduerte, q̃ iſta poſſent procede
re in foro animæ; ſed in foro canonico uidet̃
quòd ſufficiat dolus præſumptus, ut proba-
tur in d. c. quantæ. in uerb. interpretamur. &
ſatis eſt de mente Feli. pro quo etiam facit gl.
in c. ſi clericos. in uerb. iniuria. de ſent. excō-
mu. in vi. ubi licet quis non ſit in dolo, tamen
ſi indebitè aufert equum clerico, eſt excōmu
nicatus, & lex uidetur præſumere dolū. Nec
uidet̃ quòd dicta modernorū ſint uera, dum
dicunt, quòd quælibet cauſa iſto caſu excuſa 47
ret; † nam ubi aliquis delinquit contra ea quę
ſunt prohibita iure diuino, tunc non excuſa-
tur à dolo, niſi probauerit iuſtam cauſam, ut
per Salic. in l. ſenatus. C. de his qui ſibi in te-
ſta. Imol. & Raph. in l. ex conſenſu. §. fi. ff. de
appell. Alex. conſil. ciij. uidetur. col. pen. in f.
Sed laicus uidetur prohibitus etiā iure diui-
no, per illud, Nolite tangere chriſtos meos:
& quia immunitas eccleſiaſtica eſt de iure di
uino, ut not. per Feli. in c. ij. ẜ. de maior. & o-
bed. & eſt cōmunis opinio, ut ẜ dixi. Et con-
firmatur iſta opinio aduerſus moder. ex tex.
in d. c. ſi quis ſuadente. §. committant. ibi, aut
neſciendo cōmittunt, aut negligēdo uiolāt,
& ſic ignorantia punitur, in quam non cadit
dolus. † Et propterea uidet̃ quòd laicus in ſu- 48
prà dicto caſu eſſet excōmunicatus, tanq̃ ſit
in dolo pręſumpto, quod etiam confirmatur
tribus rationibus. Prima, quia qui ſe inge-
rit, præſumitur in dolo. l. ſpadonem. §. fin. ff.
de excuſ. tut. quia uidetur hoc in contemptū
facere, ut per Abb. in c. intelleximus. in pen.
col. ẜ. eo. Secunda, † quia quando aliquis fa 49
cit illud quod eſt de genere prohibitorum, li-
cet

cet aliquo ſingulari caſu permittatur, tamen
præſumitur in dolo, & ſic eſt excommunica-
tus, niſi ipſe probet contrarium. l. ſi non con-
uicij. C. de iniur. Bal. in l. dolum. C. de dolo.
50 Tertia, †quia qui facit quod non debet, præ
ſumitur in dolo. l. ſi procuratorem. §. fin. l. do
lus. ff. mand. Paul. de Caſt. in l. ubi exigitur.
in prin. ff. de eden. Et ſic cõcludo, quòd ſi lai-
cus capiat clericum, præſumatur in dolo, &
conſequenter ſit excõmunicatus: niſi capiat
ex iuſtis cauſis, quas infrà ponam. In foro ue
rò animæ iſte præſumptus dolus non atten-
deretur, ſi uerè non interueniſſet, pro quo fa-
cit quod not. Io. And. in c. is qui ſedem. ∫. de
ſponſ. ubi dicit, quòd iura quæ ſe fundant ſu-
per præſumptionibus, non habent locum in
51 foro animæ. †Limitatur primò iſta conclu-
ſio, niſi laicus caperet clericũ de licentia epi-
ſcopi ſui. c. ut famæ. ∫. de ſent. excõm. c. ſi cleri
52 cos. eo. tit. lib. vi. †Sed quid ſi epiſcopus dat
generalem licentiam iudici ſeculari, ut poſsit
capere quoſcunq; clericos facinoroſos, & ſi-
bi præſentare? Ant. de But. hic dicit, quòd ta
li caſu laicus qui caperet clericũ, non eſſet ex-
cõmunicatus. Anch. in dicta regula iuris, ea
quæ. in xxi. q. & Aret. hic dicunt iſtud nõ eſ-
ſe uerum, niſi in caſu quo clericus reperiatur
in flagranti crimine, ex quo tunc poteſt capi
ſine aliqua cognitione, aliàs uerò non. Et eſt
53 ratio, †quia ad hoc ut aliquis capiat̃, debet præ
cedere aliqua cognitio circa præſumptiones
& indicia, ut not. in l. ij. C. de exhib. re. & per
gl. in Clem. paſtoralis. in uerb. de more. de re
iud. Sed iſta cognitio non poteſt demandari
per epiſcopum laico. c. ij. ē. eo. Poſſet fortè
teneri opinio But. quia tex. in d. c. ſi clericos.
& in d. c. ut famæ. habet locũ etiam in tali ca-
ſu, per rationẽ ibi poſitã. Nec uidetur quòd
in ordinario, qui uelit capere clericum, ſit ne
ceſſaria iſta cognitio, ut per gl. in c. fin. de ac-
cuſ. in vi. ſed ſufficit quædam leuis præſum-
ptio, quæ potius uidetur eſſe facti, & poteſt
competere laico, ut not. in c. i. ē. de procurat.
Præterea licet iudex nõ adhibuerit hanc co-
gnitionẽ, captura tamẽ de ſe tenet, nec eſt ip-
ſo iure nulla, ergo laicus nõ erit excõmunica
54 tus. †Secundo limitatur in caſibus in quib.
poteſt clericus uerberari, iuxta c. iij. ∫. de ſent.
excõmu. quia à fortiori poterit capi ut ducat̃
ad ſuum iudicem, ita tenent Io. And. Abb. &
moder. hic, arg. l. nec in ea. ff. de adult. Sed
55 tu aduerte, †quia uerberare & capere aliquẽ
in iſto caſu, uident̃ eſſe diuerſæ ſpeciei: unde
tunc nõ procedit regula, quòd cui licet plus,
liceat quod eſt minus, ſecundũ Io. And. in c.
in pœnis. de reg. iur. in vi. quem allegat Aret.
in l. ij. in fin. ff. de lega. i. & probatur in l. ſole-
mus. §. fin. ff. de iudi. fa. c. cui de nõ ſacerdota
li. de præbend. in vi. Quòd autẽ ſint diuerſæ
ſpecies, probatur: quia uerberare, reſpicit a-
ctum priuatũ: ducere in carcerem, reſpicit a-
ctum publicũ. l. i. C. de priua. carcerib. Poteſt
reſpõderi, tenendo quòd dictum Ioan. And.
nõ ſit uerum, prout etiã tenuit Decius hic, &
ſic quòd ualeat regula generaliter, quòd cui
licet plus, liceat q̃d eſt minus, q̃uis ſint diuer
ſæ ſpeciei. l. in ſuis. in ſi. ff. de lib. & poſth. ubi
lex, quòd quis poſsit occidere, extendit̃ tan-
to fortius, ut poſsit exhæredare. Modernio-
res reſpõdent, ꝙ ibi eſt lex ipſa quæ extendit.
Sed iſtud nihil eſt: quia ratio habet locum, ut
etiam poſsit fieri extenſio ab homine: & pro
iſta opin. eſt caſus in l. ex eo. C. de agent. in re
bus. lib. xij. ubi dicitur, ꝙ abſurdũ eſt in eum
poſſe criminaliter ferre ſententiam, cuius de
nulla re pecuniaria poſſit iudicare. Ecce er-
go, tex. arguit ad diuerſam ſpeciẽ. Nec ob-
ſtat d. l. ſolemus. §. fi. quia ibi latrunculator ui
detur accipi pro iudice, ad cuius officiũ ſpe-
ctet inquirere & iudicare latrones, nõ autem
generaliter pro quolibet iudice criminali; un
de cùm habeat iuriſdictionẽ diſtinctã, meritò
nõ cognoſcit in cauſa pecuniaria. Et ex iſta
limitatione infert̃, †ꝙ liceat mihi nedum me 56
defendere ab inſidiatore, iuxta l. ut uim. de iu
ſtit. & iur. ſed etiã cum capere propria autori
tate, & ad iudicem ducere, & captura tenebit.
Iſtud probat̃ ex mente Dd. hic, dum allegant
tex. in d. c. iij. & ſa. q̃d not. Bald. in repet. l. i. in
iij. q. C. unde ui. ubi dicit, †ꝙ licet mihi pro de 57
fenſione rerũ mearũ capere aggreſſorẽ, ne fu
giat, & ducere ad iudicẽ. ſequitur Iaſ. in d. l. ut
uim. in vij. col. Tertio limitatur, †ut clericus 58
poſsit capi per laicũ, ad finẽ ut cõmittendum
delictũ prohibeat̃, ſecundum Abb. hic, & ſe-
quunt̃ alij. Nam ſpectat ad publicã utilitatẽ,
ut delictis obuiet̃. c. fortitudo. c. nõ inſerẽda.
xxiij. q. iij. Facit, †quia ubi agitur de publica 59
utilitate, quis incarcerat̃, etiam nõ expectato
præcepto iudicis. l. generali. C. de decu. lib. x.
Imò in iſto caſu delinqueret laicus, niſi ꝓhi-
beret. xxiij. q. v. c. nõ eſt innocẽtiæ. fa. gl. in c.
ij. ∫. de hæret. cum ſimil. hic per mod. Et in ta-
li caſu, ſi ſocius interficiat clericũ ſe præparã-
tem ad mortẽ ſui ſocij, non erit excõmunica-
tus, ſecundũ Innoc. & Anch. in d. c. iij. de ſen
ten. excõm. †Et iſtam cõcluſionem intellige, 60
quãdo aliàs cõmodè delictũ non poſſet impe
diri; nam ratio Doct. aliàs nõ militaret. Itẽ in-
tellige †ut prædicta cõcluſio procedat etiã in 61
delicto præſumpto, puta ꝙ quis reperiat̃ de
nocte; qa qui male agit, odit lucẽ. c. cõſuluit. ē
de offi. deleg. ſecundum Abb. hic & moder.
quod puto eſſe uerũ, ubi ſubeſſet ueriſimilis
cõiectura, ꝙ iſte clericus iret ad faciendũ ali-
quod delictũ; puta qa reperiret̃ armatus, uel
indutus ueſtibus laicorũ: eſt enim præſumen
dum cõtra tales, qui prohibita faciũt, ut not.
in l. ſi nõ cõuicij. C. de iniur. in l. ſi qua. C. de
epiſ. & cler. †Et qui portat arma, præſumit̃ ha 62
bere malũ animũ, ſecundũ Bal. in c. i. §. ſi quis
ruſticus. de pac. ten. in uſib. feud. †Sed pone 63
quòd clericus repugnet capientib. eſt ne lai-
co licitũ eum uerberare, quãdo aliter nõ per-
mittit ſe duci? Videt̃ ꝙ ſic, per tex. in d. c. ſi cle
ricos, dum tamẽ modus nõ excedat̃: & in c. ut
famæ. in ultimis uerbis. & ita uidet̃ de mente
Io. And. in d. c. ſi clericos. Sed tu aduerte, qa

in cõtrariũ obstat tex.in c.uniuersitatis.infrà
de sent. excõm. ubi clericus qui potest capi
per laicũ de consensu episcopi, nõ tamen po
test, etiã co consentiẽte, uerberari.nisi respõ-
deas, ꝙ ille tex. procedit quando quis uerbe-
rareẽ principaliter ad correctionẽ uel uindi-
ctam: secus in casu nostro, in quo uerbera ue
niũt in consequentiã rei licitæ, quia prohibet
64 se capi. †Quarto limitaẽ, quãdo esset uerisi-
milis suspicio ꝙ clericus fugeret, & sic deli-
ctũ remaneret impunitũ; nam & tũc publicè
interest, ut talis delinquẽs capiaẽ. ita Ab.hic,
& est cõmunis opi.ut hic per Feli.& per Bar.
in l.si qs in seruitute.ff.de fur.cum cõcor. Cõ
trariũ tenẽt Aret.Sicul.& Dec.hic, & Alex.
in d.l.si quis in seruitute.in apostillis ad Bart.
& pro eorũ opiniõe uideẽ stringere tex.in d.
c.iij.J de sent.excõm.ad quẽ respõdet Deci9;
quę solutiões satis restringũt text.unde J ego
aliter respõdebo. Secũdo uideẽ urgere tex.
aliter inducendo ꝗ̃ alij faciũt, in d.c.ut famę.
Nam ille tex.in prin.loquiẽ etiã quãdo suspi-
cio est ꝙ clericus fugiat; unde cùm prosequa
tur in tex.laici uerò &c̄.debet intelligi etiã in
casu quo sit clericus suspectus de fuga: quia
65 †ista aduersatiua, uerò, repetit eandẽ qualita-
tẽ, secundũ Bal.in l.omnes populi.ff.de iust.
& iure. Alex.in l.filius à patre.in x.col.ff. de
lib.& posthu.& facit ꝗd notat Bart.in l.in re-
petendis.de leg.iij. Tertio cõtra istã opi.ui-
detur facere, quia quãuis clericus deprehen-
datur, non tamen est uerisimilis præsumptio
quòd fugiat, ex quo laici non poterũt perhi-
bere testimoniũ contra illum, imò reijciũtur.
c.de cætero.J de test. Contra eandem opin.
etiã inducit Alex.tex.in d.c.uniuersitatis. u-
bi etiam in casu necessitatis Abbas nõ potest
facere uerberari clericũ à laico: ergo non de-
bet licere laico capere sine licentia. Item mo-
uetur, quia nõ est uerũ quòd delicta fugien-
te clerico remaneant impunita, ex quo pote
rit procedi aduersus eius bona. Item fiet re-
missio ad petitionẽ iudicis. Clem. pastoralis.
de re iud. Et hęc fundamenta etiam fecit Are
tinus hic. Pro eadẽ parte etiã moueẽ Decius
hic, quia ratio Abb.non uideẽ uera: quia licet
laicus in tali casu non incidat in canonem, Si
quis suadente. ex quo cessat dolus, tamen nõ
sequiẽ quòd captura teneat. Puto cõmunẽ
opin. esse ueriorẽ: pro qua sentẽtia defenden
da cõsiderandũ est, quòd tex.in d.c.ut famæ.
& in d.c.si clericos. sine dubio cõcedunt fieri
talẽ capturã de mandato episcopi sui, prout
suprà latius uidimus: unde inferẽ, ꝙ etiã pos-
sit fieri sine mãdato, dũmodo episcopus suus
ratificet.c.ratihabitionẽ.cum ibi not.J de reg.
iuris.in vi.& quod not. Abb.in c.quod sicut.
de elect. Unde quãdo laicus uidet clericũ su-
spectũ de fuga, potest uerisimiliter cogitare
ꝙ mens episcopi est, ut talis capiaẽ, ne fugiat;
& quòd si sciuisset, dedisset sibi licentiam: un
de meritò sufficit ratihabitio. Istud probaẽ ali
66 quibus similib. †Primò per id ꝗd not. Bald.
in c.cùm omnes.J de constit. ubi per illũ tex.
dicit, ꝙ potest Capitulũ facere aliquã utilem
constitutionẽ, etiam episcopo absente, de re-
bus ecclesiæ: quia in tali casu uerisimile est ꝙ
consensisset, cùm iustã causam dissentiendi
nõ haberet. Secundo facit ꝗd not.in l.tale
pactũ.§.fin.ff.de pactis, ubi Bald.notat, †ꝙ in 67
quacunq; materia sit talis extensio, ut habeaẽ
pro facto illud quod quis fuisset uerisimiliter
facturus, si de eo casu cogitasset. Idem notãt
moder.in l.Barbarius.ff.de offi. præsidis.
†Tertio facit, quia quando utiliter agiẽ, prę 68
sumiẽ, uel est, ac si præcessisset mandatum, se
cundum Abb.in c.cùm pro causa.in fin.J de
procur. Quarto facit tex.& ibi gl.in c.fin.J
de poenit.& remiss. ubi †quando dilatio esset 69
periculum allatura, prout in casu nostro, nõ
est expectanda licẽtia superioris. facit quod
not.gl.in l.nullus.C.de Iudæis. Quinto ad
duco quod uoluit Bart.in l.de pupillo.§.ipsi
prætori.in ult.col.ff.de ope.no.nun. ubi per
illum tex.dicit, †ꝙ si fiat iniuria rustico, & ipse 70
protestetur ex parte prætoris, & ad eum iter
arripiat, habetur ac si à principio fecisset pro-
testationẽ cum autoritate iudicis. Et idem est
in nunciante nouũ opus, ut ibi per eum; & fa
ciũt notata in ead.l.de pupillo.§.si quis riuos.
Et hoc tenendo nõ obstant allegata in con
trariũ. Et primò nõ obst. d.c.iij. quia ibi dum
dicitur, quòd nõ licet clericũ deprehensum
in adulterio mulieris extraneę uerberare uel
capere, satis fateor esse uerum de se: sed si ce-
perit & duxerit ad episcopũ, & episcopus ra
tificauerit expresse uel tacitè, retinendo eum
in carceribus, cessat ratio tex. quia nõ ipse de
prehensor, sed episcopus ipse uidetur cepis-
se.c. penul.J de sent.excõm.in vi. quãuis etiã
tex.in d.c.iij. nõ uideatur loqui quando cleri
cus captus fuit ut ducereẽ ad iudicem: quid
enim si eum cepisset, solũ ut infamaret eum
coram populo? Non obstat tex.in d.c.ut fa
mæ. quia sumus in casu exceptionis, dum ibi
dicitur, dum tamen id de mandato &c̄. ratifi-
catio enim æquiparatur mandato, per regu-
lam iuris antiqui, ut J dixi; unde dispositio de
uno loquens, habet locũ etiam in alio, in qua
libet materia, ut per Bart.in l.ij.de legat.i.&
Doct.in authen.quas actiones.C.de sacro-
san.eccles. Et facit, †quia etiam ubi lex requi- 71
rit speciale mandatum, tamen sufficit ratiha-
bitio.l.quòd si speciale mandatum.ff.de mi-
nor.per Bal.in l.si maritus.C.de procur.& in
l.multũ interest.in iij.col.C.si quis alteri uel
sibi.per Ias.in l.si quis mihi bona.§.iussum.ff.
de acquir. hæred.& facit tex.notab.in c.i.in-
frà de homicid.lib.vi. Non obst. quòd non
sit uerisimilis suspicio fugæ, ex quo laici non
admittuntur ad testimonium contra eos in
criminalibus: quia istud argumentũ non est
generale, & nõ procederet in notorijs. Item
quando aliter delictũ probari nõ posset, quia
uerisimiliter non adfuisset aliquis clericus,
ut per Abb.& per Aret.in d.c.de cætero. Prę
terea laici saltẽ faciũt indiciũ ad torturã, pro-
ut ibi dicitur. Huius timore, est uerisimile ꝙ
cle-

clericus fugeret,ut per Bart.in l.fi.in prin.ff.
de bon.eo.qui sibi morte̅ consci.& facit text.
in d.c.ut famæ.in prin.& per Aret.hic. Nõ
obst.tex.iu d.c.uniuersitatis,quia facilius per
mitritur carceratio,q̃ uerberatio, ut hic per
moder. Item ille text.debet intelligi, quando
Abbas potest facere uerberari clericum per
alium,nc aliàs impunita remaneant delicta,
fortè ille text.non procederet. Non obstat
quòd iste clericus poterit puniri alijs modis;
quia respondeo, quòd eo fugiente nõ consi-
deran̄t illa remedia,ut probat̄ in d.c.ut famę.
in prin. Non obst.responsio Decij ad ratio
nem Abbatis: quia dato quòd laicus nou sit
excõmunicatus,tanto facilius poterit captu-
ra ratificari per Prælatum, ex quo laicus uon
affligit̄ pœna dicti cauonis: & sic actus non
est funditus nullus,iuxta not.per Innoc.in c.
minus potest induci, arg. l. patre. ff. de his qui

ſunt ſui uel alieni iuris. Tertia eſt opinio di
ſtinguentiũ, ut in eo qui poteſt loqui, ſint ne
ceſſaria uerba: ſi uerò nõ poſsit loqui, ſecus:
ſicut in ſimili dicimus de matrimonio. d. c. cũ
apud. Et iſtam diſtinctionẽ approbant Paul.
Aret. & Alex. in l. i. ff. de uerb. oblig. & in l.
qui iuraſſe. ubi Iaſ. Idem ſequitur Paul. & Ro
ma. in l. non erit. §. ſi neq;. eod. tit. Iſta opinio
23 eſt ualde conſona, †niſi quòd conſuetudo ap-
probat primã, unde ea defendenda eſt. l. me-
miniſſe. ff. de legib. Non obſtat d. §. ſi neq;.
quia ut apparet ex nouella, eod. tit. ibi accipi-
tur uerbum pro fide publica, ſeu ſecuritate
quam dabant præſides, fortè cum iuramen-
to. Sed per hoc non ſequitur, quin iuramen-
tum poſsit præſtari etiam ſine uerbis. Et eo-
dem modo reſpondetur ad d. c. etſi Chriſtus.
licet enim iuramentum nõ præſtetur, tamen
non ſequitur quin etiam aliter, puta per ſcri-
pturam uel nutum, præſtari poſsit. Nõ ob
24 ſtat quod dicitur de matrimonio, †quia in eo
conſtat expreſſe, quòd lex requirit uerba. c.
tuę. j. de ſponſal. Et lex diſpenſatiuè concedit
muto ius ducendi uxorem, ut eſt magis com
munis opinio: ſed in iuramento nuſquã con-
ſtat requiri uerba. Item inter hos caſus eſt ma
nifeſta differentiæ ratio, cùm iuramentũ ſpe
ctet principaliter ad Deũ. d. c. debitores. un-
de non requiruntur uerba: quod ſecus eſt in
matrimonio, quod ad partes pertinet. Non
obſtat d. c. penul. quia ibi clericus qui primò
iurauerat, non agebat rurſus iurare, unde nõ
operatur iuramentum, ſed ſimpliciter uole-
bat extẽdere: quæ extenſio nõ eſt in ſimplici
eius facultate, quia promiſsio eſt facta Deo,
unde alterari nõ poteſt, ut declarat ibi Abb.
Et ſic reſideo cũ prima opinione: licet ſecun
da, ſi intelligatur in caſu diſtinctionis, ſit ma-
gis cõmunis.

Quærit ſecundo Abbas, quænam ſit diffe
rentia inter iuramentum & ſacramentũ &c.
25 †& concludit eſſe ſynonyma, & cum eo tran-
ſeunt cæteri. Adde quòd propriè loquendo
eſt aliqua differentia inter hæc uocabula: &
ſacramentũ, eſt dictio generalis, & uidetur poſ-
ſe uerificari de qualibet re ſacra. Et dicit Mar
cus Varro, quòd olim litigantes, quilibet cer
tam ſummã deponebant in loco ſacro, quam
qui uiciſſet, lucrabatur, dicebaturq; ea ſum-
ma ſacramentum. unde apud M. Ciceronẽ,
ſacramento uincere. Accipitur etiam alio ſi-
gnificatu, ut de ſacramen. non itera. Item q̃d
ſanctus Paulus in epiſtolis græcè dixit myſte
rium, latinus interpres tranſtulit ſacramen-
tum. Sed in quantum iſta uox capitur pro iu
ramento, habet in ſe aliquam differentiam:
26 †quia ſacramentum uidetur eſſe quod ſupra
ſacrum fiat, puta altare, reliquias, uel libros
Euangeliorũ. l. i. & auth. ſacramenta. C. ſi ad-
uerſus uenditio. Inde ſacramentum militare
dicitur. l. milites agrum. §. ignominioſa. ff. de
re milit. Gl. in l. penul. ff. ex quib. cauſ. maior.
27 †Iuſiurandum uerò propriè dicitur, quod in
iudicio defertur. Cùm enim iudex omnino il
lud ſequi teneatur, meritò dicitur iuramen-
tum, ſiue iuſiurandum: id enim quod iurabi-
tur, iudex pro iure habebit, & executiõi man
dabit. l. v. §. dato. ff. eod. tit. Et ideo cùm de tali
iuramento in Digeſtis tractetur, ibi propriè
inſcripta fuit rubrica de iureiurando. Et ita
intelligendo, tollitur argumentũ Hoſtieñ. in
ſumma huius tit. §. i. dicendo, quòd debuiſſet
potius dici ius iuratũ, quàm iurandum. Sed
ipſe fallitur, quia fit relatio ad genus, uideli-
cet ad id quod de futuro iurabitur, nõ ad cer-
tam ſpeciem iuratam. Iuramentũ uerò eſt di-
ctio magis generalis, ſed in ſpecie uidetur ac
cipi pro eo, quod nudis uerbis præſtatur ex-
traiudicialiter, abſq; rei ſacræ tactura. Con-
funduntur tamen iſta à ſcriptoribus.

Quærit ſucceſsiuè Abb. an in iuramẽto ne
ceſſaria ſit tactura ſcripturarum: †& conclu- 28
dit regulariter quòd non, quod probatur ex
definitione iuramenti, in qua non fit mentio
de tangendis ſcripturis: & etiam eſt text. in c.
etſi Chriſtus. j. eod. ubi ſimplicia uerba, puta,
in ueritate, & ſimilia, inducunt iuramentum.
& cum hac opin. tranſeunt Doct. hic. Sed tu
aduerte, quia in contrarium uidetur urgere
text. in c. ſi quis presbyter. ij. q. iiij. ubi quan-
do per rem ſacram, ueluti per conſecrationẽ,
affirmatur, quia nõ tangunt ſcripturæ, nõ di
citur eſſe iuramentũ, licet talis promiſsio ſit
uice iuramẽti. unde apparet, †quòd licet aliàs 29
uerba inferant iuramentũ, requiri tamen q;
ſcripturæ tangantur. In contrariũ facit quod
notat Alex. in d. l. ſi quis maior. in fin. C. de
tranſact. ubi dicit, quòd quando tanguntur
ſcripturæ, tunc eſt iuramentũ: licet talis pro-
miſsio, ſi non tangantur ſcripturæ, ſolùm di-
catur præſtatio fidei. arg. l. penul. in fin. C. de
reb. cred. & ita dicit tenere omnes. Quæ de-
claratio Alex. nõ eſt uera, & eſt contra Doct.
hic. Ad tex. in d. c. ſi quis presbyter. infrà re
ſpondebitur. Stat ergo firma cõmunis cõclu
ſio, quòd in iuramento de neceſsitate nõ re-
quiratur tactus ſcripturarũ. Fall. primò, †ubi 30
lex requirit corporale iuramentũ, quia tunc
debent tangi ſcripturæ, aliàs non eſſet ſatiſ-
factum diſpoſitioni legis, ſecundum Abba-
tem hic, per gl. in Clemen. i. in uerb. tacta. de
hæret. & in c. ut circa. de elect. in vi. Et in hoc
ſunt ſeruanda uerba legis, ut ſi requirit quòd
iuret ſuper reliquijs ſanctorũ, uel ſuper euan
gelijs, ea forma ſeruetur. xxij. q. i. habemus.
iij. q. ix. hortamur. i. q. vij. quoties. cum ſimil.
Sed in contrariũ facit, quia iſtud uidetur eſſe
quid leue, & †ſolennitas leuis omiſſa actũ nõ 31
uitiat. l. i. §. fi. ff. de uent. inſpi. not. in l. cùm hi.
§. ſi prætor. ff. de trãſact. per Bal. ut. in procem.
in v. col. & quod in ſimili not. Bart. in repet. l.
ſi quis ex argentarijs. §. ſi uitium. ff. de edend.
ubi etiam ſtante conſuetudine, uult quòd ap
poſitio diuini nominis in inſtrumentis, ſit de
leui ſolennitate, & omiſſa non uitiet. Sed ta-
men non eſt recedendũ à cõmuni, quam etiã
tenet Abb. in c. fraternitatis. in fin. ut. de teſti.
& quæ firmatur per regulam uulgatã, quòd
ubi

ubi lex requirit actum qualificatum, non est
ei satisfactum nisi ea qualitas interueniat. c.i.
de regul.l.Fulcinius.§.i.ff.ex quibus cauſ.in
poſſeſſ.eatur.cum ſimilib. Non obſtat arg.
quia negatur quòd iſte tactus ſit leuis ſolen-
nitas, imò eſt magni effectus: quia contraue-
niens uidetur magis offendere, ſiue contem-
32 nere; & † tanto grauius eſt periuriũ, quanto il
lud per quod iuratur eſt magis ſanctũ. c.mo-
uet.xxij.q.i.& per Abb.hic. Fallit ſecũdo
in iuramento delato à parte parti; quia ſi pars
requirat iurari tactis ſcripturis, ea forma ſer-
uanda eſt, ſecũdum Io.And.in d.c.etſi Chri-
ſtus.in ij.col. & gl.in d.Clem. Et quia iuran-
dum eſt ſecundũ formã delationis. l.iij. in fi.
ff.de iureiur. Aliàs in dubio ſi requiritur iura
ri, ſatis eſt ſi iuretur ſimpliciter, per Deũ, uel
ſancta eius Euangelia, ut per Abb. in d.c.etſi
Christus.& per Bar.in l.qui per ſalutẽ. ff.eo.
& ita intelligit Abb.hic, & eum ſequit Ant.
Corſetus. Hoſtieñ. uerò tenuit, quòd ſi par-
tes formam non diſtinguant, iuramentũ de-
beat proferri tactis ſcripturis. & ita dicit in d.
c.etſi Christus. & idem not. Bald. in l.penul.
§.fin. C.de reb.cred.per illum tex.qui potius
dicit contrarium, dum uult delato iuramen-
to poſſe aliter iurari, quàm tactis ſcripturis:
unde prima opin.magis mihi placet. Num-
quid autem ſi pars requirat iurari, addita ali-
qua execratione, uel aliquo nõ ſolito, debeat
ea forma ſeruari? Putarem quòd nõ, arg.l.iij.
& ſeq.ff.eod.& quia talis forma nõ eſt ſolita,
& multi adhærent illo modo præſtare etiam
33 iuramenta uera; † ſatis eſt formam cõſuetam
attendi, ut per Bald.in c.i.§.item ſacramenta,
in ij.col.de pace iuramento firm. Fallit ter-
tio in iuramẽto quod à iure præcipitur, ut eſt
iuramentũ calumniæ, uel teſtis. c.fin. ẽ.de iu
ramento calumnię.xi.quæſt.i.teſtimonium,
& gl.in d.Clem.i. Cynus tamen in authen.ſa
cramenta puberum. C.ſi aduerſ.uend. uide-
tur iſtud intelligere, quando lex eſſet odioſa
& iniqua, prout eſt illa authentica. Potes in
hoc diſtinguere: aut enim lex exprimit quòd
corporaliter iuretur, & iſtud non habet du-
34 bium; † aut nihil dicit, & ſi eſt odioſa, requiri-
tur tactus ſcripturę, non aliàs. Et ſatis dicitur
exprimere, ſi dicatur quòd debet ſolenniter
iurare, ut eſt de mente Bald.in c.i.§.ſi à domi
no.quid ſit inueſt. in uſib.feud. & facit l.ſi al-
terius.C.ſi minor ſe maiorem dixerit. Fall.
quarto, ubi cõſuetudo eſſet, ut tactis ſcriptu-
ris iuraretur; quia minimè mutanda ſunt &c.
l.minimè.ff.de legi. & firmant moderni hic,
& quod in ſimili dicit gl.in d.Clem.i.in uerb.
tacta.in ult.parte. Sublimitantur tamẽ præ-
cedentes fallentiæ, ut non procedant in cleri
35 cis, † quia illi nunq̃ tenentur iurare tactis ſcri
pturis.d.c.fin.ẽ.de iuramento calum.auth.ſi
iudex. C. de epiſ.& cler.& text.in d.c.ſi quis
presbyter.ad idem tex.in c.teſtimoniũ.xi.q.i.
Sed contra hoc obſtat tex.in c.quoties cor
dis.i.q.vij.uerſ.unde iuratus dico. Et ratio eſt
propter opinionẽ uulgi, qui putat cõtamina
ri manus, ſi etiã iurando aliquid tangat, ut di-
cunt Doct.in d.c.ſi quis presbyter.intelligen
tes illũ tex. procedere propter opinionẽ uul-
garium; & ideo dum pręſupponit, † nõ dici iu 36
ramentũ niſi ſcripturę tactus interueniat, nõ
loquitur ſecundũ ueritatẽ, ſed ſecundũ uul-
gum, ut ibi per Gemi.poſt alios. Sed conſe-
quẽter quæritur: Pone, in caſibus, quibus de
neceſſitate debẽnt tangi ſcripturæ, reperitur
à notario ſimpliciter ſcriptum, quòd talis iu-
rauit, an præſumetur tactis ſcripturis? Et Io.
de Imol.conſil.lvi.in cauſa quę uertitur.dicit
quòd ſic: q̃a iſtud poteſt importare uis iſtius
uerbi, iurauit: ergo ſolẽnitas iſta tanq̃ intrin
ſeca debet præſumi.l.ſciendũ.ff.de uerb.obl.
Quod argumentũ debet procedere, ſi pars
fuiſſet præſens, contra quam teſtis produci-
tur: alioquin cùm uerbum, iurauit, poſsit in-
telligi de ſimplici iuramẽto, de eo intelliget,
& fiet interpretatio cõtra eum, qui ſe fundat,
c.in præſentia.ẽ.de probat. l.ueteribus. ff. de
pact. & iſtud uidetur uerius. Poſſunt tamen
excipi tres caſus. Primus eſt, quãdo in actis
apparet ſcriptum, quòd præſente iudice uel
partibus, teſtis iurauit: nam tũc † propter præ 37
ſentiam iudicis, & taciturnitatẽ partis, omnia
præſumunt ſolenniter acta, ſecundum Ioan.
And.in addit.Specul.tit.de teſtib.§.ſequitur
ſuper uerſ.& notant Ant.de Butr. Abbas &
alij in c.fraternitatis.in fi.ẽ.de teſtib.Alex.in
l.nam & poſtea.§.i.ff.eo.cum concord. Se-
cundus caſus eſt, quãdo notarius ſcripſit, Ti
tius iuratus &c. Nam iſta dictio, † & cętera, in 38
cludit ea quæ ſunt de natura & ſubſtantia a-
ctus, ut habetur per Bart.in l.Gallus.§.idem
credendum.ff.de lib.& poſthu.& in iſto caſu
ſaluat deciſio Imol. Tertius caſus eſt, ſtan-
te conſuetudine q̃ notarij ita ſcribant: nam
tunc per locũ à conſuetudine generali præſu
muntur ſeruata ſeruanda, ſecundum Bal. in
l.fin.in fi. C.ſi ex falſ.inſtr. Et iſtud mihi pla-
cet, & ſeruat in practica: & ita poteſt intelligi
quod not.idem Bal.in c.ij.quid ſit inueſt.

ARG., IN C. CVM CONTINGAT.

1 *Timor reuerentialis uxoris erga maritum nõ eſt potens ad ſiciendum reſcindi contractum, niſi aliter probetur de metu. & num.2.3.4.5.Fall.ut num.6.7. (ligatio.*
8 *Ex alienatiõe fundi dotalis ſimpliciter facta, nulla oritur ob*
9 *Licet mulier non poßit alienare fundum dotalem, poteſt ta men renũciare hypothecæ, quam habet in bonis mariti.*
10 *Si uxor renunciaret & iuraret, quãuis maritus eſſet ſoluen do, talis renunciatio præiudicaret. Vide cõtrariũ nu.11*
12 *Iuramentum dolo uel metu præſtitum non eſt obligatoriũ.*
13 *Si contractus ſit ſtricti iuris, tunc opus eſt actione reſciſſo- ria, & conſequenter abſolutione.*
14 *Iuramentum uidetur ſemper bonæ fidei eſſe, quæ in eo de- bet exuberare.*
15 *Metus ipſo iure non annullat iuramentum.*
16 *Verbum, non obſeruari, poſitum in textu noſtro, reſpectu doli intelligitur ipſo iure, reſpectu metus intelligitur pe tita abſolutione.*
17 *Illa uerba, nullius momenti, quo ad maiorem intelliguntur ſecundum diſpoſitionem legis.*
18 *Qualitas quæ non conſideratur à iure, non immutat natu- ram diſpoſitionis.*

19 Iuramentum si metu interueniat, illa resistentia quam lex faciebat coniuncta metui, annullat ipso iure iuramentum.
20 Iuramentum in praeiudicium tertij nō confirmat alienationem fundi dotalis. & num.21.
22 Filij cum aliunde non habeant, debent ali de re dotali. & nu.23
24 Lex Iulia ipso iure annullat alienationem fundi dotalis. & nu. 25.26.27.
28 In legitima debita ipsi matri, substitutio ab auo facta non extenditur. & num.29.
30 Propter praeiudicium filiorum nihil operatur iuramentum.
31 Idem est in creditoribus, siue agant hypothecaria siue reuocatoria, ac si fundum mulier alienans in fraudem creditorum, alienasse uideatur. & num.32.
33 Iuramentum non operatur effectum in praeiudicium tertij. & num.34.
35 Neq; Cardinali creditur in alicuius praeiudicium.
36 Etiam si statuto caueatur, ut illi in quorum praeiudicium actus uergit, citentur, non tamen debent citari quorum secundariò interest.
37 Quando iuramentum non potest adimpleri sine dispendio salutis aeternae, tunc non est seruandum.
38 Licitum est contrauenire iuramento, si aliqua causa noua superueniat. & num.39.40.
41 Alienatio fundi dotalis propter iuramentum sustinetur, quae aliàs iure cōmuni esset nulla. Limita ut num.42.43.
44 Si iuramentum prius sit contra ius commune, ualebit actus factus contra consensum dispositionis iuris cōmunis.
45 Quando mulier alienat fundum, clarum est quòd alienatio de se non teneret propter prohibitionem legis, sed quia accessit iuramentum.
46 Si aliquis iuret non contrahere contractum à lege permissum, deinde contrahat, contractus resoluitur ad terminos iuris.
47 Iuramentum etiam sibiipsi factum principaliter, uidetur directum Deo.
48 Alienatio cum iuramento tenet, non fauore ipsius in quem alienatur, sed quia iuramentum sine peccato seruari potest.
49 Dolus non praesumitur in dubio, sed ex coniecturis prudens iudex eum deprehendet.
50 In materia iuramenti semper ius canonicum attendimus. Fallit ut num.51.
52 Iuramentum non solùm ligat quando nutrit peccatum mortale, sed etiam quando ueniale.
53 Statutum imponens poenam contrahentibus nuptias in quarto gradu, intelligitur de gradu secundum ius canonicum, non autem secundum ius ciuile. & num.54.
55 Statutum loquens de matrimonio, bene potuit habere respectū ad ius canonicum, quod uigebat ante statutum.
56 Mulier soluto matrimonio agere non potest, imò dominium rerum donatarum reuertitur ad uirum.
57 Mulier consentiens marito alienanti rem donatam propter nuptias, non solùm praeiudicat sibi quo ad dominiū, quod quidem constante matrimonio ipsa habet, sed etiam quo ad hypothecam, quae extincto dominio in ea re sibi orta fuisset.
58 Si filia renūciet haereditati paternae cū iuramēto, tale iuramentum nō per hoc facit quòd censeatur renunciatū legitimae.
59 Satis est si iuramentū aliquid operetur, absq; eo quòd ampliet contractum.
60 Mulier consentiendo alienationi extinguit etiam ius suum.
61 Ius canonicum est seruandum propter periculum animae.
62 Lex quo ad remissionem iuramenti habet uim apostolici.
63 Quando mulier non potest aliunde sibi consulere, iuramentum omnino debet obseruari, nisi alteri oriretur praeiudicium.
64 Licet textus conscientiae non curet praesumptionem legum, debet tamen curare ueritatem.
65 Donatio propter nuptias cōsentiente muliere iterum post biennium potest simpliciter alienari.
66 Iuramentum operatur uim geminati consensus.
67 Iuramentum in contrariū non confirmat actum, quando prohibet aliquid propter bonos mores conseruandos. & nu.78.
68 Iuramentum tollens liberam uoluntatem testandi non ualet.
69 Pactum de haereditate uiuentis propter uotum captandae mortis non ualet. Vide etiam num.70.71.
72 Idem est in pacto, cùm debitor se obligat ad carceres, & renunciat cessioni bonorum.
73 Pactum contra bonos mores, intelligitur de bonis moribus naturalibus, qui sunt immutabiles. & num.74.75
76 Si iuramentum sit contra bonos mores iuris artificio, tunc erit seruandum per iura canonica. & num.77.
79 Qui iurauit non colloqui cum patre, nec illi subsidium ferre, debet petere absolutionem. & num.80.81.
82 In foro conscientiae non curamus praesumptiones.
83 Iuramentum non inducit peccatum manifestum, sed peccatum aliquo casu excusabile, & tūc absolutio petēda est.
84 Cùm boni mores non sunt fundati propter euitandum peccatum, sed propter aliam utilitatem, requiritur absolutio. & num.85.
86 Quando lex prohibet aliquid propter fauorem publicum principaliter, tunc actus non firmatur iuramento. uide etiam num.87.
88 Iuramentum per quod prorogatur instantia, ualebit, licet fauore publico sit prohibitum.
89 Cùm aliquid sit interdictum fauore publico, non est in potestate priuatorum illi derogare etiam cum iuramento.
90 Quando agitur de commoditate pecuniaria seu patrimoniali, in dubio uidetur respicere fauorem priuatum, & in consequentiam publicum. Fallit ut num.91.92.
93 In casibus in quibus de utilitate priuata principaliter tractatur, & in consequentiam de publica, potest lex interpretari suam utilitatem principalem esse.
94 In iuramento attendimus forum ueritatis & conscientiae, non autem interpretationem legis.
95 Quando lex prohibet contractum fieri principaliter fauore priuato, licet in consequentiam resultet fauor publicus, tunc iuramentum tenebit, & firmabit contractum. & num.96.
97 Lex uerba prohibitionis cōcedit in rem, secus si praecise resistat personae ne contrahat: nam si tunc contraherent, peccarent.
98 Quamuis uerba sint prohibitiua personae, tamen ex quo principaliter actus tendit in eius fauorem, lex uidetur potius praecipere consulendo ipsi. & num.99.
100 Vltra prohibitionem legis adest peccatum, per quod effectus iuramenti offuscatur.
101 Contrauenienis legi ita demum peccat mortaliter, si sit lex diuina uel pontificia, non autem ciuilis, quòd illa nō possit alligare animam alicuius.
102 Prohibitioni legis etiam ciuilis contraueniens mortaliter peccat.
103 Licet lex prohibeat personam, tamen talis prohibitio nō trahitur ad casum iuratum.
104 Statutum nō annullat iuramentum, sed lex canonica, imò potius diuina.
105 Quamuis lex prohibeat, & uerbis utatur imperatiuis in personā, nō tamē per hoc dicitur uim habere praecepti.
106 Licet lex prohibens alienationem, uideatur etiam prohibere personas contrahere quo ad finem nullitatis, non tamen intelligitur prohibere quo ad finem personam ipsam praecise iussiui alligando.
107 Quando lex prohibet dirigendo uerba in personam, expresse eam alligat ut faciat: sed quādo loquitur in rem, tunc resistit tantummodo obligationi uel actioni executionis contractus, non autem personae. & nu.108.109
110 Quādo lex dirigit uerba in personas, & constat quòd prohibitus in contemptum legis contraxit, tunc non potest negari quin peccet mortaliter.
111 Vbicunq; peccatum inducitur, iuramentum non tenet.
112 Statutum à pontifice cōfirmatum perinde est ac si summus pontifex ipse fecisset.
113 Cùm praeceptū non sit fauore minoris uel mulieris, nō potest dici quòd censeatur quoddam consilium. Contrarium

rium uide num. 114.

115 Quando statutum mouetur ex aliqua æquitate naturali & rationabili causa ultra prohibitionem, tunc sine dubio contrauenniens peccat.

116 Quòd iuramentũ firmet contractum, non simpliciter dicitur.

117 Si iuramentum non interueniat, contractus est ipso iure nullus: sed quando interuenit simpliciter, iura dicunt iuramentũ esse seruandum.

118 Cùm iuramentum non reperiatur præcise confirmare contractum, debemus stare iuri antiquo. & num. 119.

120 Licet contractus nullus inducat consensum, & iuramentum illi accedens inducat aliũ consensum, non est inconueniens ex tali geminato consensu oriri actionem.

121 Vbi mulier obseruauerit contractum, & sic adimpleuerit iuramentum, poterit repetere fundum ab emptore, apud quem fundus esset sine ualida causa. & num. 122.

123 Hæres tenetur ad exonerationem conscientiæ defuncti.

124 Obligationes personales non sequuntur successorẽ particularẽ.

125 Absolutio tunc conceditur, quando in odium creditoris contractus non tenet.

126 Filiusfamil. qui mutuũ accepit cum iuramento, potest absolutionem petere, & tamẽ creditor nõ dicitur peccare. nu. 127

128 Iudex non debet absolutionem concedere, nisi sibi constet cõtractum non esse seruandum.

129 Prior illa relaxatio iuramenti ad effectum & finem agendi, intelligitur etiam ad finem perficiendi.

130 Vbi contractus firmatur iuramento, non est opus absolutione.

131 Si fundus dotalis peruenisset ad extraneum non habentem causam ab emptore, & contractus non esset iuramento firmatus, posset mulier ab eo uendicare.

132 Quòd mulier indotata sit, in consequentiã est damnũ publicũ.

133 Quando mulier consentiens alienationi fundi dotalis esset minor, tunc uidetur quòd contractus non teneret, propter utriusq; concursum impedimenti.

134 Si quis emat ab adolescente luxurioso uel prodigo, quamuis interueniat iuramentum, non tamen firmatur contractus.

135 Quæ singula non prosunt, multa iuuant.

136 Quod nullum est, confirmari non potest.

137 Vbi causa confirmans superuenit, etiam actus, qui aliàs erat nullus, confirmatur.

138 Validitas contractus non est à iure diuino, sed gentiũ uel ciuili.

139 Stante statuto annullante etiã iuramentũ, satis apparet de mente statuentis esse, ut contractus per illud non confirmetur.

140 Licet aliquis tẽpore cõtractus nesciuerit de cõditione eius cum quo cõtrahebat, tamẽ lex est semper certa, & ipsa est quæ (annullat.

141 Statutum potest irritare testamentum.

142 Quicquid potest fieri per pactũ, potest etiã fieri per statutum.

143 Iuramentum est aliquid spirituale.

144 Quoties aliquid introducitur fauore alicuius, plus potest eius remissio quàm statutum.

145 Statutum non potest generaliter prohibere appellationem, & si prohibeat, est inualidum.

146 Lex non potest statuere ut credatur dicto unius in præiudiciũ alterius.

147 Iuramentum in teste non potest remitti per statutũ. & nu. 148.

149 Statutum disponens ne instrumento continenti iuramentum detur aliqua fides, nisi certa solennitas interuenerit, ualet.

Ibi. Præsumptio fraudis uel metus quando contra statutum operetur, quinq; membris explicatur.

150 Quando statuta de directo tollunt iuramentũ, nihil præsumendum est pro statuentibus.

151 Cùm præsumptio fuerit quòd statuentes fuerint uiri probi & honesti, præsumitur eos in casu licito constituisse, dato quòd directè non potuissent.

152 Fundanti se ex statuto, incumbit onus probandi. Contrarium uide num. 153.

154 Si constet per confeßionem partis legitimè factum, nõ esse fraudem, tunc iuramentum seruabitur.

155 In foro tam canonico quàm ciuili, debet attendi præsumptio legis quando sit uerisimilis.

156 Dispositio legis generaliter prohibens minores sine certa solennitate alienare, non habet locũ in alienatione iurata.

157 Statutum generale debet declarari secundum ius cõmune.

158 Quando ad postulationem partis aliquid conceditur, tunc uerum est quòd non censetur derogari actui iurato.

Ibi. Si statutum sit probibitorium iuramenti ratione bonorum morum uel publicæ utilitatis, licet de eo statuentes nihil dixerint, censebuntur iuramentum annullasse.

159 Lex diuina non permittit liberè iuramentum, imò abhorret & mandat ne iuretur.

160 Statutum annullans iuramentum non ualet.

161 Ratio cur lex ciuilis non poßit disponere super iuramento, est, quia ex eo quæritur obligatio principaliter Deo.

162 Dummodo non inducitur peccatum, non habet lex canonica de hoc se impedire.

163 Statutũ potest tollere pœnas inductas propter periurium.

164 Licet statuentes non poßint tollere iuramentũ, possunt tamen aliquo modo limitare.

165 Statutum potest remittere iuramentum præstandum, non præstitum. Vide contrarium num. 166.

167 Si statuentes inducant tacitam conditionem in contractu, iuramentum quod accedet illi contractui, eandem conditionem habebit.

168 Iuramentum interpositum super contractu, recipit generaliter omnes conditiones quas contractus.

169 Statutum potest annullare iuramentum, quando nõ solùm tendit in damnum iurantis, sed etiam aliqualiter præiudicat.

170 Iuramentum non ligat prodigum.

171 Vbi iuramentum alteri damnum parit, lex simpliciter dicit non tenere.

172 Cùm iuramentum potest seruari sine interitu salutis æternæ, debet seruari.

173 Cùm statutum concedat patri ius condicendi instrumenti et obligationis, sequitur quòd considerat tertij interesse, ex quo dat illi actionem.

174 Pater condicendo obligationem seu instrumentum, in consequentiam liberat filium.

175 An donatio poßit reuocari per superuenientiam filiorum.

176 Pater si uult, potest prodigere bona sua, & pacisci de illis quomodocunq; uoluerit, salua legitima.

177 An donatio ultra legitimum modum, quæ nõ sit insinuata, confirmetur iuramento.

178 Insinuatio non uidetur simpliciter introducta respectu cõtrahentium, sed etiam aliorum, ne quis clam donaret.

179 Propter defectum solennitatis quo ad creditores etiam posteriores donatio erit nulla, & poterunt ipsi à donatario bona reuocare, si allegent aliquod præiudicium.

180 Iuramentum esse duplex.

181 Pars potest remittere iuramentum parti.

182 Contractus simulatus est nullus, & ex eo non transfertur aliquod dominium.

183 Quando actus est factus contra legem, tunc licitum est contrauenire, & allegans propriam turpitudinẽ auditur.

184 Licet iuramentum habeat multa priuilegia ne ei contraueniatur, tamen istud beneficium non competit periurio.

185 Cùm contractus est simulatus, si pars uelit eum habere effectum, decipitur, & ideo concedenda est absolutio.

186 Absolutio principaliter petitur, ut quis faueat animæ suæ, & liberetur à periurio.

187 Forum ecclesiasticum cùm sit forum animæ, in tali licitum est allegare & detegere suum delictum, & hoc fauore animæ.

188 Si periurium aliqua uia sit detectum, tunc admittatur quis ad cõtrauueniendum, ex quo allegat turpitudinem suam iam detectam.

189 Iuramentum non operatur, nisi quatenus consensus sit præstitus. Limita tamen ut num. 190. 191. 192. 194.

193 Etiam si iuramentum ex interuallo factum accedat contractui, debet tamen imitari eius naturam.

195 Fallit iurantem iuratio facta per artem.
196 Vbicunq; aliquid alicui dedi, & non subest causa, competit mihi repetitio.
197 Quae sit differentia inter cõdictionẽ rei solutae & absolutionẽ.
198 Si quis deceptus aut in metu iurauit, non est dubium quin absolutio concedenda sit. Fallit ut num. 199. 200.
201 An ei qui mutuum accepit, & iurauit restituere, à tali iuramento concedenda sit absolutio.
202 Non est uerum, quòd iuramentum ex quo oritur occasio delinquendi, sit nullum.
203 Si quis à pupillo emit, quia cõtra iura emit, praesumitur bonam fidem non habere.
204 Quando debitor qui iurauit est enormiter lesus, uidetur quòd iuramentum non obliget.
205 Iuramentum non trahitur ad ea quae quis ignorat.
206 Quando quis contrahit cum uerisimiliter consumpturo, contractus non confirmatur iuramento.
207 Si arbiter enormiter laeserit, potest cõtrauenire, dato quòd sit renunciatum cuilibet reductioni etiam cum iuramento.
208 Iuramentum non debet praestare autoritatem iniquitati.
209 Quando minor contrahit cum eo cui debet reuerentiam, contractus uidetur factus metu reuerentiali.
210 Quamuis quis promittat stare dicto alicuius, nõ tamen tenetur stare si enormiter laedatur.
211 Magis curandum est de salute animae, quàm de rebus.
212 Laesio enormis quae dicatur.
213 Ius quaesitum facilius remittitur, quàm quaerendum.
214 Si dispositio affirmatiuè cõcepta includit omnia remedia, quanto magis negatiua.
215 Iuramentum satis operatur, ex quo addit forum foro.
216 Dato quòd generalitas sermonis posit comprehendere etiam laesionem magnam, tamen de ea nõ censetur actum propter dolum re ipsa.
217 Qui renunciat enormi laesioni, nõ censetur per hoc renunciasse enormissimae.
218 In contractu dannoso facto etiam cum iuramento, simplicitas praesumitur in minore, muliere & rustico, & tale iuramentum per episcopum relaxari debet.
219 Iudicis arbitrium in hoc multũ operabitur, ut ex qualitate contrahentium consideret, an error uel dolus interuenerit, uel timor reuerentialis.
220 Quando contractus prohibetur in fauorem alicuius, tunc iuramentum confirmat contractum. Fallit ut num. 221.
222 Ex quo omnia bona remanent in hominibus de iurisdictione, non uidetur quicquam interesse publicè.
223 An mulier fideiubens cum iuramento posit compelli, an uerò obstet exceptio Velleiani.
224 Nam stante statuto, quòd mulier nullo modo posit obligari sine consensu agnati, si accesserit iuramentum, dato quòd solennitas non interuenerit, obligetur.
225 Quia mulieres & minores facilè decipiuntur minis, blanditijs, pollicitationibus, ideo ualet statutum ne sine consanguineis consentiant.
226 An contractus prodigi firmetur iuramento.
227 Prodigus non ita indistinctè aequiparatur adulto, imò quo ad alienationem bonorũ aequiparatur furioso. & nu. 228. 229.
230 Licet in quibusdam impuberes doli capaces & puberes aequiparentur, tamen in actibus grauioris ponderis est cõstituta differentia.
231 Iuramentum debet habere comitem, iudicium & discretionem.
232 Naturalis obligatio est modici praeiudicij: sed in iuramento, ex quo inde magnum oriatur praeiudicium, maximè propter restitutionem in integrum sublatam lege, nõ habet iuris consensum pro uero consensu, nisi sit pubes.
233 Quamuis teneatur aliquis seruare iuramentum sub poena excõmunicationis, tamen si ea non obstante nolit obseruare, iudex debet etiam ex seipso absolutionem concedere.
234 Etiamsi prodigus ex periurio obligatur sicut ex caeteris delictis, tamen alienatio per eum facta non ualet.
235 Vt aliquis per iuramentum contrauenire non posit, requiritur quòd habeat tres comites, ueritatem, iudiciũ, & iustitiã.
236 Impubes petita absolutione poterit contrauenire.
237 Si impubes faceret donationem omniũ bonorum ualde sibi praeiudicialẽ, uidetur iuramentũ hoc casu nõ obligare.
238 Quòd pater interuenerit in sponsalibus filij, est de necessitate iuris.
239 Quando lex improbat cõtractum ratione solennitatis probatoriae quae deficiat, tunc iuramentum non supplet illum defectum.
240 Cùm testamentum debeat habere septem testes, si is numerus non interuenerit, quamuis testator iurauerit, non tamen ualebit ut testamentum. Limita tamen ut nu. 241.
242 Cùm de iure diuino sit statutus certus modus probationibus, non debet esse in facultate statuentium, restringere dictum modum, & requirere plures testes uel maiorem solennitatem.
243 Iuramentum non est inefficax ex se, sed propter defectum probationis.
244 Licet lex ciuilis non posit disponere circa actum spiritualem, sicut est iuramentum, istud tamen procedit si principaliter capitulum istud disponeret.
245 Statutum potest limitare fidem probationum quo ad subditos suos.
246 Si clericus agat contra laicum in foro ciuili, nõ erit seruandum statutum arctans sibi probationes.
247 Quando conuenerunt partes quòd contractus posset probari etiam sine solennitate statuti, & ita iurarunt, ualet talis conuentio, & est mittenda executioni.
248 Veritas rei quae ex instrumento non probatur, quia deficit in solennitate, potest per testes instrumentarios, uel etiã alios examinatos in iudicio probari.
249 Transactio facta in iudicio, nullo dato termino, non sustinetur neq; in uim pacti.
250 Promissio facti alieni non ualebit, nisi solùm ut iurans teneatur iurare.
251 An ut actus ualeat omni meliori modo, intelligatur de statutis condendis.
252 Non curamus testamentum non solenne, sed promissionem ipsius haeredis.
253 Iuramentũ habet uim clausulae, ut actus ualeat quemadmodum ualere potest.
254 Per iuramentum nũquam quis censetur aliud promittere, quàm quod ex uerbis eum promisisse apparet.
255 Iuramentum nunquam operatur deficiente consensu. & num. 258. 264.
256 Non differt quibus uerbis praestetur iuramentum uel legatum, dummodo de intentione constet.
257 Cùm forma deest, actus non habet suam substantiam.
259 Si partes scientes adeunt notarium damnatũ falsi, & ideo prohibitũ conficere instrumenta, licet actus ualere non posit in uim instrumẽti, ualebit tamẽ in uim cõfeßionis
260 Solennitas & forma quid differant.
261 Stipulatio peccans in forma, si accesserit iuramentum, ualebit in pactum.
262 Secundum quod ius ex iuramento promissorio in futurum non oriatur aliqua actio.
263 Qualis nam obligatio fideiussoria propter iuramentũ ex instrumento oriatur.
265 Quamuis eadem facilitate quis renunciet huic exceptioni cui confitetur, non tamen propter hoc tollitur uirtus iuramenti.
266 Qui confessus est iuramento se uerè recepisse, nihilo minus potest petere absolutionem.
267 Iuramentũ hanc habet naturam, ut non seruanti fidem non sit seruanda.
268 Quando contractus prohibetur ratione rei seu materiae, ut quia ea non sit in commercio, tunc iuramentum nõ conualidat contractum.
269 Actus regulariter contra iuramentum tenet, licet contrauenient sit periurus.

Renun-

270 Renunciatio ad utilitatem superioris pertinet, aliàs indistinctè non tenet, tanquam parte absente facta.
271 Actus non est nullus quia contra iuramentum factus, sed quia factus est à non habentibus potestatem.
272 An alienatio rei fiscalis ualeat, quæ non est in usu publico, si sit iurata.
273 Cùm de facto reputetur impoßibile, quòd rei dominium in te transferam, promißio non tenet.
274 Materia super qua fit transactio, debet esse dubia.
275 Transactio generaliter accepta potest comprehendere quodcunq; pactum, per quod à lite recedatur.
276 Sicut generalitas renunciationis restringitur, ita etiam generalitas iuramenti quod illi accedit. Fallit tamen ut nu. 277.
278 An clausula codicillaris quæ æquiparatur iuramento, sustineat testamentum nullum præteritione posthumi.
279 Licet quis iurarit non alienare certos fundos, poterit tamē alienare in causam dotis, si nō habet unde eam aliūde præstet.
280 Vbi generalitas uerborum in iuramento positorum non patitur, non censetur consensus acceßisse, & iuramentum non operatur.
281 Quando natura contractus est nullus ratione materiæ, ut quia non sit in commercio, dato quòd accesserit iuramentum, nō tamen sustinetur, ut saltem debeatur æstimatio.
282 Pactum non multum distat à stipulatione, sicut nec promissor à fideiussore.
283 Quando contractus prohibetur propter uarias subditorum utilitates, tunc iuramentum confirmat contractum.
284 An transactio super alimentis de futuro debitis ex testamento, ualeat, si iuramentum accesserit. Distingue ut nu. 286.
285 Iuramentum per quod quis incidit in periculū famæ, tanquam contra bonos mores, non debet ualere.
287 An transactio super testamento, non cognitis uerbis testamenti, iuramento accedente ualeat. Distingue ut nu. 288.
289 An donatio inter uirum & uxorem confirmetur iuramento. uide etiam nu. 291. 292.
290 Licet non firmetur contractus, tamen quilibet successor tenebitur ad obseruationem eius, quod autor suus fecerit.
293 Lex odio prosequitur accipientem, non autem fauet danti. Limita tamen ut nu. 294.
295 Confeßio non potest uideri facta in fraudem legis, cùm accedente iuramento lex nihil prohibeat.
296 Præsumimus & sustinemus magis iuramentum assertorium, quàm promissorium.
297 Donatio inter uirum & uxorem habet tacitam conditionem, si donans prædecesserit.
298 In donatione facta filio à patre, subauditur ideo dictio, Conditio, quia iuramentū eam nō confirmat. Limita ut nu. 299.
300 An donatio facta per patrem filio existenti in potestate, & ratio inualida confirmetur iuramento. & nu. 301.
302 Donatio facta monacho per Abbatem, confirmatur iuramento. Vide contrarium nu. 303.
304 Dato quòd donatio teneret, quia ex ea transferretur dominiū, non sequitur quin facta donatione, ius patriæ potestatis retro acquiratur patri.
305 Confirmatio non habet locum nisi in re tradita. & nu. 306.
307 Quæ renunciatio æquiparetur donationi.
308 Nemo in suam utilitatem autorari potest.
309 Quòd lex dicit nullum contractum inter patrem & filium tenere, intelligi debet quo ad ciuilem obligationē. & nu. 310.
311 An poßint dari fideiussores pro dote conseruanda uel restituenda, & absq; iuramento. & nu. 312.
313 An pactum ualeat iuramento firmatum de non cedendo bonis.
314 Quando lex non absistit neq; resistit contractui, an iuramentū illi accedens confirmet contractum, & faciat ex eo oriri actionem.
315 Stipulatio alteri facta conualidatur per pœnam, ergo etiam debet ualidari per iuramentum. & nu. 316. 317. 318.
319 In materia iuramenti attendimus ius canonicum.
320 Obligatio debet sumere initium à persona cum qua contrahit.
321 Confeßio ius nullum tribuit, sed iam inductum probat.
322 Pollicitatio simplex esse uidetur, ex qua non oritur obligatio naturalis. uide etiam nu. 323.
324 Seruus acquirit domino absenti & ignoranti.
325 Quando in contractu est stipulatum aliquid tertio per notarium, non est licita pœnitentia.
326 Si donauerim tibi centum, & post mortem tuam donem Seio, mortuo Seio ante acceptationem, possunt heredes ipsi acceptare. Contrarium uide nu. 327.
328 Licet princeps sit publica persona, tamen eius beneficium non quæritur ante acceptationem. Idem uide in presbytero, num. 329.
330 Notarius acquirit absenti, si deinde suppleatur consensus per ratihabitionem.
331 Si notarius stipuletur pacem pro absente, non quæritur ius absenti, nisi ratum habeat intra tempus statutum.
332 Contractus prout sunt in fieri, & sic ante acceptationem, dicuntur facti legis consilio. & nu. 333.
334 Quæ alicui donata sunt, eius contemplatione donata præsumuntur, non autem alterius, cui ex dispositione legis esset acquirendum.
335 Quando notarius recipit iuramentum uice & nomine illorum quorum interest, tale iuramentum præiudicat, & quæritur ius omnibus.
336 Etiamsi iuramentum præstetur Deo, tamen sicut donatio tacitam habet conditionem, si pars acceptauerit, ita etiam iuramentum eam habere intelligitur.
337 An pactum nudum iuramento confirmetur.
338 Veniens contra pacta iurata, priuatur actione, & cogitur soluere pœnam. & num. 339.
340 Si iuramentum confirmat contractum cui lex resistit, & facit ut etiam in foro ciuili seruetur, quanto magis confirmabit contractum ubi lex non resistit, & ex quo naturalis oritur obligatio.
341 An contractus innominati accedente iuramento ita confirmentur, ut ex eis statim oriatur actio. & nu. 342.
343 In contractu accedente iuramento, non est licitum pœnitere. & nu. 345.
344 Licet iuramentum non faciat aliquem teneri in plus, facit tamen obligari efficacius.

CAP. CVM CONTINGAT.



VM CONTINGAT. Summa ut per Abb. Noto primo
post Abb. quòd †timor reuerentialis uxoris erga maritum, non 1
est potens ad faciendum rescindi cōtractum, nisi aliter probetur de metu, facit text. in c. quāuis, de pact. in vi. in l. si patre, ff. de ritu nupt. & est cōmunis conclusio, ut per moder. in c. causam matrimonij. ♯ de offi. dele. & in c. ueniēs. ♯ de spons. & ita intelligit tex. in l. i. §. quę onerandę. ubi Bar. ff. qua. rer. actio. Quod amplia, etiam si uxor clam esset
protestata de isto metu: †nam per hoc non re 2
scinderetur contractus, præsertim in præiudicium eius, in quem fit alienatio, ut per Bal. in l. clari. C. de fideicōmiss. Alex. consil. xvi. col. fin. in iij. Abb. & moder. in d. c. causam. Se-
cundo amplia, ut procedat etiam †si probare- 3
tur quòd maritus esset minatus: quia si qualitas mariti esset talis, quòd nō esset solitus adimplere minas, adhuc contractus non rescinderetur, secundum Abb. & moder. in c. i. de offic. deleg. Sed ista distinctio mihi non placet, quia bene habet locum in extraneis. c. ad audientiā. ♯ de his quæ met. cau. l. lectam. ff. eod. tit. Sed ubi adest †metus reuerentialis, ui 4

dentur sufficere ad eum colorandum qualescunq; minæ. & istud est de mente Bar. in d. §. quæ onerandæ. & scribentiū in l. si cum dotē. §. eo autē tempore. ff. sol. mat. qui simpliciter requirūt præcessisse minas, nec distinguūt an eas sit solitus exequi. Et istud maximè debet
5 habere locum in muliere,† quia in tali sexu facilius præsumitur timor. gl. in c. cum locū. l. de sponsal. Fallit ista cōclusio, ubi lex præiudicaret ex tacito cōsensu præsumpto: nam
6 †iste timor reuerentialis solus sufficit, ut præsumatur consensus. l. pen. ff. de fur. Bart. in l. quæ dotis. in ult. col. ff. sol. matr. Alex. in d. §. eo autem tempore. & Deci. in d. c. causam, ubi respondet quibusdam rationibus in cōtra-
7 rium adductis. Fallit secundo,† quando ex tali consensu oriretur enormis læsio ipsi uxori, secundum Paul. de Cast. consil. clxxvij. cōtra superius. col. ij. & habetur in d. c. causam, & uidebimus ‡ post Abbatem.
8 Noto secūdo post Abb.† ex alienatiōe fundi dotalis simpliciter facta, nulla oritur obligatio: & est ratio, quia lex resistit tali contractui, unde nō oritur neq; ciuilis neq; naturalis obligatio. l. cùm lex. ff. de fideiuss. l. & si nō sortem. in prin. ff. de cond. indeb. Et ratio cur lex resistat, est, ne fragilitas sexus muliebris cōuertatur in earum detrimentū, & demum mulieres indotatæ remaneant, ut est text. Instit. quib. alien. licet uel non. in prin. Amplia etiam istud procedere in donatione propter nuptias. authen. siue à me. C. ad Velleia. Item etiam soluto matrimonio, secundum l. etiam. ff. de fund. dot. Item in sponsa nomine fundi promissi. l. lex Velle. in fin. ff. eod. tit.
9 †licet mulier non possit alienare fundum dotalem, potest tamen renunciare hypothecæ, quam habet in bonis mariti. l. iubemus. C. ad Velleia. Et hoc est uerum, dum tamen maritus habeat unde alibi mulier sit tuta, ut habetur per Bart. in d. l. iubemus. & in l. Meuia. §. fundus. ff. solu. matr. Sed si non esset aliunde tuta, talis renūciatio per uiam indirectam importaret donationem, quę est prohibita inter uirum & uxorem, ut habetur in d. §. fundus.
Et ideo inferunt hîc Ioan. de Imol. & mo-
10 der.† quòd si uxor renūciaret & iuraret, quāuis maritus esset soluendo, talis renunciatio præiudicaret, ex quo donatio inter uirum & uxorem confirmatur iuramento, ut ‡ uidebimus. Quæ decisio licet ex prædicta ratione sit uera, tamen ex alio capite uidetur talem rēnunciationem posse infirmari: quia si mulier indotata remaneret, appareret de enormi læsione, & uideretur propter metum reuerentialem eam renunciationem esse rescindendam, ut suprà diximus: quod perpetuò nota, pro sustentatione glos. in auth. si qua mulier. C. ad Velle. Et cùm lex alienationi fundi dotalis resistat, indeq; non oriatur obligatio, sequitur quòd si mulier alienet, fideiussor non tenebitur, ex quo nec principalis tenetur. Se
11 cus† si ipse maritus, quia obligatē actione personali, sicut quilibet uendens rem alienā, uti de fideiussor illi actioni accedet. l. sed & si is. C. de præd. minor. secundum Abb. hîc, & est cōmunis opin. in d. l. cū lex. de quo dic ut ibi.
Noto tertio,† quòd iuramentum dolo uel 12
metu præstitum, non est obligatoriū. In quo dubio primò uidendū est, quid quādo dolus interuenit? Secūdo, quid quādo metus? Et in prima difficultate uidetur iuramentū ipso iure nō esse nullū, sed potius debere distingui, an accesserit cōtractui bonæ fidei, uel stricti
iuris. Et† si cōtractus sit stricti iuris, tūc opus 13
est actione rescissoria, & consequenter absolutione. l. dolo. C. de inutil. stip. Nec est uerū fundamentū Abb. dum dicit, quòd dolus facit deficere consensum: imò adest consensus, licet per dolum, ut declarat Bart. in l. eleganter. in prin. ff. de dolo. Baldus in §. item sacramenta. de pace tenen. in usib. feud. Sed tamē cōmunis opin. est uerior: quia licet ad cognoscendū, an cōtractus cui dolus dedit causam, sit ipso iure nullus, attendamus an sit stricti iuris uel non, secundum cōmunem opin. tamen quo ad iuramentū uidetur quòd illud
sit semper bonæ fidei,† quæ in eo debet exu- 14
berare, cùm principaliter fiat Deo, c. debitores. ē. eod. & hoc suadet reuerentia iuramenti, ut in simili dicit Bal. in d. §. item sacramēta.
in ult. col. in ij. q. Cōmunis est conclusio,† q 15
metus ipso iure non annullat iuramentū: unde non tolleretur, nisi petita absolutione, c. i. & c. uerum. ē. eo. Nec obstat quòd iste tex. æquiparet dolum & metum, sicut text. in c. quamuis. de pact. in vi. quia satis est si æquiparatio procedat quo ad quid, & respectu effe-
ctus: unde uerbum,† non obseruari, positum 16
in text. nostro, respectu doli intelligitur ipso iure, respectu metus intelligitur petita absolutione. arg. gl. in l. ij. ff. de offi. proconsul. & hoc secundum opinionem antiquorum.
Nec etiam obstat text. in auth. sacramenta puberum, dum dicit esse nullius momenti: quæ uerba uidētur importare, ipso iure: quia omissa responsione Ioan. Imol. hîc, cōstituentis differentiam inter ius ciuile & canonicū, prout etiā fecit Paul. Cast. & aliqui moder. in d. auth. respondet Abb. post Vincen. per illū tex. limitari hanc conclusionem, ut non procedat quando lex expresse resistit cōtractui, prout in casu istius tex. & d. c. quamuis. Sed tu aduerte, quia non est uerum quòd in casu d. authen. sacramenta. lex resistat contractui, quia loquitur etiam in metu adhibito maiori iuranti, ut ibi patet: unde melius est dicere q
illa uerba,† nullius momenti, quo ad maiorē 17
intelligantur secūdum dispositionem legis, & sic in effectu, prout fit in l. quæ in carcerem. ff. quod met. caus. Aliqui tamen moder. tenent contra prædictam rationem Abbatis,
etiam quo ad tex. nostrū;† quia qualitas quæ 18
non consideratur à iure, non immutat naturam dispositionis. l. i. C. de legit. hæred. Bald. in c. i. de gradi. success. in fin. quæ ratio est leuissima, quia imò ius canonicum etiā considerat hāc qualitatē: quia etiā talis uidetē fundus dota-

dotalis, unde non poteſt alienari: & licet alie-
netur cum iuramento, ſi †tamẽ iuramentum
metu interueniat, illa reſiſtentia quam lex fa-
ciebat cõiuncta metui, annullat ipſo iure iu-
ramentum, & iſtud eſt quod uoluit Abbas.
20 Nota quarto, †iuramentũ in præiudiciũ ter
tij non confirmat alienationem fundi dota-
lis. Sed dubium eſt, de quo tertio uerisimili-
ter textus intelligat. Et gl. primò intelligit de
præiudicio creditorum ipſius mulieris: & ſi
intelligamus reſpectu hypothecæ, caſus non
habet difficultatem: quia res tranſit cum ho-
nore & onere ſuo. c. ex literis. infrà de pig-
nor. Si uerò intelligamus, quòd mulier cum
iuramento, antequam fundus eſſet dotalis,
prius promiſiſſet alteri uendere, adhuc iſta
alienatio non confirmaretur: quia prior cre-
21 ditor †poſſet compellere mulierem ad uen-
dendum, quæ propter iuramentũ præciſe te-
netur, ſecundum Abb. Imol. & Doct. in c. ue
niens. ĩ eod. ſequuntur Butr. & Imol. hic.
Secũdo gl. intelligit de præiudicio filiorũ:
quod præiudiciũ eſt conſiderabile quibuſdã
caſibus. Primus eſt, quando maritus uergit
ad inopiam, ita quòd periculũ eſt, ne filij ali
22 non poſſint. Nam †cùm aliunde nõ habeant,
debent ali de re dotali. l. alimenta. C. de neg.
geſt. & habeť in l. Neſennius. ff. eod. Nec
obſtat ꝙ propter iſta alimenta nõ habeant fi-
lij hypothecã, ut habeť in l. ſi cum dotem. §. ſin
autẽ in nouiſsimo. ff. ſolut. mat. Rom. conſil.
ccccIxiiij. in re præſenti. & ideo nõ uidetur,
cùm poſsint agere cum tertio qui emit: quia
cùm lex iſto caſu nõ confirmet contractũ, re-
manet quo ad eos nullus, unde ratione ſui in
tereſſe dicunt de nullitate. & ita intelligiť q̃d
not. Ioan. Fab. Inſti. quibus alienare licet uel
non. in prin. & latius hic per Imol. in vi. col.
Secũdus caſus, quando mulier nõ haberet
unde aliter legitimam filijs relinqueret: nam
cùm eis legitima in bonis maternis debeť, ſi
23 †alieneneť, fit eis prẹiudiciũ. & hoc ſentit Bu-
tri. hic in ult. col. In quo tamẽ Imol. dicit eſſe
diſtinguendũ, an alienatio facta ſit titulo lu-
cratiuo, & procedat dicta cõcluſio, tanquam
donatio ſit inofficioſa. l. i. C. de inoffi. don. et
iſto caſu donatio erit nulla ipſo iure: q̃a cùm
propter præiudiciũ filiorũ tollať effectus iu-
ramẽti, remanemus in terminis legis Iuliæ,
24 †quæ ipſo iure annullat alienationẽ fundi do
talis. Aut alienatio fit ex cauſa oneroſa, & tũc
uidereť ſecus, ut habeť in l. i. C. ſi quid in frau
dẽ patro. & ꝑ de teſta. c. Raynutius. per Bart.
in l. hæreditariarum. ff. de bon. aut. iud. poſſ.
Sed tu aduerte, quia Io. And. & Ioan. Cald.
ſatis admittunt, quòd in caſibus in quibus fi-
lij habent ſpem probabilem, per talem alie-
nationem non fiat eis præiudiciũ: ſed filij in
hæreditate matris uidentur habere ſpem pro
babilẽ. l. ſcripto. ff. unde lib. l. fin. C. de iu. co-
di. l. nec ei. §. præterea. ff. de adopt. l. iij. §. ſed
utrum. ff. de iniur. & eſt uerior opinio, ut per
25 Riminal. in l. fin. C. de pact. & hoc ſaltem †re
ſpectu legitimæ, in qua habentur pro credi-
toribus, ut per moder. in l. filius famil. §. diui.
in prima char. ff. de leg. i. unde uideretur ſatis
agi indiſtinctè de præiudicio ſuo, ne minua-
tur legitima. d. §. præterea. Nec obſt. ſi dice
reť, quòd eſt eis conſultũ in precio, ut in eo
poſsint habere legitimã: quia reſpondeo, ꝙ
niſi conſtaret de uera numeratione, †ſola con 26
feſsio matris nõ præiudicaret, ut latè per Iaſ.
in l. ſi arrogator. col. xij. ff. de adopt. & in l. i.
col. ij. ff. de eo per quem fac. erit. Præterea
ſi accidat quòd mulier diſsipet preciũ, appa-
ret manifeſtum præiudiciũ filiorũ, qui cùm
prius ſecuri eſſent in fundo dotali, & ſic in re
quæ ſui natura nõ poterat alienari, amplius
ſecuri nõ ſunt. Facit etiam in arg. l. qui tutor.
C. de adminiſt. tut. & l. prædia. C. de præd. mi
nor. Vnde puto generaliter quo ad filios, ex
†tali alienatione non fieri præiudicium filijs: 27
quod eſt de mente tex. qui generaliter loqui-
tur, & gloſſæ. Tertius caſus eſt, quando fi-
lij haberent ius in tali fundo principaliter: pu
ta, quia ſubſtituti eſſent ab auo per fideicom-
miſſum, uel alio modo. Caſus non habet diſ-
ficultatem. Subdit tamẽ Imola, quòd hoc nõ
procederet quo ad legitimã debitam ipſi ma-
tri, in quã †ſubſtitutio ab auo facta nõ exten- 28
ditur. l. fi. §. filię, ubi Bar. ff. de leg. ij. Sed quid
ſi mater, ut prodeſſet filijs ſuis aduerſus em-
ptorem, renũciaret legitimæ: licet enim ipſo
iure de legitima onus deducatur, tamen pro-
cedit ita demum, ſi filius uelit. l. ſcimus. ubi
Bar. l. omni iure. C. de inoffic. teſta. Sed puto
quòd uendendo uideať agnoſcere legitimã,
nec poſsit amplius nocere emptori, qui aliter
decipereť, per tex. in l. ſi quis domũ. §. penul.
ff. loca. Bart. in l. gerit. in v. col. ſiue vi. uerſ. ſi
uerò nõ poterat facere ut dominus. ff. de ac-
qui. hæred. Alex. conſil. xciiij. in penul. col.
in ij. & quod not. Dec. conſil. lxxxi. in primo
dubio. Tertio principaliter poteſt intelligi
iſte tex. de præiudicio mariti: & quando fun-
dus eſt ipſi traditus, nõ eſt dubiũ quòd eſt do
minus, & competet ſibi rei uendicatio aduer
ſus emptorẽ. †Sed pone uxorẽ promiſiſſe, ꝙ 29
daret talem fundũ marito ſuo in dotẽ, deinde
nõ dedit, ſed uendidit cum iuramẽto &c. Pu-
toꝙ maritus ratione ſui intereſſe poterit dice
re de nullitate. Nam prohibitio alienationis
fundi dotalis nõ fit ſimpliciter propter uxo-
rem, ſed etiã propter fauorem mariti, ut dicit
Bar. in l. ſi quis in tantã. C. unde ui. in iij. col.
ſequiť Alex. conſil. lxxxviij. in iij. col. in iij.
uol. Et uidetur quòd hoc caſu ſuccurrať ma-
rito contra emptorẽ, per actionem in factum
ſubſidiariam, ex quo contra eum aliud effe-
ctuale remediũ non competit. l. ſancimus. C.
de ſacroſan. eccleſ. per gl. in §. fin. Inſtit. de in
terdict. Bar. in l. i. ff. de condict. ex lege. Iaſ. in
§. actionum. Inſtit. de act. Quo uerò ad filios,
Imol. dubitat hic, & dicit uideri quòd mater
ipſa poſsit conueniri, ex quo †propter præiu 30
dicium filiorũ nihil operatur iuramentũ. un-
de cùm actus ſit nullus, poteſt quis contraue
nire contra pactum propriũ. c. cùm laici. ꝑ de

iure patron. Bar. in l. post mortẽ. ff. de adopt.
Abb. in c. nosti. ꝫ de elect. Felin. in c. ij. col. iij.
de except. Alex. consil. cxxiij. discussis. in iij.
col. in primo. Sed tamen non uidetur hoc de
mẽte text. qui uult, quòd cùm possit mulier,
debet iuramentum seruare: unde nerius est
ipsam nõ esse admittendã, sed filios, quibus
sicut in alijs alienationibus competeret que-
rela, per quam cõtractus redimeretur, l. i. C.
de inoffi. donat. ita in ista alienatione petent
declarari nullã, sicut ꝫ uidimus, & est de men
te Butr. hîc in fin. Et idem dicendũ est in cre-
ditoribus, siue agant hypothecaria, siue reuo
31 catoria; †tanquam si fundum mulier alienaue
rit in fraudem creditorũ, alienasse uideatur.
§. item si quis in fraudem. Instit. de actio. quæ
reuocatoria faciet declarari actum ipso iure
nullum, ut hic per Imol. Non obstat ratio,
quòd quis possit uenire contra actum suum,
quando est nullus: quia istud procederet, si
nullitas esset introducta fauore ipsius, uel pu
blico. Sed in casu nostro iuramentũ non an-
nullatur fauore mulieris, sed tertij, unde soli
illi admittendi sunt, l. creditoribus. C. de ser.
pign. da. Et sic considerabimus, cuius fauore
iuramentũ non operef, nõ autem simplicem
32 contractum, quare uidetur †quòd etiam pos-
sit intelligi quando statutum esset, quòd mu
lieres etiã cum iuramento nõ alienarent fun
dum dotalem. Nam ut intelligamus statutũ
in casu licito, uidetur facienda interpretatio,
quòd sicut alienatio erat prohibita solùm in
consequentiam fauore publico, statutũ fauo
rem suũ principaliter cõsiderauerit, & annul
let contractum tanquam in præiudicium sui
gestum. l. i. ff. solut. mat. Est uerũ quòd mens
scribentiũ est in contrarium, ut ꝫ uidebimus.

NOTO quinto aliquot casus, in quibus
iuramentũ non operatur effectũ. Primus est,
33 †in prẹiudicium tertij. concordat tex. in c. q̃-
uis. de pact. in vi. & facit c. ueniens. ꝫ eod. Ad
de, ꝙ licet iuramentum debeat seruari in for-
ma specifica, c. ad nostram. i. ꝫ. eod. si tamẽ nõ
agaf de præiudicio alicuius, potest adimple-
ri etiã fictè, ut est casus, quem ibi not. Abbas
& declarat, in c. ex parte. ij. ꝫ de cler. nõ resid.

Item adde quod notat Bald. in c. ueniens. ꝫ
eod. ubi si quis generaliter nemine acceptan
te nec in manu alicuius iuret aliquid, contra
34 uenire poterit, †quia nõ tendit in præiudiciũ
cuiusquam, ex quo per tale iuramentum nul
lum ius quẹsitum est: quod est notatu dignũ,
& infra attingemus. Et facit, quia quælibet di
spositio intelligitur sine præiudicio tertij. c.
ueniens. ꝫ de transact. & quod not. Bald. in l.
si constante. ff. solut. matrim. & Felin. in c. si-
35 cut. de sent. excõm. ubi neq; †Cardinali credi
tur in alicuius præiudiciũ. Et intellige de prẹ
iudicio tertij principaliter, non autem secun
dario, ut dicit gl. in d. c. quamuis. unde cùm
hæc alienatio prohibeatur secundario fauo-
re reipub. l. i. ff. solut. matrim. eius tamen præ
iudicium non considerabitur, aliàs iste text.
nunquam procederet, & posuisset fallentiã,
quæ euacuaret totam regulam. Et adde text.
in l. iij. §. sed uerum. ueri. nec eo mouemur. ff.
de minor. Et facit quod not. Gemin. in d. c.
quamuis. ubi infert †ad statutum quo caue- 36
tur, ut illi in quorum præiudicium actus uer
git, citentur, ut non debeant citari quorum
secundariò interest. de quo per Alex. in l. de
unoquoq;. ff. de re iud. & consil. clvi. incip.
stantibus, in secundo. Secundus casus est,
†quando iuramentum non posset adimpleri 37
sine dispendio salutis æternæ, ut hîc, & in d.
c. quamuis. nam tunc non esset seruandum.
Et iste casus comprehendit iuramentũ con-
tra bonos mores naturales, & etiam alioqui
est ualde generalis, de quo uidebimus in di-
scursu materiæ. Et procedit etiam si de ue-
niali peccato tantùm ageretur, quia satis est
quòd uergat in peiorem exitum, ut est text.
xxij. q. iiij. c. si aliquid. & uidebimus ꝫ in ult.
notab. Tertius casus est, †quãdo aliqua cau 38
sa noua superueniret: nam tunc licitum est
cõtrauenire iuramento. c. cùm inter. ꝫ de re-
nunc. c. ad nostram. ꝫ eod. l. fin. ubi moderni.
ff. qui satisd. cogan. Quartus casus est †in a- 39
ctu uoluntario, in quo prætor non habet red
dere ius: nam in tali casu licebit contrauení-
re, & actus tenebit, licet incurrat periurium,
c. sicut. infra de sponsal. c. mulieri, infrà eod.
Ioan. And. in regula, quod semel. de reg. iur.
in vi. ubi tenet, quòd quamuis aliquis iuraue
rit non reuocare testamentum, nihilominus
poterit reuocare. Sequunf Doct. in l. si quis
in prin. testam. ff. de leg. iij. Quintus casus
est, †quãdo aliquid immoderatè præcipitur, 40
c. quinta uallis. ꝫ eo. Sextus casus est, quan
do ei qui iurauit, non seruatur fides, ut in c.
seq. in fi. & in c. iij. suprà eod. de quo per Ioan.
And. & Imol. hîc in gl.

NOTO sexto, quòd alienatio fundi dota
lis propter iuramentũ sustinetur, †quæ aliàs 41
iure cõmuni esset nulla. c. licet mulieres. eo.
tit. lib. vi. Limito hanc conclusionem, †quan 42
do mulier prius iurasset non alienare: nam se
cundum iuramentum deinde nõ tenebit, sed
seruabitur primũ, ut dicit gl. in d. c. licet mu-
lieres. & uidetur probari in c. intellecto. ꝫ eo.
Et facit ratio istius tex. nam aliàs mulier pec-
caret, uel ueniret contra primum iuramen-
tum: unde actus inducens peccatum non de-
bet habere tale priuilegium, ut contractum à
lege prohibitũ confirmet, & illam gl. sequun
tur ibi Doct. & latè attingit Imol. hîc in nono
membro principali, cum concord. in l. duo-
bus. §. fin. ff. eod. & moder. in l. pacta nouissi-
ma. C. de pactis. Aduertendum tamen est,
quia text. in d. c. intellecto. non probat hanc
conclusionem, ex quo loquitur, quando pri-
mum iuramentum respiciebat publicam uti-
litatem principaliter, uidelicet ne fierent alie
nationes in præiudicium rei. Sed casus no-
ster est, quando iuramentum principaliter
respicit priuatam utilitatem: & ideo facilius
deberet tolli. Sed quia ratio uidetur in utro-
que †casu militare, non est recedendũ à com- 43
mu-

muni opinione. Habet tamen hæc conclusio
tres notabiles restrictiones. Prima est, ut ha
beat locum in terminis nostris, uidelicet
quando in iuramento adest consensus dispo
44 sitionis iuris cōmunis: aliàs si†prius iuramen
tum sit contra ius cōmune, ualebit actus fa
ctus cōtra eum. c. dilecto. de prębend. c. sicut.
infra de spons. gl. in c. fi. in uerb. reuocamus.
de procur. in vi. Ioan. And. in d. regula, quod
semel. Bart. in l. omnes populi. in iij. quæst.
princip. ff. de iustit. & iur. uers. circa tertium.
& ita declarat Ioan. de Imol. hîc, & in l. cùm
uir. ff. de usucap. & Alex. consil. lx. pondera
tis. in iij. Quam restrictionem tu sic declara.
Quando mulier alienat fundū cum iuramen
to, clarum est quòd alienatio de se non tene
45 ret, propter prohibitionē legis: †sed quia ac
cessit iuramentū, iste tex. eam confirmat: te
net ergo cōtractus ille, propter uim iuramen
ti: sed si prius contrariū iuratū fuerit, istud se
cundū iuramentū offuscatur & eliditur à pri
mo: unde remanemus in terminis iuris, & sic
ut contractus sequens nō teneat, ex quo con
46 sequens est, quòd si†aliquis iurat non contra
here contractum à lege permissum, deinde
cōtrahat, cōtractus resoluitur ad terminos iu
ris, & sic tenet, licet ille incidat in periurium.
& ita procedunt notata in d. c. dilecto. & c. si
cut. cum simil. Secūda restrictio est, & poni
tur per Bald. in l. duobus. §. fin. ff. eod. & in c.
ueniens. in fin. ā. eod. ut non procedat quan
do primū iuramentū non fuit præstitum alte
ri, sed sibijpsi: nam tunc seruabitur secundū,
ex quo per primū nemini fuit quæsitum ius.
arg. l. si repetendi. C. de condict. ob caus. & l.
filiusfamil. §. diui. ff. de lega. i. sequitur Alex.
in d. cōsil. xvi. Sed idem Alex. in d. l. duobus.
§. fin. dubitat de hoc dicto: quia gl. in d. c. licet
mulieres. fundat se illa ratione: quia primū iu
ramentum est licitum, sequens illicitum, er
go primū debet attendi. facit c. tua nos. ā eod.
47 Confirmo hanc opinionem: nam†iuramen
tum etiam sibijpsi factum principaliter, uide
tur directum Deo. c. debitores. ā. eod. & per
Bart. in l. si quis pro eo. per illum tex. ff. de fi
deiuss. unde debet posse acceptari quando
cunque à quolibet absente cuius intersit. gl. in
c. quoties. i. q. vij. per Felin. in c. si cautio. col.
vij. de fide instr. unde posset fortè procedere
opinio Bal. quando nemo esset cuius interes
set, præter ipsam mulierē. Tertia restrictio
est ualde notabilis: quādo ille in quem facta
est alienatio, ignorabat de priore iuramento
contrario: nam non uidetur illud primū mu
lierem obligasse in præiudicium tertij proba
biliter ignorantis. arg. istius text. & c. ueniēs.
de transact. & l. si unus. §. ante omnia. ff. de pa
ctis. Et ita tenet Ioan. de Imol. in l. cùm uir. in
pen. char. ff. de usucap. Ioan. Fab. in §. i. quib.
alie. non licet. Alex. in d. consil. Sed tu aduer
te, quia contraria opinio uidetur uerior: nam
48 si consideremus rationē istius text. †alienatio
cum iuramento tenet, non fauore ipsius in
quem alienatur, sed quia iuramentū sine pec
cato seruari potest: unde si non posset, cessat.
ratio istius tex. Hęc ignorantia contrahentis
consideratur in hoc contractu, cuius naturæ
lex resistit. l. quemadmodum. C. de agric. &
cens. lib. xi. unde sibi imputet emptor, quòd
diligenter nō perquisiuerit, an secundum iu
ramentū esset tale, quod sine peccato seruari
posset, an uerò aliud præcessisset. & istud mi
hi uidet uerius, & sentit Imol. hîc col. lxxxvij.
Bene fateor, quòd si mulier illud primū iura
mentum præstitisset animo circumueniendi
emptorem, tunc esset secus: quia tali casu di
ceretur peccasse in primo iuramēto, quod do
lose fecit, ut aliū deciperet. Et in isto casu pro
cedit prædicta restrictio: †in dubio autem do 49
lus nō præsumit, sed ex coniecturis prudens
iudex eum deprehendet. l. dolum. C. de dol.
Nota ultimo differentiā inter ius canonicū
& ciuile. Nam de iure ciuili alienatio fundi
dotalis quis iuramēto uallata, nō ualet: quia
iuramentū cōtra legem eo iure est inefficax.
l. nō dubium. C. de legi. quod ī declarabitur.
& hoc tenet gl. in authen. si qua mulier. C. ad
Velleia. Sed etiā in foro ciuili hodie seruabit
ius canonicū. d. c. licet mulieres. eod. tit. in vi.
Et ratio est, quia in†materia iuramenti, sem 50
per ius canonicū attendimus. Et hinc infert
Io. de Imol. hîc, ubi inter se iura discrepant,
quid obseruandū sit. In quo articulo regula
est, quòd in suo foro quodlibet seruat, ut est
gl. in c. ij. de arbit. in vi. Fall. primo in terris
subditis tēporaliter Romano pontifici, quia
in illis seruatur semper ius canonicū. c. si duo
bus. §. fin. ī. de appel. ubi omnes notāt. & ideo
in eis appellabitur ab interlocutoria. c. super
eo. de appel. l. ij. ff. de appel. recipien. Non ha
bebit locum instantia principalis, de qua in l.
properandum. C. de iudi. & habetur in c. pe
nul. ā. de iudi. nec poterūt subditi condere sta
tuta aduersus ciuitatem, secundum opinionē
Abb. de qua in d. c. si duobus. & in c. ecclesia
sanctæ Mariæ. ā. de constit. Sed tu aduerte:
quia istud procederet, nisi esset aliter expres
sum fœderibus, quę ciuitas cum pontifice ha
beret. l. non dubito. ff. de capti. et postlim. re
uer. l. i. ff. de pact. Item, nisi ciuitas esset à pon
tifice acquisita: nam tunc transit cum legibus
quibus prius regebatur, ut per Bar. in l. si cō
uenerit. §. nuda. ff. de pignor. actio. Alex. con
sil. cli. in ij. uol. And. Sicul. consil. iiij. col. vi.
& vij. in i. uol. Feli. in c. translato. de constit.
Fallit secundo in†materia spirituali, quia 51
tunc in foro ciuili etiam ius canonicum atten
dimus, ut in d. c. licet. & habetur in l. priuile
gia. C. de sacrosanct. eccle. Et ideo ubi agitur
de peccato, semper illud ius attendimus, ut
est regula, possessor. de reg. iur. in vi. quia in
telligitur, etiam si de peccato ueniali tantū a
gatur, secundum Imol. in c. fin. post Butri. in
prima col. ī. de præscrip. ubi adducit simile de
iuramento, quod†nō solùm ligat quando nu 52
trit peccatum mortale, sed etiam quando ue
niale: quia satis est quòd in deteriorem exitū
animæ conuerti possit. xxij. quæst. iiij. c. si ali

quid.gl. & Doct.in d.c. quamuis. de pact.in
vi.Butr.& Imol.in c.ſi uerò.ſuprà eod.& ſu-
prà tetigimus. Sed quicquid ſit de hoc du-
bio ſimili, prædicta concluſio eſt dubia, ut
per Alex.in l.alia.§. eleganter. in prima col.
ff.ſolut.matrim.de quo dixi in Paradoxis lib.
v.cap.III. Hæc inferebat Iacob. Butrig. in
quadam diſputatione,quã ponit Ioan. And.
in addit. Specul.tit.de ſucceſſ.ab inteſta. §.i.
53 col.iiij.uerſ.& quia de gradibus.quòd† ſtatu-
tum imponens pœnam contrahentibus nu-
ptias in quarto gradu, intelligitur de gradu
ſecundum ius canonicum, non autem ſecun-
dum ius ciuile: quia tale ſtatutum cùm loqui-
tur de cauſa ſpirituali, id eſt, matrimonij, de-
beret declarari ſecundum Canones,non au-
tem ſecundum ius ciuile. ſequitur Alex. in
l.ſi auiæ. in fin.C. de ſucceſſ.edict.per quam
deciſionẽ conſuluit Decius conſ.clviij.quòd
authen. inceſtas, C. de inceſt. nupt. habebit
locũ quo ad pœnas in ea poſitas, etiam in eo
qui cõtrahit inceſtas nuptias, ſecundum ius
54 canonicum, licet ſecundum † ius ciuile non
ſint inceſtæ, ut etiam tenuerunt Card. Ab-
bas & Præpoſ.in c.& ſi neceſſe, circa fin.in-
fra de donat.inter uir.& uxor.Signor.de Ho
mod. conſil. xxx. incip. factum. Sed tamen
contrarium mihi uidetur uerius, & pro hoc
tenuit Anch.conſil. cccxcij.in primo.Cald.
conſil. ult.de conſang.& affin.Gemin.con-
ſil.lxxi. incip. Titius. col. fin. Nec obſtat
prædicta deciſio: quia ſtatutum loquens de
matrimonio,bene potuit habere reſpectum
55 ad ius canonicum,†quod uigebat ante ſtatu-
tum: ſed d.authen. inceſtas. non, quia tem-
pore illius authen.non erat adhuc conditum
ius canonicum,unde Imperator non potuit
habere reſpectum ad canones: imò tunc uen
dicabat ſibi iuriſdictionem, etiam ſuper ſpi-
ritualibus,ut patet in tit.de ſacroſanct.eccle.
& tit.de epiſc.& de hæret.cum ſimilibus.

Expeditis notabilibus, antequam deue-
niamus ad gl. Abb. format oppoſitum con-
tra literam. Nam reſpectu donationis pro-
pter nuptias,uidetur quòd fruſtra quæratur
de ualiditate iuramenti, quo ad mulierem,
56 †cùm ſoluto matrimonio, ipſa agere nõ poſ-
ſit: imò dominium rerum donatarum reuer-
titur ad uirum.c.fi.j.de donat.inter uir.& ux.

Soluit Abb. duobus modis. Primò, quia
poſſumus intelligere tex.quando illa dona-
tio perpetuò pertineret ad uxorem, puta ui-
gore pacti uel conſuetudinis. quæ ſolutio in
ſe eſt uera, ſed diuinare uidetur, & extrinſe-
cus præſupponit iſta quæ ſunt facti,nec præ
ſumuntur.l.in bello.§.factæ.ff.de captiuis.

Secundo ſoluit, quòd agebat hypotheca-
ria,tanquam illæ res donatæ eſſent hypothe-
catæ pro dote. Et quia excipiebaſ quòd uen-
diderat, replicabat uenditionem non uale-
57 re. Ex qua ſolutione inſertur, quòd† mulier
conſentiens marito alienanti rem donatam
propter nuptias, non ſolùm præiudicat ſibi
quo ad dominiũ,quod quidem cõſtante ma-
trimonio ipſa habet,authen.donationem.C.
de iure dot.ſed etiam quo ad hypothecã, quæ
extincto dominio,in ea re ſibi orta fuiſſet,iu-
xta auth. ſiue à me.C.ad Velleia.& declarat
Bal.in auth.præmiſſa.in ſecunda ſolutione.
C.de donat.ante nupt.Quod quidem dictũ
eſt ualde notabile,& prima fronte uidebatur
oppoſitum, tum quia ſatis erat ſi iuramen-
tum præiudicaſſet ſibi quo ad dominiũ quod
ipſa in eis bonis donatis habebat, arg.l. ma-
ter.C.de rei uend.tum quia iuramentũ non
debet trahi ad ius ſuperueniens, ſicut eſt hy-
potheca,quæ poſt ſolutum matrimoniũ inci-
pit oriri,ut uideatur uerior. facit c.ad noſtrã.
i.ſ eo.c.cum inter.ſ de renunc.& uidemus in
ſimili; quia† ſi filia renunciat hæreditati pater 58
næ cum iuramento,tale iuramentum nõ per
hoc facit quòd cenſeatur renunciatum legiti
mæ.l.ſi quando.§. & generaliter. C.de inof-
fic.teſtamen. Aret.in l.i.§.ſi quis ita.col.v.ff.
de uerb.oblig.& ibi plura ſimilia adduxi, per
quæ probaui †ſatis eſſe ſi iuramentũ aliquid 59
opereſ,abſq; eo quòd ampliet contractum.
c. penul.j eod. Paul. de Caſt.conſil.ccxlij. in
ultimis uerbis. Confirmatur, quia ſi mulier
iurauit non contrauenire contractui agen-
do hypothecaria, non uidetur contrauenire:
quia contractus tenet, licet poſſeſſor pignus
liberare teneatur.l.fin.C.de luit.pignor.Sed
tamen deciſio Abb.eſt uerior: quia †muli- 60
er conſentiendo alienationi extinguit etiam
ius ſuum,ut habetur in l.ſi fundum per fidei-
commiſſum. ff.de lega.i. Et licet hypotheca
dominij ſuperuenerit,tamen quia erat in ſpe
certa tempore contractus,uidetur de ea quo-
que actum, ut habetur in l.i.per Bart. C.de
pact.Quod fortius procedit,ſi teneamus opi-
nionem quorundam,qui dixerunt hypothe-
cam durare etiam conſtante matrimonio, &
concurrere cum dominio,de quo per Bal.in
d.auth. præmiſſa. & in d.auth. ſiue à me. per
moder. in l. neq; pignus.ff. de reg.iur. & fa-
cit ad ſupradicta l.uendicantem.ff.de euict.

IN GLOS. magna formanſ multa con-
traria, in quibus apparet, iuramentum non
firmare contractus, quibus lex reſiſtit, ut in
l.ſi quis inquilinos.in fin.ff.de leg.i.in l.adi-
gere.de iure patron.in l. non dubium. C.de
legib.& ſoluit gl.tripliciter.

Primò, quòd aliud eſt de iure ciuili, aliud
de iure canonico: quòd† canonicum eſt ſer- 61
uandum propter periculum animæ.Quæ ſo
lutio ſecundum Abb.eſt in ſe uera, ſed non
omnino euacuat cõtrarium. Sed tu aduerte:
quia ſi lex ciuilis reprobat iuramentum ex ra
nonabili cauſa,uidetur quòd non obſeruan-
do illud nõ peccet, ex quo lex quo ad† remiſ- 62
ſionẽ iuramẽti,habet uim apoſtolici, ut dicit
gl.in d.l.adigere.cum concord.per moder.in
l.fi.ff.qui ſatiſd.cog. Sed de hoc infra diceſ.

Secunda ſolutio gl.eſt, q; iſte text.debeat
intelligi,quando mulier non poteſt aliunde
ſibi cõſulere: nam tũc iuramentũ nõ teneret.
Quæ ſolutio ſecundũ Dd,diuinat ad iſtũ tex.

&

&confunditur per d.c.licet mulieres. & d. c.
quãuis. ubi dicitur, quòd omnino iuramen-
tum debeat obseruari. Sustinendo hanc solu
tionem, posset dici quòd imò nõ diuinat, ex
63 quo tex. excipit casum, †quando alteri orireť
præiudiciũ. Sed quando mulier aliunde non
habet dotem, oritur præiudiciũ iuri publico.
l.i.ff.sol.matr. Et licet istud sit in consequen-
tiam, tamen ubicunque fauor publicus ue-
niens in consequentiam non potest separari
à priuato, iudicamus de eo tanquam princi-
paliter de publico. l.pen.C.de pact. ubi Bar.
ita declarat per l.de die.&l. Attilicinus.de pa
ctis dotal. Et facit, quia lex Iulia est fundata
super præsumptione quam habet in fragilita
te muliebri: unde licet tex.conscientiæ nõ cu
ret præsumptionem legum, ut dicit Io.And.
in c.qui fidem. de sponsal. & dixi in c.nouit.ã
64 de iudi.†tamen debet curare ueritatem quan
do apparet, ut quia constat mulierẽ alibi non
habere unde nubat. Nec obstat c.licet.quia
remittit se ad istum text. & lex quæ procedit
relatiuè ad aliam, recipit omnes modificatio-
nes, quas alia habet, ut per Bart.in l.nihil. ff.
de coniung.cum emancip. lib. in l.prætor. §.
erit.ff.ui bon.rap. Et quamuis in c.quamuis.
sit dictio pręcisa, tamen refertur ad terminos
iuris.l.penul.ubi moder. C.de pact. Aret. in
c.qualiter.ij.in vij.col.j.de accus. Et sic ista so-
lutio teneri potest, quę est ualde rationabilis,
licet cõmuniter Doct.hic eam non teneant.
Tertia solutio est, quòd lex ciuilis in casib.
contrarijs est prohibitiua ex causa perpetua,
65 sed in casu nostri tex.non; quia†donatio pro
pter nuptias, cõsentiente muliere, iterũ post
bienniũ potest simpliciter alienari. d.auth.si-
ue à me. Ideo nõ est irrationabile, q̃ iuramen
tum opereť effectũ secũdi cõsensus, & moræ
tẽporis. Sed ista solutio ab omnib.reprobať,
quia nõ potest procedere quo ad exemplũ de
dote: in ea eñi est perpetua causa prohibitio-
nis, ut not. in d. auth. siue à me. & probať in l.
etiã.ff.de fund.dot. Item confutať per text.in
d.c.significante.de pignor. ubi quamuis sub
sit perpetua causa prohibitionis, iuramentũ
tamen seruandum est. Ex ista tamen solutio-
66 ne infertur, quòd†iuramentũ operatur uim
geminati cõsensus: unde sicut iuramentũ ge
minatum parit actionem, l.i.§.debitum. ff.de
constit.pec.ita pactum iuratum, ut dicit Ma-
thes.not.suo xxxvi. de quo meminit Rom.in
l.i.in prin.ff.de uerb.oblig. & Bar.in l.si quis
pro eo.in sexto casu. ff.de fideiuss. & uidebi-
mus positũ j in ultima col. Quarta solutio
ponitur hic per Abb. cõsiderantem quatuor
casus principales, & imitantẽ doctrinã Bart.
in l.si quis pro eo. ff.de fideiussor. qui posuit
istos quatuor casus, deinde sex alios, quos e-
tiam Abb.infrà prosequitur, licet confuse: &
eosdem casus sequũtur Ioan.de Ligna. Ant.
de But.& Imol.hic: & ideo nos etiam eum se-
quemur, ampliãdo dicta Abb.per ordinẽ, &
in locis suis. Primus casus est, quãdo prohi
bet aliquid propter bonos mores conseruan
dos, &†tunc iuramentũ in contrariũ nõ con- 67
firmat actum, imò etiam iuramentũ corruit,
& est ipso iure nullũ, c.nõ est obligatoriũ. de
reg.iur.in vi. Et ideo†iuramentũ tollens libe 68
ram uoluntatẽ testandi, nõ ualet. l.stipul.hoc
modo. de uerb.oblig. Item†pactũ de hæredi- 69
tate uiuentis propter uotũ captandæ mortis.
l.fin.C.de pactis. Item†pactũ per quod liber 70
tas matrimonij tolleretť.l.Titia. ff.de uerb.ob
lig.in prin.c.gemma.de sponsalib. Item†pa- 71
ctum de re turpi uel inhonesta. l.generaliter.
& l.si plagij.ff.de uerb.obli. Addit gl.& Bar.
in addit.§.eleganter.ff.sol.matr. quo maritus
renunciaret beneficio legis, ut possit in soli-
dum ab uxore cõueniri: est eñi contra bonos
mores, ut dicit in illo text. Cuius argumento
infert, idem esse in†pacto quo debitor se obli 72
gat ad carceres, & renunciat cessioni bono-
rum, ut tenet ibi Bart.& uidetur magis com-
munis opinio, tanquam istud sit contra natu
ralem libertatem hominum, ex quo obliga-
re se ad carceres, est quędã species seruitutis.
l.i.& ij. ff.de hom.lib.exhib. l.Titio centũ. ff.
de cond.& demon. Sed hoc ultimũ exemplũ
ego non puto uerũ, nec tex.in d.§.eleganter,
probat hoc: quia loquiť inter illas personas,
quæ iure naturali debẽt sibi mutuũ amorẽ &
reuerentiã: & in hoc etiã contrariũ tenent hic
Imol.& Alex.in d.§. eleganter. Sed dubiũ
est, quomodo intelligamus pactũ esse cõtra
bonos mores. Et Abbas hic dicit intelligi de
†bonis moribus naturalibus, qui sunt immu 73
tabiles. Potes exemplificare secundum Bal.
in l.pactum, quæst. xviij.C.de collat. quando
†quis pacisceretur non alere parentes uel li- 74
beros, ut in c.cùm quidam.ã.eo. in fin. Idem
†in pacto inducẽte delictum, uel per quod a- 75
liquis inuitaretur ad delinquendum. l. con-
uenire. ff.de pactis dotalib. Et ex hoc conse-
quens est, quòd†si iuramentum sit cõtra bo- 76
nos mores iuris artificio, quòd tunc erit ser-
uandum per iura canonica. ita procedit c. q̃-
uis. de pactis. in vi. & melius text. in c.signifi-
cante. de testib. & tradit Alex. consil. clvij. in-
cip. uiso instrumento. in ult.col. in ij. nisi ali-
ter per canones sit reprobatum, ut per Ioan.
And. Hostieñ. & Imol. in c. quemadmodũ.
in gl. in uerbo, uel oculos.ã.eod. Ioan. tamen
de Imol. hic uidetur uelle, quòd quando lex
dicit aliquid etiã contra bonos mores, tamen
nisi reperiatur idem esse dispositum iure ca-
nonico, quòd iuramentũ contractum confir
mat; & præcise infert ad l. stipulatio hoc mo-
do. Sed mihi uideť satis quòd † lex canonica 77
approbet ciuilẽ, quãdo eam nõ reprobat, iu-
xta notata in c.i.j.de no.op.nun. Nõ est ergo
distinguendũ inter legem ciuilem & canoni
cam, sed an boni mores sint fundati super æ-
quitate naturali, per uiã causæ proximę & im
mediatę; quia secus esset si per causam remo-
tam, ut apparet ex d. c. significante. & tradit
Abbas consil. xcv. quędam. in ij. col. in ij. uol.
& in hoc primo casu concludunt Doct. q̃†iu 78
ramentũ est ipso iure nullum, ita quòd non

est opus absolutione. d.c.nõ est obligatoriũ.
& ita tradunt hîc omnes. Sed aduerte, quia
in cõtrariũ urget text. in d.c.cùm quidam. in
79 fin.ȷ.eod. ubi† qui iurauit non colloqui cum
patre, nec illi subsidiũ ferre, debet petere ab-
solutionẽ. Et intelligere ad cautelã, uel de ab
solutione facti, prout faciunt ibi Doct. nõ ui
detur realis intellectus, prout in simili dicit
Abb. in c.ij. uers. xiiij. uers. item aduerte. ȷ. de
ord. cognit. Secundo in contrarium facit,
quia quando quis iurat nõ reuocare iuramẽ-
tum, tale iuramentũ est cõtra bonos mores,
secundum quos ambulatoria est hominis uo
luntas usq; ad mortem. d.l. stipulatio hoc mo
80 do. & † tamẽ cõtrauenĩẽs dicitur periurus, &
debet petere absolutionẽ, licet actus contra-
rius teneat, secundũ Io. And. in reg. iur. quod
semel. de reg. iuris, in vi. & hæc opinio est ue-
rior & cõmunior, ut per Imol. hîc, & per Ale
xand. in d.l. stipulatio. in iij. col. quicquid di-
xerit Bar. in l. si quis in principio testamenti.
in ult. col. ȷ. de lega. iij. Tertio facit, quia est
contra bonos mores quòd matrimonia non
81 sint libera. d.l. Titia. & tamen † iuramentũ de
contrahendo matrimonio cum aliqua, nisi
seruetur, reddit cõtrauenientem periurum,
& opus est absolutoria. d. c. sicut. & c. ex lite-
ris Syluani. ȷ. de sponsal. Vnde ego putarem
distinguendum; quia aut illi boni mores, cõ-
tra quos interponitur iuramentum, sunt fun
dati ea ratione naturali, quòd aliter agens est
in manifesto peccato, ut si quis iuraret homi-
nem occidere uel aliter delinquere, & proce-
dat cõmunis conclusio, & iuramentũ sit ipso
iure nullum. d. c. non est. & xxij. quæst. iiij. c.
inter cætera. & c. si aliquid. i. in fin. Aut & se-
cundo sunt fundati ea ratione, nõ quòd tunc
cõtrafaciens peccet, sed quia dubitatur de fu
turo peccato, & tunc uidetur quòd iuramen-
tum teneat, licet absolutio præstanda sit. Cũ
enim prohibitio sit propter præsumptũ pec-
catum, quod de facili posset euenire, ista præ
sumptio in foro animæ quam seruamus in iu
82 ramento, non est attendenda: quia † in foro
conscientiæ non curamus præsumptiones,
secundum Io. And. in c. is qui fidem. de spon
sal. & ponunt moder. in c. nouit. ȷ. de iudi. &
ideo iuramentũ ipso iure tenet. Sed quia etiã
lex canonica approbat eas prohibitiones,
per quas peccata quæ fieri possent, euitẽtur,
concedenda est absolutio. & ita intelligo ex-
emplum d.l. fi. C. de pact. & l. cõuenire. ff. de
83 pact. dot. Aut & tertio, † iuramentũ non in-
ducit peccatũ manifestũ, sed peccatũ aliquo
casu excusabile, & tũc absolutio petenda est.
d. c. cùm quidã. in fin. Ille enim qui iurat non
loqui cum patre, nec subsidium illi exhibere,
nõ iurat rem omnino iure naturali enormẽ:
quid enim si nõ indigeret? nec peccat morta-
liter, ex quo potest esse aliquis casus seu cau-
sa, in qua ita iurans excusaretur, ut declarat
Bal. post Archid. in c. fin. ȷ. de pact. Nec ob
stat tex. in c. inter cætera. quia ibi erant uerba
apertiora in malam partẽ. Aut, & quarto,
† boni mores nõ sunt fundati propter euitan- 84
dum peccatum, sed propter aliam utilitatẽ, &
putarẽ requiri absolutionẽ, per not. in l. stipu
latio hoc modo. & ita intelligo etiã tex. in d. c.
sicut. & in d. c. ex literis Syluani. Sed Imol. di
cit hîc, ꝙ quãuis cõtra bonos mores sit, ut ma
trimonia nõ sint libera, istud intelligiť respe-
ctu pœnæ additæ promissiõi. d.l. Titia. & d. c.
gemma. nõ autẽ simpliciter. Sed quicquid di
cat Imola, opinio Bar. quam sequiť Butr. hîc,
est uerior, per c. requisiuit. de spons. declaran
do ut ibi. Et ex ȷ dictis infertur, ꝙ † licet pa- 85
ctum Musicorũ de eundo de nocte ad cantan
dum sub fenestra amasiarũ, sit contra bonos
mores, secundũ moder. in l. pacta. §. meminis
se. per illũ tex. ff. de iureiur. tamẽ quia directè
nõ sonat in delictũ, si iuramentũ accesserit, de
bet peti absolutio: q̃d nota. In aliquib. tamen
partibus ex cõsuetudine nõ est cõtra bonos
mores. Secundus casus est, † quãdo lex pro 86
hibet aliquid propter fauorẽ publicũ princi-
paliter, & tunc actus nõ firmať iuramento. c.
si diligẽti. circa fi. ȷ. de for. comp. l. ij. & l. quẽ-
admodũ. C. de agric. & censit. lib. xi. Et ratio
est, quia ius canonicũ remitti nõ potest. l. ius
publicũ. ff. de pact. Et iuri quod pro se intro-
ductum est, quis renunciare non potest. c. ad
apostolicã. ȷ. de regularib. secundũ Abb. hîc.
& cum ista cõclusione transeunt omnes in d.
l. si quis pro eo. & Io. de Ligna. Butr. & Abb.
hîc. Cald. consil. ix. sub tit. de iureiur. & uideť
indubitata cõclusio. Solus Io. de Imol. hîc di-
cit, quòd cùm in iuramẽto attendať ius cano-
nicũ, seu forum, licet lex ciuilis prohibeat ali
quid principaliter fauore publico, nõ sequiť
quòd lex canonica idem faciat. arg. notatorũ
per Io. And. & Hostieñ. in c. quemadmodũ.
in gl. ȷ. eod. Vnde concludit, † quòd imò iura 87
mentũ erit seruãdum etiã hoc casu, dummo-
do nõ uergat in dispendium salutis æternæ.
Et hinc infert, quòd † iuramentũ per q̃d pro 88
rogatur instantia, ualebit, licet fauore publi-
co sit prohibitũ. l. properandũ. C. de iudic. Itẽ
iuramentũ q̃d quis interposuit in alienatione
serui adscriptitij, licet talis cõtractus sit fauo-
re publico, p̃hibitus. d.l. ij. C. de agric. & cens.
Item in exemplo Bar. quando statutũ fauore
publico introduxit, ꝙ debens frumentũ libe
retur certam pecuniæ summã soluendo pro
corbe, & sic de simili b. Sed ego nõ censeo re-
cedendum à cõmuni opin. quia ratio Doct.
uidetur cõcludens. † Cùm enim aliquid sit in 89
terdictũ fauore publico, non est in potestate
priuatorũ illi derogare, etiã cum iuramento.
nec lex canonica dispositioni ciuili in hoc ad
uersatur, imò consentit, ut patet in hoc text.
dum negat iuramentũ tenere in prǽiudicium
tertij: unde sequiť ut nõ teneat in præiudiciũ
iuris publici, quãdo illud est principaliter in
cõsideratione: & in tali casu nõ requiri abso-
lutionẽ, firmat Abb. hîc in pen. char. Sed du
bium est, quando dicať lex principaliter pro
hibere in fauorem publicũ. In quo dic, quòd
quãdo agitur de † cõmoditate pecuniaria seu
patri

patrimoniali, in dubio uidet respicere fauorem priuatū, & in consequentiā publicū. l. ij. in fin. & ibi Bar. ff. ad municip. & idem sentit Bart. in l. i. pen. col. ff. sol. matr. & fa. l. iij. §. fin. ff. de lib. lega. & ibi Bar. quam ad hoc ponderat Aret. consil. ij. in ult. col. Fallit quando coniectura aliqua esset quòd potius publicā utilitatē cōsideraret, ut in statutis cōcedentibus immunitatē forensibus, qui uenirēt in ciuitatē ad habitandū: nō enim est uerisimile,
91 †uoluisse statuētes cōsulere forensibus, tanq̄ forensibus & priuatis, sed potius propter utilitatē ciuitatis. & ita procedit quod not. Alex. in l. i. in ij. col. ff. sol. matr. Fall. secūdo, quando statutū expresse diceret se facere propter utilitatē publicā, ut in casu statuti cuius meminit Bar. in d. l. si qs pro eo. in quo erat præfatio, ut ciuitas abundaret ciuibus seu agrico
92 lis &c. Putarem tamen, †quòd si iste fauor publicus in ueritate nō subesset, licet statuētes ita dicerent, quòd esset seruandū iuramentū: aliàs esset aperta uia ad reducendū iuramentū ad modicū effectum, quod an statuentes facere possint, †uidebimus: & in isto casu procederet opin. Io. de Imol. Fall. tertio, quando lex quo ad uniuersum principaliter respicit utilitatē publicam, licet etiam particulariter possit, ut in casu posito per Bar. in l. ambitiosa. in iiij. col. ff. de decre. ab ord. fa. ueluti quādo statutū fit ad finē, quòd rixæ & iniurię cessent: nam licet inimicitiæ tendant principaliter ad damnū priuatorū, inspecto ordine naturæ: inspecto tamen iuris intellectu, uidetur etiā principaliter pertinere ad rempub. Idem in quibusdam alijs exemplis ibi relatis: & in isto casu uidet etiā quòd iuramentū nō cōfirmet: quia militat dicta ratio, ne præiudicet iu
93 ri publico. Et ex hoc sequitur, †quòd in casibus in quibus de utilitate priuata principaliter tractat, & in cō sequentiā de publica, potest lex interpretari suam utilitatē principalē esse, & iuramentū in contrarium nō teneret. Sed tamen in isto casu fortè uerior est opinio
94 Imolę, quia †in iuramēto attendimus forū ueritatis & conscientiæ, nō autē interpretationem legis, ut per Io. And. in d. c. is qui fidem. Nisi dicas iuramentū tenere, sed absolutionē debere concedi, ex quo lex canonica nō uult præiudicare tertio, ut suprà dixi dum respondi ad l. penul. C. de pact. Tertius casus est principalis, quando lex prohibet cōtractum fieri principaliter fauore priuato, licet in con
95 sequentiā resultet fauor publicus: & tunc †iuramentū tenebit, & firmabit contractū. & ita intelligitur hic text. & tex. in auth. sacramenta pub. C. si aduers. uend. & c. quamuis. de pactis. in vi. & ita tenent cōmuniter Doct. Ratio istius doctrinæ est secūdum Abb. quia iuramentū quærit principaliter Deo, & lex humana uel canonica non uult neq; potest in fauorem priuatum impedire talem obligationem. c. debitores. ē. eo. c. ad apostolicam. J. de regularib. c. qui post uotum. eod. tit. lib. vi.

Sed ista ratio ita simpliciter intellecta non est uera: quia ea attenta, idem esset quando prohibitio fieret principaliter fauore publico: nam & tunc non potest impediri obligatio quærenda Deo. Item nō infert aliquid ad confirmationē contractus, unde secundum hanc rationē satis esset seruare iuramentū, iuxta c. debitores. ē. eo. licet contractus nō conualidaretur, quod est cōtra cōmunem opin. Vnde uerior est ratio, quòd iuramentū cōfir
mat †contractū, dummodo nō sit in præiudi- 96
cium tertij, ut in hoc text. unde nō confirmat quando est cōtra publicā utilitatē principaliter, quia illi tanquā tertio præiudicaret. Sed quando est solū fauor publicus in cōseqnentiam, tunc lex canonica de eo non curat, cùm is cuius principaliter interest, renunciauerit, & in consequentiā nō oriatur magnum præiudicium iuri publico. & ita est de mēte gl. & Doct. in d. c. q̄uis. & quod dixi ē in v. notab. & quod tradit Abb. consil. xcv. in secundo.

Limitatur hæc conclusio, ut procedat quādo cōtractus est prohibitus, & lex uerba prohibitionis concedit in rem: secus si præcise re
sistat personæ, ne contrahat; nam tunc †si con 97
traherent, peccarēt, quia nō obedirēt legi: & omnis anima quę non paruerit principi suo, morte moriet. c. ij. ē. de maior. & obed. Vnde iuramentū in actu inducente peccatū, nō debet ualere, prout in simili per gl. in d. c. licet mulieres. de quo ē dixi in pen. notab. ita dicit eleganter Bar. in d. l. si quis pro eo. & in d. authen. sacramēta. & auth. decernimus. C. de arbit. quē sequitur Io. Cald. hîc, & in consil. ix. sub hoc tit. & Anch. hîc: & idem tenuit Butr. hîc, licet mutauerit opin. secundū Imol. Idem tenuit Ang. in d. l. si quis pro eo. & in consil. clx. incip. domina Catharina. & uidetur sequi Butr. in c. ij. de maior. & obed. & ibi Felin. in l. cùm aliqua declaratio est. & idem etiā And. Sicul. consil. xi. in vi. col. in i. uol. Decius in c. nam concupiscentiā. de constit. & dicit Imol. hic, & Butri. & Alex. in d. authen. sacramenta pub. quòd ista opinio cōmuniter approbatur per Legistas, per prædictam opin. siue rationem. Contrariū disputant latè Abbas & Ioan. de Imol. post antiquos hic, & est cōmunis opin. concludens, secundū quam consuluit diffuse Alex. ubi adducit decē fundamenta pro ista parte in consil. xxvij. in i. & in alijs locis relatis per Ias. in d. auth. sacramenta. & ad rationē Bar. respondent Doct. uarijs modis. Primò respondet Butri. quòd q̄uis uerba sint prohibitiua personæ, tamen ex quo
principaliter actus tendit in eius fauorē, †lex 98
uidetur potius præcipere, cōsulendo ipsi: unde contraueniens peccat. l. cùm pater. §. ij. ff. de leg. ij. cum simil. Et hanc responsionem sequuntur omnes hîc, & Paul. de Cast. & moder. in d. auth. sacramenta. & in d. l. si quis pro eo. & etiam Alex. in d. consil. & est responsio canonizata à Doctorib. Sed mihi uidetur ualde abusiua: quia si esset lex consilij, etiā absq; iuramento posset illi renunciari: unde cùm uideamus legem pręcise resistere, ridiculum

eſt dicere, quòd fecerit hoc conſulendo. & fa
cit quod notat Bart. in l. legis metus. ff. de le-
gibus. Secundo reſpondet Abb. quòd non
eſt uerum quòd contraueniens tali caſu pec-
cet: quia cùm lex illud introduxerit ad eius
cõmodum, nõ uidetur fuiſſe ſuæ intentionis
eum illaqueare peccato. l. quod fauore. ff. de
legib. Quæ ſolutio eadem ratione confundi-
tur: quia nõ ſimpliciter lex hoc introduxit in
cõmodum iurantis, ſed etiam in cõmodum
iuris publici, licet in conſequentiam: nec reli
quit actũ in arbitrio ipſius, quod ſatis oſten-
99 dit, ei præcipiendo. Nec ipſa † lex prohibiti-
ua eum illaqueat peccato, ſed lex diuina, quę
mandauit unicuiq; ſubdito, ut pareret princi
pi etiam ſeculari, ut dicunt Card. Butr. & cæ-
teri in d. c. ij. Et ſic tollũtur multa uerba, quæ
hîc effundit Ioan. de Imol. Tertio reſpõdet
Abb. quòd dato quòd contraueniens pecca-
ret, non debet permitti ut contraueniat, quia
iterum peccaret contraueniendo ſacramen-
to. c. etſi Chriſtus. ſ. eod. xxij. q. i. c. monet.
Quæ reſponſio confunditur per doctrinam
gl. in d. c. licet, allegatam, & per Bart. Nec
obſtat d. textus, quia ibi iuramentũ non con-
tinebat rem illicitam, licet facta eſſet modo il
licito, uidelicet per dæmones. Sed in caſu no
ſtro cõtinet rem illicitam, unde nõ debet ob-
ſeruari, quia eius obſeruatio eſt prohibita à le
100 ge, † & ultra prohibitionem legis adeſt pecca
tum, per quod effectus iuramẽti offuſcatur,
prout dixi ſ. in pen. notab. Quarto reſpon
det Ioan. de Imol. quòd cõtraueniens legi, ita
demum peccat mortaliter, ſi ſit lex diuina uel
101 pontificis, nõ autẽ ciuilis: † quia illa nõ poteſt
alligare animã alicuius. c. decernimus. ſ. de
iudi. & etiã requiritur quòd ſit tale pręceptũ,
quod ſui natura obliget ad peccatũ, uel quia
quis in contemptũ nõ obediat, ut idem tenet
Imol. in d. c. ij. ubi Feli. refert. Sed hæc reſpõ-
ſio & ipſa nõ eſt bona, quia cõmunis opinio
102 eſt, ꝙ † cõtraueniens prohibitioni legis etiam
ciuilis, mortaliter peccat. d. c. ij. & probaẽ in
c. ſolitæ. eo. tit. & xi. q. iij. c. qui reſiſtit. & c. Iu-
lianus. & ita dicunt Card. Abb. & cæteri in d.
c. ij. & c. nam concupiſcentiam. de conſtit. &
non poteſt negari, quin contraueniens dicaẽ
contemnere, quando lex præciſe eius perſo-
nam prohibet. l. nõ dubiũ. C. de legi. l. quem-
admodum. C. de agric. & cenſ. lib. xi. Quin
to reſpondet Alex. in d. conſil. xxvij. quòd li-
cet lex prohibeat perſonam, tamen talis pro-
103 hibitio † non trahitur ad caſum iuratum: quia
non uidetur de mente legis eſſe, ut compre-
henderet talem caſum, arg. gl. in c. cùm nõ de
ceat. in gl. fin. de elect. in vi. & quia lex ciuilis
nõ poteſt diſponere ſuper actu iurato, ut per
Bart. in l. omnes populi. in iiij. quæſt. princi.
ff. de iuſtit. & iur. cum multis concord. Sed
etiam hoc non placet, quia ſtatutum genera-
liter prohibet perſonã ratione certi effectus,
unde uidetur prohibita quęlibet uia, quia mi
litat ut uerba & ratio legis, iuxta l. adigere. ff.
de iur. patro. & hoc eſt q̃d not. Paul. de Leaz.
& Domin. in d. c. cùm nõ deceat. ubi Papa re
uocando ſtatuta, cenſetur etiã iurata reuoca-
re, quia nõ exigitur mẽtio modorũ, per quos
ſtatuta cõualidenẽ: ſed ſatis eſt, ex generalita
te ſermonis ea quoq; poſſe cõtineri: & ſatis fa
teor, quòd ſtatuta non debent intelligi in ca-
ſu licito. arg. c. ad noſtram. ij. ſ. eod. Sed in ca
ſu noſtro non eſt ſtatutum quod annullet iu
ramentum, † ſed lex canonica, imò potius di- 104
uina, quæ uult, quòd ſubditi obediant legi, a-
liàs peccent. d. c. ij. Et quòd iuramentũ intro-
ducens peccatum non ſeruetur, eſt cõmunis
opinio, ſecundum text. in c. intellecto. ſ. eod.
& gl. in d. c. licet. & ſ. uidimus, quicquid te-
nuerit Abb. hic. Sexto reſpondet Corn. in
repet. d. authen. ſacramenta. quòd quamuis
lex prohibeat, & uerbis utatur imperatiuis in
perſonam, † nõ tamen per hoc dicitur uim ha 105
bere præcepti, ita quòd contraueniens pecca
ret: niſi ſubiecta materia hoc ſuaderet, per te-
xtum in Clem. exiui de paradiſo. uerſ. item
quia præter. de uerb. ſig. Sed reſponde, quòd
ſubiecta materia ſatis hoc importat, ex quo
lex præciſe prohibet, non autem ſimpliciter
conſulit: unde cõtraueniens ſatis dicitur con
temnere, ut ſ. oſtendi. Et ſic apparet, rationẽ
Bart. ueram eſſe, & eius fundamentũ incòn-
cuſſum. Nõ obſtant multa quæ in cõtrariũ
adducũtur, tanquam in effectu iſta uideatur
uerbalis differentia: quia ſtatutum annullan
do uel prohibendo contractum, ſatis dicitur
prohibere contrahentes. c. qui cõtra. de reg.
iur. in vi. Nec uideẽ referre, an uerba ad per-
ſonam ſint directa, ſed ſatis eſt ad quẽ diſpo-
ſitionis dirigaẽ effectus. l. cùm pater. §. dona-
tionis. ff. de leg. ij. facit l. i. C. de cupreſsis. lib.
xi. Nam ad hoc reſpondeẽ ex mente Butrig.
& Imol. hîc, † quòd licet lex prohibens aliena 106
tionẽ, uideatur prohibere etiã perſonas con-
trahere quo ad finẽ nullitatis, ſecundũ d. l. nõ
dubiũ. nõ tamen intelligiẽ prohibere quo ad
finem, perſonã ipſam præciſe iuſſui alligan-
do, ut cõtraueniens dicatur peccare, niſi uer
ba ad eam expreſſe dirigat. arg. notatorum in
c. nam cõcupiſcentiam. de conſtit. ubi an lex
alliget peccato, conſideramus uerba, ſi dicaẽ
præcipimus, uel ſancimus, & ſimilia. Sanè
plus delinquit in ſpecie, qui perſonaliter pro
hibitus eſt, arg. auth. ſi quãdo. uerſ. ſin autẽ di
xerit. C. de cõſtit. pec. & l. i. ff. de lib. & poſth.
& quia contumax aduerſus citationem gene
ralem, nõ dicitur ita cõtemnere, ſicut qui ſpe
cialiter & in perſonã citatus eſt, ut per Innoc.
in c. humilis. de maior. & obed. Bald. in auth.
ſi omnes. C. ſi ut ab hęred. in l. fin. in iiij. q. C.
de edict. diui Adri. toll. & quod in ſimili dicẽ
in l. his uerbis. §. i. ff. de hæred. inſtit. Sed tu
hanc reſponſionẽ clarius ex mente Bart. in l.
cùm lex. ff. de fideiuſſ. declara: nam ibi appa-
ret, ꝙ imò talis differẽtia nõ eſt uerbalis: quia
† quãdo lex prohibet, dirigendo uerba in per- 107
ſonã, expreſſe eam alligat, ut faciat: ſed quan
do loquiẽ in rem, tunc reſiſtit tantũmodo ob-
gationi, uel actioni executiõis cõtractus, nõ
autem

autē resistit personæ: unde meritò in primo casu persona delinquit, non in secundo. Et licet in consequentiam uideatur prohibita per sonā cōtrahere, tamen istud nō arguit, quòd lex ideo uelit inobedientiæ crimine notare:
108 quæ †inobedientia personā respicit, nō rem: & ideo argumenta Imol. & Doct. non stringunt contra Bart. dum adducūt, quòd minor alienans facit cōtra præceptū legis, l. nō solū. C. de præd. minor. Item mulier fideiubens, l. i. ff. ad Velleia. Item maritus uendens rem do talem, l. lex Iulia. ff. de fun. dot. & tamen non dicitur quòd tales contractus iuramento firmentur. Nam in istis casibus non resistit personæ, sed executioni contractus, sicut in Velleiano petitioni tantū, ut apparet ex uerbis Senatus positis in l. ij. C. ad Velleia. & declarat Bart. in d. l. cùm lex, cuius doctrina ibi est cōmuniter approbata. Et licet aliquādo legatur tales personas prohiberi à contractu, pro
109 ut in dictis iuribus, †tamē intelligit̃ illa prohibitio respectu executionis, uel actionis: quia lex ita deinde se declarat, non simpliciter seu principaliter respectu personę. Et hoc modo tolluntur omnia, quæ possent adduci in contrariū, & apparet opinio Bart. defensata, quæ iudicio meo est uera. Non recedendo tamē à cōmunibus, possunt considerari aliqui casus, in quibus saltē procederet etiā de mente
110 Doct. Primus est, †quādo lex dirigit uerba in personas, & constat quòd prohibitus in cōtemptum legis contraxit: nam tunc non potest negari, quin peccet mortaliter, & ideo iuramentū non tenet, & est de mente Imol. hic. Sed ego teneo quòd in dubio præsumat̃ contemnere: quia cùm cōtrahat aduersus legem præcise contractui resistentē, dicitur in mala fide, l. quemadmodū. C. de agric. lib. xi. Quæ præsumptio etiā in materia iuramēti attenditur. xxij. q. iiij. §. illicitū. Secundus casus est quando lex ultra prohibitionē mandaret, q̄ contractus retractaretur: clarum enim est, q̄ tunc nō retractando ex cōtumacia peccarēt. & ita tenent Raph. Fulg. Paul. & Corn. in d. auth. sacramenta pub. Ex quorū uerbis satis
111 apparet de mente Doct. esse, †q̄ ubicūq; peccatū induceret̃, iuramentū non teneret: licet Abb. allegando c. etsi Christus. hic uelit contrarium: sed illi textui responde ut s dixi. Tertius casus est, quando tale statutū esset confir
112 matum à Pontifice: †nam tunc perinde est ac si summus Pōtifex fecisset. l. i. §. omnia. C. de uet. iur. enucl. c. apostolicæ. in fin. de donat. per Alex. consil. lix. in i. & aliquid tangit Bal. hic. Et ideo nō est dubiū, quòd cōtrauenie ns dispositioni pontificali, peccat. & ita ex mēte Imol. hic inferūt aliqui moder. Quartus casus est, quādo statutū dirigit uerba prohibentia ad cōtrahentē cum minore uel muliere: ut quia dicit, nullus audeat cōtrahere cū mino-
113 re &c. nam †cùm tale præceptū nō fiat fauore minoris uel mulieris, nō potest dici quòd censeatur quoddā consiliū: unde cessat ratio Butrij, & consequenter in tali casu procedet opinio Bart. & ita tenet Imol. hic. Contrariū tenet Paul. de Cast. in d. auth. sacramenta pub. per tex. in c. debitores. s. eod. & c. significātē, de pignorib. & not. per eundem Bart. in d. l. si quis pro eo. in quarto mēbro principali, ubi quando contractus prohibetur in odium creditoris, †iuramentū seruandū est. Sed respon 114
de, quòd ille casus est ualde differēs à nostro. Nam hic prohibitio est mutua, licet uerba dirigant̃ in personā creditoris: in illo solus creditor prohibet̃, nō debitor. Item in nostro casu prohibitio est in personā: quia lex resistit personæ, ne cōtrahat: nō enim in illo casu uerba prohibitionis erant, Mutuū date, nihil inde sperantes: in quo casu quis peccat nō simpliciter, quia cōtraueniat legi: sed ex natura actus, quæ est, ut sit prohibitus ex parte mutuantis tantū. Quintus casus est, quādo ultra prohibitionem statutū mouetur ex aliqua æquitate naturali, & rationabili causa: †tunc 115
enim sine dubio contrauenie ns peccaret: unde iuramentū nō esset seruandum, ita dicit se saluare Bar. And. Sicul. cōsil. xxi. in ij. col. in i. uol. quæ saluatio in effectu generaliter sustinet Bart. quia est causa ualde rationabilis, q̄ mulieres & minores non illaqueentur iuramentis: & multi sunt damnati propter illam auth. sacramenta. ut dicūt ibi Cynus & Bald.

Successiuè dubitat Abbas, an in isto casu principali, iuramentū firmet contractū: & refert opinionē, & tandem concludit cum Bartolo in d. l. si quis pro eo. quòd sic. Primò per tex. in c. quamuis. de pact. in vi. ubi probatur †quòd pactum seruandum est: & sic non sim 116
pliciter de iuramento dicitur. Secundo per auth. sacramenta. in uerbo, inuiolabiliter. & quia iuramentū extraiudiciale de iure ciuili nō producit actionē, d. l. si quis pro eo. unde cùm ibi oriatur actio, sequit̃ q̄ oriatur ex contractu: ergo cōtractus tenet. Tertio, quia iura dicūt iuramentū esse seruandum, ut in isto tex. sed nisi cōtractus teneret, posset solutū repeti. c. debitores. s. eod. & sic in effectu nō seruaret̃: alioqui uana esset dispositio istius tex. & uideretur lex imposita uerbis magis quàm rebus, contra l. ij. C. cōm. de lega. Et cum ista opin. transeunt Card. Abbas, Imol. Anchar. hic, & Feder. consil. cclxxij. & est cōmunis conclusio etiam apud Legistas, in d. authen. sacramenta pub. Contrariam opin. tenent Raph. Com. in d. l. si quis pro eo. Io. Fab. Instit. quib. alien. non licet. in prin. Porcus in §. extranei. Instit. de hęred. quę ab intest. defer. Ioan. de Ligna. & Butr. hic, Iason in d. auth. sacramēta. Et pro eis uidetur hoc fundamentum urgere. Nam clarū est, †quòd si iuramen 117
tum non interueniat, contractus est ipso iure nullus: sed quando interuenit simpliciter, iura dicunt iuramentum esse seruandum: & sic solùm disponunt de iuramento, nō autem de contractu, ut apparet in isto tex. & in d. authent. sacramenta. Secundo, †cùm nō reperiatur præcise confirmare contractus, debemus stare iuri antiquo: & hoc tenendo facilè 118

essét respondere contrarijs rationib. Non
obstat d.c.quamuis.quia dum dicitur esse ser
119 uandum, debemus facere†relationem ad iu-
ramentum, non autem ad pactum, ut relatio
fiat ad proximiora, secūdum not.in l.stidem.
ff.de iurisd.om.iud.In fine tamē, quia sequēs
ratio dicti textus subdit, cùm nō uergat in di-
spendium: hoc suadet argumentū cap.& tex.
subsequentis, quæ declarant præcedentia. l.
si seruus plurium.de leg.i. Nec obst.d.au-
then.sacramenta.in uerb.inuiolabiliter.quia
solùm loquitur de seruando iuramēto.Et ra-
tio Abb.non concludit, dum dicit iure ciuili
non oriri actionem ex iuramento: quia istud
non uidetur procedere de iure ciuili nouissi-
mè facto ab ipso Federico, de quo in d.auth.
& Aret.in iiij.notab.Item cùm contractus li-
cet nullus, inducat consensum, l.fin. ff.de re-
bus eor.& iuramentum illi accedens inducat
120 alium consensum, non est inconueniens†ex
tali geminato consensu oriri actionem, pro-
ut ā diximus in gl. Et dum Doct.dicūt, ex iu-
ramento extraiudiciali nō oriri actionem, lo
quuntur quādo quis diceret, iuro me tibi da-
turum centum: ut per Bart.in d.l.si quis pro
co. Secus si quis promitteret, & promissioni
adderet iuramentū. Non obst.ꝙ hoc modo
iuramentū nō seruaretur, & lex imposita uer
bis esset: quia ista obiectio tollitur per text.in
d.c.debitores.& d.c.significante.& satis est si
iuramentū seruetur rationibus sic stantibus:
secus si superueniat absolutio: non enim tra-
hitur ad casum superuenientē. c.quemadmo
dum.ā eod.l.fi.ff.qui satisd.cog. Et sic dispu-
tando, hæc opinio posset optimè defendi. Et
si dicas, quæ utilitas est istius quæstionis? Re
spondeo quòd ex hac resultant plures effe-
121 ctus. Primus est,†quia ubi mulier obseruaue
rit contractum, & sic adimpleuerit iuramen-
tum, poterit repetere fundum ab emptore,
apud quem fundus esset sine ualida causa: q̄d
facere non posset, si contractus firmaret̄. Sed
iste effectus, licet Doct.nō aduertant, est im-
possibilis in terminis istorum iurium, in qui-
bus quis iurat nō cōtrauenire: quod quidem
iuramentū cùm respiciat futurum, nūquam
habet implementum: unde si ageret, semper
posset sibi opponi de periurio. quod non est
122 in casu d.c.debitores. in quo†iuramentū per
solutionē statim adimpletur, ut declarat Bar.
in d.l.si quis pro co. Secundus effectus est
probabilior: nam si contractus nō confirme-
tur, poterit hæres mulieris cōtrauenire, cùm
iuramentū sit personale.c.ueritatis.ā.eod.Et
idem in cessionario qui fit ex causa onerosa.
l.apud Celsum.§.si cùm legitima. ff. de exce-
pōo.doli. Sed Ant.& Abb. in utroq; tenent
123 oppositū in hæredem: quia†tenetur hæres ad
exonerationē conscientiæ defuncti, c.fi.de se
pul.c.in literis.de rapt.in cessionario: quia ex
iuramento surgit obligatio, licet nō respectu
periurij, tamē respectu obseruantiæ, quę de-
bet tenere quęcunq; habentē causam ab ipso
iurāte, arg.l.q̄d ipsis.ff.de reg.iu. Sed tu ad-
uerte, quia istæ ratiōes Ant. nō uident̄ ueræ:
quia licet hæres teneat̄ releuare cōscientiam
defuncti, tamē istud nō potest intelligi ratiōe
iuramenti, quod est personale, sed solū tene-
bitur ad restitutionē precij accepti ab empto
re, iuxta tex. in l.si prædium. & quod ibi not.
Bald.C.de præd.mino. ne locupletetur cum
aliena iactura, & sic releuabit animam defun
cti: aliàs attenta ista ratione, semper iuramen
tum obligaret hæredem, quod est cōtra not.
in d.c.ueritatis. Quo uerò ad cessionariū, di-
ctum Butr.etiam non uidetur uerum, & con
funditur secundum Imol. per regulam d.l.i.
§.si hæres.ad Trebell.†obligationes enim per 124
sonales non sequuntur successorem particu
larem. & probatur in d. l.apud Celsum. §. de
autoris.ubi exceptio competens contra prin
cipalem, regulariter nō competit contra ces-
sionarium ex causa onerosa, nisi sit cohæres
actioni. Sed ista, si ex iuramēto ponamus nō
firmari contractum, cohæret personæ, ergo
debet posse opponi.fa.l.emptorem.C.locati.
Tertius effectus est, quia poterit ipsamet
mulier quę consensit, petere absolutionē à iu
ramento.arg.c.i ā.eod. & ita firmauerūt mul
ti Doct.quos infrà referam. Sed in hoc cōtra
rium tenent Ant.& Abb.†quia tunc concedi 125
tur absolutio, quando in odiū creditoris con-
tractus nō tenet, ut quia creditor peccauit pa
ciscendo de recipiēdis usuris. Sed in casu no-
stro non uidet̄ quòd emptor peccauerit. Sed
cōtra hoc obstat quod not. Bar.in d.l.si quis.
& in d.l.Seius, ubi potest filiusfamil.qui mu
tuum accepit cum iuramento, absolutionem
petere, & tamen†creditor non dicitur pecca- 126
re, ex quo in illo casu lex nō resistit personæ,
sed petitioni tantū.l.i. ff.ad Maced. per Bart.
in l.cùm lex.ff.de fideiuss. Aliquid forsan di-
cemus in sequenti membro. Sed dubiū est:
dato quòd iuramentum in casu nostro firma
ret contractū, an si mulier ex causa legitima
impetraret absolutionē, cōtractus remaneat
ualidus? Et Ang.in d.consil.clx.quem refert
hic Abb. dicit quòd sic. Pro quo facit ratio:
quia cùm contractus habuerit suam firmita-
tem, licet cesset ex post facto eum cōfirmās,
nō tamen debet corruere, regula l.factum le-
gitimè.in vi.& quod not.Bar.in l.ex facto.ff.
de uulg.& pupill.& per istam rationē idem
etiam tenet Abb.in c.i.in pen.col.ā.eo. Con
trarium tenet Cald.& Butr.in c.debitores.ā.
eod. & Paul.de Leaz.in quodam consilio al-
legato hic per Abb, ubi dicunt†requiri citatio 127
nem partis, quando petitur huiusmodi abso-
lutio, ex quo per eam læditur pars, quia con-
tractus remanet rescissus. Et idem etiā tenet
Feli.in d.c.i.& in effectu uidet̄ residere Abb.
hic: quia inutilis esset huiusmodi absolutio, si
contractus remaneret ualidus & irreuocabi-
lis, quod est contra c.si uerò.ā.eod. Potes di
stinguere: aut enim loquimur de absolutio-
ne quæ inducit solam habilitatem agendi, &
per eam contractus non rescinditur, & ideo
pars non esset citanda, secundum Oldr.con-
sil.cxx.

fil.cxx.incip.ad duplicē. Ancha.consil.xviij.
in quæstione quæ uertitur.& est communis
opinio in d.c.i.& ita intelligitur prima opi-
nio. Aut loquimur de plenaria absolutione,
& tunc procedit alia opinio, quæ uidetur ma-
128 gis communis. Non†enim debet iudex hanc
absolutionē concedere, nisi sibi constet con
tractum non esse seruandum: aliàs esset in po
testate iudicis ecclesiastici, tollere obligatio-
nem temporalē semel alicui acquisitā, quod
est incōueniens, ut etiam dicit Corn. in d.au-
then. sacramenta. in antepenul.char. Nec
obst. quod not. Paul. cons. cclix. circa primū,
129 in secundo uol. ubi† illa prior relaxatio iura-
menti ad effectum & finem agendi, intelligi-
tur etiā ad finē perficiendi, ita, quòd ubi pro-
batum erit, non esse necessariam aliam abso-
lutionem, arg. c. per tuas. ∫ de sent. excōm. &
l. ij. §. si sub conditione. ff. de bon. poss. secun-
dum tab. & sic in effectu habilitatio operatur
resolutionē contractus. Sed responde, quòd
illud non est in uim absolutionis simpliciter,
sed propter uim causæ rescindentis, quæ co-
130 ram iudice probata fuerit: †ubi enim contra-
ctus firmatur iuramento, non est opus abso-
lutione, prout declarat Paulus in dicto loco;
quamuis etiam dici possit, quòd imò requiri
tur alia absolutio, ut uoluit Bald. in l. hæc scri
ptura. ff. de cond. & demonst. & alij relati per
Felin. in d.c. debitores, in penult. col. Quar
tus & ultimus effectus refertur hîc per Imol.
col. ix. nam si fundus dotalis peruenisset ad
extraneum non habentem causam ab empto
re, si contractus non esset iuramento firma-
131 tus, posset mulier† ab eo uēdicare: nec obstat
sibi exceptio iuramenti, ex quo respectu ter-
tij nihil iurauit. & ita tenuit Ioan. Fab. Instit.
quib. alien. licet uel non. in prin. arg. l. si quis
emptionis. C. de præscript. xxx. ann. & l. loci
corpus. §. competit. ff. si serui. uend. & quod
habet in l. ait prætor. §. fin. cum l. seq. ff. eo. &
per Bar. in l. ij. ff. de except. rei iud. His sic
declaratis, ne de istis effectibus frustra dispu
tatum esse uideatur, sciendum est, quòd for-
tè, quicquid dixerit Abb. illa opinio quòd cō
tractus confirmetur, in practica ita de facili
non obtineret: quia ultra autoritates suprà re
latas in contrarium, reperio quòd idem tenet
Vincen. antiquus Doct. cum quo uidet transi
re Ioan. Andr. hîc, & per Anchar. in repet.
c. canonū statuta. in xi. char. ubi firmat, quòd
imò à tali iuramento omnino erit conceden-
da plena absolutio. Quod non procederet, si
iuramentum firmaret contractum. & istud
est magis de mente Fed. de Senis in d. consil.
cclxxij. & eandem sententiam firmauit Paul.
de Leaz. in d.c. licet. eod. tit. in sexto, quem re
ferunt Archidiac. & Domin. qui licet ambi-
guè loquātur, uidentur tamen in effectu sen
tire pro hac parte. Nec autoritates Doct. in
d.c. quamuis. obstant: quia ibi actus non e-
rat prohibitus, neq; in consequentiam fauo
re publico, prout in casu nostro: quòd enim
132 †mulier sit indotata, in consequentiā est dam
num publicum. d. l. i. ff. solut. matrim. Sed
cùm pro re modica renuncietur magnæ hæ-
reditati, nihil interest reipublicæ, cùm omni-
no illa hæreditas remaneat in subditis. l. sed si
lege. §. consuluit. ff. de petit. hæred. per quem
textum declaratur text. in §. fin. ubi gl. in uer-
bo, utatur. Instit. de his qui sunt sui uel alie.
iur. Sed dato quòd dicta opinio esset commu
nis, aduertendæ sunt aliquæ limitationes, in
quibus clarū est in terminis nostris, quòd iu-
ramentum non firmat contractum.

Primò non procedit, quando ultra proba
tionem legis subesset etiam aliud impedimen
tum: ut quia† mulier consentiens alienationi 133
fundi dotalis, esset minor: nam tunc uidetur
quòd contractus non teneret, propter con-
cursum utriusq; impedimēti, per id quod uo
luit Bart. in d. authen. sacramenta. col. ij. & in
l. ij. col. ij. C. de rescind. uend. & quod in simi
li notat Bald. in c. i. §. item sacramenta. uers.
sed pone adultis. de pace iura. firm. & quæ-
dam suprà tetigi: & in l. i. §. si quis ita. de uerb.
oblig. Et facit, quia una dispositio, cōfirman-
do alteram, non debet intelligi quando inter
ueniret duplex defectus, ut per Bald. in l. i.
col. penult. C. de furtis. ubi clausula, Non ob
stante, non iuuat quando obstant plures de-
fectus. Item iste text. uenit ad correctionem
iuris communis, unde consequenter debet
intelligi in terminis, in quibus ius ciuile lo-
quebatur, ut per Bart. in l. nihil. ff. de coniun
gen. cum emancip. liber. Ius autē ciuile pro-
hibebat maiores, quia alia ratione minores
erāt prohibiti. l. i. ff. de rebus eorum. Possent
tamen uerba iuramenti esse tam generalia,
ut fortè aliud esset dicendū, per id quod not.
Ioan. And. in d.c. quamuis. & Paul. de Cast.
in repet. d. authen. sacramenta. Dicemus ali-
quid infrà, post Abbatem. Secundo limita-
tur per Butr. hîc, quando ex parte emptoris
uersaretur turpitudo, quia sciret uendentem
uerisimiliter dissipaturū precium. arg. d.c. de
bitores. sequitur Imol. hîc, & est etiā de men-
te Abb. hîc, uers. nonus casus. Et ideo si quis
emeret ab adolescente luxurioso uel prodi-
go, quamuis interueniret iuramentum, non
tamen† firmaretur contractus: quia lex odio 134
prosequitur eos, qui à talibus emunt. l. si quis
cùm sciret. ff. pro emptore. l. si uerò nō remu-
nerandi. §. adolescens. ff. manda. l. ij. ff. quarū
rerū actio non da. & hoc etiam sequit Corn.
in d. authen. sacramēta. in xij. quæst. Et idem
inferunt Doct. in eo, qui dat pecuniam præ-
parato uel corrupto in ludo notoriè. Et licet
Imol. hîc pangat in cōtrarium, ut non proce-
dant nisi in casibus in quibus cōtrahens cum
similibus personis, ipso iure nulliter contra-
hat, de quibus in d. l. si quis cum, tamen Ant.
& Abb. generaliter loquuntur, &, ut puto,
melius: quia satis est quòd lex cōtrahentem
odio prosequatur: &, †quæ singula non pro- 135
sunt, multa iuuant. l. spadonem. §. qui iura. ff.
de excus. tut. Tertio limitat, quando prius
factus esset contractus, & deinde ex interual

lo iuramentũ interuenisset. Nam cùm cõtra-
ctus sit ipso iure nullus, si deinde iuramentũ
136 interueniat, nõ cõfirmat: quia † quod nullum
est, confirmari nõ potest. l. quod innoxio. ff.
de reg. iur. & in terminis tenuit Paul. de Cast.
in d. auth. sacramenta. Contrarium uoluit ibi
Corn. in pen. char. & est de mente Abb. con
sil. lxxij. in ij. col. in i. Et mouetur Corn. quia
illa auth. procedit etiã quando iuramentũ in-
teruenit ante uel post cõtractum, ut dicit ibi
gl. & hoc in uerbo, super. & tamen cõmunis
conclusio est ibi, quòd confirmetur contra-
ctus. Nec uidetur isto modo distinguẽdum,
ne idem uerbum diuersimodè determinet. l.
iam hoc iure. ff. de uulg. & pupill. Confirmo
137 hanc opin. quia † ubi causa confirmans super
uenit, etiam actus qui aliàs erat nullus, cõfir-
matur. l. qui fundũ. ff. de seruit. rust. præd. &
ibi Bart. Bal. & Ang. facit l. si rem alienam. §.
fin. ff. de pig. act. l. fi. C. si maior fact. & q̃d no-
tat Din. in regula, non firmatur. de reg. iuris.
in vi. Et facit, quia iuramentũ uidetur induce
re nouum consensum: unde debet esse effica
cior ista geminatio, dato quòd ex interuallo
interueniat, ut in simili in l. ad peremptoriũ.
ff. de iudi. & quæ notant Aret. & Alex. in l. i.
in prin. ff. de uerb. obl. Et ita resideo, licet opi
nio Pauli possit disputatiuè sustineri. Quar
to limitatur, quando staret statutũ, quòd an-
nullaret contractũ & iuramentũ interpositũ:
nam licet dubium sit an statuentes potuerint
hoc facere, ut j uidebimus, tamen non est du-
bium quin possint facere ut contractus non
138 confirmetur, ex † quo ualiditas contractus nõ
est à iure diuino, sed gentiũ uel ciuili. l. iuris
gentium. ff. de pact. super quo statuentes ha-
bent plenam potestatẽ. & ita intelligo quod
not. Fede. de Senis d. consil. cclxxij. quem re
fert & sequitur Anch. in repet. c. canonum.
in xi. char. de constit. Et licet opinionem eius
antè uariauerit, tandem approbat Imol. hîc,
col. xlviij. uers. sed illud potissimè. & etiam il-
lud uidetur uoluisse Iacob. de Belui. in dispu
tat. incipien. lege Perusina. allegata hîc per o-
mnes scribentes. Et si intelligatur hęc opinio
in istis terminis, est uerissima, per istud dictũ
fundamentũ. Nec obstat quòd Butr. & Ab
bas non approbant hic dictum Fed. quia lo-
quuntur quo ad hunc tex. & de authen. sacra
menta. quę nimis difficile euacuarent, si pos-
set concedi absolutio, & consequenter non
139 cõfirmaretur. Sed stante † statuto annullante
etiam iuramentũ, satis apparet de mente sta-
tuentis esse, ut contractus per illud non con-
firmetur: & statuentes potuerunt hoc facere,
quicquid tenuerit Alex. consil. lix. in i. uol.
ubi uidetur consulere contra Fed. ex quo in
casu suo recipiens iuramentũ, nesciebat se re
cipere contra dispositionẽ statuti: ut quia cõ-
trahens nesciebat eum cum quo cõtrahebat
esse minorem: nam etiam in isto casu non pu
to opin. Alexandri esse ueram: ergo sibi im-
putet, qui diligenter non perquisiuit de con-
ditione eius, cum quo cõtrahebat. l. qui cum
odio. ff. de reg. iur. Et dato quòd † tempore cõ 140
tractus nesciret, tamen lex est semper certa,
& ipsa est quę annullat. l. cùm quidam. §. ij. &
§. fin. ff. de acqui. hæred. & habetur per Soci.
& moder. in rub. ff. de reb. dub. Et istam limi-
tationem approbat Paul. de Cast. in repet. d.
auth. sacramenta. & dicit ibi Corn. in penult.
char. uers. fallit tertio. quòd secundum hanc
declarationem possunt saluari opiniones te-
nentium, quòd statutum habeat uim aposto-
lici: & licet ipse arguat in contrariũ, magis ta-
men inclinat in hãc partem, quæ est securior.
pro iudice in syndicatu, prout ipse dicit. & sa-
tis hoc uult Io. de Imol. dum dicit in isto casu
non esse aliquo modo prouisum in foro ciui-
li. Nec tex. in d. c. licet. aliquid obstat: quia in
illo casu iuramentũ firmabat contractum, un
de ratione contractus firmati poterat in foro
ciuili agi: quod non est in casu nostro. & facit
quod dicam in sequenti articulo. Cõsequen
ter ergo infertur, quòd † statutum possit irri- 141
tare iuramentũ: uerbi gratia, statutum requi-
rit in aliquo contractu certam solennitatẽ, &
sine ea uult quòd actus sit nullus, etiam si iu-
ratus esset. Et de iure ciuili casus nõ habet dif
ficultatem, quia secundũ illud ius lex habet
uim apostolici, ut dicit gl. per illum text. in l.
adigere. in fi. ff. de iure patr. & habetur in l. fi.
ff. qui satisd. cog. & sequutus est Bal. in uarijs
locis relatis per moder. in d. l. fi. Sed dubiũ
est de iure canonico, quod ius in hac materia
attenditur. Et difficultatem facit, quia de hoc
iure potest pars remittere iuramentũ. c. i. ā.
eo. ergo etiam statutũ: † quia quicquid potest 142
fieri per pactũ, potest etiam fieri per statutũ.
l. fin. in fin. ubi Bald. C. de fideiuss. gl. in rub.
C. de decre. decur. lib. x. Sed tamen in contra
rium est cõmunis opin. quia iuramentũ red-
ditur Deo. c. debitores. ā. eo. & statutũ nõ po
test auferre obligationẽ Deo quęsitam. † Item 143
quia iuramentũ est quid spirituale, unde nõ
spectat ad iurisdictionẽ laicorũ aliquid de eo
disponere, ut per Io. And. in c. tua nobis. i. de
decim. & probatur in isto tex. Non obstat
prædicta ratio, quia in rebus spiritualib. non
procedit gl. in d. rub. in iuramẽto enim atten
ditur ueritas, non autẽ dispositio legis. † Item 144
quoties aliquid introducitur fauore alicuius,
plus potest eius remissio, quàm statutũ. Istud
probatur quatuor similibus. Primò, † statu- 145
tum non potest generaliter prohibere appel
lationem, & si prohibeat, est inualidum. c. ue
nientes. ā. eod. & tamen pars potest renuncia
re appellationi per pactũ, & generaliter quo
ad se tenet. l. i. §. i. ff. a quib. appel. nõ licet. l. fi.
§. fi. C. de temp. appel. Secundo, † lex nõ po 146
test statuere ut credatur dicto unius in præ-
iudiciũ alterius. c. indicas. iij. q. ix. per Abb. et
moder. in c. nuper. ā. de testi. & tamẽ ualet pa-
ctum quòd credatur dicto unius in præiudi-
cium alterius. l. Theopompus. ā. de dot. præ-
leg. & latè per moder. in l. i. §. fi. ubi dixi. ff. de
uerb. obli. † Tertio nõ potest remitti per sta 147
tutum, iuramentũ in teste, quia est de iure di-
uino

uino, ut habetur Genes. cap. XXXV. iuncto
c. sunt quidam. xxv. q. i. & tamen per partem
potest. c. tuis.][de testi. ut hic firmat Felin. &
habetur in tract. de pot. eccles. quæst. lv. circa
fin. & ad hoc faciunt quæ dixi in l. iiij. §. Cato.
in iij. q. Bart. ff. de uerb. oblig. ubi probaui ꝙ
per pactum quo quis renunciat omnibus ex
ceptionibus, censetur etiam renunciare exce
ptioni inhabilitatis personæ: & tamen statu-
tum generale tollens omnes exceptiones, de
148 ista non intelligitur in proposito: †ergo appa
ret, quòd si pars uerè iuramentū nō remisit,
cōueniens efficitur periurus, licet statutum
remittat: unde tanquam inducens peccatū,
non debet ualere, & istam partem tenet Ant.
Abb. & Imol. hîc, Paul. de Cast. Corn. & alij
in d. authen. sacramenta pub. cum concord.
per Ias. d. l. fi. ff. qui satisd. cog. Alex. cons. lix.
in i. Recipit ista conclusio aliquam declara
tionem, de qua per Bart. in l. omnes populi.
in ij. quæst. iij. q. princip. ff. de iust. & iur. ut
non procedat quando statutum indirectè de
iuramento disponeret, ut quia non interue-
niente certa solennitate præsumeret dolum,
uel metū, uel simulationem: potest enim lex
ciuilis hoc facere. arg. l. fi.][de non nume. pec.
& cum Bar. transeunt communiter Doct. in
d. l. omnes populi. & idem tenet Flor. Butr.
Abb. & Imol hîc, & Paul. de Cast. in d. l. fin.
& ibi Ias. allegat aliquos cōcord. facit q̃d no-
tat Paul. de Cast. consil. lxi. notandum est. in
149 ij. uol. ubi dicit, †quòd ualet statutum dispo-
nens ne instrumento cōtinenti iuramentum
detur aliqua fides, nisi certa solennitas inter-
uenerit: non enim disponitur super iuramen
to, sed super instrumento contractus, licet
in consequentiam effectus iuramenti extin-
guatur, ex quo iuramento non probatur,
quod est notabile. Intelligitur tamen ista de-
claratio, quando præsumptio ista esset fun-
data in aliqua uerisimili causa, ut quia cōmu-
niter minores in eo loco decipiuntur, & sta-
tutum per præsumptionem, quæ oritur à cō-
muniter accidentibus, ita induxit, secundum
Abb. & But. hîc: alioquin per indirectum sta
tutum daret occasionem periurijs. Sed ista
dicta habent aliquas difficultates. Prima est,
aut requirimus quòd præsumptio fraudis
uel metus sit talis, quæ à iure approbata sit, ut
est ea quæ prouenit à communiter accidenti
bus, & isto casu statutū nihil operaretur, quia
etiam sine eo staretur tali præsumptioni. gl. l.
neq; natales. C. de probat. aut requirimus de
alia præsumptione quæ non transferat onus
probandi ex sui natura, sed sit leuior, sed ta-
men uerisimilis, & tunc statutum multū ope
raretur. & ita uidetur intelligendus Bart. quod
etiam apparet ex exemplo relato per Paul. de
Cast. in d. auth. sacramēta. dum posuit exem-
plū in statuto dicente, quòd ubi de facili pos-
set haberi curator, si nō esset adhibitus, quòd
cōtrahens cum minore præsumatur dolo eum
induxisse: ista enim præsumptio doli circun-
scripto statuto de iure cōmuni non esset suf-
ficiens. Puto itaq; sufficere quamcunq; con-
iecturā habentem aliquem colorem, ad hoc
ut statutū procedat. Secunda est, nunquid
si statutū specialiter & pręcise nō dicat quòd
præsumatur fraus, sed tantummodo genera-
liter annullet iuramentū, ualeat, dato quòd
ratio statuti alia nō sit, q̃ pręsumptio fraudis.
Et cōmunis conclusio est, ꝙ idē operatur ratio
nō expressa in statuto, quæ tamē sola potest
assignari, ac si expressa esset, secundum gl. in
l. quāuis. ubi Doct. C. de fideicō. & ideo uide
retur quòd statuta annullantia contractus iu
ratos cum minorib. & similib. initos, debeant
ualere, tanquā habeāt istam tacitā ratiōnem,
quòd præsumant per fraudem celebratos. Et
facit simile quod adducit hîc Abb. de contra-
hente cum eo cui bonis fuit per iudicē interdi
ctū: q̃uis enim iuramentū accedat, non tenet
cōtractus, ut est cōmunis opin. in l. is cui bo-
nis. ff. de uerb. obli. Et ratio est, quia iudex in
terdicendo administratiōē bonorū prodi-
go, uidetur ex iusta causa præsumere fraudem
cum eo cōtrahentium, ut hîc per Abb. cuius
uerba nō sunt restringēda, quādo iudex prę-
cise in interdicto fecisset mētiōnē huius prę-
sumptionis, seu assignasset similē rationē, &
sic posset saluari opinio Bald. Salic. Raph. in
d. auth. sacramēta. quā etiā sequitur Flor. hîc, &
Anch. in repet. d. c. canonū. & in alijs locis,
quos referūt hîc Doct. & etiā moder. in d. l. fi.
Sed tamē ista saluatio nō est de mēte cōmuni
scribentiū: unde dic, †ꝙ quando statuta de di- 150
recto tollūt iuramentū, nihil præsumendum
est pro statuētibus, ex quo uerba de directo
ostendūt ꝙ uoluerūt constituere super eo, in
quo nō habēt facultatē. Sed qñ per indirectū
loquuntur, inducendo præsumptionē fraudis
uel metus, si cōiectura sit uerisimilis, pro sta-
tuentib. præsumendū est, & statutū tenebit.
Et per hoc tollitur argumentū quorundā tenē-
tium cōtra Bart. quia si statuentes directè nō
possunt de iuramēto disponere, neq; per indi
rectū deberent posse. c. quāto. de priuil. Nam
respondeo, †ꝙ cùm præsumptio sit ꝙ statuen
tes fuerint uiri probi & honesti, pręsumitur eos
in casu licito cōstituisse, dato ꝙ directè nō po
tuissent. c. nisi essent. ubi Abb. not.][de præb.
Et ideo infero ad statutū disponēs auth. sacra
mēta pub. nō uendicare sibi locū quò minus
si minor sit læsus, restituatur in integrū, ꝙ istud
statutū de iure ualeat, cùm de directo nō tol-
lat iuramentū. Sed limitate, ut uidelicet non
habeat locū quantū sit respectu restitutionis
in integrū: & est fundatū uerisimili ratione,
quia nō est credendū ꝙ iste pubes cōtrahens
cogitauerit ꝙ beneficiū restitutiōnis sibi cō-
peteret, nō debet ergo intelligi illi beneficio
renunciatū. l. fi. in prin. ad municip. & sic per
tale statutū uidetur approbata opinio Dyni in
quodā consil. quam etiā sequitur Ant. de Butr.
cum multis alijs concord. quos referunt mo
der. in d. auth. sacramēta. Et licet cōtra Dyn.
uideatur magis cōmunis opinio, tamen stante
tali statuto indubitāter esset seruanda. Ter
tia difficultas est, quia Anto. & Abb. hîc uo-
lūt, ꝙ ad hoc ut statutū præsumēs dolū in iu-

ramento ualeat, necessaria sit aliqua probabi
lis cōiectura, ut quia in eo loco solerēt mino-
res cōmuniter decipi; an ei qui dicet iuramen
tũ nullũ, incũbet onus probãdi istã cõsuetu-
dinē ꝙ minores deciperenť: Et uideť ꝙ sic,
quia fundamentũ intētionis istius est statutũ,
152 quod nō tenet nisi illa qualitas sit uera: †ergo
fundãti se ex statuto, incũbet onus probãdi,
ut habeť in c. i. de homic. in vi. per Matheſ. in
sing. xix. Felin. in c. i. in pen. col. ꝫ de re iud. &
istud in terminis tenet Abb. cōs. lxxi. in pen.
col. in i. ubi cùm disponere circa iuramētum
nō sit in mera facultate statuentiũ, nō crediť
uerbis eorũ enũciatiuis, sed debet probari ex
153 trinsecus causa statuti. † Sed mihi uideť durũ,
ꝙ cuilibet iuuãti se ex hoc statuto, incũbat o-
nus probãndi: unde potius putarē cõtrariũ,
ex quo etiam lex canonica debet præsumere
pro statuētib. arg. d. c. nisi essent. ubi casus est
cõtra Abb. si benè consideret: unde eius di-
ctũ potest procedere in casu suo, in quo sta-
tuentes dixerũt, ꝙ in tali cõtractu fingať do-
lus: cum em̃ fictio sit in his quæ sunt cõtra ue
ritatē, ex eo uerbo apparuit ꝙ uoluerũt dispo
nere in casu illicito, unde tunc pro eis nō est
præsumendum. Quarta difficultas est, da-
to ꝙ statutũ præsumat fraudem ex legitima
causa, & cõsequēter annullet iuramentũ, ꝗd
si constet in eo cõtractu nullã fraudē interue
154 nisse: Et Abb. dicit, † ꝙ si constet per cõfessio-
nem partis legitimè factã non esse fraudē, ꝙ
tũc iuramentũ seruabiť: q̃uis enim statutum
præsumat fraudē, & sit talis pręsumptio iuris
& de iure, tamē admittit probationē in cõtra
riũ, per cõfessionē, ut per Innoc. in c. pleriq;
ꝫ de immu. eccles. Idē posset dici quãdo noto-
riè cõstaret de nulla fraude, ut habeť in simili
per Innoc. & Abb. in c. fraternitatis, de frigi.
& malef. Sed dubiũ cõsistit, an idē sit quando
aliter posset probari nō subesse fraudem. Et
Abb. sentit ꝙ tunc in foro cõtentioso, & sic ci
uili, esset seruandũ statutũ, & attendereť talis
præsumptio. Credo tamē ꝙ posset consuli ei
qui recepit iuramentũ, per uiam denũciatio-
nis euãgelicæ, si posset probare nullã fraudē
interuenisse, & iurantem habere ex hoc con
scientiã læsam, secundũ not. per Bar. in extra
uag. ad reprimendũ. in uerbo, ad denũciatio-
nem, & dixi post alios in c. nouit. ꝫ de iudi.

Quinta difficultas est, quid si statutũ nihil
dicat de iuramēto, sed simpliciter dicat, quòd
cõtractus factus sine tali solēnitate, pręsumať
per dolũ factus, & sit nullus: an si iuramentũ
accedat, cõtractus ualebit: Et aliqui moderni
hìc tenēt quòd ualebit: quia q̃uis contractus
per dolũ factus nō confirmeť iuramēto, ut in
hoc tex. tamē istud debet intelligi in dolo ue-
ro, nō aũt in dolo præsumpto, prout in termi
nis istius quæstionis: quia in materia iuramē
ti tanq̃ spirituali nō attēdimus istas præsum-
ptiones legũ uel statutorũ, secundũ Io. And.
in c. is qui fidē, de spons. Sed si ista ratio esset
uera, confundereť tota hæc prima declaratio
posita per Bart. in d. l. omnes populi. quæ est
155 cõmuniter approbata. Vnde respõde, † quòd
imò in foro tam canonico q̃ ciuili, debet attē
di ista præsumptio legis, quãdo est uerisimi-
lis, ut ꝫ declarauimus: quia præsumptio legis
habeť pro ueritate. l. fin. ff. de prob. Est bene
uerũ quòd per denũciationē euangelicã pos
set succurri huic qui recepit iuramentũ, & de
beret recipiēs probare ꝙ non subesset fraus,
aliàs nō obtineret, ex quo reus qui sequiť pre
sumptionē legis, nō uideť habere cõscientiã
læsam, nisi aliter probeť, per supradicta, & di
xi in c. nouit. ꝫ de iudi. & ita declarať ꝗd not.
Io. And. in d. c. is qui fidē. Sed fortius, quòd
imò cõtractus ualeat, facit, quia cùm statutũ
nō loquať de iuramēto, nō uideť quòd debe-
at intelligi in tali casu. arg. gl. d. auth. sacramē
ta pub. † ubi dispositio legis generaliter prohi 156
bens minores sine certa solennitate alienare,
de qua in l. i. ff. de reb. co. nō habet locũ in alie
natione iurata. Et ideo dicit hic Io. de Imola,
quòd si statutũ generaliter aliqd probibeat,
nō traheť ad casum iuratũ, † quia statutũ gene 157
rale debet declarari secundũ ius cõmune. l. si
serui. C. de noxal. & idē tenet Alex. in uarijs
consilijs, & maximè in cons. cxxv. in pen. col.
in i. ubi adducit rationē: quia cùm de iure cõ-
muni fortior sit actus iuratus q̃ nō iuratus,
ut probať in hoc tex. & in l. cum patrē. §. filius
matrē. ff. de leg. ij. lex simpliciter prohibēs a-
ctũ, nō debet intelligi de iurato. adducit etiã
gl. in c. cum nō deceat. de elect. in vi. quæ pro
bať per text. in c. cõstitutus. de rescript. & idē
etiã tenet cons. xxxviij. in iij. Sed tamē aduer-
tēdũ est ad hoc fundamentũ, ꝗd nō est uerũ,
neq; communiter approbatũ in terminis no-
stris. Nam in primis Iacob. de Beluis. in d. q.
& Io. And. in d. addit. ad Spec. tit. de sent. §. ut
aũt. nō considerãt quòd statutũ præcise fece-
rit mentionē de iuramēto, sed loquunť in ca-
su quo statutũ generaliter prohibebat. Idem
etiã uoluit Bal. hìc in iij. col. ubi ponit exem-
plũ, quãdo statutũ diceret, ne fragilitate na-
turæ mulieres decipianť, mandamus ne con-
tractus eorũ ualeãt sine consilio propinquo-
rum: q̃uis enim iuramentũ intercedat, nō ua
lebit: ꝗd intellige, quãdo statutũ ultra proce-
dit præsumēdo fraudē, aliter dictũ Bal. non
procederet, per tex. in d. auth. sacramēta. ubi
pubes contrahēs sine curatore nihilominus
obligať: & tãgit Feli. in c. ij. de maior. & obed.
Sed ex hoc exēplo satis apparet, quòd Bald.
nō considerauit quòd fieret expressa mentio
iuramēti: ꝗd apparet etiã ex quibusdã alijs ex
emplis, ad hãc declarationē per eum relatis.
Idē etiã tenet Abb. hìc in sua doctri. post But.
ubi distinguit, nō habito respectu an statutũ
prohibeat iuramentũ, ut patet in uers. primo
casu. sed solũ an sit iusta causa istius præsum-
ptionis. Et idē est etiã de mēte cæterorũ scri-
bentiũ hic, maximè dum cõfutãt opi. Bar. di-
stinguētis an lex dirigat uerba in personã: cu
ius opinio, stante hoc fundamēto Alex. pro-
culdubio esset falsa, & tamē Dd. nō reprobãt
eam per id fundamentũ, imò scribentiũ ne-
mo illud facit pręter Alex. Et ratio Imol. non
facit in cõtrariũ: nam imò loquiť in casu quo
sta-

statuentes nõ prǽsumũt dolũ, sed generaliter
disponũt, & dispositio nõ teneret si intellige-
retur de iuramento. Vt ergo statutũ declaretur
secundũ ius cõmune, interpretabimur quod de
actu iurato nõ intellexerit, arg. d. l. si serui. se-
cus ergo tacitè innuit esse, quãdo de iure sta-
tutũ posset etiã de casu iurato intelligi, prout
est quãdo praesumit fraudẽ. Et ista proculdu-
bio fuit mens Imol. quae colligit ex eius argu
mẽto, facto per d. auth. sacramẽta. licet Alex.
fideliter eum nõ retulerit in d. consilio. Nõ
obstat ratio Alex. dum dicit, quod actus iuratus
tanquam fortior in dubio nõ debet intelligi pro-
hibitus; quia istud pcederet quãdo ratio pro-
hibitionis esset, quia actus esset debilis: nam
tunc cessaret in actu potentiori, sicut est in iu
rato. Sed in casu nostro ratio statuti est prae-
sumpta fraus, quae aequaliter habet locũ siue
actus sit iuratus, siue nõ. Nec obst. gl. in d. c.
cùm nõ deceat. quia respõde ut s dixi in alio
158 articulo. Pretereaquãdo ad postulationẽ par
tis aliquid cõceditur, tũc uerũ est quod nõ cense
tur derogari actui iurato. Ratio est, qa tacen-
do pars iuramentũ, dicit subrepsisse, ex quo
debet omĩa exponere quae difficiliorẽ cõces-
sionẽ faciant. c. ceterũ. c. ad aures. de rescript.
Sed ista ratio cessat in casu nostro, in quo uer
ba statuti sunt generalia: & ratio statuti etiam
uerificat quantumuis actus sit iuratus, & istud satis
probatur ex not. per Lap. & Domin. in c. i. in
penul. col. de fil. presbyt. in vi. & in c. ei cui. de
praeb. eo. tit. Et ex his dictis ad prędictã prin
cipalem regulam infert secũda declaratio, ut
quantumuis statuentes nihil dixerint de iuramẽto, si
tamẽ statutũ sit prohibitoriũ ratione bonorũ
morũ fundatorũ super colorata & ineuitabili
ratione naturali, uel sit prohibitoriũ ratione
publicae utilitatis principaliter, quod censebunt
etiã iuramentũ annullasse, & ualebit statutũ:
quia in hac parte uidet à lege canonica appro
batũ, iuxta d. c. nõ est obligatoriũ. & c. si dili-
genti. de for. comp. quod intellige quãdo illa pu
blica utilitas est probabilis & uerisimilis, pro
ut declaraui s in ij. casu principali, dum feci
mentionẽ de statutis, in quib. assignat expres
sa ratio utilitatis publicę. Idem quãdo statutũ
resisteret personę ne cõtraheret, quia iurãdo
peccat, ut s dixi post Bart. & fatet istud etiam
Ant. quãdo peccat, & ad hoc cognoscendum
remittit se ad not. in c. nam concupiscentiã. s
de cõstit. & istud etiã tenet Franc. de Curt. cõ
sil. lxvi. in v. col. Tertia sit declaratio ad prae-
dictã regulã, ut si statutũ imponat poenã reci-
piẽti iuramentũ, talis pęna sit exigibilis: quia
istud de directo nõ infringit iuramentũ, nec
per hoc quis reddit periurus, sed potius facit
quod quilibet abstineat à iuramento. & istud est
cõforme legi euãgelicae, quae mãdat ut nemo
iuret. c. etsi Christus. s. eo. Nec obst. quod not.
Io. And. in c. statutũ. de haeret. in vi. ubi dicit
nõ ualere statutũ imponẽs poenã cõtrahenti
matrimoniũ, quia de iure diuino est ut matri
159 monia sint libera. †Sed lex diuina nõ permit
tit liberè iuramentũ, imò abhorret, & mãdat
ne iuret, & ita tenet Imol. hic, col. xlviij. & se-
quit Cor. in d. auth. sacramẽta. pen. char. uers.
quarto fallit. licet contrariũ tenuerit Ant. de
But. Sed prędicta opi. mihi magis placet, nisi
quãdo statutũ imponeret poenã utenti tali in
strumẽto: nã si quis eo uteret propter contra
ctum, incideret in poenã, per s dicta: sed si ute
retur propter iuramentũ, uideret quod nõ incide
ret, quia bene hoc infringeret iuramentũ quod
semel emanauit, & praestaret ansam periurã-
di: unde tali casu secundũ Imolae opi. d. auth.
posset pcedere. Et ex hac distinctione infert,
† quod nõ ualet statutũ annullãs iuramẽtũ, & im 160
ponens poenã aduocato allegãti dictũ statutũ
nõ ualere, uel iudici secundũ dictũ statutũ nõ
iudicãti, prout est in aliquib. locis: nã istud est
dare causam periurijs. Secus si imponeret pę
nam à principio ne iuramentũ praestaret: hic
enim non subest tale periculũ, ut dixi, & etiã
aliquid tangã i in vi. declaratione. Et pro prae
dicta opin. fa. quod not. Raph. Fulg. in d. auth.
sacramenta. ubi concludit, quòd si statutũ di-
ceret, nullus contrahat cum minore, etiam si
iurauerit, & si quis cõtrafecerit, omne ius de
uoluat in fiscũ, quod ualet tale statutũ, & poena
habebit locũ: & puto quod dicat ueritatẽ, ex quo
statutũ à principio prohibet ne iuret. Secus
si postquã esset iuratũ, induceret aliquid, per
quod non obseruaret. & hãc opi. etiã tenet Bal.
hic, per text. in §. qa uerò uerisimile. in auth.
de nõ alien. ubi etiã tenet statutũ, quo impo-
nit certa grossa gabella, qua nõ soluta contra
ctus sit nullus: nam per indirectũ euacuabit
uis iuramẽti. Quarta declaratio est, quod si sta-
tutũ tollit uires obligationis quae ex iuramẽ-
to causat, in partẽ ualeat: †quia ratio cur lex 161
ciuilis nõ possit disponere super iuramento,
est, quia ex eo quaerit obligatio principaliter
Deo. c. debitores. s eo. secundũ Hosti. c. quẽ-
admodũ. s eo. & p Ant. de But. Abb. & Imol.
hic. Sed dato quod statutũ nõ possit eam tollere,
tamẽ debet posse auferre eam obligationem
quae in consequentiã quaerit parti: & istud in
telligit Ant. de But. procedere, quãdo lex in
personã prohibiti uerba dirigit: nã tunc in du
bio uidet uoluisse auferre uires iuramẽti, qua
tenus ipse uersus partẽ obliget, & ideo nõ o-
rit obligatio secũdaria quęrẽda parti. & istud
quod possit lex auferre uires iuramenti quo ad
partẽ, ultra Ant. & Abb. tenuit etiã Benedic.
Capra hic, quẽ refert & sequit Maria. Socin.
cõs. lxvi. col. pen. in i. lib. Et ex hoc sequit hic
effectus, quod in foro ciuili iste qui recepit iura-
mentũ, nõ habebit aliquã actionẽ, & exclude
tur, licet sibi possit cõsuli corã iudice ecclesia
stico, ad cuius cognitionẽ pertinet executio
promissionis factę Deo, secundũ Paul. Cast.
in repet. d. auth. & ibi Corn. in uers. tertio fal-
lit, & dicit Paul. quòd si statutũ simpliciter an
nullet cõtractũ & iuramentũ, censebit annul
lasse quo ad dictã obligationẽ quaerendã par
ti. Et secũdũ haec possunt etiã saluari opinio-
nes tenentiũ quod lex habeat uim apostolici, &
faciunt quae dixi in praecedẽti quaest. princip.

in ult.limitat.& ſic Paul.intelligit generalius
quàm faciat Ant. de But. Contra hanc opin.
tamē facit motiuū Abb.hîc, dum dixit quòd
iuſiurandū eſt de foro eccleſiaſtico,unde lai-
ci de eo nō poſsūt cognoſcere. c.tuā. de ord.
cog.c.ſi iudex laicus.ſ.de ſent.excō.in vi.igiť
nec ſtatuere.l.nulli.C.de ſent. Et ideo cōclu
dit,ꝙ ubi de ualiditate iuramēti dubiū eſt pro
babile,ꝙ ſolus iudex eccleſiaſticus debet co-
gnoſcere. In propoſito ergo uideť, ꝙ quo ad
ualiditatē obligationis ſecūdariæ quærendæ
parti,ſtatutū laicorū non ſit attendendū. Sed
ego puto quòd imò etiā laici poſsint cogno-
ſcere,per tex.in d.c.licet.ubi Paul.Pet.de An
char.& Domin.not.eo.tit.in vi.& habeť in c.
ſi.de for.comp.eo.tit.Et hoc quantū ſit reſpe
ctu obligationis quæ quæriť.Si uerò dubita-
remus an iuramenū eſſet licitū uel illicitū re-
ſpectu Dei, uel quo ad forū pœnitētiale, tūc
fateor ꝙ talis cognitio ſpectat ſolū ad eccleſia
ſticum.habeť etiā in c.cū ſit generale.ſ.de fo.
comp.Et ex hac declaratiōe inferť, ꝙ ualeret
ſtatutū mandans recipienti iuramentū à mi-
nore uel uidua, quòd illud relaxaret parti,iu
xta c.1.ſ.eod.& ualeret impoſitio pœnæ ſi id
nō faceret,per ſ dicta:nam tūc nō cōtraueni-
tur per hoc iuramento,ut dixit Fed.de Senis
d.conſil.cclxxij. Nec obſt.ſi diceret,ꝙ iſto
modo poſſent ſtatuētes reducere effectus iu-
162 ramēti ad nihilū:quia reſpōdeo,†ꝙ dummo-
do nō inducať peccatū, nō habet lex canoni-
ca de hoc ſe impedire: unde facta relaxatione
per iuſſum ſtatuti,non induciť peccatū,& ſic
debet ſtatutū ualere.Et iſto modo etiā poſsūt
ſaluari contrariæ opiniones;& ex hoc etiā in-
163 fertur,†ꝙ poteſt ſtatutū tollere pœnas indu-
ctas propter periuriū,in l.ſi quis maior.C.de
trāſact.Et ideo ſupplicās Principi,& faciens
mentionē de iuramēto,nō incideret in pœnā
illius legis,ex quo princeps poteſt eas pœnas
remittere,& ſupplicās uideť uoluiſſe cōtraue
nire modo licito,ſecundū Card.conſ.xxv.in
cauſa & quæſt.excellentiſſ.& ibi per moder.
repet.in vij.not.Bene fateor ꝙ per hoc nō ſe-
quitur quin cōtraueniens ſit periurus,ſed ta-
men nō incidet in illas pœnas: & iſtud ſeruat
practica,in qua uidemus ꝙ ex æquitate ſena-
tus principū eas pœnas plerunꝙ remittunt.
164 Quinta declaratio eſt,†ut licet ſtatuētes nō
poſsint tollere iuramentū, poſſunt tamen ali
quo modo limitare, puta differendo execu-
tionem:differens enim, per hoc non uidetur
trāſgredi,c.nō eſt.de uoto.Domin.c.ij.de re-
nunc.Et ideo ſi aliquis promiſerit tibi centū,
& iurauerit, poteſt princeps, & cōſequenter
etiā ſtatuētes, cōcedere illi dilationē, & ualet
cōceſsio dilationis, dato ꝙ nō ſit facta mētio
aliqua iuramēti,ex quo per hoc nō frangitur
ꝓmiſſio ipſa iurata. ſecus ſi tolleret.arg.eorū
quæ not.Imol.& Dom.in c.fi.§.fi.de cōſuet.
in vi.& ita in terminis tenet Feli.in c.cōſtitu-
tus.in iiij.col.de reſcrip.Sed ſi promiſerit da
re intra certū diē,tūc nō ualeret ſaluus cōdu-
ctus principis, quia iſtud nō moderareť iura
mentū,ſed induceret periuriū. & ita ſaluatur
quod dixit Alex.conſil.ccv.uiſis his quæ nar
rantur,in fi.in ij.uol.& cōſil.xxxviij.in ij.col.
in iij. Sed tamē ego in practica uidi quòd ſe-
natus cōcedit ſaluos cōductus etiā reſpectu
debitorū iuratorū; quæ conceſsio ſi expreſſe
de iuramēto dicat, tenet, ut arbitror, ratione
executionis, quia poteſt princeps ſuſpēdere
executionē ad tēpus,ſecundum l.uniuerſa.l.
quoties.C.de prec.Imp.offer.& q̄d ibi habeť
per moder. & per Guid. Papæ quæſt.cix. &
quæſt.ccccxx.& per Bal.nouel.in tract.dot.
in xij.priuileg.viij.partis,in fi.& ſic nō pote-
rit creditor hanc executionē habere, licet de-
bitor ſit periurus. Puto tamē quòd ſi epiſco-
pus uideat ſubeſſe iuſtā cauſam dilationis,de
beat etiā ipſe abſoluere & imitari factū prin-
cipis,ex quo nō tollitur iuramentū, ut ſ dixi,
ſed differť. pro quo in ſimili fa.q̄d not. Io. de
Imol.& Domi.in d.c.ꝗuis.in ult.col.& Imo
la c.quæ in eccleſiarū.ſ de cōſtit.Et ſic tollun
tur quædā caut.moder.Brix.caut.lv. Sexta
declaratio eſt,†ut poſsit ſtatutū remittere iu- 165
ramentū præſtandū, licet nō præſtitū. per l.
quæ ſub conditione.§.ſi quis ſub iuſiurandi.
ff.de cond.inſtit. Et ratio eſt, quia anteꝗ̄ præ
ſtetur,nulla obligatio eſt adhuc quęſita Deo,
nec aliquod ius ſpeciale in eſſe deductū,meri
tò lex ciuilis poteſt in tali caſu diſponere. &
facit q̄d not.Domin.de S.Gemin.in c.ꝗuis.
in pen.col.in uerſ.ſed quæritur.de pact.in vi.
ubi etiā Io.de Imol.& moder.Idem tenet Iaſ.
in d.auth.ſacramēta.in pen.col. quia facilius
tolluntur concedenda quàm cōceſſa.l.patre.
ff.de his qui ſunt ſui uel alieni iur. Septima
declaratio eſt,†ut nō procedat cōmunis con- 166
cluſio quando ſtatutū eſſet confirmatū à Ro
mano Pontifice: tunc enim haberet uim apo
ſtolici,ex quo Rom.Pontifex tollit iuramen
tum.c.uenerabilem.ſ de elect.Contra hoc ta
men facit ratio Abb.dum in iiij.col. hic dicit,
quòd nō poteſt lex canonica in fauorem pri-
uatū impedire obligationē quærendā Deo,
per c.ad apoſtolicā.de regular.& c. qui poſt
uotum.de regul.in vi.& melius in gl.in c.nō
eſt.ſ.de uoto.Feli.c.i.de conſtit. Niſi reſpon-
deas,ꝙ nō poteſt ſine cauſa:ſecus ſi ſubſit iu-
ſta cauſa, ueluti in caſu iſtorū ſtatutorū quæ
cōſuluerūt fragilitati iurantiū. Et fortè ratio
Abb.nō eſt uera,quia cōtra amplitudinē po-
teſtatis Petro & ſucceſſorib.traditæ per Chri
ſtum.Nō eſt igitur recedendū ab iſta declara
tiōe,quę tamē intelligi debet quādo Pōtifex
ex certa ſciētia tale ſtatutū approbaſſet,ſecus
ſi ſimpliciter,ſecundū Alex.conſil.lix.in i.de
quo etiā per Card.cōſ.xliiij.in fi.& dicit Bal.
hic ꝙ nō ſufficeret approbatio quæ fit inter
cætera ſecundū aliquos.Moueť Alex.per do
ctrinā Bar.in l.priuilegia.C.de ſacroſ.eccle.
ubi generalis cōfirmatio nō trahiť ad priuile
gia inualida.& q̄d not.Bal.in l.i.ff.de his qui
ſunt ſui.in l.i.C.de metr.Bery.ubi generalis
cōfirmatio priuilegiorū nō trahiť ad iniuſta
& illicita,Sed eſt aduertendū:quia ſi Pōtifex
atte-

attestet se uidisse dicta statuta, uel fecisse ea
uideri, tũc tanq̃ cõfirmatio sit facta cum cau
sæ cognitione, censebit̃ actus factus ex certa
sciẽtia, ut habet̃ in l. ex uerbis. in fi. C. de don.
int. uir. & ux. per Bal. & moder. in l. legata ge
neraliter. ff. de leg. i. Feli. in c. nõnulli. col. xx.
uers. confirmat̃. de rescrip. Nec dicuntur ista
statuta esse iniusta, imò habent magnã æqui-
tatẽ, licet nõ teneãt ex defectu potestatis, q̃a
laici nõ possunt disponere de iuramento: &
ideo cùm habeãt magnã æquitatẽ & nemini
prȩiudicẽt, uidet̃ q̃ debeat fieri fauorabilis in
terpretatio, per quã tribuit̃ facultas statuenti
bus, & cõtrahentes liberant̃ à pœna periurij:
hoc em̃ est merũ beneficiũ principis. l. fi. ff. de
mand. prin. Et sic nõ obst. q̃d not. Spec. tit.
de legato. §. nunc ostendendũ. uers. xviij. ubi
cõfirmatio beneficij facta per eũ ex plenitu-
dine potestatis, nõ cõfirmat nullitatẽ surgen
tem ex inhabilitate personæ, sequit̃ Abb. c. i.
de transac. & Aret. d. cõsil. viij. q̃a ibi uerisimi
liter Papa ignorauit illũ defectũ, q̃d nõ est in
casu nostro, per s̃ dicta. Idẽ etiã posset attenta
ri q̃n simpliciter Papa ea statuta cõfirmasset:
quia nõ apponẽdo illas clausulas, sic & perin
de &c̃. satis uidet̃ ex certa sciẽtia approbasse,
prout not. Abb. antiq. Io. And. & Ant. in c.
uenerabili. de cõfir. util. uel inutil. & probat̃
in c. quia diuersitatẽ. in prin. de cõcess. præb.
Et facit, quia nõ uidet̃ alia causa petita confir
matio, q̃ ut cõfirmarentur ea quæ fuiit inua-
lida ex defectu potestatis statuentiũ, cũ respe
ctu statutorũ ualidorũ nõ esset multũ necessa
ria talis confirmatio: unde ne uideatur super
flua, debet intelligi etiã de istis. Cõfirmatur,
quia nõ est uerisimile q̃ Papa cõfirmasset, ni
si certã eorũ notitiã habuisset, cũ in iure cõsi-
stant, & sibi fuerint exhibita: unde eorũ igno
rantia nõ est probabilis. c. i. de constit. in vi. a-
liàs posset argui imprudẽtiæ, qui id approba
ret cui⁹ notitiã nõ haberet: q̃d nõ est uerisimi
le. Si tamẽ ex uerbis cõfirmationis appareret
q̃ eorũ notitiã certã nõ haberet, esset secus: ut
si in confirmatione essent exceptuata ea quæ
reperirent̃ contra libertatẽ ecclesiasticã: cùm
enim istud uerbum, reperirent̃, sonet in futu
rum, satis ostendit quòd tempore cõfirmatio
nis Pontifex ea non uidit. & ita saluari potest
quod consuluit Aret. consil. viij. & Alex. con
167 sil. xxviij. in iiij. Octaua declaratio est, †quia
si statuentes tacitam conditionẽ in contractu
inducant, iuramentũ quod accedet illi cõtra-
ctui eandem conditionẽ habebit. l. fin. C. de
nõ num. pec. & facit d. l. fi. ff. ad municip. ubi
iuramentũ recipit interpretationem, si res in
eodem statu remanserit. l. fin. ff. qui satisd. co
gan. Et ideo si statutum concedat indistinctè
cessionẽ bonorũ debitori, ille qui iurauit ni-
hilominus utetur beneficio statuti, & iura-
mentum habebit tacitam conditionẽ, nisi bo
nis cedatur. c. Odoardus. ȷ. de solut. & ita te-
net Bald. in d. l. fin. ubi adducit multas condi-
tiones quæ à lege in iuramentis subaudiunt̃:
& ideo donãs etiã apposito iuramẽto, censet̃
apposuisse conditionẽ resolutiuam, nisi libe-
ros habuerit, secũdũ l. si unq̃. C. de reuoc. do
nat. & ita tenet Bar. in l. Titia. §. Imperator. in
ult. uerbis. de leg. ij. Aret. cõsil. xxiiij. in i. du-
bio. Nunquid autẽ d. l. si unq̃. possit renũcia
ri, ȷ dicã: & ad s̃ dicta fa. etiã q̃d not. Bal. in c.
quæ in ecclesiarũ. in vi. col. s̃. de constit. ubi si
uasallus iurat facere dño debita seruitia, intel
ligit̃, donec uelit esse uasallus, & ideo potest
renũciare feudo, & iuramentũ nihil amplius
operabitur. & fa. q̃d not. Cald. in consil. i. tit.
de iureiur. Ias. in l. sancimus. in ij. col. C. de re
sta. & q̃d not. in l. si quis maior. C. de transact.
†& generaliter iuramentũ interpositũ super 168
contractu, recipit omnes cõditiones quas cõ
tractus. c. quemadmodũ. s̃. co. & ideo seruãs
illas cõditiones nõ dicit̃ periurus, quia uidet̃
sub ea cõditione iurasse. Dicit tamẽ Corn. q̃
ista procedũt quãdo illa cõditio est introdu-
cta in cõtractu ex uerisimili mẽte iurãtis: ali-
ter si esset ex sola dispositione legis, nõ staret̃
in foro animæ tali interpretationi, sed uerita-
ti. arg. c. significasti. i. de homici. c. à nobis. de
sent. excõ. Nona & ult. declaratio, †ut pos- 169
sit statutũ annullare iuramentũ, quãdo tendit
nõ solũ in damnũ iurantis, sed etiã aliqualiter
præiudicat tertio. arg. istius text. & ita tenuit
Bal. in l. fi. §. filijs aũt. C. de bon. quæ lib. p̃ illũ
tex. ubi nõ potest filius etiã cũ iuramẽto alie-
nare bona aduẽtitia, in quibus pater habet u-
sumfructũ, q̃a patri præiudicaret̃. & dicit ibi
Bal. q̃ filius nõ obligabit̃, ita q̃ si fiat sui iuris,
nõ tamẽ tenebit̃, ex quo lex prohibuit ne ab-
utatur substantia sua, & sic redegit eum adin
star prodigi: & cõmunis conclusio est, †quòd 170
iuramentũ nõ ligat prodigũ, ut hîc per Abb.
& habet̃ in d. l. is cui bonis. Et pro hac opinio
ne facit, †quia ubi iuramentũ alteri damnũ pa 171
rit, lex simpliciter dicit nõ tenere, sed repro-
bat, ut hîc apparet, & in d. c. q̃uis. ergo debe-
mus intelligere, quòd in totũ nõ teneat, aliàs
exceptio posita in text. nõ bene congrueret,
contra not. in l. nam quod. §. fi. de pen. leg. &
in simili idem tenet gl. in c. si quis presbyterũ.
in uerb. alienator. ȷ. de reb. eccl. nõ alie. & istã
partẽ cõsulendo secutus est Io. de Imol. con-
sil. i. in ij. col. Contrariũ tenet Io. de Imol. sibi
cõtrarius hîc: †quia cùm iuramentũ possit ser 172
uari sine interitu salutis æternæ, debet serua-
ri. Et in simili uidemus in uoto, ubi filiusfa-
mil. si uouet Deo, tenet̃ seruare, prætereq̃ si in
patris præiudiciũ uergat, ut dicit Innoc. in c.
scripturæ. ȷ. de uoto, unde ubi factus erit sui
iuris, tenebit̃ adimplere. Nec est uerũ quòd
iste redigat̃ ad instar prodigi, imò lex nõ pos-
set hoc præsumere in prȩiudiciũ iuramẽti, q̃a
nõ est uerisimile, per s̃ dicta. & ista opi. Imol.
fuit etiam Iac. de Beluis. in d. disputatione, &
Ant. de But. & Abb. hic, & uidet̃ cõmunior,
& etiã uerior, secundũ dispositionẽ iuris cõ-
munis. Sed quid, stante statuto prohibente
filiumfam. se obligare sine parabola patris, et
obligationẽ annullante, & cõcedente patri ut
possit obligationẽ cõdicere? Et uideret̃ q̃ ni-

hilominus si iuramentũ accesserit, debeat ser
uari, sicut dicimus in Macedoniano senatus-
consulto, cõtra ꝗd cõtrahens cũ iuramẽto, ta
men obligat. & licet Bar. dicat ꝙ poterit con
dicere postꝗ soluerit, tamẽ illud dictũ nõ ui-
detur uerũ, ut uidebimus in seq. casu. & pro
hac parte facit determinatio Iac. de Beluis. in
d. disput. & ꝗd in simili not. Aret. consil. xxij.
Alex. cõsil. xxix. in iij. & etiã quod not. Ant.
Abb. Imol. hîc reprobantes opin. Fed. de Se
173 nis in d. consil. cclxxij. Contrariũ puto, †quia
cùm statutũ cõcedat patri ius condicendi in-
strumenti & obligationis, sequitur ꝙ cõside-
rat tertij interesse, ex qno illi dat actionẽ. §. i.
Instit. de actio. unde iuramentũ nõ tenet, per
istũ tex. & in tali casu nõ cõsiderat solũ inter-
esse patris uiuẽtis: ꝗd apparet, quia nõ conce
deret sibi ius cõdicendi instrumenti, sed sim
pliciter suspenderet executionẽ donec pater
uiuat: sequit̃ ergo quòd consideret, qnòd for
tè filius ut satisfaciat creditori nocebit patri,
secundũ l. i. ad Maced. Item interest patris ha
bere filiũ non obnoxiũ æri alieno: cùm enim
sit in eius potestate, secundũ l. in suis. ff. de li-
ber. & posthu. & interest cuiusq;, res quas in
potestate habet, nõ esse alteri obnoxias, arg.
l. iij. §. nũc de effectu. ff. de lib. leg. Item inter-
est patris habere filiũ locupletẽ, arg. l. pen. ff.
de iur. codi. unde cùm statutũ sit fundatũ bo-
na ratione, quia prçsumit damnũ patris, uide
tur quòd iure nõ teneat, tanq; in præiudiciũ
ipsius. & ita uidi seruari in practica, & in hoc
casu in effectu iuramentũ etiã tollitur per in-
174 directũ, secundũ ſ dicta, †quia pater cõdicen
do obligationẽ seu instrumentũ, in cõseque-
tiam liberat filiũ: & quo ad patrẽ res nõ habet
difficultatẽ, sed difficultas est respectu filij,
in quo tamen magis inclino statutũ esse ser-
uandum: & licet statutũ nõ loquatur præcise
de iuramento, tamen nõ refert, ut ſ conclusi-
mus in prima declaratione, in fi. Nec obst.
quòd posit seruari sine interitu salutis æter-
nç, quia potest etiã ei cõuenire sine tali interi
tu, ex quo statutũ est fundatũ bona ratione,
quæ est sufficiens ad annullationẽ iuramẽti,
unde cõtraueniens nõ peccat. Tutius tamen
putarẽ esse, isto casu petere absolutionẽ, quæ
erit cõcedenda, per ſ dicta, dum saluaui Fed.
de Senis. Ex hac declaratione etiã infertur
175 ad donationẽ, †nunquid posit reuocari per
superuenientiã filioꝝ, secundũ l. si unquam.
C. de reuoc. don. dato quòd illi legi sit renun
ciatũ cum iuramento. In quo articulo Oldra.
consil. clxxiij. qnidam. Io. And. in addit. Spe-
cul. tit. de instr. edit. §. porrò. uers. hoc autẽ. te
nuerũt quòd sic, ista ratione, quia dispositio
d. l. si unquã. est fundata etiam fauore filiorũ,
unde iuramentũ patris nõ debet illis nocere,
arg. l. pen. C. nt in poss. leg. l. quod de bonis.
§. fin. ff. ad l. falcid. & ita tenuit Alber. de Ros.
& Salic. in d. l. si unquam. & Vitalis in tract.
clausularũ. in rub. an posit renũciari. l. si un-
quam. & ita consuluit Franc. de Cur. consil.
suo i. Sed sua opin. nõ est uera, nec cõmunis,

& contrariũ tenet Bar. Imol. Raph. l. Titia. §.
Imperator. de leg. ij. Pet. de Anchar. Ant. de
Butr. Imol. & Abb. in c. fin. ſ. de donat. Imol.
hîc in pen. char. Bal. & Fulg. in l. i. C. de inof-
fic. donat. Ang. in §. igitur. in auth. ut cùm de
appell. cog. And. Sicul. in rep. l. cùm acutissi-
mi. in iiij. & vi. col. C. de fideicõm. & in c. Ray
nutius. in viij. col. ſ. de testa. & cõsuluit Rom.
consil. xxvi. & sentit Spec. ponendo formam
renunciationis in præallegato loco: & etiam
Alex. cõsil. xxx. perspectis. in iij. lib. Mouen-
tur, quia ratio eius legis est fnndata super prç
sumpta uoluntate donantis, secũdum gl. ibi:
unde cùm dependeat à uoluntate sua, potuit
Limitat hæc cõclusio, ut nõ procedat quãdo apposita esset clausula, ꝙ omne q̃d plus ualet, donat: & ex aliquibus circumstantijs appareret maiorẽ renunciantẽ uelle donare. l.si quis

quis donationis.ff.de contrah,empt.&c ita intelligit Abb,sed non declarat quæ circunstantiæ sufficiant:&c putarem,quòd si ex forma statuti requireretur certa solennitas in donationibus,&c illa esset seruata in tali contractu, accedente illa clausula, quòd si plus ualeat intendit donare, quòd satis dicatur constare de animo donandi, ex quo forma contractus arguit mentem contrahentiū. d.l.i.§. si quis ita,ubi Aret.ff.de uerb,oblig,arg.l.insula.ff.de præser.uerb.Idem putarem quando aliquis contraheret cum ualde coniuncto, quia ex maximo amore de facili præsumitur donatio; nam stante tali clausula,satis debet præsumi quòd mens concordet cum uerbis:&c tali casu uinculū sanguinis tollit suspicionem fraudis,secundū Alber.de Ros.&c Iac.de Put.in l.patrem.in fin.ff.de his quæ in frau.cred.Cyn.&c Sali.in l.i.C.ad l.Iul.repet.
219 †in quo tamē multū operabitur arbitriū iudicis,qui ex qualitate cōtrahentiū cōsiderabit, an error uel dolus interuenerit, uel timor reuerētialis.Idē etiā si cōstaret ꝙ renunciās haberet certam scientiā ualoris ipsarū rerū: nec sufficeret illa clausula quā Notarij solent apponere,ꝙ sciens nō per errorē iuris uel facti renūciat &c̄.arg.not.per Bar.in d.§.idē quæsijt. Sed si renūcians habebat cognitionē rei, ut quia incoleret agrū cui renunciauit: nam tunc nō potest capi alia prȩsumptio quàm donationis. &c ita intelligit quod not.Franc.de Curt.consil.lxvi,super præmissa.in pen.col.

Limitatur secūdo,si renunciatio fuisset geminata; nam cum reiteraē ex interuallo contractus, cessat præsumptio fraudis uel erroris,secundū Decium,qui ita consuluit cons. clxxxi.in iij.col.&c hoc propter uirtutē geminationis,de qua per gl.ij.q.iij. si quis iratus. &c in c.ex literis.in uerb.admonita,ī de diuor. per Bar.in l,cùm scimus.C.de agric.&c cens. lib.xi. Bald.in consilio schismatis, posito in rubr.C.si quis aliquē test.prohib.chart.pen. Abb.in c.si cautio.in fi.ē.de fid.instr. Sed aduerte,quia posset intelligi hęc limitatio,quādo reiteratio interuenisset post longum tempus,id est, biennium, secundum l.si mulier. C.ad Velleia.aliàs illa lex obstaret,&c d.l.doli.§.diuersum,ff.de nouat.&c facit l.i.§.si onerandæ,uers. sed si post interuallū. ff. quarum rer. act. &c q̊d not.Paul.de Cast.consil.cccv. notandum est. in ij.uol.in nouiss. Quintus
220 casus principalis Bar.est,†quando cōtractus prohibetur in fauorem alicuius,&c tunc concludit quòd iuramentum confirmat contractum.d.c.quāuis.in uerb.firmatum. &c ideo non poterit cōcedi absolutio,neq; repetitio.

221 †Fallit quando lex resistit personæ iurātis, quia tunc peccaret.c.ij.de maior.&c obed.&c ideo iuramentū esset ipso iure nullum. Si uerò lex solùm resisteret personæ recipientis iuramentum, tunc esset cōcedenda absolutio, propter odium eius qui contra legem illud recipit.arg. d. c. debitores.de quo dic ut ē in iij.casu. Est uerum quòd ad tex.in d.c.quamuis, potest responderi, quòd illud uerbum, firmatum, intelligitur, id est affirmatum, ut referatur ad consensum, non ad ualiditatem contractus: quia text.loquitur conditionaliter: aliàs sequereē, quòd ubi contractus non firmaretur, id est, ualidareē, iuramentū non esset seruandum: quod est falsum, &c contra tex.in d.c.debitores. Sed tamē quicquid sit, in hoc casu mihi placet opin.Bart.quæ communiter approbata est circa hūc casum. Abbas nihil scribit, quia eum tractat unà cum tertio. Est tamen aliqua differentia, quia in tertio prohibitio erat etiam fauore publico in consequentiam: in isto non uidetur fieri aliqua consideratio fauoris publici:&c sic sentit Bart.quòd senatusconsultum Vellcianū, &c oratio diui Seueri,ne minores alienent,&c interdictio prodigi, neq; in consequentiam respiciant fauorem publicum : quod nota, quia Abb.hic uidetur sentire oppositum in octauo membro.Sed opin.Bart.mihi placet, 222 †quia ex quo omnia bona remanant in hominꝭ de iurisdictione, non uidetur quicquam interesse publicè.arg.l.sed &c si lege.§.consuluit,ff.de pet.hæred.&c §.fin.Instit.de his qui sunt sui uel alieni iur. &c suprà dixi.

223 Ex hoc infertur primò,†an mulier fideiubens cum iuramento,possit compelli, an uerò obstet exceptio Velleiani. Et Bartol.concludit esse compellendam, ex quo tale senatusconsultum est factum in sui fauorem, nec prohibet personas.l.ij.ff.ad Velleia.&c ita tenent scribentes in d.l.si quis pro eo.Ant.&c Io.de Imol.hic,&c probatur à fortiori per istū text. quia si iuramentum confirmat contractum isto casu in quo agitur etiam de fauore publico saltem in consequentiam,quāto magis confirmabit ubi fauor publicus nihil impedit? Et istam conclusionem intelligūt Doctores procedere etiā si mulier certiorata nō sit de dicto beneficio;quia iurans censetur cogitasse saltē in genere, quòd nullo beneficio utetur quod sibi competere possit.&c ita probatur in c.ex rescripto,in sui generalitate,suprà eod.ubi Felin.post alios;&c Ant.&c Abb. in c.si diligenti,de for,compet.Archid.&c Ioan. Andr.in d.c.ij.de pac.in vi.Paul.de Cast. in l.fin. ff. ad Velleia. Roma.in l,sciendum. in x.col.de uerborum obligat. Sed contra supradicta obstat gl.in authent.si qua mulier. C.ad Velleia.ubi mulier non potest intercedere pro marito etiamsi iuret, quia tale iuramentum est nullum.l.non dubium. C.de legibus.&c illam glos. sequitur ibi Iacob.But. &c dicit Salic. quòd Doctores cum ea transeunt. Potes dicere quòd illa gl.non procedit de iure Canon. per istum text.&c ita tenet Alberic.de Ros.Angel.&c Paul.de Cast. ibi. Sed tu potes illam gl. sustinere in casu quo agereē de magno præiudicio ipsius mulieris;nam tunc propter enormem lęsionem præsumeretur metus reuerentialis mariti,&c iuramentum esset relaxandum, per ea quæ dixi in præced, membro. &c ita saluaui istam

gl.suprà in ij.not, & facit, quia ubi agitur de
tali læsione, uon præsumitur mulier certio-
rata, & iuramentum eam non obligat, arg.
not.per Bal.in l.ij. in ix.quæst.C.de rescind.
uend.& ita consuluit Decius d.consil.clxxx,
in fin.& ista opinio mihi placet.
224 Secundo infertur,†an stante statuto quòd
mulier uullo modo posit obligari sine con-
sensu agnati, si accesserit iuramentum, ob-
ligetur,dato quòd dicta solennitas non inter
uenerit: Et Bart.in d. l. si quis pro eo.uidetur
tenere quòd sic,ex quo hæc solennitas fuit in
troducta in fauorem ipsius,arg.istius text. &
d.auth,sacramēta.& hoc nisi lex resistat per-
sonis contrahenuū,ut per eum,& ā dixi,& se
quit Ang. Paul. & scriben. in d.l. si quis pro
eo,& uidetur de mente Cano.hic: & indistin
ctè hanc conclusionem firmauit Christoph.
de Castil. in disput.sua incip.statuto ciuitatis
Papiæ. & facit,quia ubi sola æquitas iuris ca-
nonici attendit,tale statutū nō est obseruan-
dum:unde potest muliet sine dicta solennita-
te donare piæ causæ,ut dicit Abb.in c.relatū,
per illum tex.j. de testa,& consuluit Bald. in
cons.cclx.in ij.& per repet. in d. l. nemo po-
test.in ij.quæst. Bart.ff.de leg.i.quanto ma-
gis in iuramento,in quo legem diuinam ser-
uamus.facit quod not. Alex. consil. xciij. in
ij. Contrariam opinionem,quòd imò indi-
stinctè iuramentum tali casu non obliget,te-
nuit Bal.in d.l.ij.in ix.q.& hîc in iij.col.Mo-
225 uetur,†quia mulietes & minores facilè deci-
piuntur minis, blanditijs, pollicitationibus,
ut habetur in authen.ut immob.ante nupt.§.
& si consentiat.Et ideo ualet statutum, ne si-
ne consanguineis cōsentiant,quia potest lex
ciuilis ex causa limitare ius diuinum,l.fin.C.
si contra ius uel util.publ.& eandem opin.
etiam sequi uidetur Pet.de Anchar.in reper.
d.c.canonum.in xi.quæst.circa fin.& Anto.
& moder,in d.c. ij. suprà de maior.& obed.
qui istud intelligunt,quando lex resistit per-
sonis, ne sine dicta solennitate contrahant,
de quo ā uidimus in iij.casu.Puto opin.Bart.
esse communiorem & ueriorem, ex quo sta-
tuentes nō possunt inducere solennitates iu
præiudiciū iuramenti, nisi in casu declaratio
num quas suprà tradidi; unde hæc quæstio
deciditur ex ibi notatis.Putarem tamē quòd
in foro ciuili talis contractus sine illa solenni
tate factus, quamuis iuratus, non habet exe-
cutionem,quando iudices ex forma statuto-
rum haberent iurisdictionem,& exequeren-
tur statuta,& eis deficientibus iuscommune:
nam uō censerentur habere iurisdictionem
contra statuta,& ideo non possent cognosce
re & facere quòd talis contractus seruaretur.
l.non distinguemus. §.de officio.ff.de arbit.
per Bart.in l.ambitiosa.in iiij.& v.regula. ff.
de decret. ab ord. facit quod notat Bald.in l.
obseruare.§.proficisci. in xxvij. quæst. ff. de
offic.proconsl.Iac.Butr.& Bal.in authen.sta-
tuimus.C.de episc.& cler. Nec obst.c.ij.de
iureiur.in vi.quia nou potest intelligi in hoc
casu,cùm quo ad huius contractus executio-
uem nō sit iudex,sed persona priuara:& text.
in d.c. ij. loquitur in habentibus iurisdictio-
nem: imò in quacunq; generali cōmissione
intelligit, si iurisdictio subsit; quia exceptio
iurisdictionis nunquam censetur reiecta, ut
est gl.iu Clem.i.in fin.de sequest.poss.de qua
per Doct.in l.de pupillo. §.qui opus. ff. de o-
per.noui.& uide Bal.in repet.l.ij.col.li.ff.eo.
Tertio infertur,†an contractus prodigi fir- 226
metur iuramento. Et uidetur quòd sic: quia
prohibitio censetur facta in eius fauorē, per
istū tex. nam prodigus æquiparaf adulto ha-
bēti curatorē.l.si curatorē.C.de in integ.rest.
min, sed adultus obligaf iuramento. d. auth.
sacramenta.& ita tenent Anton.& Imol.hic,
Rom,& Aret.in l.is cui bonis.ff.de uerb.ob-
lig. In cōtrarium est cōmunis conclusio,quā
tenent Bart.Bald.Angel.Anchar.Paul. Ale
xand.& moder. in d. l. is cui. Nam tale iura-
menium caret iudicio & ratione, unde uon
tenet.c.etsi Christus.ā.eo.& contrahens cum
eo satis est in præsumpta fraude, secundum
Abb.hîc,quem suprà retuli. Nec obstat ra-
tio contraria: quia ultra dicta per Ias. in d.l.is
cui. potest responderi, quòd imò prodigus
†nō ita indistinctè æquiparaf adulto:imò quo 227
ad alienationem bonorum, æquiparatur fu-
rioso, d. l.is cui. & l.Fulcinius. §. adeò. ff.ex
quib.caus.in possess.eat. quo uerò ad acquisi
tiouem,æquiparatur pupillo. l. obligari, ubi
notatur,de autor.tut. Quando uerò cum au-
roritate curatoris cōtrahit, æquiparatur adul
to.d.l.si curatorem.Ex qua distinctione appa
ret,†quòd quo ad alienandum cùm æquipa- 228
ratur furioso, deficit iuramentum tanquam
indiseretum,& cui legitimus consensus non
accesserit. Er istud maximè procederet iu eo
qui non solùm esset prodigus bonorum, sed
etiam morum, ut in luxurioso. arg. l. si quis
cùm sciret. ff. de usucap. pro empt. & in tali
puto quòd neque Ant. neque Imol. contra-
dixissent,ut apparet ex notatis per eos, dum
allegant d.l.si quis cùm sciret.& per Abb.hîc
in nono casu. Cætera dicenda sunt ut latius
per moder.in d.l.is cui. Quarto infertur ad
impuberem seu pupillum capacem doli,an si
contrahat contra prohibitionem legis,cōtra-
ctus firmetur.Et uidetur quòd sic: cùm enim
talis sit decem annorū cum dimidio,& proxi
mus pubertati,secundū gl.in l.pupillum, ubi
moder.ff.de reg.iur.& obligetur naturaliter,
ut est text.in l.i.ubi Bartol.& Doct. ff.de no-
uat. sequitur ut† iuramentum confirmet con 229
tractum,prout in alijs suprà dictis casibus.
Et pro hoc uidetur textus iu c. ex literis. ij.
infrà de sponsalibus. ubi talis impubes po-
test censura ecclesiastica compelli ad contra-
hendas nuptias, quas se contracturum iura-
uerat. Er facit, quia licet pueri non obligen-
tur periurijs, xxij.quæst.v. c. paruuli. tamen
si sint proximi pubertati,obligātur.c.i.de de-
lict.puero.l.fiu.ff.de liber.caus.l.qui iurasse.
ubi not.ff.eod,sicut per gl.& Doctores iu l.si
quis

quis in tantam. C. unde ui. & sic limitat ratio
euitandi peccati, per quam rationem funda-
tur iste text. & similia iura. Et hanc partem te
nent Hostieñ. & Ioan. And. & Imol. hic, Ar-
chid. in c. quamuis. de pact. in vi. Abb. in con
sil. xxxix. duo sunt. in primo. consil. cviij. in-
cip. illud. in ij. Bartol. Salic. Paul. de Cast. A-
lex. in d. l. qui iurasse. Rom. in d. l. is cui. Iac.
de Beluis. & And. de Iser. in c. i. §. item sacra-
menta. de pac. iura. firm. Salic. Paul. de Cast.
Aret. & Corn. in d. auth. sacramenta. & est de
mente Cald. in consil. viij. sub eod. tit. Et se-
cundum hanc opinionẽ latè consuluit Cor.
cousil. ccxl. in i. uol. & dicit Decius in d. l. pu-
pillũ. quòd hæc opinio est cõmuniter appro-
bata. Et istud procedit saltem apud Canoni-
stas, secundum Corn. unde cùm simus in ma
teria peccati, in iudicando corũ sententia de-
bet attendi, iuxta ea quæ dixi ꝫ in ult. notab.
& quod not. Anchar. in disput. sua incip. an-
tiquis & modernis temporibus. Contrariã
partem tenuerunt alij scribentes in d. auth. sa
cramenta. gl. Accurs. Guil. de Cun. Pet. Cy-
nus, Odofred. Iacob. Butr. Bal. Ang. Alber.
Fulgos. Ant. de Alex. & Iason. Idem tenuit
gl. eorum ibi. Bald. Iacob. Alber. & Præpos.
in d. §. item sacramenta. Paul. de Cast. consil.
ccxv. incip. si nõ interesset. Raph. Fulg. cons.
ccxxxvij. incip. Dynus inquit se de re. de feu
dis. cousil. xxxi. & moder. in d. l. is cui. Et sine
dubio ista est magis cõmunis conclusio, pro
qua adde primò text. in d. authen. sacramen-
ta. quæ cùm de pubere loquitur, non uidetur
ad impuberes extendenda, ex quo in eis nõ
est tanta ratio. l. fi. ubi Bal. C. de interd. matri.
prçsertim cùm d. authen. sit correctoria iuris
cõmunis, ut est magis cõmunis opin. Et da-
to q̀ sit fauorabilis fauore animæ, nõ tamen
est extendenda ad casum nostrũ, in quo non
uideť agi de periculo animæ, ex quo propter
ætatem pupilli deest iudicium, & sic consen-
sus, unde cõcedenda esset semper absolutio,
ut infrà dicam. Et quòd non sit tanta ratio ap
230 paret:†quia licet in quibusdam impuberes do
li capaces, & puberes æquiparentur, uide-
mus tamen in actibus grauioris ponderis, es-
se constitutam differentiam. l. qua ætate. ff.
de testam. Instit. quib. mod. tutel. fin. §. i. cum
simil. Secundo pro hac parte stringit, quia
231 †iuramentũ debet habere comitem, iudiciũ
& discretionem, c. etsi Christus. ꝫ. eod. aliàs
non tenet: sed in pupillo nõ adest iudicium,
l. pupillus. ff. de acquir. hæred. & est casus in
l. uideamus. ff. de in litem iuran. & in c. pueri.
xxij. quæst. v. Tertio facit, quia talis impu-
bes non obligatur uoto. c. i. de regularib. in
sexto. c. significatum. eod. tit. & quod not. In-
noc. in c. scripturæ. ∫. de uoto. ubi dicit, quòd
in uotis impuberum faciliter dispensatur.
Non obstat quòd obligeť naturaliter: quia
ista naturalis obligatio est modici præiudicij:
sed in iuramento, ex quo inde magnum oria
tur præiudicium, maximè propter restitutio
232 nem in integrum sublatam, lex non habeť†iu
ris consensum pro uero consensu, nisi sit pu-
bes. d. auth. sacramẽta. Et cùm ista lex sit fun-
data in bona & naturali ratione, debet atten-
di etiam in materia iuramenti, ut suprà post
Ant. & Abb. conclusum fuit. Non obstat
text. in c. ex literis. quia potest tolli eadem re
sponsione: †quamuis enim teneatur seruare 233
iuramentũ sub pœna excõmunicationis, ta-
men si ea nõ obstante nolit obseruare, debet
iudex etiam ex seipso absolutionem cõcede-
re, ut ibi notant Ioan. And. & moder. & habe
tur in c. si iudicauit. ∫ de eo qui dux. in matri.
quam poll. per adult. unde cùm tale iuramen
tum in illo casu non sit æquè præiudiciale, sa
tis potest pupillus ligari; sicut uidemus etiam
de iure ciuili, quo iure in sui damnum pupil-
li iuramentum eum non obligat. d. l. qui iu-
rasse. Et ita propter fauorem libertatis quam
inde consequitur, procedit d. l. fin. ff. de liber.
caus. Nec aliquid probatur in d. c. ex literis.
quòd contractus per tale iuramentum firme
tur, imò potius oppositum, tenendo opinio-
nem Ioannis And. quòd ibi remittenda esset
censura. Potes etiam respondere ad illum te-
xtũ ut infrà dicam. Nõ obstat quòd ex per-
iurio peccent: quia non sequitur quòd per
hoc contractus sit obseruandus, sicut etiam
prodigus ex periurio obligatur sicut ex cæ-
teris delictis, ut habetur in d. l. si quis in tan-
tam. & tamen†alienatio cum iuramento per 234
eum facta non ualet, ut est cõmunis opinio,
& ꝫ dixi. Ex qualicũq; enim iuramẽto si quis
contraueniat, peccat, uel saltem quia nomen
Dei in uanũ assumit, ut uotatur in c. tua uos.
suprà eod. & xxij. quæst. iiij. c. qui sacramen-
to. & tamen ut per illud quis contrauenire
nou possit, requiritur†quòd habeat tres co- 235
mites, ueritatem, iudicium, & iustitiam. d. c.
etsi Christus. qui comites non interuenerũt
in nostro casu. Et facit, quia licet talis impu-
bes ex delicto obligetur, si tamen delinquat
negligendo, excusatur. authen. si captiui. C.
de epis. & cler. & per Bart. in d. l. si quis in tan
tam. Non obstant autoritates in contrariũ
allegatæ Hostieñ. Ioan. And. Archid. Bar. &
cæterorum antiquorum; quia licet dicant iu-
ramentum debere obseruari, non tamen uo-
lunt quòd contractus confirmetur: imò qui-
dam dicunt contractum non confirmari, ut
Iacob. Butr. & Salic. si bene intelligantur:†& 236
ideo petita absolutione, debet impubes posse
contrauenire. arg. not. per Innocentium in
d. c. scripturæ. ubi dicit, quòd in uotis & iura-
mentis ab impulsibus præstitis facilius di-
spensatur, & fit commutatio propter quali-
tatem talis. c. i. & ij. de delict. puerorũ. Istud
dicit Imola hic etiã sibi placere, saltem quan-
do daretur enormis læsio: quod etiam tenet
Aret. in d. l. qui iurasse. & ante eum Cald. in
d. cousil. viij. & uolunt Ant. & Abb. hic in no
no casu, arg. d. l. si quis cùm sciret. ff. de usu-
cap. pro empt. & suprà dixi in casu fortiori es-
se communem opinionem. Et ideo si impu-
bes faceret donationẽ omniũ bonorũ ualde

237 ſibi præiudicialem, putarem †iuramentũ hoc
caſu non obligare: & ita nuper in facto con-
ſultus reſpondi; licet Corn. in d. conſil. aliud
loquatur in impubere cum tutoris conſenſu
iurante. Nam cùm talis naturaliter obligetur
& ciuiliter, ut per Bart. in l. i. ff. de nouat. uide
tur quòd etiam iuramentũ teneat, tanquam
conſenſus & diſcretio ſibi per tutorem ſup-
pleatur. Et iſtud etiã tenet Paul. de Caſt. in d.
conſil. cclv. qui tamen hoc intelligit procede
re in his, in quibus tutor poteſt autorari: un-
de in alienatione rerum immobilium nõ ſup
pleret, cùm in eis autorari non poſsit, niſi ex
cauſa neceſſaria, ut habetur in l. i. ff. de rebus
eor. quod mihi placet. Et ideo ſi pupillus ſit
in patris poteſtate, cùm in his quę poſſunt ſi-
bi eſſe ad utilitatem uel damnũ, cum conſen-
ſu patris obligetur, l. ſi infanti. C. de iure de-
liber. per Bar. in l. fin. §. i. ff. de uerb. oblig. eo
dem modo uideretur quòd iuramento obli-
garetur. Et ita intelligo text. in d. c. ex literis.
238 in quo ſecundũ hunc intellectũ, †quòd pater
interuenerit in ſponſalibus filij, eſt de neceſ-
ſitate iuris: & dicta ſponſalia poſſunt eſſe uti-
lia uel inutilia pupillis: licet alij ibi dicant ex
contingentia facti ita accidiſſe: quæ reſpon-
ſio non eſt realis. Non obſtat quòd cano-
niſtæ ita teneant, quorum ſententia eſſet ſer-
uanda in materia iuramenti: quia iſtud proce
deret, ſi tenentes oppoſitum, nõ fuiſſent Do
ctores utriuſque iuris: & etiam in ueritate, di
cta Canoniſtarum non ſunt contraria legi ci
uili, ſi bene intelligantur, ut ſuprà deduxi.
Quid autem ſi talis pupillus aſſereret ſe a-
dultum, & iuraret? tunc dic ut per Alex. in d.
l. qui iuraſſet. & moder. in d. auth. ſacramen-
239 ta. Sextus caſus principalis eſt, †quãdo lex
improbat contractũ ratione ſolennitatis pro
batoriæ quæ deficiat: & tunc cõcludunt Bar.
& Abb. quòd iuramentum nõ ſupplet illum
defectum, quia talis ſolennitas reſpicit fauo-
rem publicum, cui non poteſt renunciari. d.
l. ius publicum. ff. de pactis. & l. conuenire. ff.
240 de pact. dotalib. Et ideo †cùm teſtamentum
debeat habere ſeptẽ teſtes, ſi is numerus non
interuenerit, quamuis teſtator iurauerit, nõ
tamen ualebit ut teſtamentũ. Et cum iſta opi
nione tranſeunt Doct. cõmuniter. Limitat
eam Ant. ut nõ procedat quãdo talis ſolenni
tas nõ omnino reſpiceret fauorem publicũ,
ſed principaliter priuatum fauorem: ſicut in
ſimili dicimus de ſtatuto requirente aliam ſo
lennitatem in fauorem priuatum, de quo ui-
dimus in præcedenti membro. Et ex hoc di-
cto infertur, quòd ſi ſtatutum diceret, quòd
241 †inſtrumentum cõtinens obligationem mu-
lieris non faciat aliquam fidem, nec credatur
notario, niſi in eo conſenſus agnati interue-
nerit, non ualeret quo ad hunc effectum, ut
contractus iuratus non poſſet probari. Se-
cundo limitatur, quando poſſet lædi anima,
niſi diſpoſitio impleret: ut in legatis ad pias
cauſas, iuncto tex. in c. cùm eſſes. & c. relatũ.
de teſta. Confirmatur hęc limitatio per Imol.
†quia cùm de iure diuino ſit ſtatutus certus 242
modus probationibus, de quo in dictis iuri-
bus, non debet eſſe in facultate ſtatuentium,
reſtringere dictum modum, & requirere plu
res teſtes, uel maiorem ſolennitatem quo ad
iuramentũ, quod non eſt de foro ipſorũ. arg.
c. tuam. de ord. cog. Et hanc rationem appro
bat Imol. & etiam Corn. in repet. d. authen. ſa
cramenta. q. xiiij. quando ſtatutum reproba-
ret probationem, quæ de iure gentium ſim-
pliciter eſſet approbata: uel etiã ex iure Pon-
tificio, ut quia inſtrumentum eſſet factum à
notario apoſtolico: ſecus ſi imperiali. Sed tu
pro opinione Imol. adducas quod notat Sa-
lic. in auth. caſſa. col. iiij. uerſ. quęro ſecundo.
de ſtatutis concernentib. modum probandi.
C. de ſacroſan. eccleſ. Sed tamen iſtæ limi-
tationes non uidentur cõmuniter approba-
tæ, imò Doct. indiſtinctè tranſeũt cum Bart.
& Abb. quem etiam ſequitur Bald. in repet.
l. ij. col. ii. ff. eod. Paul. de Caſt. conſil. lxi. in-
cip. notandum eſt. Alex. conſil. xcv. in fin. in
i. lib. Soci. conſil. xcvij. abundè. in ult. dubio.
Nec obſtat, quòd quando ſolennitas eſt
introducta in fauorem priuatum, quòd iura-
mentum confirmet, ut ſuprà uidimus. Nam
iſtud nõ procedit in ſolennitate probatoria:
quia iuramentũ non confirmat probationes
contractus, ſed ipſum contractum. Quòd e-
nim aliquid poſſit probari, uel nõ poſſit pro-
bari, eſt quid differens ab eo, q̃d in iuramẽto
deductũ eſt. arg. l. fin. ff. de rebus cor. Et ideo
dicit Bald. hîc, quòd Bart. male concepit uer
ba: quia contractus ipſe nõ prohibetur, pro-
ut firmauit uerba Bart. quæſt. ij. incip. ius nõ
deficit, ſed ſolùm probatio: & †iuramentum 243
eſt inefficax, nõ ex ſe, ſed propter defectum
probationis. Non obſtat quòd non debe-
ret procedere prædicta concluſio, quando
quis peccaret: quia reſpondetur, quòd ſem-
per non ſeruando iuramentum licitum, quis
peccat, ut in hoc textu apparet: ſed dicimus,
ſtante tali prohibitione, non probari quod
iuratum fuerit. Et ideo in caſu cap. cùm eſſes,
& c. relatum. aliud eſſet: quia ibi probatur iu
ramentum, ex quo lex ciuilis non poteſt ar-
ctare probationem teſtamentariam, quando
præiudicaretur his cauſis, ut ibi Doct. decla-
rant: ſecus ergo eſſet, ubi lex poſſet coarcta-
re. & ita præciſe loquitur Abb. Non ob-
ſtat ratio Imolæ, quæ uidetur fortior: quia †li 244
cet lex ciuilis non poſsit diſponere circa a-
ctum ſpiritualem, ſicut eſt iuramentũ: iſtud
tamen procedit, ſi principaliter capitulum
iſtud diſponeret, nõ ſi per indirectum, ut per
Bartol. in d. l. omnes populi. & ſuprà latius
uidimus. Vnde cùm in caſu noſtro non di-
ſponat de ipſo actu, ſed de modo probandi,
debet ſtatutum obſeruari, ut declarat Paulus
de Caſt. in d. conſil. lxi. Et licet ſecundum cõ
munem opin. nõ poſsint ſtatuentes etiam in
foro ſuo arctare modum probationis, reſpe-
ctu clerici agentis, quia eſſet contra libertatẽ
eccleſiaſticam, tamẽ quo ad laicos deberent
poſſe

poſſe arctare, ex quo non tollitur remedium
quo conſulatur animæ deinde in foro eccle-
ſiaſtico, uel per uiam denunciationis euange
245 licæ, in d.c. nouit. de iud. †Poteſt enim ſtatu-
tum limitare fidem probationũ quo ad ſubdi
tos ſuos, ut declarat Salic. in d. authen. caſſa.
Nec obſtat, quòd ubi uerteretur peccatũ,
non habent ſe intromittere laici: quia hoc at-
tento, nunquã ualerent ſtatuta arctantia mo-
dum probationũ, ex quo ſi non poſſet ſecun
dum modum à ſtatuto inductum probari, re-
maneret ſemper debitor in peccato, iuxta c.
peccatum, de reg. iur. in vi. Debet igitur illud
intelligi, quando conſtat de peccato, non au-
tem quando adhuc non conſtat, ſed agimus
quemadmodũ debeat probari. Poſſent ta-
men opiniones But. & Imol. ſaluari tribus ca
ſibus. Primò, in clerico qui recepiſſet iura-
246 mentũ à laico: nam †ſi agat cõtra laicum in fo
ro ciuili, iuxta not. in c. ſi clericus laicum. ã de
foro compet. non eſſet ſeruandum tale ſtatu-
tum arctans ſibi probationes: cùm enim re-
ſpiciat deciſoria, non ligat clericum, ut habe-
tur in c. quod clericis. de foro compe. & in c.
eccleſia. de conſtit. per Salic. in loco ã allega-
247 to. Secundo, †quando cõueniſſent partes,
quòd contractus poſſet probari etiam ſine ſo
lennitate ſtatuti, & ita iuraſſent: ualet enim ta
lis conuentio, & eſt mittenda executioni, ut
habetur in l. Theopompus. ff. de dote prę leg.
in l. i. §. fin. ubi dixi. de uerb. oblig. Tertio,
quando aliter per legitimũ modum probare
248 tur de iuramento præſtito: †poteſt enim ueri
tas rei, quæ ex inſtrumento nõ probaẽ, quia
deficit in ſolennitate, per teſtes inſtrumenta
rios, uel etiã alios examinatos in iudicio, pro
bari, ut per Abb. hîc, & quod habetur in l. te-
ſtium. C. de teſti. Et hoc intellige procedere,
quando actus eſt nullus ex defectu ſolennita
tis probatoriæ: ſed ſi eſſet nullus ex defectu
intrinſecæ, aliud eſſet, ut uidebimus in ſequẽ
ti caſu. Et ita poſſunt ſuſtineri duæ priores li-
mitationes. Tertia limitatio ad prædictam
cõcluſionem eſt, ut tali caſu ſaltem iuramen-
tum operetur quòd actus ualeat omni melio
ri modo, per text. in l. cum patre. §. filius ma-
trem. ff. de lega. ij. Et ideo ſi teſtamentũ defi-
ciat in numero teſtium, ut quia quinq; ſolùm
adſint, iuramentũ illud ſuſtinebit in uim co-
dicillorum. & iſtud tenet etiam Bart. in l. i. §.
ſi quis ita. ubi dixi. ff. de uerb. oblig. cum mul
tis concord. Sed contra hanc limitationem
indifferenter ab omnibus approbatam, po-
teſt ſic argui. Primò, non uidetur quòd iu-
ramentũ habeat maiorem efficaciam, quàm
iudicium, imò illi æquiparatur. l. qui iuraſſe.
§. fin. ff. eo. ſed actus in iudicio factus nõ cen-
ſetur habere uim huius clauſulæ, ut ualeat o-
mni meliori modo &c. l. iij. C. de repud. hæ-
249 red. ubi †tranſactio facta in iudicio, nullo da-
to termino, non ſuſtinetur neq; in uim pacti.
Secundo, promiſſio facti alieni non ualet.
l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de uerb. oblig. Po-
ne quòd accedat iuramentũ, nunquid uale-
bit? certè ſic: ſed non ut iurans teneatur præ-
ciſe, ſed ſic, omi meliori modo: †ualebit enim 250
ſolùm ut iurans teneatur iurare. c. ex reſcri-
pto. ã. eod. cum ſimil. & c. gemma. de ſponſal.
Tertio, promittens ſub iuramento ſerua-
re ſtatuta eccleſiæ, ſi nulla ſint condita, nõ te-
nebitur: †nunquid ut actus ualeat omni me- 251
liori modo, intelligetur de ſtatutis conden-
dis? caſus eſt quòd non, c. pen. ſ. eod. Quar-
to, minor alienans cum iuramẽto, & promit-
tens non contrauenire, intelligitur tantum-
modo ratione minoris ætatis, non ex alio ca-
pite, ut per Bart. in l. ij. C. de reſcind. uend. &
in d. authen. ſacramenta. & eſt cõmunis con-
cluſio, & quaſdam ſimiles deciſiones adduxi
in d. §. ſi quis ita. Et hoc tenendo, poſſet reſpõ
deri ad §. filius matrem. quòd ibi ipſe teſtator
non iurauerat, ſed exegerat iuramentum ab
ipſo hærede, quod potuit facere. l. fin. C. de fi
deicõmiſſ. per Bar. in l. nemo poteſt. de leg. i.
quem intellectum etiam ſentit ibi gl. & ſic ibi
†non curamus teſtamentum nõ ſolenne, ſed 252
promiſſionem ipſius hæredis. Sed aduerten-
dum eſt: quia text. ibi non poteſt intelligi,
quando ipſe teſtator recepiſſet iuramentum
ab hęrede, quia uerba hoc non important: be
ne poteſt intelligi, quando teſtator mandaſ-
ſet hæredi quòd iuraret, ut etiam declarat ibi
Bart. Vnde ſi ſolùm mandatum teſtatoris fa-
ctum hæredi de iurando, habet hanc effica-
ciam, quanto magis iuramentũ ipſius teſtato
ris debet eam habere? Et ſic ille text. ſecundũ
quemcunq; intellectum probat intentionem
Bart. & cõmunem: unde ſequendo eam, fir-
manda eſt concluſio, quòd †iuramentũ habet 253
uim clauſulæ, ut actus ualeat, quemadmodũ
ualere poteſt: & regula habet aliquas decla-
rationes. Prima, ut nõ ualeat in meliorem
modum, ſed ſufficiat ſi aliquo modo ſuſtinea
tur, licet non melius. per not. in d. l. ij. C. de re
ſcind. uend. De qua declaratione quia Bar. et
Doct. ſentiunt oppoſitum, dic ut habetur in
d. §. ſi quis ita. ubi dixi. Secunda declaratio,
ut procedat, dummodo uerba prolata ad il-
lam formã poſſint quoquo modo adaptari;
ſecundũ Bald. in repet. l. ij. col. 50. ff. eod. aliàs
ſecundum eum nõ procedit dicta concluſio,
quia non uideẽ ex mente actum, quod ex uer
bis colligi nõ poteſt. l. Labeo. ff. de ſupel. leg.
l. librorũ. §. quod tamen Caſſius. ff. de leg. iij.
& ita intelligo tex. in d. c. penul. ſ. eo. ibi enim
uerba non poterant bene accõmodari ad ſta-
tuta futura. Et facit, quia †per iuramentũ nun 254
quam quis cenſetur aliud promittere, quàm
quod ex uerbis eum promiſiſſe apparet, ut in
noſtro caſu dicit Cor. conſil. cxcij. in ult. col.
in i. uol. de quo dixi in d. §. ſi quis ita. Tertia
declaratio eſt, ut regula procedat, quando a-
ctus redderẽ nullus in ea forma, in qua agiẽ:
ſed ſi ualeret aliquo modo, tũc nõ eſſet illa ua
liditas ulterius extẽdenda, ſecundũ And. Si-
cul. conſil. xliij. col. ult. in ij. uol. arg. d. c. ex re
ſcripto. ſuprà eod. Quarta declaratio, ut nõ
procedat, quando actus eſſet nullus ratione

255 deficientis consensus: nam† iuramentũ nun-
quam operatur, eo deficiente. arg. d.l.fin. C.
de non num.pec. & est casus in d.c.penult. J.
eod. ubi Abb.in i.oppos. & tangunt Bart. &
Abb. in seq.casu: & per Aret. consil. xxiiij.
incipien.quatuor dubia.in ij.col.Ias.in l.eam
quã.in xi.col.C.de fideicõm.& in l.sed & si.§.
quæsitũ.in ult.col.ff.si quis caut.& melius in
l.sancimus.in ij.col.C.de testa.& declarabo J
in viij.casu. Quinta declaratio est, quãdo a-
ctus est nullus ex defectu substantię in perso
na agentis: de quo per Rom. cõsil.dxvij.col.
x.in fi.uel etiã defectu materiæ, de quo J dice-
mus in viij.casu. Sexta declaratio, ut nõ pro
cedat in casibus, in quibus clausula, omni me
liori modo &c.nihil operatur.posui in d.§.si
quis ita.uidenť enim aliqualiter istæ clausulę
operari. Septima & ultima declaratio est,
ut tex.in d.§.filius matrẽ.procedat in iuramẽ
to testatoris; secus in iuramento delato hære-
di per testatorẽ, quia illud nõ habebit hanc ef
ficaciam, per text.in l.ij.ubi Bar.C.cõmu.de
leg.refert Ias.in d.l.eam quam.Sed hoc nõ ui
detur uerũ: quia si hæres iuret, puto quòd te-
neať etiã ex minus solenni uoluntate.l.fi.C.
de fideicõmiss. Nõ obst.d.l.ij.qa nõ negat
subesse diff rentiã, an legata cum iuramẽto
256 sint præstita, uel nõ: sed dicit† nõ differre, qui
bus uerbis præstetur iuramentũ uel legatũ,
dummodo de intentione constet, ut declarat
ibi Corn. Septimus casus principalis est,
quando aliquid prohibetur ratione defectus
solennitatis formalis, & tunc iuramentũ non
facit quòd actus teneat in ea forma in qua a-
257 gitur.† Cùm enim forma desit, actus non ha-
bet suam substantiã: quia forma dat esse rei.l.
Iulianus.§.quantũ.ff.ad exhib.ualebit tamen
eo modo, quo ualere potest, arg.d.§.filius ma
trem.Et propter hoc cõcluditur, quòd stipu-
latio peccãs in forma, licet non ualeat ut sti-
pulatio, d.§.si quis ita, ualebit tamen in uim
pacti, si iuramentũ accesserit.Et fideiussor ob
ligans se in plus, uel in alio quàm principa-
lis, licet non obligetur ut fideiussor, l.græcè.
258 §.illud. & §.fin. ff.de fideiuss.† si tamen iuret,
tenebitur tanquam principalis. & hoc proce
dit, nisi deficiat consensus, uel limitatè acce-
dat.arg.d.l.fin.C.de non nu.pec.cum simil.
& ita tenent Bart.& Abb. cum quibus cæte-
ri transeunt. Confirmo istam opin.quia quã-
uis forma censeatur introducta de iure publi
co, & consequenter illi non posit renuncia-
ri, ut est gl.in l.à diuo Pio.ff.de ritu nup.cum
multis concord.per Ias.in l.penul. ff. de libe.
& posthu. tamen actus qui fit, uidetur quòd
saltem posit ualere in uim pacti, sicut dici-
mus in sententia nulla ex defectu formali, de
quo in l. prolatam. C. de sent. quæ tamen in
uim pacti per consensum partium approba-
ri potest.l.ij.C.cõmu.præd.Bart.in l.i.C.qui
pro sua iurisdict. Felin.in c.significasti.de fo
ro compet.Et facit quod notat Maria.Socin.
quem ibi sequitur Felin. in c.fraternitatis. in
259 iij.col.J.de hæret, ubi† si partes scientes adeũt
notarium damnatum falsi, & ideo prohibitũ
conficere instrumenta, licet actus ualere nõ
posit in uim instrumenti, c.cùm P. de fid. in
stru.l.nemo potest.de leg.i. tamen ualebit in
uim confessionis, arg.d.l.ij.& quod not. Bal.
in l.satis apertè. C. de falc. & quod dicitur de
reproducente instrumentũ falsum uel nul-
lum, in c.cùm uenerabilis.J.de except. Con
tra hanc conclusionem cõmuniter approba-
tam, arguunt moder.aliquibus medijs. Pri
mò, quia insinuatio est de forma denunciatio
nis ultra quinquaginta aureos. l. sancimus.
C.de donat. & tamen iuramentũ confirmat
donationem nullam ex defectu illius formæ,
ut est cõmunis conclusio, & ã dixi: de quo e-
tiam per Curtium consil.lxvi.& seq. Secun
do, quia consensus agnatorũ, stante statuto,
est de forma contractuũ mulieris, ut habetur
in l.uniuersa, C.de precib.Imper.offer. & ta-
men si iuramentũ accedat, Tertio uidemus il
lam formam non esse necessariam. Quarto
de forma transactionis super testamento est,
ut fiat cognitis uerbis testamenti. l. de his. ff.
de transact. & tamẽ iuramentũ supplet illam
formã, ut per Imol.hic in x. membro, ubi ui-
debimus. Alex.cons.xi.in ij.lib.moder.in d.
l.de his. Quinto adduciť, quia directum est
de forma in cõtractu minorũ in rei imm bi-
lis alienatione.l.i.ff.de reb.cor.& tamen iura
mentũ supplet talem formã.d.auth.sacramẽ-
ta pub.secundũ cõmunem intellectũ. Sed tu
sustinendo opinionẽ Bart. & cõmunem, dic
quòd imò in istis casibus nõ est forma, sed so
lennitas, quæ simul differũt, ut declarat Bal.
in l.ad pactionẽ.C.de dot.promiss.& in l.etiã.
C.de execut. rei iud. Alex.in l. de pupillo. §.
qui nunciat.in ult.col. ff.de noui oper.nunc.
& per Bald.in c.i. ubi definit quid sit forma,
de noua for.fidel.† Solennitas enim est quid 260
extrinsecũ, per quod actus fit solennis. For-
ma est quid ntrinsecũ, à quo actus sumit es-
sentiam, ut latius declaraui in rub.ff.de uerb.
oblig.in vij.col. & in l.i.in prin.in i.not. eod.
tit.Dic ut ibi. Et ex hac conclusione intulit
primò Bart. quòd† stipulatio peccans in for- 261
ma, si accesserit iuramentũ, ualebit ut pactũ,
Sed difficultas est: Pone quòd ego dixi, pro-
mitto tibi per stipulationẽ, & ita iuro me da-
turum centum, & tu acceptas, nunquid hæc
stipulatio nulla ex defectu formæ, ualebit in
uim pacti nudi, an pacti uestiti: & sic dabitur
actio creditori. Bar.in d.l.si quis pro eo.non
explicat: sed Abb.hic, quòd pactũ erit uesti-
tum. Contrariũ tenuit Alex.cons.xij. in ult.
col.in i.lib. ubi allegando hæc dicta appellat
tale pactum nudum. Et istam opin. ego fui se
cutus in d.§.si quis ita, quia satis est si iuramẽ-
tum operať, ut stipulatio nulla teneat in uim
pacti, absq; eo quod etiã illud uestiat.arg.not.
per Bar.in d.l.ij.C.de rescind.uend. cum ali-
quibus similib. Et puto quòd illa opin. sit ue-
rior de iure ciuili, secundũ quod ius ex† iura- 262
mento promissorio in futurũ nõ oriť aliqua
actio, ut per Bar.in d.l.si quis pro eo, per illũ
text,

tex.& habet per Alex.in l.iusiurandū. ff. eo.
Sed de iure canonico puto neriorē esse opin.
Abb. ex quo ex hoc iure oritur actio ex tali
iuramento, ut est magis cōmunis opin. ut per
Doct.in c.cùm uenissent. j.de instit. Abb. in
c.per tuas. in v.col.de arbit. Abb.& Ant. in
c.quintauallis. in viij.col. ā.eo.& latè per An
to.Corset.in repet.rub. in ult.q. ā. eod. & fa-
cit quod habetur in c.i.ā.de pact. Secundo
ex prædictis infertur, an fideiussor in durio-
rem causam iurans, obligetur tanꝙ principa
lis. Et Bar. Abb.& cæteri tenēt quòd sic, arg.
d.§.filius matrē.sequitur Ang. in l. hi qui ac-
cessiones. ff. de fideiuss. Roma.in d.§.si quis
ita. Alex.in consil.xxxi.in iiij. Contrariū fir-
mat Bal.hic in vi.col, quia licet iuramentū fa-
ciat sustineri actum, tamē debet intelligi, con
sensu non mutato, ut ā diximus,& est satis de
mente Bart.in hoc membro, arg.d.l.fin.C.de
non num.pec. Sed hic mutaretur consensus,
quia uoluit fideiubere, non autem principa-
liter contrahere: nec uoluit de accessorio fie-
ri principalis, quia ista ualde differunt. l. ele-
ganter.§.seruus pactionis.ff.de dolo.aliàs se-
queretur quòd fideiubens citra stipulationē
cum iuramento, nō haberet beneficiū episto
læ, nec excussionis. Et ideo concludit, quòd
263 †ex instrumento oriatur obligatio fideiusso-
ria propter iuramentū, sed ea quæ habet o-
nes qualitates & beneficia, quæ habent aliæ
obligatiōes fideiussoriæ. Et sic apparet, quòd
Bald. tenet beneficiū excussionis nō auferri
fideiussori propter iuramentū: cuius contra-
rium tenuit idem Bal. in c. ex rescripto. ā. eo.
per illum tex. ubi non fit aliqua mentio de ex
cussione. Et idem etiam consulendo sequu-
tus est Alex.in d.consil.xxxi. in ult.col. Sed
in hoc mihi magis placet opinio Baldi hic:
quia cùm lex concedat fideiussori istud bene
ficium, de quo in authen.præsente.C.de fide
iuss. iuramentū debet intelligi secundum na-
turam istius obligationis. arg.d.l.fin.& c. ex
parte tua. j. de cleric. non resid. Et istud etiam
est de mente Bart. Bnt.& Abb. dum limitant
dictum suum nō procedere, quando consen
sus est certo modo limitatus: fideiussor enim
uidetur consentire limitatè, uidelicet quate-
nus principalis soluendo non sit. d.anth.præ
sente.& ita intelligit Feli.in d. c. ex rescripto.
col.fin. ubi etiam allegat pro ipsa parte Ang.
in d.l.hi qui accessionis. qui hoc nō dicit: un-
de tu allega And. Sicul.in d.c. ex rescripto.&
diffusius in consil.xliij.in penul.& ult. col. in
ij.uol. & hoc bene nota, quia quotidianū. Et
sic, quantum sit ad excussionē, resideo cum
Bald.hic: sed quo ad principalem decisionē,
uerior est cōmunis opinio: cùm enim princi
palis in minus teneatur, non potest fideius-
sor respectu pluris quod promisit, dicere se
accessorium, unde tollitur eius ratio. Ter-
tio infertur ad contractus simulatos, an susti
neantur in uim apparentē propter iuramen-
tum. Et latè hoc attingunt Ant. & Imol. hic.
Tu dic ut ā dixi, sequendo ordinem Abb. u-
bi tenuit† nō sustineri, quia deficit consensus: 264
sed nunc est limitatus in tali casu, unde mili-
tat ratio Bar.& Abb.hic, arg.d.l.fin.C.de nō
num.pec. Et eadem ratione infertur etiam
ad renunciationē nō num.pecuniæ iuratam,
nunquid ualeat. In quo sciendum est, quòd
nisi iuramentū interuenisset, casus non habe
ret dubium, quòd non ualeret: imò ea nō ob
stante, posset adhuc opponi, ut dicit Bar.in l.
si ex cautione.C.de nō num.pec. quia qua fa
cilitate quis simpliciter confitetur se recepis-
se quod nō recepit, eadem ratione & facilita-
te exceptioni renunciat, ut est cōmunis opi-
nio secundum Ang.de Aret.Instit.de lit.ob-
lig.in prin. Alex. consil.clxxxiiij.incip.uisa
scriptura.in ij.Felin.in c.si cautio. in xv.col.ā
de fid.instr. Sed difficultas est: quid si huic
exceptioni renunciatū est cum iuramento?
Et Bart.in d.l.si. tenet quòd iuramentū sit ser
uandum: sed ubi soluerit, poterit repetere.
arg.c.debitores.ā.eod. Imol.hic tenet contra
rium, quòd imò nō competat neq; repetitio
neq; absolutio. Ad rationē præallegatam re-
sponde, quòd nō militat in isto casu; †quam- 265
uis enim eadem facilitate quis renūciet huic
exceptioni cui cōfitetur, non tamen propter
hoc tollitur uirtus iuramenti, sicut uidemus
in isto textu: quia qua facilitate mulier indu-
citur ad alienandum, eadem inducitur & ad
iurandum. Et idem probatur in authen.sacra
menta.Corn.in repet.d.authen.sacramenta,
quæst.xv.distinguit,& quo ad absolutionem
approbat opin. Imol, sed quo ad repetitionē
approbat opin.Bart. Qui enim repetit, non
contrauenit iuramento, ex quo iuramentum
erat de nō opponendo exceptionem, quam
non opposuit, sed soluit. Feli.in d.c.si cautio,
tenet de directo oppositū: quia quando iura-
uit non opponere dictam exceptionē,& con
fessus est se habuisse, standum est tali confes-
sioni iuratæ: quia lex præsumit propter iura-
mentum, quòd consensus purus, non autem
confessionalis accesserit: & ideo si repeteret,
obstaret sibi exceptio, quòd imò uerè rece-
pit.& in hoc concordat cum Imol. Bene sub-
dit, quòd posset petere absolutionem: sicut
in simili, †ille qui confessus est iuramento se 266
uerè recepisse, nihilominus potest petere ab
solutionem, ut dicunt Bal.& Salic. in d.l.fin.
Butr.in c.fin. in iij.col. de solut.& quod no-
tat Dynus in regul.iur. locupletari, in sexto.
Quid tenendum? In puncto iuris uidetur ue-
rior opinio, quòd imò nō obstante tali renū-
ciatione & iuramento, possit excipi de nō nu
merata pecunia, per d.l.fin. quæ licet loqua-
tur in eo, qui simpliciter confessus est se rece-
pisse, tamē uidetur procedere etiam in eo qui
renunciauit tali exceptioni. Nec potest assi-
gnari bona ratio differentię inter istos casus:
nam sicut qui cōfitetur se recepisse cum iura-
mento, quia subest eadē pręsumptio: itē sicut
qui cōfitetur se recepisse, nihilominus lex ei
pmittit ut possit excipere, ex quo remaneret
deceptus à creditore: †& iuramētū hāc habet 267

naturã, ut nõ seruanti fidem nõ sit seruanda,
ut dicit ibi Bal.arg. l.quæro.§.inter locatorẽ.
ff.loca.& probaĩ in c.seq.in fin.ȷ.eo.ita quan
do promittit non opponere talem exceptio
nem. Nec est bona ratio differentiç, quam re
fert Feli. in d.c.si cautio.dum dicit, quòd qui
confitetur se recepisse, iurat de eo quod non
est in potestate sua: sed qui iurat non oppone
re exceptionẽ, de eo iurat quod est in sua fa
cultate. Nam d.l.fin. non est fundata in hoc,
sed quia debitor indigens pecunijs, ut eas ha
beat, iurat de facili sub spe habendi, ut dicit
Bar.in d.l.si ex cautione. Quç ratio militat in
utroq; casu. Non obstat fundamentũ Imol,
quia quando constat de ueritate contractus,
iuramentũ bene facit præsumi, quòd cũ ma
iori deliberatiõe celebratus fuerit. Et ita pro
cedunt tex.noster, & d.auth.sacramẽta.& q̃d
habetur in c.ex rescripto.ȷ.eo. Sed in casu no
stro non constat ꝙ uerè fuerit celebratus, seu
quòd pecunia fuerit numerata, ex quo in tali
confessione lex subaudit conditionẽ. In pra
ctica tamen nõ esset recedendũ ab opin. Bar.
ut facta solutione competat repetitio, per ea
quç ȷ dixi in quarto casu principali. Putarem
etiam posse ante solutionẽ impetrari habilita
tionem, & ostendi quòd imò pecunia nõ fuit
uerè numerata.& ita procedit opin Feli. Per
fectam uerò absolutionẽ nõ puto conceden
dam.& de hac intelligendus est Corneus.
268 Octauus casus principalis est,†quãdo cõ
tractus prohibetur ratione rei seu materiç, ut
quia ea non sit in cõmercio, & tunc iuramen
tum non conualidat cõtractum, quia concer
nit impossibile: ut si quis rem sacram uendit.
l.apud Iulianum.§.fin.ff.de leg.i.c.semel.ubi
Dyn.de reg.iuris.in vi.cum concord. Et cum
hac opin.transeũt omnes. Ex hoc infertur
primò, an si de aliqua re nõ alienanda sit præ
stitum iuramentũ, & deinde alienetur cum se
cundo iuramento, ualeat cõtractus. Et uide
retur quòd non ualeret, tanq̃ res propter pri
mum iuramentũ facta esset nõ alienabilis: &
sic obstaret defectus in materia. Sed tamẽ ue
ritas est in contrariũ, quia imò talis defectus
non obstat, & cõtractus tenet: sicut uidemus
269 regulariter, quòd†actus contra iuramentũ te
net, licet cõtraueniens sit periurus.c.sicut ex
literis.ȷ.de spons. gl. in c.fin. de procur.in vi.
Io. And.in regula, quod semel. de reg.iur.in
vi. Fallit quando primũ iuramentũ haberet
concursum iuris cõmunis.c.intellecto.ȷ.eo.
gl.in c.licet.eo.tit.in vi.& declaraui ȷ in vi.no
tab. Fallit secundo, in actibus merè spiritua
libus: quia tunc actus sequens aduersus iura
mentũ nõ tenet.c.dilecto.uers.nisi fortè.ȷ.de
præb.quem ita intelligit Innoc. ibi, & sequi
tur Hostieñ.& idem tenet Archid.in c.si a se
de.de præb.in vi.& Oldra.consil.cxxvij.Ro
ta decis.viij.de procur.in antiq.But.in c.cùm
M.in ij.col.de constit.& latè disputat Fulgos.
consil. ccx. incip. pro euidentia. Io. de Imol.
hic, & in d.c.dilecto. Alex.consil.cxvi.col.iij.
in iij. Et dicũt moder.in c.cùm accessissent.ȷ.
de constit. quòd nõ potest realiter responde
ri ad tex.in d.c.dilecto. In contrarium uide
tur esse cõmunis opin. prout dicit Abb. in d.
c.dilecto. Alex.in l.stipulatio hoc modo.col.
iij.ff.de uerb.oblig.per Felin.& Deci.in d.c.
cùm accessissent. Non enim est recedendum
à regula, nisi fallentia expresse probetur. gl.
in l.omnis definitio.de reg.iur. in vi. Non
obstat tex.in d.c.dilecto.quia ultra responsio
nes ibi traditas per Abb.& alios, dico quòd
tex.non loquitur quando Canonici simplici
ter contraueniant actui iurato, sed quãdo fa
ciunt id quod de iure facere nõ possunt: quia
amplius non habent potestatẽ à lege conden
di statuta.l.fi.C.de iurisd.om.iud.& per Bar.
in l.omnes populi.in ij.col. ff.de iustit. & iur.
cui non possunt renunciare, nisi in manibus
superioris, ad cuius utilitatẽ renunciatio per
tinet: quia†aliàs indistinctè non teneret, tan 270
quam parte absente facta. arg. l.centum. §. si
quis absente.ff.de confessis. Si tamẽ iuramẽ
tum accesserit, tenere debet renũciatio, quia
supplet absentiam partis. gl.in c. quoties cor
dis.i.q.vij. Et istud fortius procederet, si tene
remus quòd huic potestati esset renuncian
dum in manibus superioris.arg. l. pen. ff. de
offic.præsi.& quod habetur in c.quod in du
bijs.de renunc. ibi ergo†actus nõ est nullus, 271
quia cõtra iuramentũ factus, sed quia factus
est à non habentibus potestatẽ, ex quo eam à
se per statutum iuratũ abdicauerant. Et ideo
in d.c.dilecto, çquiparatur uel iuramentum,
uel confirmatio sedis apostolicæ, quæ in effe
ctu operatur acceptationẽ renũciationis: co
gita tamen. Secundo infertur,†an ualeat a 272
lienatio rei fiscalis quæ non est in usu publi
co, si sit iurata.& Bart.& Abb. præsupponũt
quòd non, dum allegant d.l.apud Iulianum.
& ita etiam firmat Ant. hic in viij. membro.
Contrariũ tenet Imol.hic: quia si uendo rem
fiscalem quam ego possiderẽ, teneor ad con
tractus obseruationẽ, etiam sine iuramento:
quia res aliena uendi non potest. l. rem alie
nam. ff.de actio. empt. quanto magis si iura
mentum accesserit. Non enim uidetur huius
modi res omnino esse exempta de cõmercio
hominũ, licet præscriptio non ita faciliter in
ea locum habeat. l.sicut.& l.omnes.C.de prç
script.xxx.ann. Breuiter concordando opi
niones dic: Aut ego promitto uel uendo tibi
rem fiscalem, quã tu scis esse fiscalem, & pro
cedit prima opin. quia†cùm de facto repute 273
tur impossibile quòd eius rei dominiũ in te
transferam, promissio non tenet. l.pen.§.fin.
ff.de cõtrah.empt. Aut realiter tibi trado rem
fiscalem penes me existentẽ, & procedit opi.
Imol. Ex quo enim possessio est apud me, nõ
uidetur cõtractus esse impossibilis, saltem in
uim pacti. Et istud etiã uidetur sentire Corn.
in d.auth.sacramenta.quæst.xvi. Tertio in
fertur, an transactio facta post rem iudicatã,
accedente iuramento in uim pacti ualeat. Et
uideretur quòd non, quia transactio peccat
in materia:†debet enim materia super qua fit 274
transactio

tranſactio, eſſe dubia. l. i. ff. de tranſactio. Sed
poſt rem iudicatā amplius nō eſt dubium. l. ſi
cauſa cognita. C. de tranſac. l. eleganter. ff. de
cond. indeb. & ideo uideretur iuramentū nō
operari, per not. in iſto caſu. In contrarium
eſt cōmunis opinio, per tex. in d. §. filius ma-
trem. quam tenuit Bartol. in l. ſi quis maior.
C. de tranſactionib. Moder. in d. l. ſi cauſa. &
d. l. eleganter. Et ſic habes unam declaratio-
nem ad hunc caſum, ut procedat quando de-
fectus eſt in materia, ut quia res non ſit com-
mercij noſtri, uel reſultet impoſsibilitas iu-
ris uel facti. Secus ſi defectu materię aliud eſ-
ſet; nam tunc ſuſtinet̃ ſaltem in eum modum,
in quem ualere poteſt, dummodo conſenſus
accedat. Sed dubiū eſt, quomodo cognoſce
mus conſenſum accedere? Et fac duas cōclu-
ſiones. Prima eſt, ꝙ ſi generalitas uerbi poſſit
etiam cōprehendere talem actum, dicemus
de eo quoq; eſſe conſenſum; uidet̃ enim ſaltē
in genere fuiſſe de eo cogitatū. l. qui iure. ff.
de teſta. mili. & habetur in d. auth. ſacramēta.
per Bart. & alios. Et iſtud eſt in caſu noſtro.
275 †tranſactio enim generaliter accepta, poteſt
comprehendere quodcunq; pactū, per quod
à lite recedatur, dato quòd non ſimus in cau-
ſa dubia. l. ij. ff. eod. gl. in l. i. §. i. in uerb. tranſi-
gendi. ff. de pactis. Declarat Ant. de Alex. in
d. l. ſi cauſa cognita. & ante eum Lud. Roma.
conſil. dxvij. in antepenul. col. ſ. per me alle-
gato. Et ita etiam tenet Aret. conſil. xxxiij. in
cip. conſultatio. in ult. dubio. Et ita procedit
quod not. Bald. in l. ſancimus. C. de teſta. ubi
iuramentum operatur uim expreſsi conſen-
ſus, ad reuocationem præcedentis teſtamen-
ti, de quo ibi per Iaſ. Fallit quarto, quando
iuramentum accederet alicui renunciationi
generali; nam tunc non intelligitur, niſi qua-
tenus illa renūciatio circunſcripto iuramen-
to intelligeretur. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum.
276 ubi Bart. in fin. & Doct. ff. ſi quis caut. †Et ſi-
cut generalitas renunciationis reſtringitur,
ita etiam generalitas iuramēti ꝙd illi accedit.
Et ita intelligūtur multi caſus allegati per gl.
in c. quintauallis. in uerb. conditum. ſ. eod. in
quibus iuramentum recipit aliquam tacitam
conditionem ex natura rei, ſuper qua inter-
ponitur. Et facit regula, quòd iuramentū re-
gulatur ſecundum naturam actus cui acce-
dit. d. l. fin. ad quam regulam uide ſeptem de-
clarationes, quas poſui ſ. in hoc tit. num. 253.
277 Fallit quinto, †quando actus ſatis poſſet cō
prehendi ex generalitate iuramēti, ſed tamē
eſt uerisſimile quòd partes de eo nō intellexe
rint. Iſtud ex uarijs coniecturis accipitur; ue-
luti quādo reſultaret enormis læſio, ut habe-
tur per omnes in d. c. quintauallis. & ſ. uidi-
mus poſt Abb. Item quando aliàs ſequere-
tur aliquod inconueniens, ut quia pater ex-
traneos ſanguini ſuo præponeret, contra l.
cùm acutiſsimi. C. de fideicōmiſſ. & ita intel-
ligitur quod notat Ang. in authen. ex cauſa.
in i. col. C. de liber. præter. ubi notat Iaſ. in il-
278 la quæſt. †an clauſula codicillaris quæ æqui-
paratur iuramento, ſuſtineat teſtamentū nul
lum præteritione poſthumi. & latè Soci. con
24 *Vbi lex contra regulas iuris, & citra uoluntatem domini transfert dominium, intelligitur semper de utili, non de directo.*
25 *Verbum adiectionis, non refertur ad translationẽ quæ fit à domino, sed ad acquisitionem extraordinariam.*
26 *Fundum per autoritatem usucaptũ, antiqui simpliciter appellabant possessionem.*
27 *Quia tẽpus nõ est modus tollẽdi dominij, sicut nec obligatio*

nis, ideo præscriptio ex tali tempore oriens non debet auferre directum dominium.

28 Possessio ciuilis quid.

29 Qui patitur rem suam posideri & præscribi, censetur illam alienare.

30 Si præscribens acquirit solùm utile dominium, sequitur quòd prior dominus retineat directum.

31 Cùm duo non poßint esse domini directi eiusdem rei, sequitur quòd prior dominus suum directum amisit.

32 Dominium ex sola legis autoritate quæsitum, & hypotheca, etiam in persona eiusdem concurrunt.

33 Lex propter dominium naturale quod non est omnino extinctum, quandoq; ei qui præscripsit dicit actionem utilem, quandoq; exceptionem contra dominium dari.

34 In rebus immobilib. necessariò præsupponimus, possessionẽ propter quã usucaptũ est, habuisse initiũ ex uoluntate domini.

35 Dominium quid sit. & num. 36.

37 Adiectio ad actum ciuilem refertur.

38 Dominiũ quod à lege trãsfertur, est uerũ & directum dominiũ.

39 Stat simul quòd quis sit dominus autoritate legis, alter uerò ex æquitate naturali.

40 Statuta debent declarari secundum ius commune.

41 Licet statuta declarentur secundum ius cõmune, si tamen statutum facit aliquas exceptiones à regula, non habebit locum ius cõmune, ut aliæ exceptiões ultra expressas admittãtur.

42 Statutũ prouinciale admittit nepotes in hæreditate aut materni quo ad legitimã, nisi quãdo eius hæreditati renũciatũ est.

43 Quo iure possessor malæ fidei non præscribat.

44 An mediante præscriptione debiti tollatur naturalis obligatio.

45 Ex quo aliquis præscripsit cum bona fide, habet exceptionem fauorabilem, & ideo quocunq; errore soluat, repetit.

46 Obligationi præscriptæ non potest accedere fideiussor.

47.48 Contra præscribentem nõ competit denunciatio euangelica.

49 Obligatio naturalis in personalib. nõ operatur, ueluti in actionibus quæ sui natura sunt temporales.

50 An statutũ ualeat non admittens creditorem ad agendum post certũ tempus, quia debitor cùm est in mala fide, nõ soluendo non potest præscribere. Fallit tamen ut num. 51. 52. 54.

53 Non est uerisimile quòd quis de facili peieret.

55 Cùm debitor est in mala fide, est in peccato, nec propter negligentiam creditoris potest sine peccato lucrari. & num. 56.

57 Si præsumptio alia est in contrarium, statutum non tenet, quia una præsumptio aliam tollit.

58 Filius tenetur exonerare conscientiam patris, & satisfacere creditoribus, qui aliàs remanerent decepti.

59 Vsucapio & præscriptio decem uel uiginti annorũ est introducta propter bonũ publicũ, ne dominia rerũ sint in incerto.

60 Præscriptio longißimi temporis, uidelicet triginta uel quadraginta annorum, est introducta in odium negligentis.

61 Quia lex dicit usucapionem esse introductam pro bono publico, non sequitur, ergo illi renunciari non potest.

62 Nõ uidetur lædi aliquo modo publicum bonum, quia dominiũ non remanet incertum.

63 Præscriptio currens cum bona fide uidetur principaliter inducta in fauorem partis, non autem in fauorem publicum.

64 Non obstante pacto habebit locum præscriptio triginta annorum. & num. 65. 66

67 Dictio, quandocunq;, non excludit præscriptionem. Contrariũ uide num. 68.

69 Quando renunciaretur præscriptioni triginta annorũ, & accederet iuramentum, tunc faceret ualere renunciationem.

70 Si circumscripto pacto potuisset præscribi per triginta annos, uidetur quòd ut pactũ sustineatur, capienda sit interpretatio, ut tempus sit prorogatũ, puta usq; ad quadraginta annos, uel etiam longius.

71 Quando actus non ualet prout agitur, fit interpretatio ut sustineatur in eum modum, in quem uerisimile est ualuisse uoluntatem contrahentium.

72 Si præscriptio fuisset inuenta fauore publico simpliciter, sicut per pactum non posset tolli, ita nec eius uirtus diminui prorogando tempus.

73 Præscriptio currit contra episcopum catholicũ & præsentem spacio triennij, etiam cum mala fide.

74 Duo specialia circa idem subiectum concurrunt.

75 Verbum, promitto, in instrumento positum intelligitur per stipulationem.

76 Promissio dotis propter incertitudinem simpliciter nõ ualet, nisi sit dictum, Promitto dotem arbitratu talis.

77 Cùm lex finalis sit exorbitans, & loquatur in contractu, non debet trahi ad pollicitationem.

78 Licet in fauorẽ fidei poßint admitti participes, nõ tamẽ ubi detur admittendũ aliud speciale ut interrogẽtur mulieres;

79 Mulieres non sufficiunt ad definitionem, licet fortè sufficerent ad torturam.

80 Præscriptio potest induci etiam cum mala fide, dummodo subsit causa iusta.

81 Si princeps potest ex causa statim priuare dominũ re sua, ergo multò magis poterit statuẽdo ex causa, ut post certum tempus aliquis priuetur re sua per præscriptionẽ.

82 Licet princeps poßit ex causa aliquẽ priuare dominio rei suæ, nõ tamẽ potest facere quòd acquiratur alicui existenti in mala fide.

83 Statutum, quòd qui suum ius nõ præsentauerit in termino sex mensium à tempore proclamationum, excludatur, & amplius non audiatur: non habebit locum, quando posset probari, quòd ille in cuius fauorem alius excluderetur, esset in mala fide.

84 Princeps non potest inducere præscriptionem cum mala fide ex iure gentium, sed aliquo iure speciali.

85 Faciens aliquid cum autoritate legis nihil peccat.

86 Comedens carnes tempore quadragesimali incidit in peccatum, etiam si comedat de licentia Papæ.

87 Cùm quadragesimæ obseruatio sit iuris positiui, uidetur quòd Papa habeat plenariam facultatem dispensandi, etiam sine causa.

88 Paria sunt, uel quòd ecclesia careat rectore, uel illũ habeat inhabilem seu inutilem ad agendum.

89 Verba in dubio simpliciter accipiũtur, nõ aũt quo ad quid.

90 An uenditio si sit inutilis uel nulla, dicatur uenditio. & 91

92 Ecclesia uacante, præscriptio contra eam non currit.

93 Dictio, usucaptum, non potest salua ratione recti sermonis intelligi de re quæ potuit usucapi.

94 Deterior est conditio episcopi catholici delinquentis quàm hæretici, non ex odio personæ, sed ex negligentia.

95 Belligerans bello illicito, captos in bello seruos suos, facit, licet delinquat.

96 Concubina non debet esse melioris conditionis quàm uxor.

97 Donatio inter uirum & uxorem prohibetur etiam fauore matrimonij & sobolis legitimæ.

98 Episcopus hæreticus ubi reuertitur ad unitatem ecclesiæ, recuperat ecclesiam suam dispensatiuè. & num. 99.

100 An episcopo hæretico reuerso ad catholicam unitatem, fructus interim percepti restituendi sint. & num. 101.

102 Vbi lex uult rem restitui, semper intelligit cum fructibus. & num. 103.



CONTINVATVR hæc rubrica ut per Abb. Cùm enim ſ de exceptione sit dictũ, & quãdoq; de iure pręscriptionis excipiat̃, meritò de ea uidendũ fuit. Quę cõtinuatio est satis dubia, qa nimis generalis: hoc enim attẽto, potuissent de pactis, de cõfessis, de restitutione spol. de re iudicata, tituli subijci, ex quo plerunq; de talib. excipit̃. Sed tamẽ saluari potest hæc cõtinuatio, sic intelligendo, ꝙ cũ ſ de exceptionib. dictũ sit, & præscriptio nihil aliud sit, † ꝙ̃ exceptio, quæ actiõi in rem uel in ꝑsonã ꝓpter possessionẽ tẽporis à 1

lege

lege definiri obijcitur, de ea uidendū fuit. Et
ideo in ff. & C. rubrica ponitur de exceptioni
bus & præſcriptionibus, quia præſcriptio o-
mnem exceptionē perpetuam ſignificat, ut
declaraui in c. ult. incip. diſpunctio, quę tamē
magis in ſpecie de ea intelligiť, quæ propter
tempus obijcitur, ut infrà uidebimus. Pri-
mò quærit Abb. quid ſit pręſcriptio: & refert
2 †eſſe quoddam ius, ex tempore cōgruam au-
toritatem legum, & earum uim capiens, pœ-
nam negligens, & finem litibus imponens,
Quæ definitio fuit Ioan. And. in regula, poſ-
ſeſſor. in Mercurial. cum qua tranſeūt hîc cæ
teri ſcribentes. Sed aduertendū eſt, quia ego
puto, propriè loquēdo, ꝙ pręſcriptio nō dica
tur de ipſo iure acquiſititio per poſſeſſionē,
ſed de ipſa exceptione ex eo oriente. Et ideo
Iuriſcōſulti qui elegāter locuti ſunt, ita ſolēt
accipere, ut apparet in l. i. & l. creditor. & in
rub. ff. de diuerſ. & temporal. pręſcriptionib.
& in rub. C. quibus nō obijcitur longi temp.
præſcript. licet ex Romanis pontificibus ali-
qui hoc nō obſeruauerint de poſſeſſore: un-
3 de cōſequens eſt, ut †uſucapio propriè de ip-
ſo iure acquiſititio dicať, etiā in rebus immo-
bilibus, l. iij. l. ſi fur. in fi. & l. eum qui ædes. ff.
de uſucap. Sed exceptio oriens ex tali uſuca-
pione immobiliū uel iuriū, diciť præſcriptio,
nec text. in l. ij. C. in quibus cauſis ceſſ. longi
temp. præſcri. quicꝗ urget in oppoſitū: quia
ibi dubitatio nō erat in ui uerborꝫ, ſed in tem
pore: nam aliqui uolebāt ſeruū nō præſcribi,
niſi longo tempore: tex. dicit oppoſitū, quòd
imò uſucapio biennalis in eo locum habet: et
credo quòd ſecundum hanc opin. etiam ſen-
4 ſerint antiqui, definientes †præſcriptionem
eſſe exceptionem, quæ ex tempore ſubſtan-
tiam capit, & actioni obijciť, ut not. gl. xvi. q.
iij. in ſumma. & ſequitur Gofred. in ſumma
huius tit. & licet Io. And. & Abb. hîc eam re-
probent, tamen eorū fundamēta nō urgent.
Cùm enim dicitur eſſe exceptionē ex tempo
re ſubſtantiam capientem, debet intelligi, ꝙ
licita & à lege approbata ſit, & ſic autoritas le
gis illi adſit, arg. l. iiij. §. condemnatū. ff. de re
iud. l. nō putauit. §. nō quæuis. ff. de bon. poſ-
ſeſſ. contra tab. Et dum dicitur, nō poni in ea
cauſam finalem, quæ eſt ut lites finiantur, &
dominia non ſint in incerto, l. i. ff. de uſucap.
l. fin. ff. pro ſuo. reſpondetur non eſſe hoc ne
ceſſarium ad definitionem, ut probatur in l.
iij. ff. de uſucap. in l. v. §. ſtipulatio. iuncta l.
ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de uerb. oblig. & fa-
cit quod notat Bart. in l. i. ff. de appell. Satis e-
nim eſt quòd conſtet ex genere, proprio, &
differentijs. l. i. ubi notatur. ff. de dolo. quod
eſt in prædicta definitione. Et ſic teneo hanc
definitionem, quę eſt uerior. Nam contra cō
5 munem etiam obſtat, quia †eſt aliqua præſcri
ptio quę pœnam negligentibus nō infert, ut
quæ currit aduerſus ignorantem. l. fin. ff. de
præſcript. long. temp. & tamen in ignorante
nō cadit negligentia. c. quia diuerſitatē. de cō
ceſſ. præb. Abb. in c. proximo, in ult. uerbis;
niſi capias negligentiā pro qualibet ceſsatio-
ne impropriè, ut declarat Paul. de Caſt. con-
ſil. ccxciij. incip. uiſis & pōderatis omnib. &
per Feli. hic. Sed tamen uidetur in definitio-
nibus quòd uerba debeant propriè & ſtrictè
intelligi. l. i. ff. de teſta. de quo tamē per Deci.
in rub. ā. de probat. col. iij. Item contra hanc
definitionē facit, quia †exceptio præſcriptio- 6
nis multis caſib. nō impedit litis ingreſſum. l.
emptor. C. de præſcript. longi temp. per Bar.
in l. fin. ff. pro ſuo. quam declarat Aret. conſ.
xcix. incip. reſpondiſſem, ergo illa uerba, liti-
bus finem imponens, non congruunt gene-
raliter, quod eſt contra naturam definitionis
d. l. i. ff. de dolo. Secūdo quærit Abb. an pręſcriptio ſit cōtra ius naturale, ſeu æquitatem
naturalem. Et concludit, quòd ſimpliciter lo
quendo nō eſt contra æquitatem naturalem,
licet nō ex eo capite uideatur iniquum reme
dium: †quia non debet aliquis cum alterius 7
iniuria locupletari, l. nā hoc natura. ff. de cōd.
indeb. †Conſiderato tamen bono publico, ne 8
dominia in incerto maneant, & ut pœna ne-
gligentibus, finis litibus imponať, habet ſecū
æquitatē naturalem, ut concludit Io. And. in
d. regula, poſſeſſor. & ſequūtur hîc Doct. &
gl. ac Doct. in l. ius generale. prima diſtinct.
Sed contra hanc concluſionē obſtat tex. in
§. habeat. in authen. ut eccleſia Rom. uerſ. im
pium remediū. & in uerb. improba temporis
allegatio. per quē tex. dicit Bal. & Ang. in l. i.
C. de præſcript. xxx. ann. ꝙ †arbiter habēs iu 9
dicare ſecundū æquitatē, non admittet exce-
ptionē præſcriptionis. & idem tenēt Ang. &
Imol. in l. ſequitur. §. ſi uiam. ff. de uſucap. Ro
ma. in rub. ff. de arbit. col. i. Lanfrancus in tra
cta. de arbit. in xxv. quæſt. Corn. conſil. cxlv.
in ij. & conſil. ccli. in iij. Socinus in conſil.
lxxxvi. in penul. col. Nec uidetur bona ſolu-
tio Felini, dum poſt Imol. in c. fin. ꝫ. eod. dicit
quòd ille tex. procedit in poſſeſſore malæ fi-
dei, per illa uerba, ne tutus peccādi locus ſciē-
tibus relinquať: quia hoc dato, ſequereť ꝙ ſi
quis fuiſſet bonæ fidei, cōtra eccleſiā Roma-
nam quinquaginta annis præſcripſiſſet, ꝗd
eſt contra mentem illius text. Item illa uer-
ba habent dictionem implicatiuam ſeu argu-
mentatiuam, ibi, etiam ſcientibus: ex qua ap-
paret rationē tex. procedere, dato quòd præ
ſcribens neſciret, & ſic non eſſet in mala fide,
& hoc probatur ex natura illius implicatiuæ,
de qua habetur in l. i. ff. ſolut. mat. Nec etiam
bona uidetur ſolutio quam ſentit gl. in d. §.
habeat. dum intelligit dictum remedium eſ-
ſe impium quo ad quid, ſcilicet habito ſolùm
reſpectu ad regulam in d. l. nam hoc natura.
Nam cùm illa lex ſit iuris ciuilis, & dicat ini-
quū eſſe tale præſcriptiōis remediū, debet ge
neraliter intelligi & de iure naturali & ciuili.
arg. l. ius ciuile. ff. de legib. Vnde ego putarē
quòd prædicta ratio deberet intelligi ſecun-
dum terminos d. auth. ut ſit improbum reme
dium aduerſus eccleſiā: †dato enim ꝙ quis ſit 10
in bona fide, non tamen eſt æquū, prælatorū

negligentiã ecclesiæ nocere, ut habeť in l. iu-
bemus. C. de sacrosſ. eccl. Et sic in eo casu ces-
sat æquitas, quę in præscriptione regulariter
militat, meritò igitur talis exceptio censetur
iniqua. Vnde apparet, quòd prędicta decisio
Baldi, Angeli, & sequacium, potest sustineri
duobus casibus. Primus est in præscriptio-
ne quæ ab eo opponitur, qui mala fide præ-
scripsit: qui casus est indubitabilis, ex quo, e-
tiam ubi ageretur de rigore, talis tamen exce
ptio nõ esset attendenda propter peccatũ. c.
fin. ĵ. eod. Secũdus casus est de pręscriptio-
ne quæ objjcereť ecclesię uel cuilibet alij, qui
propter negligentiã Rectoris à re sua fuisset
exclusus, & ita loquitur d. §. habeat. Et in his
casibus potest saluari quod not. Bart. in l. si is
qui pro emptore, in iiij. col. ff. de usucap. alio-
qui extra hos casus putarem has dictas deci-
siones nõ esse ueras, prout etiam tenuit Lud.
Rom. consil. cxlix. circa primũ. Aret. in c. di-
lecti. ǎ. de iudi. & Feli. hic. Et hoc deducitur
11 tribus rationib. Prima, †in causa dotis pro-
ceditur de bono & ęquo. l. iure succursum. ff.
de iur. dot. & tamẽ in ea potest objjci præscri
ptio. l. in rebus. §. omnis. C. de iure dot. Se-
12 cunda, †ius canonicũ innititur æquitati, c. di-
lecti. ǎ. de iudi. & c. i. ǎ. de pact. & tamẽ appro
bat exceptionẽ præscriptionis, ut in toto hoc
13 tit. Tertia, †forum cõscientiæ est forũ æqui
tatis & bonitatis. c. nouit. ǎ. de iudi. Bald. in c.
cùm causam. ǎ. de testi. & tamẽ qui bona fide
præscripsit, in eo foro est tutus, dato ꝙ dein-
de superuenerit mala fides. xxxiiij. q. ij. c. si
uirgo. xiiij. q. vi. c. si res. per moder. hic, & Fe-
lin. in c. si uigilanti. in fi. ĵ. cod. Et ex his infer-
tur ad id quod not. Soci. in d. cõsil. lxxxvi. in
penul. col. ubi concludit, quòd stante statuto
quòd possidens rem pro sua per X X X. an-
14 nos, præscribat: debet fieri †interpretatio, ut
nihil addatur iuri cõmuni, ex quo tale statutũ
inducens præscriptionẽ, dicitur esse iniquũ,
per d. §. habeat. & in statutis iniquis fit inter-
15 pretatio ut nihil †operentur, ne aliquis locu-
pletetur cum aliena iactura, ut per Bar. l. fin.
§. in computatione. C. de iur. delib. & in l. om
nes populi, in vi. q. ff. de iustit. & iur. Nam di-
co quòd imò tale statutũ non est iniquũ, nisi
in prædictis duobus casibus. Tertio quęrit
Abbas, quid sit usucapio: & sequitur defini-
tionem Iurisconsulti in l. iij. ff. de usucapio.
& concludit, quòd ibi definitur usucapio so-
lùm in specie sumpta, prout habet locũ in re-
bus mobilibus tantũ. Sed ista opinio Abba-
tis nõ est uera, & uidetur sibijpsi contradice-
re. Nam primò dicit, quòd ante Iustinianum
usucapio in rebus etiam immobilibus indif-
ferenter dicebatur: quod probatur in multis
legibus eius tituli, et ǎ dixi: ergo illa definitio
cùm sit ante Iustinianũ facta, debet intelligi
etiam de præscriptione. & ita etiã tenet Azo
in summa eius tituli. Præterea uidetur quòd
etiam Iustinianus nõ constituerit istam diffe
rentiã: quia, ut probať in l. i. de usucap. trans-
for. & Insti. de usucap. in prin. promiscuè usu
capionem †intelligit etiam in rebus immobi- 16
libus. & istud uidetur mihi uerius. Contra
prædictam definitionẽ arguunt moder. dum
diciť; usucapio est acquisitio dominij, quòd
non sit bona: quia acquisitio ipsa est effectus
usucapionis, & †effectus debet distare à sua 17
causa, sicut mater à filia. l. licet. §. ea obligatio.
ff. de procur. Et ista ratione in simili Bart. re-
prehendit definitionẽ Azonis in l. i. ff. de ap-
pell. & idem sentit Paul. de Cast. in d. l. iij. Sed
tu responde, †quòd usucapio est dictio effe- 18
ctum significãs: quia dicitur usucapio, id est,
acquisitio per usum, id est, possessionẽ: meri
tò ergo sic fuit definienda. Secundo arguit
Paul. Cast. quia dicta definitio uidetur defe-
ctiua, ex quo in ea non fit mentio de titulo &
bona fide, sine quibus nõ usucapimus. Instit.
de usucap. in prin. l. quod uulgò. ff. pro emp.
Sed responde, quòd †titulus & bona fides nõ 19
sunt propriè de substantia, nec eam immedia
tè inducũt, sed solũ possesio: unde uidemus
quòd defectus possessionis quandocunq; su
perueniẽs eam interrumpit. l. naturaliter. ff.
de usucap. & nõ defectus bonæ fidei. l. iusto.
§. & si possessionis. ff. eo. tit. unde satis fuit po
nere substantiã principalem ipsius usucapio
nis, nõ autẽ adminicula extrinseca, ꝗuis ne-
cessaria. Dum enim dicitur quòd est acquisi-
tio, debet intelligi secundũ legitimũ modum
facta, ut diximus ǎ in prima quæst. Quarto
quæritur, an mediante usucapione quæratur
dominiũ directũ uel utile. Et uidetur non ac-
quiri: nam †dominiũ directum ossibus inhæ- 20
ret prioris domini ex ratione naturali, unde
ab eo sine eius uoluntate separari nõ debet. l.
iij. ff. pro soc. facit l. quis ergo. ubi gl. ff. de pe-
cul. Et ista fuit ratio Io. And. in d. regula, pos-
sessor. In contrariũ fa. tex. in d. l. iij. dum di-
cit, quòd est acquisitio dominij: ergo intelli-
gemus de directo. l. i. §. qui in perpetuũ. ff. si
ager uectig. pet. Item text. in l. traditionibus.
C. de pact. dum dicitur, traditionibus & usu-
capionib. dominia rerum acquiri: nam sicut 21
†traditionibus directũ acquiriť dominiũ, ita
etiã usucapionibus, per regulã l. nam hoc iu-
re. ff. de uulg. & ita tenet Abb. & sequunť cæ-
teri in usucapione rerum mobiliũ. Et ista sit
prima conclusio. Secunda est, †quòd in prę 22
scriptione longi temporis, uel etiam longissi
mi, accedente bona fide, quæritur utile domi
nium. Tertia cõclusio est, quòd †in præscri 23
ptione triginta annorũ uel etiam X L. si quis
est in mala fide, nõ acquirit aliquod dominiũ
sed solummodo exceptionẽ. Et istæ tres con-
clusiones sunt cõmuniter approbatæ hîc, &
in d. l. traditionib. & in auth. nisi. C. de bonis
mater. Circa primã conclusionẽ uideretur
quòd imò per usucapionẽ nõ transferatur di
rectum dominiũ: quia cùm nõ accedat cõsen
sus ueri domini, sequitur eam translationem
fieri per legẽ: & nos habemus, quòd ubi lex
contra regulas iuris, ueluti in casu nostro ci-
tra †uoluntatẽ domini, transfert dominiũ, in 24
telligitur semper de utili, non de directo. gl.
ubi

ubi Petrus, Cynus, Salic. in authen. donatio-
nem. C. de iure dot. Doct. in l. fin. C. de ſacro
ſanct. eccleſijs. declarat Aretinus in l. i. in ult.
col. ff. de lega. i. per Soci. in l. i. §. ſublata. in ul
timis uerbis. ff. ad Trebell. Nec obſtaret
quòd lex dicat dominiũ acquiri: quia poteſt
etiam uerificari in utili, ſecũdum ſubiectam
materiã; ut in ſimili dicimus in libello, in quo
quis agit ad dominium; de quo per Bart. in l.
ſi mater. §. eandem. in ult. col. ff. de except. rei
iud. unde ſi ex uſucapione non transferatur
niſi utile, ſatis uerificantur dicta uerba, ut e-
tiam apparet Inſtit. de uſucap. in prin. ubi gl.
in uerb. dominium. Et ſuadetur hæc opinio
ex dicta definitione in d. l. iij. dum dicit, quòd
25 eſt acquiſitio uel adiectio dominij:† illud em̃
uerbum adiectionis, non refertur ad transla
tionem quæ fit à domino, ſed ad acquiſitionẽ
extraordinariã, ſicut uidemus in rubr. Inſtit.
de eo cui libert. cauſa bona addic. Unde etiã
uidemus, quòd lex Atinia, quæ de prohibita
uſucapione rei furtiuę lata eſt, uſucapionem
ſimpliciter appellat autoritatem, ut dicit Au-
lus Gell. lib. XVII. & ita etiam appellat M. Ci
26 cero in Topicis.† Et fundum per autoritatem
uſucaptum, ſimpliciter antiqui appellabant
poſſeſsionem, ut dicit Feſtus Pompeius. Et
ideo in l. quæſtio. ff. de uerb. ſignif. iuriſcon-
ſultus dicit poſſeſsionẽ iuris, proprietate ab
agro differre: quia poſſeſsio eſt cuius pro-
prietas ad nos non pertinet: & ſic ibi capitur
poſſeſsio pro fundo uſucapto. Licet Laur.
Valla non intellexerit, & ideo in Iuriſconſul
tum inuehatur. Circa ſecundam conclu-
ſionem, quòd ex tali pręſcriptione ſolummo
do orietur utile dominium, ſecundum com
munem opinionem, uidetur probari primò
in l. i. §. cùm prædium. ff. de pignor. inducen-
do ut ibi per Bart. Secundo in l. ſuper longi.
C. de long. temp. præſcrip. ubi præſcribenti
competit exceptio: & ſic præſupponit actio-
nem competere priori domino. Ex quo ap-
paret, quòd directum apud eum reſidet. Ter
tio per text. in l. ſi duo patroni. §. Iulianus. in
uerbo, utilem actionem. ff. de iureiur. Quar-
to per tex. in l. i. in fin. de aqua plu. are. in uer
bo, utilem actionem, & ibi Bart. & eſt ſimilis
text. in l. ſi quis diutino. ff. ſi ſeruit. uend. &
xvi. quæſt. iij. §. poteſt. in uerbo, utiliter uen-
dicare. Quinto, quia tempus non eſt modus
tollendi dominij, ſicut nec obligationis. l. ob
ligationum ferè. §. placet. ff. de actio. & oblig.
27 ergo† præſcriptio ex tali tempore oriens nõ
debet auferre directum dominium. Sexto fa
cit autoritas Bart. in l. i. ff. de acquir. poſſeſſ.
28 dum definit† poſſeſsionẽ ciuilem eſſe aptam
producere ciuiles effectus reſpectu ueri do-
minij, & ſic appellat dominium præſcriben-
tis uerum. Contrariam opinionem, quòd
imò acquiratur directum, tenuit Mart. Flori.
cum quo tranſeunt Petrus & Iacob. in d. au-
then. niſi. per illum tex. Ioan. Fab. & Chriſto
phorus Porcus, Inſtit. de uſucap. in prin. per
illum tex. ubi refert etiam Raph. ita tenuiſſe,
& idem etiam ſentit Innoc. in c. cæterum. &.
de iudi. & Ioan. gloſſat. xvi. quæſt. iij. in ſum-
ma, Archidiac. in c. i. de præſcript. in vi. & no
uiſsimè aliqui moder. in l. fin. per illum text.
C. de edict. diui Adria. toll. Pro qua opinio-
ne faciunt fundamenta quæ ſuprà adduxi in
prima concluſione. Item facit, quia ſecun
dum Azonem & antiquos in d. l. iij. definitur
uſucapio immobilium, & tamen ibi dicitur
acquiri dominium. Nec bona ratio differen
tiæ poteſt inter iſtos caſus adduci; quamuis
enim Doct. dicant uſucapionem mobilium
eſſe magis fauorabilem, iſtud tamen non be-
ne probatur, & nihil concludenter infert ad
translationẽ dominij utilis uel directi. Item
probatur hęc concluſio in d. l. cum qui ædes.
in uerbo, dominium mutat. Et exponere do-
minium, id eſt, effectum dominij, eſt uiolare
text. prout facit gl. Item pro hac parte addu-
co tex. xvi. quęſt. iij. c. clerici. ubi uidetur pro
bari, quòd per præſcriptionẽ acquiratur pro
prietas: unde neceſſariò intelligitur de dire-
cto dominio, ex quo utilis proprietas non re
peritur, ſecũdum Alex. poſt alios in l. ſi quis
ui. §. differentia. in penult. col. ff. de acq. poſſ.
Cõfirmatur hæc opinio ratione: nam† qui 29
patitur rem ſuam poſsideri & præſcribi, cen-
ſetur illam alienare. l. alienationis. ff. de uerb.
ſignif. quinimò magis conſentit, quàm ille
qui ſimpliciter alienat, ſecundum Bart. in l.
filiusfamil. §. diui. in ult. col. ff. de leg. i. Sed a-
lienans expreſſe, transferret directum: ergo
etiam idem in caſu noſtro. Quid dicendum?
Articulus eſt diſputabilis, & facilè eſſet re-
ſpondere rationibus hinc & inde adductis.
Sed nos pro intelligentia uideamus, quæ
utilitas inde reſultet: deinde uidebimus quid
tenendum. Et licet Doct. adducant quaſdam
utilitates, una tamẽ ſola eſt cõmuniter appro
bata, uidelicet,† quòd ſi præſcribens acquirit 30
ſolum utile dominiũ, ſequitur quòd prior do
minus retineat directum; unde ſi res perueni
ret ad alias manus, quàm præſcribẽtis, uel ha
bentis cauſam ab eo, poſſet eam uendicare,
nec obtineret poſſeſſor de iure tertij, id eſt,
præſcribentis obijciens, ut declarant Dyn. in
d. regula, poſſeſſor. Abb. & cæteri ſcribentes
hic, Aret. in l. cùm ſeruũ. C. de ſer. fug. Si ue-
rò præſcribens acquireret directũ, prior do-
minus non poſſet aliquo modo agere.† Cùm 31
enim duo nõ poſſint eſſe domini directi eiuſ
dem rei, l. ſi ut certo. §. ſi duobus uehiculũ. ff.
cõmod. ſequitur, quòd prior dominus ſuũ di
rectũ amiſit, & conſequenter funditus actio-
ne careret. Sed tu aduerte circa hunc effe-
ctum: quia etiã ſi teneamus, per præſcriptio-
nem acquiri directũ, nõ tamẽ uidetur abſur-
dum, quòd duo habeant in eadem re dñium,
alter ex autoritate legis, alter ex ratione natu
rali. arg. l. i. C. cõm. de lega. ſicut in ſimili uide
mus,† quòd dominiũ ex ſola legis autoritate 32
quæſitũ, & hypotheca, etiam in perſona eiuſ-
dem concurrunt. l. idemq́. ubi Bar. in iij. op-
poſ. ff. de pig. l. fi. C. de ſacroſ. eccleſ. Alex. &

Aret.in l.i.in ult.col.ff.de legat.i.moder.in l.
neq; pignus.ff.de reg.iu. Et ex hoc sequitur,
33 quòd† lex propter dominiũ naturale, q̃d nõ
est omnino extinctũ, quãdoq; ei qui præscri
psit, dicat actionem utilem, quandoq; exce-
ptionem contra dominium dari, ut in præal-
legatis iuribus. Nec obstat quòd in usuca-
pione rerum mobiliũ, nulla penitus actio su-
persit priori dño: quia illud nõ est propter fa
uorem usucapionis, ut dicũt Doct. sed alia ra
34 tione.† In rebus enim mobilib. necessariò prę
supponimus possessionẽ, propter quã usuca
ptum est, habuisse initium ex uoluntate dñi:
quia aliàs inuito domino res fuisset cõtrecta
ta, & sic furtũ cõmissum: unde propter uitiũ
reale usucapio non potuisset perfici. §. furti-
uæ. Instit. de usucap. Cùm ergo res mobiles
domino uolente fuerint contrectatæ, dñium
ex usucapione quæsitum, nõ est quæsitũ sim
plici autoritate legis, sed etiã ex aliqua ratio-
ne naturali, propter uoluntatem domini, me
ritò ergo omne dominium ab eo aufertur: si-
cut etiam dicunt Doct. in præscriptione quę
currit scienti & patienti, in qua non est con-
trouersia, quia directum dominium transfer
tur, secundum Bal. in d. authen. nisi, & quod
not. Ioan. And. in addit. Specul. in rub. huius
tit. & probatur in d. l. alienationis. de uerb. si-
gnif. & licet Imol. in c. fin. in antepenul. char.
infra eod. pangat in contrarium, per tex. in l.
fin. C. de præscript. long. temp. tamen ad il-
lum text. respondent Felin. & cæteri moder-
niores hîc, & in d. l. traditionibus. Et ex his
apparet, quòd quicquid teneas in prædicto
articulo, utilitas prædicta est certa, nec reuo-
canda in dubiũ. Quo uerò ad determinatio-
nem, quòd uideatur præscribenti uerum do-
minium acquiri, Bart. & Doct. in d. l. i. C. de
acquir. possess. hoc expresse tenent, quia defi
nitio ueri dominij huic competit: de qua per
Bart. in l. si quis ui. §. differentia. ff. de acquir.
35 posses. ubi dicit,† dominium esse ius perfectè
de re corporali disponendi, nisi lege prohi-
beatur. Potest enim præscriptor perfectè di-
sponere, nec dominus prior habet aliquod
ius contra habentem causam ab eo. l. si supe-
ratus. ubi not. ff. de pign. probatur in l. ij. per
Bart. ff. de except. rei iud. & per Doct. in c. si
quis in ius. ȷ. de reg. iur. in vi. Confirmatur
36 hæc opinio:† dominium enim est ius: & nos
habemus, quòd in his quæ sunt iuris lex di-
sponens, agit ex ueritate, non per fictionem,
ut per Bar. in l. si maritus. §. l. Iuliæ. ff. de adul
teris. Vnde dato quòd dominiũ transferatur
ex sola autoritate legis, est tamen uerum do-
minium. Et ideo text. in d. l. iij. ponens defini
tionem, bene dicit usucapionem esse acquisi
37 tionem dominij, seu adiectionem:† adiectio
enim ad actum ciuilem refertur: & sic ibi defi
nitur tam usucapio, quàm præscriptio. Cùm
igitur uerum dominium inde quęratur, non
est dubium quòd in qualibet dispositione e-
tiam odiosa, appellatione domini, is qui præ
scripsit, continebitur, per regulam l. cùm le-
ge. ubi Aret. ff. de testa. Et sic cõcludo, quòd
† dominium quod à lege transfertur, est uerũ 38
& directum dominium, licet contra dominũ
naturalem lex dicat competere utilem actio-
nem: sed respectu cuiuslibet alterius nihil dif
fert à cæteris dominis directis. Et ita ego in-
telligo hanc materiam. Quid uerò si statu-
tum disponeret, quòd ex pręscriptione domi
nium acquireret̃, an tunc cessaret prædictus
effectus, ita quòd prior dñs contra tertiũ age
re nõ posset: Bar. in d. l. iij. uidet̃ sentire quòd
sic, dum dicit quòd tunc quæritur directum,
ut statutum aliquid addat iuri cõmuni, arg. l.
si quando. ff. de leg. i. & cum eo ibi transeunt
Doct. & etiã hîc, & in d. l. traditionibus. Sed
tu aduerte: quia cùm Bart. non exprimat di-
ctum effectum cessare, sed tantũmodo acqui
ri directum, ego putarem eius opinionẽ ue-
ram, quòd directum acquiratur, iuxta prædi
cta: non tamen cessare dictã utilitatẽ, quia, ut
dixi,† stat simul, quòd quis sit dñs autoritate 39
legis, alter uerò ex æquitate naturali: quæ æ-
quitas nõ impeditur à lege, nisi respectu præ
scribentis, uel habentis causam ab eo. Nec
obstat q; secundũ hanc opin. illud statutũ pa
rum operaret̃ ultra ius cõmune: quia respon
deo, quòd imò operaret̃, quia darentur præ-
scribenti directæ actiones contra dominum.
Item stante tali statuto, pręscriptio longi tem
poris procederet sine titulo, secũdum Bal. in
l. ij. C. de præscript. lon. temp. quæ pro liber.
sequitur Rom. in d. l. iij. Rom. Alex. & mo-
der. in l. Celsus. in i. notab. eo. tit. Vnde cùm
habeat talem effectum, satis est si ita intelliga
tur, absq; eo quòd ulterius intelligamus, de-
uiando à iure cõmuni, secundum doctrinam
Imol. in l. si uerò. §. de uiro. in iiij. col. ff. solut.
mat. Et quia regula est generalis, quòd† statu 40
ta debent declarari secundũ ius cõmune. l. ij.
C. de noxal. c. cùm dilectus. de cõsuet. In quo
puncto dic ut hîc per Felin. & in c. i. col. ij. de
rescript. Doct. in l. fi. §. in cõputatione. C. de
iur. delib. Abb. in c. cùm causam. col. fin. ȷ. de
re iud. Alex. consil. cij. incip. super eo. col. pe-
nult. consil. cvij. incip. uiso themate. col. pen.
in iij. consil. lxxxiij. incip. uisa facti. in ij. col.
in ij. Quibus adde quod not. Bal. in l. i. §. sed
excipiunt̃. in fin. ff. de ferijs. ubi concludit, q;
† licet statuta declarentur secundũ ius cõmu- 41
ne, si tamẽ statutũ facit aliquas exceptiones
à regula, non habebit locum ius cõmune, ut
aliæ exceptiones ultra expressas admittant̃:
quia in casibus à statuto non exceptis, debe-
mus stare statuto, non autem iuri communi,
ex quo exceptio in quibusdam uidetur regu
lam in cæteris cõfirmare. l. tribunus. §. ult. ff.
de testam. milit. quod dictum uidetur esse du
bium, per text. in c. ad audientiam. ȷ. de cler.
non resid. Illud constat, illas exceptiones ex-
pressas secundum ius cõmune declarari, ut
consuluit Bald. in consil. cclxxiij. incip. sup-
posito statuto. in ij. Deci. consil. cclxxxiij. &
faciunt not. in l. ita nobis. C. de adult. Et per
pręd icta cõsului in statuto prouinciali,† quod 42
admittit

admittit nepotes in hæreditate aui materni
quo ad legitimam, niſi quando eius hæredi-
tati renunciatũ eſt; quod debet intelligi ſecũ-
dum ius cõmune, ut quãdo mater deceſſit ui
uente patre, eius renunciatio illis nõ obſit, ut
habetur per Alex. in l. pactũ quod dotali. C.
de collat. Circa tertiam concluſionẽ, quòd
præſcribenti per x x x. uel x l. annos cum
mala fide ſolũ cõpetat exceptio, iſta cõcluſio
eſt uera de iure ciuili, per text. in d. l. ſi quis
emptionis. §. i. & xvi. q. iij. §. poteſt. ſed de iure
43 canonico nõ procedit, ex quo †hoc iure poſ-
ſeſſor malæ fidei nõ præſcribit. c. fin. ĵ. eod. &
ideo nõ poteſt neq; excipere. Et tale ius etiã
in foro ciuili, propter euitandũ peccatũ, eſt
ſeruandũ, ut ibi not. & in d. regula poſſeſſor.
44 Et ex hoc infertur, †an mediante præſcri-
ptione debiti, tollatur naturalis obligatio. In
quo puncto concluditur, quòd ſi pręſcriptio
cucurrit cum mala fide, tunc dubium nõ eſt,
nõ tolli neq; naturalẽ neq; ciuilem, iuxta præ
dictam concluſionẽ. Si uerò cucurrit cũ bo-
na fide, cõmunis eſt opinio, quòd ciuilis pe-
rimitur, & naturalis redditur inefficax, ita ꝙ
ſoluẽti cõpeteret repetitio: ex quo enim præ-
ſcripſit cum bona fide, habet exceptionẽ fa-
45 uorabilem. Et ideo †præſcribens, quocunq;
errore ſoluat, repetit. l. qui exceptionẽ. ff. de
cond. indeb. & ita tenent Bart. & Paul. Caſt.
in l. fin. §. fin. ff. rem rat. hab. Bal. in l. ſicut. &
in l. omnes. C. de præſcript. xxx. uel xl. ann.
& in l. fi. col. v. C. de præſcript. lon. temp. An
gel. in repet. l. i. C. de iud. Imol. in c. fin. ĵ. eod.
Abb. & moder. in c. ad aures. per illũ tex. ĵ. e.
& pro hac parte fa. text. in l. ſi quis poſt ꝗ. ff.
46 de fideiuſſ. ubi †obligationi pręſcriptę nõ po
teſt accedere fideiuſſor. Et ſic apparet obliga
tionem naturalem, quæ alicuius utilitatis ſit,
nullam ſupereſſe, aliàs fideiuſſor illi accede-
ret. l. fideiuſſor obligari. §. fideiuſſor. ff. de fi-
47 deiuſſ. Et inde etiam infertur, quòd †con-
tra præſcribentem non competeret denun-
ciatio euangelica, ex quo naturalis obligatio
quæ ſupereſt, eſt ineffectualis, & ille qui præ
ſcripſit, cùm ſit in bona fide, nõ peccat. & ita
tenet Abb. in d. c. fin. in v. col. & Bart. in ex-
trauag. ad reprimendum. in uerb. per denun
ciationem. Et iſta eſt communis concluſio,
ſecundùm quam conſuluit Corn. in conſil.
clxxvi. in penult. col. in fin. Quam concluſio
nem intellige ſanè, quando præſcribens eſt
in bona fide: alioquin ſi ſit in mala fide, eſt ſe-
cus, per ſupradicta. Et ideo in præſcriptione
actionum perſonalium raró poſſet habere lo
cum hæc concluſio, cùm principalis debitor
ſit in mala fide, & hæres teneatur eius con-
ſcientiam releuare. c. ſerui. de ſepult. & ſic
48 †perinde habetur ac ſi eſſet in mala fide, ut
per Abb. & alios in c. ij. & in c. ſi diligenti. ĵ.
eod. & hoc tenet Bald. in authen. ad hæc. col.
iij. C. de uſur. Et dicit Ant. in d. c. fin. prædi-
ctam concluſ. in perſonalibus ſolùm poſſe
procedere in caſu, in quo quis ignorans ob-
ligaretur alteri, ut quando quis obligatur ex
facto procuratoris: cùm enim eſſet in bona
fide, ceſſaret peccatũ, & ſic tolleretur ſaltem
in effectu obligatio naturalis. Et idem tenet
Imol. in l. ſequitur. §. ſi uiam. in ij. col. ff. de u-
ſucap. ubi reprobat opinionem Bart. ibi te-
nentis, quòd d. c. fin. non habeat locum in a-
ctionibus perſonalibus; quæ opinio etiam
communiter reprobatur in d. c. fin. & per A-
lex. conſil. xcix. incip. uidetur prima. in iiij.
& conſil. li. incip. uideretur pro deciſione. in
v. & alibi ſæpe. Vnde in caſibus in quibus o-
pinio Bart. ſuſtinetur, ueluti in caſu aliquarũ
limitationum, quæ ponuntur in d. c. fin. poſ-
ſet etiam teneri, †talem obligationem natura 49
lem in perſonalibus non operari, ueluti in a-
ctionibus quæ ſui natura ſunt temporales,
ſicut eſt actio quãti minoris, & redhibitoria,
de quibus habetur Inſtit. de perpet. & temp.
in prin. declarando tamen ut per Abb. in d.
c. fin. in iiij. col. & hoc etiam tenet Paul. de
Caſt. in d. l. fi. & in d. §. ſi uiam. & uide Corn.
qui aliqualiter aduerſatur, conſil. ccli. in iij.
Quinto quærit Abb. †an ualeat ſtatutum 50
non admittens creditorem ad agendum poſt
certum tempus. In quo puncto cõmunis con
cluſio eſt quòd non, quia debitor cùm ſit in
mala fide, non ſoluendo non poteſt præſcri-
bere, quia incideret in peccatũ. d. c. fin. & c.
poſſeſſor. de reg. iur. in vi. & ita latè diſputa-
uit Ant. in diſput. incip. ſtante ſtatuto muni-
cipali. cum multis concordan. per Felinum
in d. c. fin. ubi etiam ponit multas ſolutiones,
quæ in iure uix poſſunt ſuſtineri. Fallit,
quando ſtatutum diſponeret in caſu, in quo
debitor eſſet in bona fide, uel præſumeret ſo
lutionem aut acceptilationem ex cauſa ratio
nabili, per quam tolleretur peccatum: aliàs
non ualeret, quibuſcunque uerbis loquere-
tur, ſecundum Bald. in authen. ad hæc. col. vi.
C. de uſur. & Ant. in d. diſputatione. Abb. in
c. quod clericis. in penult. col. de foro comp.
Ancbar. in d. regula, poſſeſſor. in ult. charta.
Ang. de Aret. in l. nemo poteſt. in fin. ff. de le
ga. i. Sed difficultas eſt in cognoſcendo, quæ
ſit iuſta cauſa talis ſtatuti: ſolus enim tempo-
ris lapſus non ſufficit. d. c. fin. Et primò iu
ſta cauſa uidetur, †quando talis præſumptio 51
induceretur contra fœneratores, cùm non
eſſet ueriſimile, quòd ipſi tandiu tacuiſſent,
nõ petendo creditum ſuum. Et ita not. Imol.
in l. quibus diebus. §. dominus. ff. de cond. &
demonſt. cum concord. per Felin. in d. c. fin.
in iij. ſolut. Vnde ſi pignus eſſet ſufficiẽs pro
uſuris temporis introducti à ſtatuto, ſecus
putarẽ. Secunda cauſa mihi uidetur, †quan 52
do ſtatutum non ſimpliciter induceret præ-
ſcriptionem, ſed diceret quòd deberet ſtari
iuramento debitoris, an eſſet debitor uel nõ:
nam tũc ultra tempus eſt etiam præſumptio
oriens ex ſacramento. †Nec eſt ueriſimile ꝙ 53
quis de facili peieret. l. i. ff. de iureiur. c. ij. de
ſponſalib. unde ſi debitor eſſet talis, qui ueri-
ſimiter dictum ſtatutum peieraret, non habe
ret locum: ut ſi aliàs periuraſſet. arg. gl. in c.

paruuli.xxij.q.v. uel esset uir malæ famæ, ut
per gl.in c.significasti.i.uers.si ita est.j.de ho-
micid. & quod per eam not.Ias.in l.pro hære
de.in iij.col.ff.de acquir.hæred.Bald.in simi
li,in l.si quis ex argentarijs.§.i.ff.de eden. &
in l.directas.C.de testa.manumiss. Alex.cõ-
sil.cxiiij.in ij.col.in iiij. Tertia causa esset,
54 †quando statutum requirerer prius fieri pro
clamationem, & ea elapsa, intra certum tem
pus excluderet creditorem. arg. l.locorũ. C.
de omni agro deser.lib.xi.& l.si eo tempore.
C.de remiss.pig. & quod not. Bart. in l. rem
quæ nobis.in ult.col. ff. de acquiren.possess.
Nam tali casu, tanquam res habeatur pro de
relicta,præscribens acquirit directum domi-
nium,ut dicit Iacob. in l.traditionibus.alleg.
Bart.in l.cùm res.in ij.lect. C. de collat. Sed
ista conclusio ita simpliciter intellecta nõ est
uera,quia militat adhuc ratio peccati euitan-
di: unde non intelligas eam procedere respe
55 ctu ueri debitoris:†quia cùm ipse sit in mala
fide, est in peccato, nec propter negligentiã
creditoris potest sine peccato lucrari. arg. c.
locupletari.de reg.iur.in vi.& per Anchar.in
d.c.possessor.Et quòd sola proclamatio non
sufficeret, etiam firmat Alex.in d. l.rem quæ
nobis.reprobata opin. Ang. in l.si uacantia.
in v.col. per illum text. C.de bon.uacan.lib.
x.Et quod de principali dicitur,habet locum
etiam in eius hærede, qui tenetur autoris sui
conscientiam exonerare.c.fin.de sepul.& ha
betur in c.ij.j.cod. Rom. consil. cci. Alex.in
d.consil.lv.in v.licet Paul.de Cast. in l.si quis
sub conditione.in fin.ff.de cond.instit. aliter
56 senserit,& malè.Intelligenda ergo est,†quan
do ultra negligentiam accederet etiã aliqua
colorata causa, ex qua induceret bona fides,
ut in casu d.l.locorum. ubi prædium erat tri-
butarium & desertum,unde uerisimiliter no
uus possessor potuit colere, cùm haberetur
pro derelicto, & quòd nemo uellet illud co-
lere.Idem in casu d.l.si eo tempore. ubi quan
do creditor iure hypothecæ suæ rem uendit,
si alij non compârent, sibi præiudicant quo
ad eum qui est in bona fide. Et ille casus est
singularis, ut dicit ibi Iac. Butr. quem refert
Ang. consil. cclxxxviij. incip. uiso pacto. in
ij.col. & habet in se æquitatem, tum quia re-
manent saluæ actiones illorum creditorum
negligentium aduersus principalem.l.distra
ctis.C de pign. tum quia per talem negligen
tiam non quæreretur ius non habenti,ut per
Bar.in l.fin.in ult.col.C.de edict.diui Adria
ni toll.tum etiam quia ius ad eos negligentes
principaliter nõ spectabat, alioquin debuis-
sent in specie citari, ut declarat Bart.in d. l. si
eo.& per Alex.in consil.clvi.incip.stantibus
his.in ij.uol. And. Sicul. consil.xviij. col. iij.
in i.uol.Et cùm tali casu statutum ualeat pro-
pter præsumptam bonam fidem præscriben
57 tis, sequitur quòd† si alia præsumptio sit in
contrarium, statutum non teneat, quia una
præsumptio aliã tollit.l.diuus. ff.de in integ.
58 restit.Et ideo†cùm statutum factis proclama
tionibus mandaret omnibus prætendenti-
bus ius in re,ut comparerẽt, alioquin essent
exclusi,& filius mortuo patre fecisset eius bo
na proclamari, dicerem eum teneri satisface
re creditoribus, qui aliàs remanerent dece-
pti, & exonerare conscientiam patris. Et li-
cet negarent se eius hæredes, cùm tamen illa
bona ad eum nullo alio titulo pertinere pos-
sent quàm hæreditario, censeretur hæres, ut
per doctrinam Bart.in l.gerit. in v. col. uers.
ad secundum. ff.de acquir.hæred.& quod ha
betur per eum in l.licitatio. ff.de public.in l.
i.in ij.oppos. ff. si quis omissa cau.testam. Et
idem putarem, etiam si ipse non posuisset ad
proclama, sed alius, dummodo ipse reperire
tur in possesione: præsumitur enim mala fi-
des, seu fraus. l. si is qui bonis. ubi Bartol. &
Doct. ff.de acquir.hæred. l. si quis. uersic. &
quod de subeunda.C.de naturalib.liber. per
Iac.Rebuff. in l.i. C. de colleg. & chartopat.
lib.xi.quod nota, quia hæc decisio est æquis-
sima & quo ad Deum,& quo ad homines: li-
cet multi improbi sub harum proclamatio-
num prætextu, damnent animam suam. Cæ
tera dic ut in d.c.fin. Sexto & ultimo quæ
rit Abb.an præscriptioni possit per pactum
renunciari. In quo puncto concludit Bartol.
in l.nemo potest.ff.de lega.i.quòd non: quia
†usucapio & præscriptio decem uel uiginti 59
annorum, est introducta propter bonum pu
blicum,ne dominia rerum sint in incerto.l.i.
de usucap. unde illi renunciari non potest. l.
ius publicum. ff.de pactis. †Præscriptio ue- 60
rò longissimi temporis, uidelicet triginta uel
quadraginta annorum, est introducta in o-
dium negligentis.c.uigilanti. j.eod. unde nõ
potest etiam illi renunciari. l. tamen. ubi gl.
ff.ad Maced. & cum hac opinione transeunt
cõmuniter Doct.in d.l.nemo potest. ubi per
Alex.& per Felin.hic. Sed istæ rationes sunt
dubiæ: non enim sequitur,†lex dicit usuca- 61
pionem esse introductam pro bono publico,
ergo illi renunciari non potest: nam omnes
leges pro bono publico introductæ sunt, c.
erit autem.iij. distinct.l.i.& ij. de legib. & ta-
men in eis locũ habet renunciatio. l.si quis in
conscribendo.C.de pact. Sed tunc renuncia
tio non tenet, quando bonum publicum læ-
deretur principaliter,non autem modicè læ-
deretur per quandam consequentiam. l.ser-
uum. §.publicè.de procur. §.etiam. §.fin. In-
stit.de his qui sunt sui uel alien.iur.per Bart.
in l.i.in penult.col. in iiij.casu. ff.solut.matr.
Nam & in casu nostro non uidetur lædi ali-
quo modo publicum bonum, quia dominiũ
non remanet incertum, ex quo per tale†pa- 62
ctum potest probari cuius sit, & sic cessat ra-
tio boni publici: imò plus offenditur publi-
ca utilitas per læsionem fidei, quæ oritur ex
non obseruatione pacti. iuxta l. i. ff. de pa-
ctis.& l. i. ff. de constit. pecunia. quàm pro-
sit illa certitudo dominij considerata per Iu-
risconsultum in dicta l. prima. Et ideo ista
ratio prima non uidetur de iure uera, &
contra

contra eam etiam poteſt induci quod notat
Bart. dum uult poſſe renunciari præſcriptio
ni introductæ in fauorem partis. arg. l. quòd
63 ſi nolit. §. ſi quid ita. ff. de ædil. edic. Nam †præ
ſcriptio currens cum bona fide, uidetur prin
cipaliter inducta in fauorem partis, non autẽ
in fauorẽ publicũ, ut etiam apparet ex doctri
na Bart. in d. l. i. ff. ſol. matr. Et ideo Abb. hìc
concludit, tali præſcriptioni poſſe renuncia-
ri. & idem tenent Ang. in d. l. nemo. & etiam
Felin. cum concord. hìc, & in c. ſi diligenti. in
vi. col. uerſ. intellige primo. ſ. de foro comp.
Nec etiam ſecunda ratio uidetur urgere,
quia æquitas naturalis ſuadet contrarium. Si
enim per pactũ poteſt impediri uſucapio fa-
uorabilis ſecundum prædicta, quantò magis
debet impediri illa præſcriptio quæ eſt odio-
ſa. arg. c. odia. de reg. iur. in vi. pręſertim quia
ceſſat ratio iſtius pręſcriptionis; cùm enim ſit
introducta in odium negligentis, iſte non ui
detur tali odio dignus, qui nõ fuit negligens,
ex quo ſciebat ius ſuũ durare propter pactũ,
& ſic ſibi prouiderat. arg. l. ſicut. §. non uidet.
ff. quib. mod. pig. uel hyp. ſol. Et ſic nõ obſtãt
not. in d. l. tamen, q̃a ibi creditor erat in culpa
graui, & dederat cauſam delicto: renunciatio
filijfamil. ſecum contrahentis non debet ſibi
prodeſſe, aliàs eſſet reperta fraus ſenatuſcon
ſulto. quæ oĩa ceſſant in caſu noſtro. Et iſta
opin. in iure eſt uerior, & ante Bar. erat ab o-
mnibus ſcribentibus approbata, ſecundum
Bald. in d. l. nemo. & etiã poſt Bar. multi eam
tenuerunt, ut hìc per Felin. Et ex his infer-
tur ad quæſt. nũquid ualeat pactum, ut liceat
uenditori offerre quandocũq;, ſine ulla tem-
poris præſcriptione, precium, & retrò emere
rem uenditam. In quo puncto Angel. conſil.
64 lv. incip. Gulielmus. uidetur tenere † quòd nõ
obſtante tali pacto, habebit locum præſcri-
ptio triginta annorũ. ſequitur Iaſ. in l. petens.
C. de pact. l. ſi mater. C. de inſtit. & ſubſtit. Fe
lin. in c. cùm acceſsiſſent. col. xx. de conſtit.
& ante eos allegatur id cõſuluiſſe Bal. in con-
ſil. ccliiij. incip. ad euidentiam. in ij. Imò for-
tius dicit Pet. de Anchar. conſil. cccxxxij. in-
cip. uiſis. quòd præſcribatur in tali caſu, ter-
mino decem annorũ. Sed opinio Anch. nõ
eſt probabilis: quia cõmunis concluſio eſt, q̃
65 † tali iuri non præſcribatur citius, quàm per
xxx. annos, per not. in l. cùm notiſſimi. §. i.
ubi Bart. C. de præſcript. xxx. ann. Sed diffi-
cultas ſtat, ſtante prædicto pacto, per quod
actum ſit, ne currat præſcriptio: & quòd non
currat, facit, quia cũ emptor promiſerit ſem-
per & quandocunq; retrouendere, nõ debet
poſſe præſcribere, quia eſſet malæ fidei. d. c.
poſſeſſor. & d. c. fin. Et iſtud ſenſit hìc in d. l.
nemo. & in d. l. i. dum dicit, quòd per tale pa-
ctum impeditur præſcriptio ſaltẽ indirectè,
propter malam fidem promiſſoris. Et licet a-
liqui moder. uelint reſpõdere huic fundamẽ-
to, tamen in ueritate ego non uideo quomo-
do poſsit bene reſponderi: & ſecũdum hanc
opin. conſuluit Raph. Fulg. in conſil. cxxiiij.
incip. S. & P. ciues. & And. Sicul. in conſil. li.
incip. ſcripſit. in i. part. col. x. Et idem latè te-
nuit Fabianus de mõte S. Sab. in tract. de em
ptio. & uend. in vij. quæſt. principali, uerſ. ter
tio quæro. & dicit Ioan. de monte Ferr. in d. l.
nemo. quòd ipſe ita conſuluit: licet nihil alle-
get, nec diſcutiat hunc articulum. Et eandem
opinionem etiam tenuerunt aliqui nouiſsi-
mi in d. l. petens. aliàs remaneret uenditor de
ceptus, qui nõ contraxiſſet abſq; hoc pacto.
arg. l. i. §. magiſtrum. ff. de exercit. & hæc opi-
nio tanquam æquiſsima, eſt tenenda in pra-
ctica, quæ confirmatur etiam ratione. Nam
† non eſt æquum, quòd currat præſcriptio tri 66
ginta annorum huic uenditori, cùm ex negli
gentia currat, & iſte uenditor non fuerit ne-
gligens, qui fortè non fecit ſibi retrouendi,
quia non habebat precium, & ſic iuſto impe-
dimento impeditus fuit. l. ij. §. ſi quis in iudi-
cio. ubi Bal. Alex. & moder. ff. ſi quis cautio.
& quod not. in c. ex ratione. ſ. de appellat. ubi
non currit ipſo iure tempus non appellanti
propter inhabilitatem: de quo etiam per Gu
liel. de Cun. in l. præcipimus. §. ſuper his. C.
de appel. Matheſ. in notab. ult. Franc. de Cre
ma in ſing. cxxi. incip. ſtatuto cauetur. cum ſi
mil. Et ex iſta limitatione habes primam fal-
lentiam ad hanc regulam & cõmunem con-
cluſionẽ. Et prædicta procedunt, quando ex
preſſe conuentum eſt ut nulla temporis præ-
ſcriptio obſtet. Sed quid ſi ſimpliciter dictũ
ſit, quòd liceat ſemper uel quandocũq; offer-
re, uel in perpetuũ? Difficultatem facit, quia
iſtæ dictiones reſtringuntur, ut pro hoc præ-
ſcriptio nõ cenſeatur excluſa: ut de dictione,
ſemper, dicit Bald. in l. i. per illum text. ff. ſol.
mat. iuncta l. in rebus. §. omnis. C. de iur. dot.
& probatur etiam in l. cognitione. ff. ad S. C.
Syllan. Et idem uidetur † in dictione, quando 67
cunq;, ut eſt gl. in c. i. in uerb. quandocũq;. de
feudo dato in uicẽ legis cõmiſſ. Et de dictio-
ne, perpetuò, quòd nõ excludat præſcriptio-
nem, eſt text. in l. prætor ait. §. hoc interdictũ
perpetuò. ff. de noui oper. nunc. & gl. in l. i. ff.
pro ſocio. & melius Inſtit. de perpet. & temp.
in rubro & nigro. Et ita dicit Bal. ſe obtinuiſ-
ſe in d. l. quòd ſi nolit. §. ſi quis ita. licet Bar. &
Hug. eſſent in contraria opin. ſecundũ eum,
quem refert & ſequitur Lud. Rom. in d. l. i. ff.
de uſucap. Et idem tenuerunt Ang. in d. con
ſil. lv. & Pet. de Anch. in d. conſil. cccxxxij.
Sed tamen mihi placet cõtraria opinio, quòd
imò iſta uerba habeant hunc effectum, ut ex-
cludant præſcriptionem, per text. in d. l. i. ibi,
ne dominia rerum ſemper in incerto &c. &
in d. §. ſi quid ita. propria enim natura horum
eſt. Et ideo crederem d. opinionem Bart. &
Hug. fuiſſe ueriorem: quam etiam tenuerũt
Fulg. And. Sicul. Fabia. & Io. de mõte Ferr.
in præallegatis locis, † non conſtituentes dif- 68
ferentiam, an expreſſe ſit renunciatum præ-
ſcriptioni, an per dicta uerba. Et idem ſentit
Angel. in l. cùm ita ſtipulatus ſim mihi à Pro
culo. ff. de uerb. oblig. & Barthol. Veron. in

cautel.lxviij.incip.ſi petens.in fin. Non ob
ſtant allegata in contrarium; quia non poteſt
negari, quin prædictæ dictiones recipiant in
terpretationem ſecundum ſubiectam mate-
riam: ſed quãdo applicãtur lapſui temporis,
tunc neceſſariò intelligũtur de prohibitione
præſcriptionis, quia ueriſimile eſt ita intelle
xiſſe partes. Sed in diſpoſitione legali nõ eſt
ueriſimile, nec cenſentur per talem generali
tatem uoluiſſe Iuriſconſultos derogare regu
lis generalibus præſcriptionũ, unde tunc re-
ſtringuntur.arg.l.ſi quando. C.de inoff.teſt.
69 Secundo fallit cõmunis concluſio,†quan
a *¶ Vide ultra dicta hic, plura egregia dicta i hac materia per Iaſ. in l. ſi extraneus. col. ij. & iij. de cond. ob cauſ. ubi multa congerit ad dotē huius materiæ: ad quem ſufficiat remiſſio. Et ultra eum multò latius Hippol. de Marſil. in l. j. in prin. num. 35. uerſ. quo autem ad tertiam ſpeciem confeſſionis ff. de quæſt. & in d. l. j. §. ad quæſtionem. num. 17. & 18. uerſ. nota etiā ulterius. Et latiſſimè in repet. rub. de probat. num. 108. uerſ. Item & ultra prædicta dico quòd ad hoc quod confeſſio inducat &c. Ex quibus locis poteris optimè materiam ueriſimilitudinis colligere.*

b *¶ Quando enim iuris præſumptio eſt pro aliquo, releuatur ipſe ab onere probandi, & transfertur in aduerſarium, ut per Bar. in l. in illa. in fin. ff. de uerb. oblig. facit l. ab ea. ff. de probat. & c. bona fides. depoſ. cum uulg. ut per Cepoll. conſil. 33. multa poſſent. & per Hippol. de Marſil. ſing. 451. decreui. Ita ut quando præſumptio eſt pro aliquo, aduerſa pars quæ uult probare contrarium, grauatur duriore probatione, ſic quòd efficaciores probationes requiruntur, per text. ubi ponderat Alber. Raph. Fulg. & Iaſ. in 6. not. in l. ſi extraneus. ff. de cond. ob cauſ. tex. ubi expreſſe not. Panor. in c. quia ueriſimile. de præſumpt. extra. facit text. cum gl. in l fin. & ibi Bal. ff. de eo quod met. cauſ. cum alijs pluribus concord. traditis per Marſilium in d. ſing. 451. decreui. Adeò quòd tunc non eſt locus delationi iuramenti in ſupplementum probationis, ſi ſemiplenè probaſſet per unum teſtem, uel alio modo. gl. eſt not. in d. l. fin. quod met. cauſ. & ibi expreſſe not. Bald. & Hippol. in d. ſing. 451. & Iaſ. in lect. l. admonendi. col. antepen. num. 106. de iureiu. & multa egregia dicta ad hoc cumulat idem Iaſ. in repet. d. l. admonendi. col. 91. uerſ. ex hoc correlariè inferuntur &c.*

c *¶ Vide Hippol. de Marſil. in rub. de probat. nu. 183. uerſ. reſtat uidere de alia ſpecie probationis. qui allegat plures gl. concor. & in l. j. §. ſi quis dicatur. num. 16. ff. de quæſt. qui dicit, quòd iuris præſumptio affert ſecū probationē. Et eundem in pract. crimin. §. principium. num. 14. fol. 3. ſecundū mag. impreſſionē. Adde Alex. in l. manifeſtè. col. j. & ibi Iaſ. latius, col. iij. not. ij. per illum tex. ff. de iureiur. Paul. conſil. 116. uiſo cōpromiſſo. col. pen. lib. j. in nouiſ. Et Steph. Bertran. in conſil. 19. col. ij. in 2. uol. nouiſſimorū, ubi allegat Soci. & alios. Adde quod dicit Bal. in d. l. ſi tutor. quē refert & ſequitur Feli. in rub. de probat. col. j. quòd ubi ad reportandam uictoriam requiruntur probationes liquidiſſimæ, ſufficit probare per præſumptiones à iure inductas. & ibi uide concord. per Feli.*

d *¶ Et illud dictum Bald. ſequitur Alex. conſil. 126. repetitis &c. col. fin. in 6. lib. & And. Barba. in repet. l. cùm acutiſſimi. col. 9. C. de fideicōmiſ. Hippol. in rub. de probat. num. 57. fol. 6. ſecundum impreſſionem nouiſ. in magna margine.*

li & correctoria, ut per Bart. & Alex. in l. i. ff. de legat. i. Et istud mihi magis placet, quia actus præsumptus à iure, eo ipso probatus dicitur, quòd non probatur contrarium, gl. in l. ij. C. de erro. calc. in l. si creditor. C. de pig. actio. in l. in testamento, C. de testa. mil. cum simil. per And. Sicul. in rub. ā. de probat. col. xi. Nec obstat d. l. Lucius, per quam dicit
4 Alex. quòd †ubi probatio conditionaliter requiritur, non est satis præsumptio; quia tale dictum debet intelligi secundū legem qoam allegat, uidelicet ut procedat ubi sumus in casu, in quo constet subesse præsumptionē, & nihilominus requiratur probatio; nam tunc ne ista requisitio sit penitus inutilis, adhuc requiritur probatio, iuxta notata in l. si quando, de lega. i. Nam intelligo text. in d. l. Lucius, quando filius erat in quasi possessione filiationis, propter quā habebat præsumptionem legis pro se, quòd esset filius; nec requirebatur alia probatio, ut per gl. & Doct. in l. Titia, ff. sol. matr. per Ias. in l. neq; professio. C. de testam. & Alexander in consil. li. in i. uolu. Vnde cùm testator instituerit eum, si probaret se filium, satis ostendit se non fuisse contentum de illa præsumptione. Et quòd ille text. loquatur quando filius erat in quasi possessione filiationis, probatur ex tex. in fi. qui præsupponit absq; aliqua probatione testamentum esse nullius momenti; certè nisi fuisset in quasi possessione, requirebatur probatio, ex quo erat fundamentū intentionis suę. l. uerius. ff. de proba. Item cōfirmatur, quia dato quòd nō esset in quasi possessione, non uidetur quòd testamentū esset nullū. Nam præteritus nō potuisset habere hæreditatē, nisi probasset: ergò ut testamentū sustineatur, illa condinio debet haberi pro non adiecta, tanq; tacitè inesset. l. in conditionib. §. i. ff. de cond. & demonst. l. iij. ff. de leg. i. quæ interpretatio in dubio fuit capienda. l. iij. ff. de testa. mil. Et isto casu filius nunquam reperisset se præteritū, & sic testamentū ualuisset, quicquid dicat Paul. de Cast. in d. l. Lucius. Aliam solut. ad illum tex. etiam ponit ibi Iacob. de Are. & Imol. & referunt Moder. in d. rub. & in l. i. C. de testa. mil. Dic ut per eos. Non obstat d. l. ij. C. qui accus. quia in illo casu cessabat præsumptio: unde ea cessante, bene requiritur euidens probatio: sed nō sequitur, quòd præsumptio ipsa nō faciat euidentem probationem.

Præterea ex eo quòd dixi, cōiectura, ma-
5 nifestè apparet quòd †præsumptio procedit solū in his quæ sunt facti, quia in talib. habet locū cōiectura: nō aotē in his quæ sunt iuris, quia de eis semper lex est certa. d. l. cùm quidam. §. suū. ff. de acq. hær. Et in certis non est opus cōiecturis. l. cōtinous. in prin. ff. de uerbo. obli. Sed cōtra hoc obst. q̄d quotidie uulgò dicimus, tale quid est facti, & facta nō præsumuntur. l. in bello. §. factæ. ff. de capt. per Ias. in l. serui electione. col. ij. & in l. legato generaliter. ff. de leg. i. & in auth. sacramenta pub. C. si aduers. uend. & alibi in uarijs locis. Sed tu aduerte, quia ille tex. nō loquitur in præsumptione, sed in fictione. Nec simpliciter probat quòd lex nō fingat in his quæ sunt facti, sed probat quòd in causa facti fictio non habet locū. Et idem apertius dicitur in l. denicq. ff. ex quib. cau. maio. circa quā rationē Bart. ibi laborat, & declarat q̄ hoc sit propter inhabilitatem extremorū. Sed istud est assignare nouā rationē, nō autē sustinere rationē Iureconsul. prout etiam faciūt Moder. in d. l. si is qui pro empto. Vnde tu dic, quòd usocapio producitur ex continuatione possessionis. l. iij. de usucap. & sine ea esse nō potest. l. sine possessione. eo. tit. & sic prodocitur ex caosa cōsistente in facto, in qua lex nihil fingit. Et ratio est, quia si lex fingeret usucapionem processisse, necessariū esset quòd fingeret etiā super causa ipsius, & sic super possessione: quæ possessio cùm acquiratur & amittatur per actus naturales, l. i. de acq. poss. nō potuit per fictionem legis alterari. l. iij. §. ex contrario. ff. eod. tit. & facit §. simul. Instit. de legit. agna. tutel. Nam cùm possessio sit de substantia osucapionis, lex non potest ea quæ de substantia sunt, tollere, ot not. in l. ij. ff. de usufr. ear. rer. quæ usu cons. Et ideo etiā si quis reuertatur postliminio, nō tamē recuperat possessionē, nisi noua apprehensione eam reacquirat. l. cùm hęredes. §. i. de acq. poss. Sequitur ergo, ut q̄quis lex fingat super facto, nunq; tamen fingit super causa facti, repugnante modo à lege naturali tradito. Et facit quod not. Bal. suprà in rub. de causa possess. & propr. col. fi.
†ubi si statutū uelit ipso iure cōtinuari posses- 6
sionem de defuncto in hęredem, talis possessio ante apprehensionē naturalem non dicitur uera possessio, quia eam nō potest lex transferre sine actu naturali & organis corporis: & propterea ex tali possessione non competeret possessoriū recuperandæ, ot est cōmunis opinio, de qoa per Alex. in l. in suis. in v. col. ff. de lib. & posthu. licet Decius inaduertenter cōtrariū dixerit, cōsil. lxxxiiij. de quo
etiam per Ias. in l. si sorori. C. de iur. delib. [a] Et a
ex his apparet, quòd d. §. factæ. nihil obstat. Puto tamen quòd regula Doct. sit in se uera, sanè eam intelligendo: quia oerum est, qoòd regulariter facta non præsumuntur, imò debent probari. l. uerius. ff. de probat. Et istud præsertim procedit in factis accidentalibus: quia accidentia extrinseca nō pręsumuntur, ut est gl. not. in c. si fortè. in uerb. sciente. ī. de elect. in vi. gl. in l. si uerò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisd. cog. & per Raph. Com. in l. ij. §. i. ff. de excep. & fa. text. in l. si ita stipolatus. §. Chrysogonus. ff. de uerb. oblig. Ista tamen regula fallit in infinitis casibus, in quib. facta præsumuntur præexistente causa, de quibus
dicemus. Tertio sobsequitur, †ex certo si- 7
gno proueniens. Dixi certo: quia nisi cōstito de signo, lex nō pręsumit: unde si de eo aliter nō constet, debet probari. c. sicut. i. infrà de simon. ubi lex præsumit aliquem simoniacum ex signis, sed requiritur prius qoòd de signis constet

a ¶ Et hoc statutum seu p̄ stius cōsuetudo uiget in toto regno Franciæ, quia mortuum saisit uiuū: id est, mortuus uidetur dare possessionē hæredi uiuo, ut expresse dicit Cyn. in l. ex lege. C. de cond. ob cau. & Io. Fab. i §. sui. de hær. qual. In sti. melius in §. j. Instit. de interdic. & Barb. i repet. rub. de caus. possess. & propriet. colū. 22. Alex. in l. cū hæredes. col. j. de acq. poss. & in cons. 82 perspectus bis. col. ij. et cons. seq. uisa facti narratiōe, ubi per 4. aut 5. col. in 2. uol. & consil. 37. in causa mota per Aug. &c. col. ij. in 1. uol. & melius quàm alibi per Barth. de Chassaneu in cōment. cōsuet. Burg. in tit. de successio. §. le mort saisist le uif. quasi per totū. Ex quibus omnibus locis præallegatis uidere poteris, an p̄ ta j ficta possessio ne detur interdictum adipiscēdæ, & recuperandæ. Vnum tamen nolo te omittere in practica, qd' dicit not. Io. Fab. in d. §. j. de interd. & etiā attestatur Chassa. ubi suprà, uers. & de hac consuetudine memoratur &c. quod est de cōsuetudine & stylo Curiæ in regno Franciæ, quòd ex tali possessione heredes solent intētare remediū retinēdæ possessionis, dicentes se saisitos, & turbari i possessione: & sic cōcludūt in casu nouitatis, quamuis realiter non fuerint adepti possessionem: & hoc facere possunt secundū eos, & ita quotidie

constet: sicut præsumitur pater diligere filiũ, sed opus est quòd constet eum patrem esse: & sic in simílib. quia semper ex præsupposito certo, sequit deinde præsumptio. Appellamus autem ista præsupposita, signa: quia sicut argumẽta habẽt sedes seu locos suos, unde oriuntur, ut dicunt Aristot. & Cic. in Topicis, ita etiã præsumptiones oriuntur ex certis sedibus, quas sedes Hermogenes in rhetoricis signa appellat. Eorũ alia sunt necessaria: ut, eam quę peperit, cõcubuisse. Sed hęc nec ad actum pertinet, nec ad præsentẽ materiã. Alia sunt uerisimilia tantũ: ut, non esse pudicam, quæ cum alienis uiris clàm uagat. c. tertio loco. j. eod. & de his uidebimus. Sunt autẽ innumera, ut dicit Quintil. Et meritò Bar. in l. fin. in fin. prin. ff. de his quæ met. caus. dicit quòd ista materia nõ potest tractari, quia nõ possunt capi regulæ, sed magis secundũ accidentiam factorũ iudicatur. Nos tamen q̃ plurima dicemus, quę ut meliori ordine habeantur, congeremus sub certis regulis.

REGVLA PRIMA PRAESVMPTIONVM.

PRIMA regula sit, quòd qualitas quæ naturaliter inest homini, semper adesse præsumitur.

Hanc regulam probat glos. in c. si fortè. de elect. in vi. gl. & Doct. in c. is qui fidẽ. de sponsal. ubi appellant talẽ præsumptionẽ esse præsumptionẽ naturæ. & idem firmat Ang. in repet. l. sciendũ. in antepen. col. ff. de uerb. obl.

PRIMA PRAESVMPTIO.

1 *Patres præsumuntur amare filios suos.*

2 *Patres præsumuntur plus terreri in filijs quàm in seipsis.*

3 *Filij metus qui in studio renunciauit beneficio, propter metum qui in patria inferretur patri, est iustus metus.*

1 EX hoc primo infertur, quòd † patres præsumuntur amare filios suos, & econtra. l. isti quidem. ff. quod met. causa. l. si pupillorum. §. si pater. ff. de reb. eorum. l. nec ei. ff. de adopt. §. si. Instit. de noxal. & quod not. Rom. in l. i. de in ius uoc. cum simil. per Felin. in c.
2 afferte. j. eod. † Imò præsumuntur patres plus terreri in filijs, quàm in seipsis, ut ibi dicit. Et propterea Labeo Iurisconsultus cùm apertè damnaret Augustum Imp. interrogatus ab eo, unde tantũ audacię assumeret: respondit, quòd naturæ beneficio esset senex, & filios non haberet. Facit quod not. Abb. post alios
3 in c. super eo. de renunc. ubi dicit, † q iustus est metus filij, qui in studio renunciat benefi
a cio ꝓpter metũ qui in patria inferret patri[a].

SECVNDA PRAESVMPTIO.

1 *Pater præsumitur capere salubrius consilium in fauorem filij.*

2 *Filius simpliciter exhæredatus, non censetur mala mente exhæredatus, quo ad ea quæ ad eum pertinent iure filiationis.*

3 *Filio instituto, si pater prohibeat ne alienet antequam habuerit XXX. annos, talis prohibitio ualet etiam respectu legitimæ.*

ibi. Exhæredatio potest fieri ad tempus etiam respectu legitimæ: præsumitur enim facta à patre filio consulente.

4 *Matrimonium filiæ, quando nõ est imparitas inter ipsam & uirum suum, probatur per patrem, & etiam alios consanguineos. Limitationem uide ibid.*

5 *Adulterium siue stuprum cõmissum cum muliere, respicit iniuriam totius consanguinitatis.*

6 *Statutum annullans cõtractum mulieris sine consensu propinquorũ, an procedat muliere contrahente cũ patre.*

7 *Pater non potest contrahere cum filia in propriam utilitatem, statuto disponente, quòd filia non possit sine consensu patris obligari.*

8 *Filia dotata à fratribus, si minus habuerit quàm sit legitima, poterit agere ad supplementũ, stante statuto quòd stantibus masculis filia dotata nõ succedat. Secus si à patre dotetur, quia tunc non nisi fuerit enormiter læsa, agere poterit. quòd intellige & declara ut ibidem.*

SEcũdo infertur, † quòd pater semper præ 1
sumitur capere salubrius consilium in fauorem filiorũ. l. nec in ea. ff. de adult. Et istud procedit, etiam si pater faceret actum qui prima fronte non uideretur utilis filio, ut probatur ex not. per Bar. in l. ij. in v. col. ff. de uulg. & pup. ubi dicit, quòd lex permisit patri substituere pupillariter, etiam filio exhæredato mala mente. l. cùm quidam. C. de legat. quia tantùm confidit de patre, quòd credit, quòd non sit facturus aliquid, nisi pro bono filij. Ad idem facit quod not. Bart. in l. ut iurisiurandi. §. si liberi. in ult. col. de oper. libert. ubi
† si pater exhęredet filium simpliciter, nõ cen 2
setur exhæredatus mala mẽte, quo ad ea quæ ad ipsum pertinent iure filiationis. l. si patronus. §. si quis non mala. cum §. seq. ff. de bon. liber. licet quo ad hæreditatẽ sit secus, ex quo talis actus eũ expresse excludit à bonis: quæ exclusio simpliciter facta, nõ habet aliquem colorem pro bono filij. Et ita potest saluari Bart. ab impugnatione Alex. in d. l. ij. in xij.
col. ff. de uulg.[b] Ad idem facit, † quia si testa- b
tor instituto filio prohibeat ne alienet, anteq̃ 3
habuerit x x x. annos, talis prohibitio tenebit etiam respectu legitimæ: quia non censet apposita in grauamen, sed potius in sui fauorem, dum pater consulit ætati lubricæ adolescentis. Ita dicit in cõtingentia facti se dixisse Raph. Com. in l. filius famil. §. diui. ff. de legat. i. & ibi Ambrosius Opizonus in xxvi. col. latè cõprobat istam opin. quam etiam sequitur ibi Ioan. Crotus. & idem consuluit Paul. de Cast. consil. lxxvij. uisis & consideratis omnibus. in i. uol. in nouissimis. Et probatur hæc opinio ex not. per Bar. in l. cùm ex filio. in prin. ff. de uulg. & pupill. cum concor. ubi exhæredatio facta ad certum tempus, tenet etiã respectu legitimæ: quia præsumit facta à patre filio suo consulente: de quo etiam per Ias. in l. multi. ff. de lib. & posthu. quod est summè notandũ, & uidi pluries in facto dubitari, quia Aret. consil. xvi. præsupponit cõtrarium: sed prima opinio est uerior, quã etiã tenet Picus in repet. l. in quarta. col. xliiij. ff.
ad l. falcid.[c] Et pro supradicta præsumptione c
etiã fa. q̃d not. Bal. in c. super eo. ij. ã. de testi.
ubi lex uult, quòd † testimonium parentis ad 4

a *¶ Et dicit not. Innoc. in c. cũ locũ. de spons. quem refert Hipp. de Marsil. in repet. l. unicæ. de rap. uir. col. iij. nu. 7. & in l. j. §. inauditũ. col. j. ff. ad l. Cornel. de sica. quòd si patri sit uiolẽtia corporalis, & filius aliquid faciat ut liberet patrẽ, ille actus dicitur per metũ factus, ac si ipsi filio fuisset illata uiolentia.*

b *¶ Et ibi uide præceptorẽ meũ Franc. à Ripa, col. xx. uers. sexto dubitatur. num. 36. ubi alio modo concordat opiniones. Dic ut per eum.*

c *¶ Hæc ratio huius præsumptionis parum apud me stringit: nã ex ea sequeretur unum quod est cõtra cõmunẽ Doct. sententiã in d. §. diui. uidelicet quòd ualeret prohibitio ꝑpetua alienationis, etiã respectu legitimæ. qua enim ratione creditur patrẽ noluisse filio consulere ad tempus, quẽ ad tẽpus parum industriũ fore suspicabatur: eadem præsumeretur noluisse cõsulere perpetuò, si perpetuò parũ industriũ futurum credebat: et sic teneret prohibitio perpetua, cuius cõtrariũ (ut dixi) est ueritas, ut per Ias. post alios, & post Ias. omnes Modern. in d. §. diui. Cũ igitur ratio istius præsumptionis nõ urgeat, sequeretur concludendum ex generalitate l. quoniam in priorib. C. de in offic. testa. non ualere prohibitionẽ etiam temporalem quo ad legitimam,*

mittatur probando matrimoniũ filiæ, quando nõ est imparitas inter utrunq; : nam dicit Bal. esse rationẽ, quia nõ est uerisimile ꝙ mater attestaref nisi pro ueritate; ex quo aliàs se quereretur, quòd traderet filiam in cõcubinatum, & sic male cõsuleret filiæ suæ, quod est contra præsumptionẽ iuris. d. l. nec in ea. Et idem est de mente Anch. Et quod dicitur de parentibus, procedit etiam in cæteris cõsanguineis, ut ibi per Doct. de quo etiam per Soci. consil. xvij. in i. per And. Sicul. consil. iiij. in i.[a] Et ex hac ratiõe inferebam in practica, quòd quidam testes consanguinei attestantes de matrimonio, quòd quædam ex certo marito pepererat filium, quòd non erat standum dicto eorum: & tunc nõ procedebat dispositio d. c. super eo. Mouebar per dictam rationem: nam cùm in prædicto casu uirgo fuisset per eũ deflorata, erat uerisimile quòd consanguinei nõ curarent de concubinatu, sed facerent quicquid possent, ut ille eam haberet in uxorẽ: & sic cessaret ratio legis, præsertim quia tunc erat manifesta suspicio, ex 5 quo † talis iniuria respicit totam cõsanguinitatem, ut per Bart. in l. lex Cornelia. ff. de iniur. per Alex. consil. xxiiij. in vi. col. in ij. Decium consil. cxxxiij. in ij. col. Et istud erat satis de mente tex. in d. c. super eo. ubi mater et consanguinei reijciunf, quando sunt suspecti propter disparitatẽ sanguinis: certè multò magis debent esse suspecti in isto casu, quando uirgo est deflorata. & ita obtinui, q̃d nota.

Ex supradicta ratione etiam decidif quæ- 6 stio, † an statutũ annullans cõtractũ mulieris sine cõsensu propinquorũ, habeat locũ etiã si mulier cõtrahat cum patre. In quo puncto per supradictã rationẽ, Bald. in l. pactũ quod dotali, in xx. q. C. de collat. decidit quòd nõ: cuius decisio cõmuniter tenef. Et licet aliqui impugnẽt, tamẽ potest responderi ut ibi per Deci. Putarẽ dictũ Baldi esse in seuerũ, quia illa forma fuit introducta à statuto timore fraudis, cui subiacẽt mulieres: quæ ratio cessat in patre. Sed si probaref fraus uel metus reuerẽtialis, uel similia, tũc retractaref, iuxta l. i. §. quæ onerandæ. ff. quarũ rer. actio nõ detur. Et ita etiã potest saluari alia decisio Baldi in l. i. ff. de reb. eor. ubi allegando Azo. dicit, quòd pater qui habet legitimã administrationem in aduentitijs filij, potest immobilia alienare, etiã citra decretũ iudicis, de quo per Ias. in l. preses. C. de transact. Contra supradicta tamen facit, quia † etiã si statutũ diceret, quòd 7 mulier non posit obligari sine consensu patris, si pater cum ea in suam contraheret utilitatem, contractus nõ teneret, quia ille cõsensus uidef adhiberi ad integrandam personã ipsius mulieris, ut per Bald. in l. i. col. pen. C. qui admit. But. & Gemin. in c. cùm consuetudinis. ã. de consuet. & Alex. consil. xxix. col. pen. in iij. ergo pater nõ potest illi cõsentire in utilitatẽ propriã. l. i. ubi Bart. ff. de aut. tut. cum concord. per Alex. consil. cvi. in i. & Soci. in consil. xxiij. in iij. uol. Vnde ista decisio esset restringenda, ubi contractus non pertineret ad utilitatẽ patris: cogita tamen. Ex eadem ratione dicit Paul. de Cast. in consil. cclxxv. uel cclxxviij. super primo quęsito dicẽdum. in i. uol. in vij. dubio, † quòd stante statu- 8 to, quòd masculi excludãt fœminas dotatas, si à fratribus fuerint dotatæ, & minus habuerint quàm sit legitima, licet posint agere ad supplementũ, tamẽ si fuerint dotatæ à patre, nõ poterũt agere, quia censebuntur cõpetenter dotatæ, ex quo lex præsumit pro patre. d. l. nec in ea. Et quod patri uisum fuit competens, nõ debet alteri uideri incõpetens. l. si furioso puberi, in fi. ff. de cur. furios. nec redargui potest ab aliquo, cùm nullus amor uincat paternũ. l. fin. in prin. C. de curat. furi. & hoc nisi appareret de enormi lęsione, & illud dictum refert & sequitur Alex. cõsil. xxxiij. in iiij. Curt. cõsil. xxvij. col. xiij. & cõsil. lxxx. col. fin. Decius consil. xxvi. & consil. clxxx.[b] Sed tu considera, quia in contrariũ uidetur esse conclusio Doct. de qua per Socin. post alios in l. Gallus. §. & quid si tantũ. de liber. & posthu. ubi stante tali statuto, dicunt quòd si pater reliquerit filiæ pro dote minus legitima, quòd poterit agere ad supplementũ. Sed ista est alta quæstio, in qua Alex. ibi tenet cõtrarium[c]. Tamen potest prædicta conclusio saluari, quãdo pater iam tradidisset filiam nuptui: secus si simpliciter in testamẽto reliquisset dictam dotẽ, cùm nuberet. Nam in primo casu potest capi præsumptio pro patre, ꝙ attenta qualitate mariti, & temporis, & facultatum suarũ, talem dotẽ filiæ tradiderit: quæ ratio cessat, quando relinquif ista dos in testamento, ex quo antequã nubat possent prædicta immutari. Et ita teneas: licet Bald. nouel. in tract. dotis, in v. parte, in xvi. priuil. tenuerit contrariũ, & etiam Decius consil. cclxxvi. proponitur. sibijpsi contrarius uariauerit.

TERTIA PRAESVMPTIO.

1 *Pater uerberans filiũ, præsumitur causa correctionis uerberare, modò atrocitas pœnæ aliud non suadeat: nec licet filio se defendere.*

2 *Pater includens filium in certo loco, non incidit in pœnam priuati carceris.*

3 *Maritus an posit baculo uxorem percutere.*

TErtio infertur, † quòd si pater uerberat filium, pręsumitur fecisse causa correctionis, dummodo atrocitas pœnæ aliud nõ suadeat. l. i. C. de emend. propin. fa. text. in l. sed & si. §. si. cum l. seq. ff. ad leg. aquil.[d] Ad idem facit 3

cùm omne grauamen etiam temporale subducatur de legitima. per d. l. quoniam. Ideo uideretur posse attentari contra sententiã Pauli, Com. & Ambrosij ac aliorum, & in effectu cõtra eos uidetur sentire Ferdinand. de Loazes in d. §. diui. col. viij. & ix. ex innumeris fundamẽtis quæ adducit, retẽta tamen sententia prædictorũ, quã etiã tenet Ias. in d. §. diui. in repet. col. tertia, num. 17. & in lect. col. ult. num. 116. & Thomas Ferra. cautela 15. & uidetur magis cõmunis. Nota tamen cautelas, per quas potes euadere talem temporalem prohibitionẽ quo ad legitimam: quarum unam tradit Ias. ubi suprà, & Barthol. Cepol. caut. 59. & Ang. in l. quoties. C. de fideicõmis. Aliam tradit Aret. consil. 22. diligenter & maturè.

a ¶ *Vide notabiliter Alex. cons. 154. uiso themate suprà scripto &c. col. j. in v. lib.*

b ¶ *Ista dicta Pauli suprà relata refert & sequitur Lauren. de Palatijs in tract. de statut. exclu. fœ. col. 20. qui tract. est inter tract. Alberti Bruni Asten. in fin.*

c ¶ *Altißima profectò est ista quæstio, quam uide satis copiose tractatam per Carol. Rui. in d. §. & quid si tantum. col. 61. uers. sed iuxta præmissa occurrit alia similis quæstio &c. ubi distinguit quatuor casus. Et resolutionem huius altißimæ & dubitabilis quæstionis, in qua uariæ reperiuntur Doct. sententiæ, uide melius quàm alibi de mundo, per Alber. Brunum Asten. in tract. de statuto fœm. & cog. lineam &c. in nono artic. prin. col. xlij. ubi per 12. col. & ultrà hanc quæst. examinat, & pro affirmatiua & negatiua allegat infinitas Doct. autoritates, tam in lecturis quàm in cõsilijs: ac tandem fœdere distinctionis tradit notabilem doctrinam, ex qua resolutus eris in hac notabili & difficili quæst. an stante prædicto statuto filia dotata censeatur exclusa à legitima, supplemento legitimæ, aut supplemento congruæ dotis. Vide omnino & eundem in eleganti quodam consilio posito in fin. d. sui tractatus.*

d ¶ *Adeò quòd non licet filio se defendere, nec patrem cum uerberantem repercutere, ut per Bar. in l. ut uim. ff. de iust. & iur. quia ubi permissa est offensio, ibi non est licita*

facit tex. in l. si filius tuus. C. de patria potest.
ubi pater potest facere carcerari filium, & iu
dex debebit imponere pœnā quā pater iusse
rit: de quo ibi per Doct. Ad idem quod not.
Bar. in l. ex facto, magna. in fin. ff. de hæred.
2 instit. ubi † si pater relegat filium in certo lo-
co, uel eum claudit per aliquod tēpus in cer-
to conclaui, non incidit in pœnā carceris pri
uati, ut etiam dicit Butr. in c. cùm contingat.
a ubi moder. ē. de sor. comp.[a] Sed uidi in facto
3 dubitari, † quid de marito, qui uxorē baculo
percusserit: Videtur quòd non licuerit, quia
ista correctio nō cōuenit ingenuis, ut est tex.
in l. cōsensu. §. i. C. de repud. & per gl. in c. si-
cut alterius. vij. q. i. de qua etiā per But. & Fe-
li. in d. c. cùm cōtingat. Puto per supradicta,
quòd non possit criminaliter puniri: quia ex
tanta cōiunctione, præsumitur illa percussio
facta animo corrigendi, non autē dolose, nisi
atrocitas uulneris aliud induceret. §. atrox.
Instit. de iniur. & ita tenet Guido Papæ in tra
b ctatu de præsumpt. in penul. char[b].

QVARTA PRAESVMPTIO.

1 *Pater offerens filium nocentem iudici, non præsumitur obtu-
lisse ut afficiat eum summo supplicio. Idem in filio offe
rente patrem.*

2 *Filius præsentatus iudici à patre propter delictū, ex quo ueniat
decapitandus, non debet pœna mortis, sed alia puniri.*

1 QVarto infertur, † quòd pater offerens fi
lium suum nocentem iudici, nō præsu
mitur obtulisse ut eum afficiat summo suppli
cio. l. milites. §. penul. ff. de re milit. per quem
tex. dicunt Sali. & Paul. de Cast. in l. propter
2 insidias. C. qui accus. non poss. † quòd si quis
cōmisit delictum, per quod ueniat decapitan
dus, si præsentet iudici à patre, quòd erit affi
ciendus alia pœna, quàm mortis, & leuiori,
puta exilio: & sequitur Bar. Veroneñ. in cau
tela sua prima: quod est notandum. Et idem
etiam est in filio offerente patrem, ut per An
gelum in l. si adulteriū cum incest. §. liberto.
in fi. ff. ad l. Iul. de adul. Videret tamen istud
nō procedere, quando pater eum præsentas-
set ex uerisimili timore quòd caperet à iudi-
ce: sicut dicimus, quòd licet confessus mitius
puniat, tamen nō procedit quando quis con
fiteretur metu probationum, ut per Abb. &
moder. in c. at si clerici. in prin. ē. de iudi. Ta-
men prior pars est tenenda, quia ęquior: quā
etiam tenet Feli. in c. accusasti. in ult. col. j. de
accus. & Ang. de Arim. in tract. Ang. de ma-
leficijs, in uerb. necnon ad querelam. in septi
ma chart. super uers. xxi. & moder. in l. i. §. ad
c quæstionem. ff. de quæst.[c]

QVINTA PRAESVMPTIO.

QVinto ex supradicta regula infertur, q
parentes alienantes bona sua generali
ter, præsumuntur reseruasse lucra matrimo-
nij filijs suis, nisi etiam ea expresse alinent, au
then. nunc autem. C. de secund. nupt.

SEXTA PRAESVMPTIO.

1 *Filius relinquens liberationem ab actione tutelæ patri, præsumi
tur eum liberasse etiam à solutione tutelæ. Declara ut ibi.*

2 *Dolus futurus non potest remitti.*

3 *Tutori si in testamento legatum fuerit quòd non teneatur
reddere rationes, & quòd omne in quo fuerit condem-
natus sibi per hæredem restitueretur, nihilominus tene
tur tutor, & nihil operaretur tale legatum.*

SExto infertur, † quòd filius relinquens li- 1
berationem ab actione tutelæ patri, præ-
sumitur eum liberasse etiam à solutione reli-
quorum, propter naturalem affectionē: licet
secus sit in extraneis, ut est text. not. in l. Au-
relius. §. Titius. ff. de lib. leg. quem pro singu
lari not. Rom. in sing. cx. incip. ultimo adul-
tus. quod intellige, dum tamen ad ea reliqua
nō teneatur ratione doli cōmittendi, quia † ta 2
lis dolus non potest remitti. l. cōuenire. ff. de
pact. dotal. & habetur per Bar. in l. Aurelio.
§. Gaio. eod. tit. Et propterea † etiam si in testa 3
mento legetur tutori, quòd nō teneatur red-
dere rationes, & quòd omne in quo fuisset cō
demnatus, uolebat sibi restitui per hęredem,
adhuc teneret tutor, & legatū non operaret,
ut per Sali. & moder. in l. cùm necessitatē. C.
de fideicommiss. Ias. in l. actione. in fin. C. de
transact. per Alex. cōsil. clxiiij. in v. uol. quic-
quid dixerit Ang. consil. clxxxvij. Brunellus
& Curt. consil. lxvi. in v. col. quorum opinio
nō est cōmunis, & abhorret ab ęquitate, quia
daret occasionē tutoribus spoliādi pupillos[d]. d

SEPTIMA PRAESVMPTIO.

1 *Pater præsumitur expensas donasse filio agenti in studio,
& non debent illi imputari à fratribus tempore diui-
sionis. Et quid in libris.*

2 *Statuto, quòd pater teneatur tractare filios æqualiter, a-
liàs reducantur ad æqualitatē, disponente: an expensæ
factæ per patrē ipsi filio in studijs agēti donatæ uideantur,
& an tēpore diuisionis illi à fratrib. ueniant impu-
tandæ.*

3 *Pater si dotis uni filiæ plus dedit quam alteri, (tandē.
modò æquè bene locauerit marito, dicitur æqualiter ma
ritasse seu tractasse.*

SEptimo, † pater præsumitur expensas do 1
nasse filio in studijs agenti, & non debent
illi imputari à fratribus tempore diuisionis,
l. quæ pater filio. ff. famil. ercis. Alex. consil.
eij. in iij. Quid uerò de libris, uidendum est,
ut per Bart. in l. i. §. nec castrense. ff. de collat.
bo. & per moder. in l. dotis. C. de collat.[e] Sed e
uidi in facto dubitari, † quid si statutū est, q pa 2
ter tractet filios suos æqualiter, aliàs reducan
tur ad ęqualitatem: Et posset idem dici. Nam
ęquitas iuris cōmunis uult, ut filij tractentur
ęqualiter. l. ut liberis. C. de collat. l. cùm opor
tet. in prin. C. de bon. quæ lib. & tamē in isto
casu ius cōmune ab eadem æquitate limitat,
ut dicit tex. in d. l. quæ pater. Ergo eodē mo-
do idem dicendū est de necessitate introdu-
cta à statuto; nec uidet fuisse de mente statuti
auferre talem æquitatē, sed potius obuiare er
roneis affectionib. parentū. Facit, † quia si pa 3
ter det plus dotis uni filiæ, & minus alteri,
dūmodo eam æquè bene collocauerit mari-
to, dicit æqualiter tractasse, seu melius filias
maritatas, secūdū paragiū, ut dicit Deci. cōs.
xxvi. in iiij. col. & fa. q̃d not. Bar. in l. cū pater.
§. dulcissimis. ff. de leg. ij. Aliàs sequeretur, q
si pater haberet filiū doctum, & alium crassi

defensio, secūdum Bart. & Doct. ibi, ita limitantes illum tex. Itē adde, quòd si pater uerberet filium clericum, nō incidit in excōmunicationem, secundum Floria. post Tancredum in d. l. sed si. §. si magister. ff. ad l. aquil. Adde etiā, quòd si pater excedat modum in castigando filiū, non uenit puniendus de omnib. percussiōibus, sed de excessu tantū: nec punitur tanq̃ dolosus, sed tanq̃ culposus, secundū Bal. in d. §. si magister. latißimè Hippolyt. de Marsil. in pract. crim. §. quoniam. col. antepenul. num. 90. cum seq. uers. uē circa.

a ¶Vide Feli. in c. licet Heli. in pri. de simonia. Baldus in l. libertos. C. de obsequijs patron. præstan.

b ¶An marito liceat uxorē mediocriter uerberare ad castigandū, uide Alex. & Ias. in l. miles. §. qui indicati. in fin. ff. de re iud. & est gl. in l. sed si. §. fin. ff. ad l. aquil.

c ¶Vult allegare Hippol. de Marsil. quem etiam uide in l. j. §. inauditum. col. ij. ff. ad l. Cornel. de sicar.

d ¶Vide quæ latißimè scripsi in responsis meis, in materia bonorū positis post repetitionem l. generaliter. C. de secundis nupt. respons. ult. ibi uideto.

e ¶Vide latißimè Picū et D. meū de Ripa in l. in quartam. post alios ibi scrib. ff. ad l. falcid.

a ¶Vide Ioan. de Ana. consil. 4. cum concord. ibi traditis per Lud. Bolog. in addit. & per Alex. consil. 68. circa præmissam. col. 2. in 4. lib. & Corneli consil. 150. circa præsentem consil. per totum, maximè col. 2. & 3. ita quòd nullibi melius comprobatum habes. in 2. uol. & consil. 107. col. 1. in 1. uol. & Lud. Rom. consil. 32. col penult. & fin. uers. tertio principaliter. Et sic uidetur intrepidè concludere præceptor meus Alciatus, quòd licet legitima ascendentium posit tolli per statutum, quia iure ciuili debetur, legitima tamen liberorum non potest per statutum tolli, quia iure quodam naturali est debita, quæ iura naturalia nullo iure ciuili tolli possunt. §. sed naturalia. Instit. de iure nat. Sed aduerte quòd ista quæstio, an legitima liberorum posit tolli statuto, est una de difficilioribus quæ sit in iure, ita quòd asseuerat Socinus consil. 150. in prin. circa ueritatem huius quæstionis Doct. pugnasse à ducentis annis citra: & contraria opinio, scilicet quòd statutum posit in totum legitimam liberorum tollere, uidetur de iure magis communis, quam tenet Dynus post longam disputationem ab utraque, in c. indultum. de reg. iur. in vj. & ibi respondet his quæ in contrarium adducuntur. & sequitur ibi Ioan. And. in Mercur. & Lapus alleg. 101. in ciuitate Floren. & Oldra. consil. 107. circa municipale. ubi ab utraque disputat, & pluribus fundamentis hanc sententiam comprobat. Idem tenet Ang. & ante eum uidetur sentire ibi Bart. in authen. de hæred. & fal. in prin. col. fin. Idem Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero. & ibi expreßius Imol. ff. de cond. & demonst. & idem Imol. clarißimè in l. quod de bonis. §. fin. ff. ad leg. falcid. Ray. de Forli. in consil. 68. quædam mulier. col. 1. quod est inter consilia Signoroli de Homod. qui dicit quòd ista est communis, & disputare de ea, est disputare de lana caprina. Et hanc etiam tenet Signorol. consil. 37. factum sic proponitur. ubi melius quàm alibi ab utraque parte hanc quæstionem disputat, et intrepidè tenet statuto posse tolli legitimam in totum, & respondet his quæ in contrarium adducuntur. Et idem Signorol. consil. 69. in quæst. Blandisiæ &c. Paul. de Cast. consil. 322. uiso puncto. in prin. in 2. uol. secundum nouißimam impreßionem. Mart. Laud. in tract. de primogenit. uers. quæro an ualuerit consuetudo. ubi post Bald. in l. j. uers. deinde quæro circa statuta permißiua. num. 17. col. 11. C. de sum. trinit. & alios in locis per eum relatis, tenet ualere statutum, quòd primogenitus in totum succedat, secundogenito penitus etiam in legitima excluso. Hanc etiam opinionem, quòd tolli posit, dicit communem Alex. consil. 75. col. 4. uers. restat ad allegata in contrarium &c. in 1. uol. & Salic. etiam communem esse asserit (licet ipse nolit illi adhærere) in authen. nouißima. quæst. 11. C. de inoffic. testa. Hanc etiam communem esse attestatur & firmat Deci. consil. 19. Diuino implorato præsidio, & pro tenui facultate. col. 2. & col. penult. ubi autoritatib. & concord. pluribus comprobat. Et uoluit Paulus post Bald. in l. j. C. de inoffic. donat. quos refert & sequitur Deci. d. consil. 19. quòd ualet statutum quòd maritus lucretur integram dotem uxoris, etiam exclusis liberis prioris mariti dictæ uxoris, quo ad leguimam. Et hanc etiam esse communem, quòd statutum in totum tollere posit legitimam, tenet decisio Capell. Tholo. decis. 437. ubi Steph. Auffre. allegat infinitas autoritates. Et Corn. hanc partem sequitur & communem asseruit consil. 210. in hac consultatione. col. penul. in 1. uol. ubi pluribus egregijs fundamentis comprobat, & allegat autoritates. & consil. 111. uidetur in hac. col. fin. in 2. uol. & consil. 150. circa præsentem. col. penul. eodem uol. ubi dicit quòd ista est communis, & quòd ita est tenendum uina ratione, quicquid dicat Salic. in d. authen. nouißima. & idem Corn. consil. 115. col. 2. ubi egregiè comprobat & attestatur de communi. in 3. uol. & allegat concord. & consil. 123. licet. col. fin. in 3. uol. & consil. 150. hanc quæstionem. in fi. in 1. uol. cum uarijs concor. ibi per eum. Contrariam uerò opinionem quòd nõ posit in totum tolli legitima per statutum, sed solùm diminui, tenent Iacob. de Beluis. in authen. de hæred. & falcid. in prin. col. ult. & Salic. in d. authen. nouißima. quæst. 11. sentit Baldus post Cyn. in l. sancimus. C. de nuptijs. expreßius Alberic. in l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testam. col. penult. ubi examinat quæst. Bald. in l. fin. §. ipsum autem. C. de bon. quæ lib. & Alex. consil. 55. uiso titulo quæst. col. fin. in 2. uol. & ibi allegat concord. Et dicit hanc esse communem sententiam Canonist. Barbatia in c. Raynutius. col. 45. cum seq. uers. modò sunt uidenda. ubi latè examinat hunc articulum. extra de testa. & consil. 24. illud afferam in medium. in prima parte. & Curtius senior consil. 13. in fi. Rom. consil. 16. in fin. cum concord. traditis per Corn. consil. 123. licet. in fi. in iij. lib. & Alex. consil. 75. uisis diligenter. col. ij. in 1. & Corn. consil. 86. Dominus Petrus. in 1. uol. Et latißimè Steph. Auffre. in decis. Cap. Thol. decis. 437. qui dicit hanc æquiorẽ & magis communem apud Canonistas, dicens bonum uerbum, quòd ita sæpe uidit seruari in practica. Quid ergo tenendum in tam dubitabili quæstione? Omißis quibuscunque ambagibus, mihi placet media sententia, quæ etiam uidetur magis communis, & ex mente Doct. ferè omnium, ut distinguamus: Aut talia statuta fiunt sine aliqua causa rationabili, & tunc non ualent talia statuta tanquam irrationabilia. C. erit autem lex. 4. distinct. nec per talia tolletur ius petendi legitimam. Ita loquatur hæc posterior opinio. Aut talia statuta fiunt ex rationabili causa, & ualent talia statuta, & in totum possunt tollere legitimam. Ita procedant infinita Doctorum loca pro prima opinione allegata, uolentia quòd stante statuto, quòd filia non succedat patri stantibus masculis, filia non poterit petere legitimam: nam tale statutum fit ex legitima & rationabili causa, scilicet ad conseruandum ius agnationis, nomen & arma domus, & ne hæreditas eat ad extraneam familiam. Ita etiam procedat quod uoluit Bald. & Paul. in d. l. j. de inoffic. donationib. & consuluit Decius d. consil. 19. uidelicet quòd ualeat statutum quòd maritus lucretur dotem

intellectus, non deberet curare ut docilis instrueretur, ne inter eos esset inæqualitas: q̃d est absurdum. Et si diceres, quòd filius deberet compensare tales expensas in pecunia, dico quòd hoc est iniquum. d. l. quę pater. Nec statutum debet trahi ad casus iniquos. c. erit autem lex. iiij. distinct. & facit quod not. Baldus in l. Macedoniani. C. ad Maced. cum cõcord. per Decium in authen. quod locum. C. de collationib.

OCTAVA PRAESVMPTIO.

1 *Ascendens præsumitur suam hæreditatem uelle descendentibus relinquere.*

2 *Hæreditas patris magis debetur filio, quàm filij hæreditas patri.*

3 *Legitima debetur filio lege naturæ, parentibus uerò lege ciuili tantùm.*

4 *Dispositio l. cùm auus. de cond. & demonst. non habet locum è conuerso, scilicet in patre.*

OCtauo præsumitur, †quòd ascẽdens uelit relinquere hæreditatẽ suam descendentibus. l. cùm ratio. ff. de bonis damnat. Et propterea licet lex aliquando æquiparet legitimam quæ debetur filio in bonis paternis, illi quæ debetur patri in bonis filij, l. nam etsi parentibus. ff. de inoffic. testa, tamen æquiparatio non est generalis: quia †magis debetur filio hæreditas, quàm è conuerso. l. scripto. in fin. ff. unde lib. Vnde uidemus, quòd præteritio patris non reddebat testamentum nullum ipso iure: secus in filio. l. filio. §. contra. ff. de inoffic. testa. Vnde dicimus, quòd †legitima debetur filijs lege naturæ: sed è conuerso parentibus est debita tantummodo lege ciuili, unde posset in totum tolli per statutum, ut per Bald. in l. i. §. ius naturale. ff. de iusti. & iure[a]. Et facit quod not. Bar. in l. ij. in fin. ff. si quis à parente fue. manumiss. & quod notat Bar. Imol. & alij in l. cùm auus. ff. de cond. & demon. ubi †illa lex loquens in filijs, non habet locum è conuerso in patre.

(margin: 1 … 2 … 3 … a … 4)

NONA PRAESVMPTIO.

1 *Testator plus dixisse, & minus scripsisse præsumitur, ne uideatur alias successiones suis prætulisse.*

2 *Filio de restituẽda hæreditate grauato, subintelligitur clausula, si decesserit sine liberis: & hoc præsumitur, ideo efficacioribus præsumptionibus tolleretur talis præsumptio.*

NOno præsumitur, †plus à testatore dictum, & minus scriptũ, suadente æquitate, ne uideatur pater alienas successiones suis prætulisse. d. l. cùm auus. & l. cùm acutissimi. C. de fideicõmis. & l. generaliter. §. cùm autem. C. de instit. & substit. Et ideo cùm decisio dictarum legum sit fundata super præsumptione, uideretur ꝙ per efficaciores præsumptiones tolleretur, ut dicunt Anchar. cõsil. xlvi. prima facie. & Socin. consil. cxci. licet difficulter. Et istud in se est uerum, licet præsumptiones quas Soci. refert in d. consil. nõ uideantur mihi satis efficaces.

(margin: 1 … 2)

PRAESVMPTIO X.

Res quæ fuit patris, præsumitur quòd nunc sit filij hæredis.

Filius

2 *Filius uiuo patre quasi dominus, & eadem persona cum patre reputatur.*
3 *Aestimum patris censetur filij æstimum.*

1 DEcimo præsumitur,†quòd res quæ fuit
patris, nunc sit filij hæredis eius. l. siue
possidetis. C. de proba. Et pro hoc facit, quia
2 †filius, etiam uiuente patre, dicitur quodam-
modo dominus. l. in suis. ubi Doctores. ff. de
liber. & posthumis. unde in eo non habet lo-
cum usucapio pro hærede. l. nihil. C. de usu-
capio. pro hærede. l. ij. §. filium. ff. eod. tit. Et
facit fictio legis, per quam filius censetur ea-
dem persona cum patre. l. fin. C. de impub.
3 †Et æstimum patris, censetur æstimum filij,
nisi sit emancipatus, ut est gloss. in l. ij. C. qui
ætat. se excusant. lib. x. cum similib. per Ias.
a in d. l. fin[a].

PRAESVMPTIO XI.

VNdecimo, præsumitur pater filium suũ sine dolo retinere ob paternam pietatem. l. iij. §. si eum. ff. de lib. hom. exhiben. ubi gl. exponit præsumi eum retineri ob geminam pietatem, scilicet quia homo, & quia pater: quod non consonat auribus: unde tu lege, genuinam, ut intelligatur tex. de ingenita pietate parentum erga filios.

PRAESVMPTIO XII.

DVodecimo, non præsumitur pater ancillam suam uelle liberam facere, filios uerò ex ea susceptos relinquere in seruitute. §. si quis liberam. uers. neque enim. in auth. ut liber. de cetero. & ibi est tex. quòd filius naturalis potest uinculo seruitutis detineri uersus patrem, si natus sit ex ancilla patris. Ad idem est text. in l. ij. C. si mancip. ita fuer. alie.

PRAESVMPTIO XIII.

1 *Pater non præsumitur uelle diminuere hæreditatem filij per legatum.*
2 *Pater non credens nasciturum sibi posthumum, si fecerit multa legata, nato deinde posthumo non debentur legata. Et quæ dicantur legata magna. Et quid si omnia simul iuncta, fuerint longè minoris ualoris quàm dimidia patrimonij.*

1 DEcimotertio, non præsumitur † quòd
pater uelit diminuere hæreditatem fi-
lij per legatum. l. penult. & ibi not. ff. de iure
codicill. Et propterea si pater non habens fi-
lios, fecerit magna legata, nato deinde post-
humo, & testamento rupto, legata non susti-
nentur, ut est cõmunis conclusio in authen.
b ex causa. ubi Bart. & alij. C. de liber. præter.[b]
Secus si legata essent modica, quæ uerisimi-
le esset testatorem facturum etiam si filios ha
beret, ut per Angelum in l. uxorem. ff. de ma
numiss. testa. Paul. de Cast. & Iason in d. au-
then. ex causa. & Socinus consil. xciij. in pe-
nult. col. in iiij. Et dicit Aretin. in l. Titius. ff.
de liber. & posthum. & in consil. xciij. uiso le
gato, in v. col. quòd legata dicentur magna,
& reuocabuntur, quando simul iuncta acce-
dunt ad dimidiam patrimonij. arg. l. ij. C. de
rescind. uend. Ego puto quòd istud consistat
ualde in arbitrio iudicis, ut est de mente An
geli & Paul. & quòd legata non sustinean-
tur, etiam si sint longe minoris ualoris quàm
2 dimidia: quod probatur. † Primo, arg. l. si un
quam. C. de reuoc. donationib. ubi text. lo-
quitur de aliqua parte, & sic etiam modica, ut
est gl. in Clem. i. de foro comp. quam ad hoc
allegat Baldus in l. i. C. de inoffi. donationib.
Et idem tenet Bar. in l. Titia. §. Imperator. ff.
de legat. ij. Nam sicut ibi reuocatur donatio
alicuius partis, quia donans non cogitabat
se habiturum filios: eodem modo est in casu
nostro, quia si testator cogitasset se habitu-
c rum filios, non fecisset aliqua legata[c]. Confir
matur secũdo per tex. in l. generaliter. §. cùm
autem. in fin. C. de instit. & substit. ubi ratio,
quòd pater nõ sit prælaturus extraneos filijs
suis, habet locũ etiã in legatis particularibus,
& sic cuiuscunq; ualoris sint. Tertio cõpro-
batur per rationẽ generalem positã in d. l. pe-
nul. ibi, quoniã non fuerit illi filio ablaturus.
Certè

exclusis liberis prioris matrimonij: istud enim statutum sit ex iusta & rationabili causa, scilicet ut uiduæ citius reperiant maritos, quas (ut fit communiter) propter onera liberorum prioris matrimonij, nisi cum maxima difficultate, uiri in uxores ducere nolunt. Et hanc etiam rationem tradit Decius ubi suprà. Et si bene inspicias ferè omnes Consulentes in locis allegatis suprà in prima sententia, uidebis qualiter loquuntur quando subest aliqua rationabilis causa statuti condendi. *Intellige tamen quod dixi, quando subest causa ualere statutum, & in totum tollere legitimam, uerum esse, modò non absorbeantur alimenta: nam talia statuta non tollunt petitionem alimentorum aut dotis, quæ in locum alimentorum succedit. l. quisquis. §. ad filias. C. ad leg. Iul. maiestat. Nam cùm alimenta iure naturali sint debita à patre liberis, l. j. §. ius naturale. ff. de iust. & iure. nullo iure ciuili tolli poterunt. l. iura sanguinis. ff. de regul. iuris. §. sed naturalia. Instit. de iure natur. Item talia statuta utpote inuitantia parentes ad necem liberorum, non deberent ualere: necare enim uidetur qui alimenta denegat. l. necare. ff. de liber. agnos. & hanc concordiam & distinctionem tradit Baldus not. in d. l. cum lege. C. de sacrosanct. eccles. & clarius Ioan. de Imol. in d. l. Titio. §. Titio genero. ff. de cond. & demonst. & Ioan. de Ana. consil. 4. ubi notabiliter loquitur. ubi etiam Bolog. in addit. Et melius quàm alius quispiam istam concordiam & distinctionem tradit notabiliter Curtius iunior consil. 10. col. ij. & dicit hanc esse communem sententiam, & ex mente quasi omnium Doctorum, qui tenent primam partem. Et etiam Panormit. etiam in d. c. Raynutius. in ultimo notab. ubi egregiè loquitur, & dicit deberi alimenta. Et Iacobus de Belui. in d. authen. de hered. & falcid. qui dicit ideo tale statutum non ualere, quia tolleret alimenta: unde concludit saltem deberi alimenta. Et etiam Mart. Laud. in d. tract. primogenituræ, qui dicit quòd secundogenito debent dari alimenta, & omnia necessaria ad statum suum, stante statuto quòd primogenitus succedat excluso secundogenito. Et ideo in casu omnium fermè consiliorum suprà in prima parte deductorum, quando uiget statutum quòd stantibus masculis filia non succedat, dicunt Doctores, quòd filia quæ fuit dotata, nõ poterit succedere, nec petere legitimam, seu potius supplementum legitimæ: quia filiæ habent dotem quamuis non usque ad legitimam. Item interea alimenta eis præstanda erunt per hæredes, si nondum sint matrimonio collocatæ, secundum Bartolum in d. §. Titio genero. & Consulentes in locis suprà allegatis, & maximè Corneum & Curtium iuniorem d. consil. 10. Nota hæc, quia nullibi ita cumulatè reperies.*

a ¶ *Vide multa similia & egregia dicta argumento illius gl. per Ias. in l. sciendum. in prin. col. pen. & fin. ff. qui satis. cog. & hunc D. meũ Alciatũ in l. in suis. per multas col.*

b ¶ *Et per Alex. consil. 41. uiso tenore. col. penul. lib. 1. ubi allegat concord. plures. & consil. 47. abundè. in 2. uol. col. ij. & seq. & Socin. in l. cum auus. col. 14. uers. & pro hac opinione. num. 57. ff. de cond. & demonst.*

c ¶ *Dispositio l. si unquam. an procedat in donatione cuiuslibet partis, etiam minoris quàm dimidiæ, est maxima contentio inter Scribentes: sunt enim plures tenentes quòd non habeat locum nisi in donatione omnium bonorũ, uel maioris partis, saltem dimidiæ, quos referre laboriosum esset, sed uide per præceptorem & D. meum de Ripa, in repet. d. l. si unquam. q. 7. interpret. lib. iij. & latius ac melius quàm alibi per And. Tiraquellum in repet. d. l. si unquã. in uerb. omnia uel partẽ aliquam. pag. 121. ubi per 16. pag. & ultra hanc materiã examinat, & allegat ab utraq; infinitas Dd. autoritates & loca. Contraria tamen sententia, uidelicet quòd habeat locũ etiam in minori parte quàm dimidia, est magis cõmunis secundũ præceptorẽ meũ, quam tenent Bar. & Bal. in locis hic alleg. per D. Alciatũ. Idem Bal. in d. §. Imperator. Lud. Rom. in l. sicut certi. col. ij. ubi & Pet. Philip. Corn. in fi. C. de testa. milit. Paul. cons. 433. super hoc puncto plura uidentur facere &c. col. ij. uers. secundo facere uidetur. in 2. uol. nouissimorũ. Et Alex. cons. 162. ad fis his quæ copiose. in 6. uol. & consil. 71. consideratis hos. lib. 4. Corn. consil. 11. in præsenti. col. ix. uers. nam ex quo. lib. 3. & consil. 30. in hac. col. iij. lib. 4. sentit Curtius senior in consil. 49. memoriæ recolendæ. col. penult. uers. secundo, ponderatis. & Iason in l. j. col. ij. C. de pactis. ubi etiam Decius.* *Quid autem in donatione certæ rei parti-*

Certè est ocrisimile, quòd pater nedum rem magnam, sed ne paruam quidem uelit auferre filio. Vbi uerò pater haberet iam filios institutos, & nihilominus fecisset legata: nato deinde posthumo, tunc supradicta opinio Aret. posset utcunq; procedere. Circa quod tamen dic ot habetur in d. l. pen. & per Bart. & Doct. in l. cùm pater. §. cùm ęstimaret. ff. de lega. ij. Et considera rationē d. auth. ex causa, cur legatarij, qui sunt minus dilecti à testatore, consequantur sua legata, hæres uerò scriptus, qui erat magis dilectus, in totum excludatur, & nihil habet.

calerit, an dispositio d. l. si unquam. tūc procedat. Dubitabilis est quæstio plus quàm precedens: & plures reperiuntur tenentes nō procedere, cuius sententiæ fuerunt omnes qui tenēt dispositionem d. l. nō habere locū nisi in donatione omniū uel maioris partis bonorū. Cōtraria tamē sententia, quòd habeat locum l. si unquā. est magis cōmunis, secundum D. meū à Ripa, in d. l. si unquā. quæst. 8. quā tenent omnes in locis præallegatis, et Bart. in d. §. Imperator. Alber. Bald. & D. meus in d. l. si unquam. cum alijs concord. ibi per D. meum, & Tiraquellum in d. uerbo, omnia uel partem. ad quem sufficiat remissio, ne chartas occupem. Intellige tamen cōmunem tam in hoc casu quàm præcedenti, quòd d. l. si unquam. procedat in donatione certæ rei particularis, uel quotæ etiam infra dimidiam, dummodo non sit tam modica res uel quota, quòd uerisimiliter donans non destitisset à donatione propter cogitationem liberorum: tunc enim non procedat d. l. si unquam. Esset autem absurdum, quòd propter tam modicam rem uel quotam, donatio reuocaretur. Et ita cōmuniter restringunt ac limitant siue declarant cōmunem sententiam Doct. ut per Alex. d. consil. 71. & Corn. d. consil. 30. col. 3. & consil. 206. uiso suprascripto. col. 8. uers. concurrit etiam. in 3. uol. & notat Socinus in repetitione l. cum auus. col. 14. uers. & pro hac opin. adduco in sunilit: nam Bald. &c. ff. de cond. & demonst. Ioan. de Imol. in c. fin. col. 4. extra de donat. & Socin. consil. 22, col. 3. in 4. lib. & consil. 20. in facto proponitur. col. fin. in 3. uol. ubi alleg. concor. & consil. 93. testamentū. col. pen. ad fin. in 4. uol. Dec in l. j. col. 3. in 2. notab. C. de pact. & ibi Curtium iunior col. 3. & D. meus Alciatus in uerb. sustulerat. & D. meus à Ripa in d. l. si unquam. Arbitrabitur autē iudex quæ dicatur magna res, aut modica res, considerata uerisimili mente donatoris ex quantitate patrimonij, & qualitate personarum, ac numero liberorū: & sic colliget, an fuerit mens disponentis, quòd etiam si sciuisset se habiturū liberos, nihilominus donationem fecisset: uel non fecisset, si credidisset suscipere prolem. ita dicūt præfati Dect. Cur. Alciatus, Ripa, Alex. Socin. Corn. & alij in locis præallegatis, & ultra illos idem uoluit Barbatia in l. cum acutissimi. col. 45. C. de fideicōmiss. & Corn. consil. 4. col. 4. in 3. uol. ubi dicit considerandum, utrum donans unum an plures susceperit liberos masculos, an uerò fœminas. & sequitur D. meus à Ripa, ubi suprà. Magis enim, secundum eos, dissuadent à donando plures filij, quàm unus filius: & magis filius, quàm filia: nam filiæ sufficit dos congrua, ex qua possit nobiliter & honorabiliter uiuere, secundum statum personæ suæ, ut etiam docet experientia. c. quàm sit. de elect. in sexto. Ista quæso nota perpetuò, quia nullibi ita expedita habes.

a ¶Hoc indubitatè uerum crederem, si in tali donatione nō interuenerit iuramentum: & ita intelligantur notata per Doct. in d. l. si donatione. Alioqui si in donatione iuramentū interuenerit, tunc dubitarem ne assertioni paternæ circa causam donandi staretur, utputa circa benemerita, quæ pater asseuerat accepisse à filio, ut per elegantia & stringentia fundamenta comprobat D. meus à Ripa in l. si unquam. quæst. 15. uers. sed hic dubito de uno. C. de reuoc. donat. ubi concludit, quòd si pater fecerit donationem filio propter benemerita, & iuramento firmauerit talem donationem, quòd statur assertioni patris circa merita, & sic circa causam ob quam donatio sustinetur, & erit donatio remuneratoria: & ibi ostendit Bart. in l. cum quis decedens. §. Titia. de leg. iij. illud sentire, & respondet quibusdam fundamentis Alex. in d. l. si donatione. contrarium sententis: & ita dicit se consuluisse, & ita reperio responsorū suorum lib. 1. cons. 9. col. fi. Pulchris rationibus consuluit etiam Corn. consil. 104. circa prin. lib. 2. in fortioribus terminis, quòd licet donatio inter uirum & uxorem non ualeat, ut explorati iuris est, tamen si in tali donatione interueniat iuramentum, statur assertioni donatoris circa benemerita, quæ accepisse à donatario coniuge asserit. Et uide quæso illius rationes, quæ multum faciunt ad intelligentiam huius materiæ, & præceptor meus ferè omnia eius motiua inde accepit. Videtur etiam sentire idem Aret. consil. 74. col. 3. & Ias. in d. l. si donatione. & Ang. in l. penul. §. mulier. sol. matr. quem refert Alex. consil. 68. consideratis. in 3. lib.

PRAESVMPTIO XIIII.

DEcimoquarto, nō pręsumitur in dubio mater, quæ nō diligit filium. c. afferte. J eod. ubi ponitur exemplū Salomonis. Et simile ponit Tranquill. in Claudio, quòd Claudius Imperator mulierē negantē, nec agnoscere uolentem filiū, compulit ad confessionem, mandando ut eum in maritū acciperet. Quæ tamen aliquem exhæredauit, præsumitur mater: quia exhæredatio in extraneo inepta est. l. quidam cùm filium. ff. de uerb. obli.

PRAESVMPTIO XV.

1 Quando prodigus præsumatur, quem pater prodigum in testamento nominauit.

2 Pater si simpliciter filium prodigum in testamento nominauerit, nil ulterius procedendo super hoc, filij opinio grauatur apud bonos uiros.

DEcimoquinto, †præsumitur prodigus, 1
quē pater in testamēto prodigū appellauit. l. pen. in fin. ff. de curat. fur. quod intellige esse uerum, quando pater sano consilio illa uerba profert, & super illo prouidet, puta quia dat curatorem; †alioqoi ex simplici ap- 2
pellatione non oriretur efficax præsumptio iuris. l. his uerbis. §. 1. ff. de hæred. instit. & q̄d infrà dicam: sed tantūmodo opinio filij grauaret apud bonos uiros. l. ea quæ. C. ex quibus causis infam. & sic esset infamis infamia facti. Adde tamen, quòd ut hæc infamia oriatur, requiritur quòd talis infamia emanauerit apud plures, ut per Abb. in c. ij. in xij. col. uers. ad ultimum, ā. de ord. cognit.

PRAESVMPTIO XVI.

1 Filius præsumitur iniustè exhæredatus à patre, ideo hæredi incumbit onus probandi ingratitudinem.

2 Donatio facta filio per patrē, nō sustinetur prætextu assertionis factæ à patre attestante de aliqua causa, per quā donatio ualidatur: sufficerent tamē aliquæ coniecturæ.

DEcimosexto, †pręsumitur pater iniustè 1
exhæredare filium, ex qoo naturaliter filij sunt grati parentib. ut gl. in l. fin. in prin. ff. de his quæ met. caus. Et propterea incumbit hæredi onus probandi ingratitudinē. l. omnimodo. C. de inoff. testa. Est uerum quòd de iure ueteri aliud erat, quia stabatur dicto patris. l. liberi. C. eo. tit. Sed cùm Iustinianus introduxerit certas causas tantū, ex quibus filij possunt exhæredari, §. aliud quoq; capitulum. in auth. ut cùm de appell. meritò hæres debet probare causam, per regulam l. qui testamentum. in fin. ff. de probat. Vnde cùm
†donatio inter patrem & filium nō teneat re- 2
gulariter, nō statur assertioni patris attestantis de aliqua causa, per quā donatio sustineretur. l. si fortè. ff. de cast. pecul. per gl. & Doct. in l. si donationē. C. de colla. & quod not. So-
cin. consil. xxiij. in iiij. [a]Credo tamen q suffi- a
cerent leuiores probationes, puta per coniecturas tantū. pro quo fa. quod not. Bald. in l. iubemus. ij. C. de sacros. eccles. ubi si episcopus donat alicui in casu aliàs prohibito, prætextu remunerationis, satis est illa merita probari per cōiecturas. alleg. Guil. de mōte Laudu. in Clem. i. de reb. eccl. nō alie. Tu pro hoc pōdera tex. in l. etiā. §. i. ibi, æstimare debebit iudex. ff. de manumiss. uind. Ad idem fa. q̄d not. But. & Abb. & seqount alij, in c. q̄uis. J.
de re iudic. †ubi confessio patris nocet filio, 3
etiam quo ad leginimam, quando ultra talem confessionem concurrit uerisimilis cōiectura, quòd confessio sit uera, pota ex qualitate personæ & uerisimilitudine debiti; nō tamen suffice-

sufficeret simplex assertio patris, etiā cum iuramento, ut dicit Alex. in d. l. si donatione, re
a probando Bald. ibi tenentē contrariū[a]. Confirmatur per not. per Salic. in l. si mater. C. de contrah. empt. Alex. consil. xviij. cōsideratis his. in iij. uol. Deci. consil. ccij. ut præsens. in pen. col. cōcludunt, quòd licet cōfessio facta inter personas prohibitas, præsumatur facta in fraudem, tamen ista fraus tollitur per contra
b rias cōiecturas, ut ibi per eos[b]. Et propterea
4 in cōtingentia facti, stante † prædicto statuto, quòd pater teneatur descēdentes suos æqualiter tractare, uidi dubitari, cùm pater alteri filio minus reliquisset: quia in testamento asserebat, quòd ille habuerat tales & tales pecunias, quas luserat, seu comessauerat, uel soluerat pro cōdemnationibus fiscalibus: nūquid standum esset tali assertioni, cōcurrentibus aliquib. coniecturis, puta, quia in rationibus testatoris ita apparebat, & ex moribus eius erant uerisimiles, & etiā maior pars quantitatum uerificabatur per testes. Et uidetur quòd sic, per supradicta, & quod not. Paul. de Cast. in cōsil. cccl. ad bene examinandū. in ij. col. in i. Ang. de Aret. in §. actionum. Instit. de actio.
5 Corn. consil. lxxxi. in pen. col. in iiij. ubi † statur libro tutoris, de expensis pro pupillo factis, quādo sunt uerisimiles: & maior pars uerificatur. Et ratio est, quia tali casu sufficit probatio præsumptiua, & per cōiecturas: licet Iason in repet. l. admonendi. in lv. col. ff. de iureiur. generaliter intelligat, & malè.

XVII. PRAESUMPTIO.

1 *Auus præsumitur dotare neptem contemplatione filij.*
2 *Dos data ab auo nepti, an debeat per neptem imputari in legitimam, quam debet habere in bonis patris. & num. 3.*
4 *Dos data nepti, an sit computanda ipsi filio in legitimam, latißimè disputatur.*

1 DEcimoseptimo, † pręsumitur auus dotare neptem cōtemplatione filij. l. dedit.
2 ff. de collat. Et propterea infertur, quòd † neptis debeat sibi cōputare istam dotem in legitimam, quā debet habere in bonis patris, ut dicūt Ang. Alex. & moder. in l. in quartam. ff. ad leg. falcid. Ang. consil. lxxviij. Ioan. Phi
c lippi. Alex. consil. clxxix. in v.[c] Nisi † pater de
3 disset dotem cōtemplatione ipsius neptis, nō autem propter filium. l. auus. ff. de iure dot. Istud autem cognoscitur, quando dos datur nomine ipsius neptis simpliciter, prout dicitur in d. l. auus. Secus est in dubio, uel si daretur nomine filij: quo casu procedit d. l. dedit dotem. & ita dicit gloss. in d. l. auus. & ibi Raphael Fulg. dicit eam approbari à Doct. licet ipse non teneat, per d. l. dedit. ibi, propter me filiæ meæ nomine dedit. Sed responde, quòd glossator fortè habuit in text. meo nomine, quod mihi magis placet. Itē illa, propter me, satis declarant intentionem aui. Et supradicta pręsumptio procedit in dote, quam auus tenetur propter filium dare nepti. l. & ideo. §. fin. ff. de in rem uerso. l. profectitia. §. si filiusfamil. ff. de iure dot. Sed in his, ad quæ auus nō teneretur, præsumitur potius datum cōtemplatione ipsius, quàm filij, unde est aduentitium, ut est gl. in l. quæsitum. in prin. ubi Bart. & alij. ff. de leg. i. & in l. qui in aliena. §. interdum. ubi Ias. latè. ff. de acquir. hæred. Alex. consil. viij. in iij. col. in iij. uol. Sed dubia † quæstio est, nunquid dos data nepti, cō 4
putanda sit in legitimam ipsi filio? Et Cyn. in l. scimus. in v. quæst. C. de inoffi. testam. dicit quòd sic: quia dos processit de bonis aui, & prosecuta est filium, unde imputatur. l. quoniam nouella. C. illo eod. tit. sequitur Alex. in d. l. in quartam. & Decius consil. lxxxi. in iij. col. declarando ut non procedat, quando constaret quòd dos esset data contemplatione ipsius neptis: quod mihi placet, per supra dicta, Item quādo filius nō haberet de suo unde dotaret: quia tunc uidetur auus dedisse, ut satisfaceret proprio debito, ut ibi per eum: de quo dubito, ut] dicam[d]. Cōtrariū tenuit Bal. d
in auth. ex testamento. col. fi. C. de colla. & in l. fi. in ult. col. C. de dot. promiss. Aret. consil. xvij. in ult. col. Picus in d. l. in quartā. col. ci. pro hoc allegat tex. in l. pater filiæ. ff. de euic. ubi pater nō tenetur ea cōferre, ergo nec imputare in legitimā, quia aliàs istud esset modicę utilitatis. Tu considera pro eadem parte facere, quia aut filius nō erat habilis ad dotandū, & tunc etiā Alex. concordat cum ista opin. quòd nō imputetur ei in legitima. Aut erat diues, & habilis ad dotandū, & tūc onus nō incumbit auo, sed ipsi, ut probatur in d. §. filius famil. & in d. l. dedit dotē. & firmat Bal. in auth. res quæ. col. fin. C. cōmu. de lega. Ergo cùm onus nō incumbat auo, si det, nō censebitur dedisse propter filium, iuxta not. in d. l. quæsitum. & in d. §. interdū[e]. Quid tenendum? Puto opinio- e
nem Cyni esse ueriorem. Non obstat d. l. pater filiæ. quia text. loquitur de collatione tantùm, non de supplemento legitimæ. Et non est bona consequentia, nō confert, ergo non cōputatur in legitima, licet ecōtrà sit. l. illud. & ibi Ias. in fi. C. de collat. per Bal. in d. l. quoniam nouella. in i. oppos. C. de inoffic. testa. Præterea considerandum, quòd intellectus Aret. & Baldi est diuinatiuus ad illum text. quia ibi nihil dicitur quòd auus dederit dotem. Vnde tu aliter intelligas, quia text. procedit arguendo hoc modo. Nā uidemus quòd si filius emācipatus dotē dederit filiæ, & uelit deinde ipse filius succedere patri, non tenetur illam coti-

a *¶ Vide ibi Cor. et Deci. & Salic. in l. hac edictali. q. 7. de secund. nupt. & egregiè Rom. cons. 44. ex suprà narrato. col. ij. & consil. 293. Christi nomine repetito. & Aret. cōs. 74. col. iij. Alex. latißimè cons. 18. consideratis his. in iij. lib. Felin. in c. si cautio. col. 24. uersic. sed est aduertendum. de fid. instr. Deci. cons. 202. col. 1. et 2. & iste D. Alciatus in l. pacta quæ contra. in quinta specie. C. de pact.*

b *¶ Accedat prædictis: nam licet confeßio siue aßertio benemeritorū inter personas prohibitas, nō propterea inducat donationem remuneratoriā, nisi probentur benemerita, ut per gl. & communiter Doct. in d. l. si donatione. & in uarijs locis, ut ibi per Cor. & Deci. tamè hoc casu sufficient illi donatario probare uolenti benemerita, leuiores probationes, quam si nulla prorsus aßertio interuenisset: quin imò sufficiēt cum tali aßertione uerisimiles cōiecturæ. ita notabiliter Deci. in d. l. si donatione. col. 6. uers. addo duas. & consuluit in pulchro casu Ang. consil. 347. pater emit, &c. Hippolyt. de Mars. singul. 610. non statur aßertioni. & Alex. d. consil. 18. & Bal. consil. 66. inter uirum. lib. 2. Guido Papæ in l. si uoluntate. C. de dotis promiß.*

c *¶ Idem uult præceptor meus D. à Ripa, in d. l. in quartam. num. 206. allegat idem uelle Bart. in d. consil. 111. primo arguitur.*

d *¶ Et de hac quæstione uide D. meum à Ripa, in d. l. in quartam. fol. 65. num. 202. ubi etiam post Aret. consil. 17. alio modo limitat opin. Cyni & sequacium, ut non procedat, quando dos data nepti, nondum erat reuersa ad patrem tempore mortis, ut quia adhuc durabat matrimonium neptis moriente patre: tunc enim non uenit filio imputanda in legitimam, secundum gloss. & Bartolum in d. l. dedit dotem. de collat. bon. & comprobat latè, ut per eum.*

e *¶ Idem tenet præceptor meus D. à Ripa, in d. l. in quartam. num. 204. ubi hoc limitat, ubi si auus in constitutione dotis iußisset neptem esse tacitam & contentam, & nil ultrà petere posse: tūc censetur dedisse dotem animo cōpensandi cum legitima, quæ peti poßet in bonis suis, et sic patris contēplatione. l. si adulta. & ibi Bal. & Salic. not. C. de hæred. act.*

a ¶ *Hanc etiam sententiam Bartoli sequitur Ias. in l. ut liberis. C. de collat. in pen. col. & Angel. Aret. in §. fuerat. uers. quid erit de donatiōibus factis. Insti. de actio. & Io. Lupus in solenni repet. Rub. de don. int. uir. & uxo. §. quadragesimoquinto. quasi per totū, ubi dicit pro hoc facere bonū tex. in l. si quid earū. §. in quibus. de leg. iij. inducendo ut per eū: quē omnino uide latissimè de hac materia tractantem, et hanc præsumptionem pluribus fundamentis roborantem & limitantē: ubi etiam respondet his quæ pro contraria opin. adducuntur.*

b ¶ *Et uide de his ambasiatoribus, et de hoc dicto, Ioan. Lupum in repet. rub. de donat. inter uirū. §. quadragesimoquinto. col. ij. & iij.*

conferre cum fratribus. l. i. in fin. ff. de collat. dot. l. filium. ff. de collat. bon. Ratio est, quia non est in eius bonis, ut ibi dicitur. Probatur ergo, quòd dos data filiæ, nō dicitur in bonis patris: ergo si sit euicta, nō debet pater posse agere de euictione: quia res euicta, nō est sua amplius, nec habet aliquod ius in bonis suis ad eam. & ita uoluit arguere Iurisconsul. ibi: & sic nō facit ad propositū nec Bal. nec Areti. quia dos illa in dicto casu non prouenerat ab auo, sed de bonis acquisitis per ipsum filium, qui etiam alienauit dando dotem filiæ, & deinde reperi, quòd ita tenet etiam Bulgarius Senensis in repet. l. i. ff. sol. matr. Nec obstat ratio quam suprà feci: quia dato quòd donata nepoti, censeantur aduentitia, tamen istud potest limitari, nedum quando ad ea tenebatur auus, sed etiā quando tenebat̃ pater: quia uidetur auus uoluisse soluere pro filio. d. l. dedit. & d. §. filius familiâs. Præterea licet Doct. ubiq; teneant supradictā conclusionē, tamen fortè non est uera, & contra eam uidetur text. in l. ut liberis. C. de collat. capiendo eam generaliter, & sic inducendo. Nam mater, uel auia materna non tenentur dotare filiam, sed istud onus spectat ad patrem. l. neq; mater. C. de iur. dotiū. Pone ergo quòd auia materna dotet neptem, an præsumatur fecisse contemplatione filiæ, & sic quod datū est, conferatur tanq̃ profectitiū respectu filiæ, si neptis uelit succedere matri? Certè sic, ut est ibi tex. & notat Ricardus Malumb. Mart. Syllima. Alber. de Ros. quos refert & sequitur Ias. in l. ut nemini. in ij. col. C. de collat. Et gl. in d. §. interdum, & in d. l. quæsitum. potest habere aliam rationē, si bene uideatur. Et ex istis uidetur etiam cōfundi declaratio Alex. dum dicit, quòd si filius est inhabilis ad dotandum, censetur auus soluisse dotem nepti, tanq̃ æs alienum, unde nō imputat̃. Nam respondeo, quòd istud æs alienū spectat ad filium, propter cuius inhabilitatē ipse auus soluit: ergo uidetur esse profectum ad filium, & de filio in neptem. Et militat ratio Cyn. in d. l. scimus. Nec etiam uidetur uerum, ut nō debeat aliquid imputari in legitimam, quia solutum sit ex debito: nam uidemus quòd dos data filię à patre, imputatur in legitimam nepotibus, ut est communis conclusio in d. l. in quartam. & tamen pater dedit tanq̃ debitū: solùm ergo consideratur, an censeatur profectum de bonis defuncti, ad bona succedentis uel non. Et ita sequor opin. Cyni indistinctè, quam etiam tenet Fabia. in repet. authen. nouissima. in vij. q. quęst. princ. C. de inoff. test.

XVIII. PRAESVMPTIO.

1 *Donata uxori per consanguineos mariti, præsumuntur donata contemplatione mariti, ideoq; illi acquiruntur.*

2 *Data ambasiatoribus, non præsumuntur contemplatione principis data, sed sua ambasiatorum, ideo eis quæruntur.*

1 Decimooctauo, † donata uxori per consanguineos mariti, præsumuntur donata cōtemplatione ipsius mariti, & ideo illi acquiruntur. Ita Bart. Paul. de Cast. Alexan. & moder. in l. sed & si plures. §. in arrogato. ff. de uulg. & pup. per illum tex. ubi arrogator, qui habet facultatem substituendi pupillariter in bonis à se profectis, potest etiam substituere in his quæ donata sunt per amicos, uel cognatos suos. Et si dicatur, istud est propter patriam potestatem, quia arrogatus statim ea quæsiuit patri: respondet Raph. Com. ibi, & melius in consil. lxxiij. in pen. col. quòd ille text. intelligitur etiam in donatis per amicos post mortē arrogatoris: quo casu nō poterūt ei acquiri. Quæ responsio satis est extra uerba textus, quia ille text. simpliciter procedit, ampliādo quod in principio dixerat de quarta (quæ propriè est de bonis ipsius testatoris) ad ista donata ab amicis [a]. Cōtrarium in effectu tenuit Bald. in l. cùm ante. C. de dona. ante nupt. Ang. & Rom. in l. ut liberis. C. de collat. Raph. Com. & Aret. in d. §. in arrogato. & consuluit Rom. consil. clxxij. in proposito themate. per l. si seruus. ff. de don. inter uir. & ux. ad quem respōdent moder. quòd ex quo ibi maritus uolebat donare uxori, est etiā uerisimile quòd fratres uellent illi donare, non autem quòd acquirerent ipsi marito. Quæ responsio non satisfacit, quia non est uerisimile quòd illi fratres habuerint respectū ad donationem mariti, quam sciebant iure improbari. l. leges. C. de legi. Vnde mihi placet ista secunda opinio. Et moueor primo, quia uidemus quòd donata per auum nepoti, censentur aduentitia, nec acquiruntur patri, ut est cōmunis cōclusio in l. quæsitum. in prin. ff. de legat. i. & suprà dixi. Certè idem debemus dicere à fortiori in isto casu: quia facilius filius acquirit patri, quàm uxor marito. a

2 Secundo moueor, † quia data ambasiatoribus, non præsumuntur data contemplatione principis, sed sua, & eis quæruntur, ut est cōmunis opin. in l. si uerò. §. item quicquid. ff. sol. matr. ut per Alex. in d. §. in arrogato [b]. Et b licet dicant, quòd istud est propter consuetudinem, quia solent dari munera legatis. l. diuus. ff. de bonis dam. certè etiam uidemus q consanguinei solent dare munera sponsis.

Tertio, ego nō uideo in iure quomodo probetur, quòd dando aliquid uxori, quærat̃ marito: non enim promissio fit illi, non traditio: quomodo ergo potest dici, quòd sint mariti? l. traditionibus. C. de pact. Et casus specialis est, quòd mulier censeatur acquisiuisse de bonis mariti. l. Quintus. ff. de don. inter uirū & uxor. ad euitandam turpem suspicionem: quæ ratio cessat in casu nostro. Vnde dato q sit uerum, quòd acquisiuerit cōtemplatione eius, non sequit̃, ergo debet illi restituere. Et ista quæsita tali contemplatione, solùm sunt cōsideratione in filijsfamil. quia quicquid acquirūt, patri acquirūt. & ita loquit̃ d. l. cùm oportet. in prin. C. de bon. quæ lib. & d. §. in arrogato. In quo etiā est aduertēdum, quòd ibi agebatur in aliquali fauore pupilli, quòd pater posset sibi substituere pupillariter, nedū in bonis à patre prouenientibus, sed etiam à

cognatis

cognatis uel amicis: nec propter hoc ipſe il-
lis priuaṙ. quod nõ eſt in caſu noſtro, ubi mu
a lier etiã uiuens cogeretur reſtituere marito[a].

PRAESVMPTIO XIX.

1 *Suppoſita non præſumitur, quam ambo parentes habent ſibi charam.*

2 *Matri aſſeueranti filiam ſuppoſitam non creditur.*

1 DEcimonono, †non præſumitur ſuppoſi
ta eſſe, quam ambo parentes habẽt ſibi
charam. l. i. §. ad quæſtionem. ff. de quæſt. Et
propterea in tali caſu requirerenṫ manifeſtio
res probationes, ex quo accuſator haberet ta
lem præſumptionẽ contra ſe, iuxta not. in l.
2 fin. ff. quod met. cauſ. Imò etiam ſi mater †aſ-
ſeueret filiam ſuppoſitam, non crederet̃ eius
dicto. l. fin. ff. de probat. Bald. conſil. lxxiiij.
in i. uol. Et quod not. in l. filium diffinimus.
ff. de his qui ſunt ſui uel alieni iur. de filio fa-
tuo, qui ad ſimplicem aſſertionem matris at-
teſtantis quòd non erat filius regis, renun-
b ciauit regno[b].

PRAESVMPTIO XX.

1 *Affectio præſumitur in coniunctis.*

2 *Minor ſi permiſerit labi annum & diem ſibi datum ex forma ſtatuti ad luendum rem paternam, poteſt petere ſe in integrum reſtitui.*

1 VIgeſimo, †præſumitur affectio in cõiun
ctis. l. cùm ſeruus extero. ff. manda. ubi
probatur, quòd talis affectio habetur in con-
ſideratione in iudicijs bonæ fidei; de quo di-
cendum eſt, ut dixi in tractatu meo, quod in-
tereſt. Et iſta affectio eſt ſufficiens etiã ad re-
ſtitutionẽ in integrũ. l. ſi in emptione. ff. de
2 minor. per quẽ tex. probatur, †quòd ſi minor
permiſerit labi annum & diem ſibi datum ex
forma ſtatuti ad luendũ rem paternã, ſibi cõ-
petit reſtitutio in integrũ aduerſus lapſum il
lius temporis, quia pręſumitur læſus ex uerſi
ſimili affectione, quòd res fuerit paterna, ita
tenent moder. repet. in l. quatenus. in xi. col.
de reg. iu. & in l. dudũ. C. de cõtrah. em. col. i.

PRAESVMPTIO XXI.

1 *Contraxiſſe metu non præſumitur, qui contraxit interuenientibus affinibus & conſanguineis.*

2 *Tutores quando aliquid faciunt pro pupillis, ne poſtea teneantur, faciant ponere in inſtrumẽto, quòd illud eſt actum coram conſanguineis pupilli. Intellige & reſtringe ut ibi.*

1 VIgeſimoprimo, †non præſumiṫ per me
tum contraxiſſe, qui contraxit interue
nientibus affinibus & conſanguineis ſuis. l.
tranſactionẽ quę dominij. C. de tranſact. ubi
Doct. gl. & Bald. in l. Polla. C. de his quib. ut
indig. & Doct. in c. cauſam matrimonij. ẽ. de
c offic. deleg.[c] Facit quod notat Barthol. Ve-
ronẽ. in caut. xxiiij. incip. ratione. ubi con-
2 ſuluit †tutoribus, quòd quando aliquid fa-
ciunt pro pupillis, ne poſtea ipſi teneantur,
quòd faciant ſcribere & apparere in inſtru-
mento, quòd eſt factum coram amicis & cõ-
ſanguineis pupilli. alleg. Bald. in d. l. Polla. et
d ſequitur Cur. in conſil. xliij. in vi. col.[d] Quod
dictum non poteſt eſſe uerum, alio non pro-
bato: aliàs ſi eſſemus in caſu, in quo lex præ-
ſumeret dolum tutoris, de quibus not. in l.
etiam. C. ſi tutor interue. nõ crederem quòd
ſimplex præſentia propinquorũ excuſaret,
quia uerisimiliter ipſi potuerunt ſequi conſi
lium tutoris, ad quem principaliter pertine-
bat. arg. l. fin. ff. ubi pupill. educari deb. & l. i.
§. denunciare. ſiue fin. de uentre inſpic. Nec
text. in d. l. tranſactionem. obſtat; quia loqui
tur in metu, in quo eſt differẽtia à dolo, quia
poteſt aliquis etiam apertè, & coram populo
decipi. l. i. in prin. ff. de dolo. quod non eſt in
metu. Præterea, ſicut ibi nõ obſtante tali præ
ſentia, admittũtur probationes apertiſsimæ,
ut dicit gl. Bald. & Doct. ergo idem de præ-
ſumptionibus iuris, quæ illis æquipollent. l.
licet Imperatur. cum concord. ff. de lega. i. ut
ſuprà dixi[e]. e

PRAESVMPTIO XXII.

1 *Conſanguinei & affines non præſumuntur omiſſuri defenſionem conſanguinei ſui.*

2 *Conſanguineus non præſumitur indefenſus, ex quo ueriſimile eſt quòd ſaltẽ conſanguinei uel affines eũ defendent.*

3 *Conſanguinei prius admittũtur ad tutelam, & omnibus præferuntur.*

4 *Vitricus ſi petatur à priuigno in curatorem, an præferatur conſanguineis contradicentibus & curam uolentibus.*

5 *Præſumptio non eſt contra accuſatum, quamuis conſanguinei impediant examinationem teſtium.*

VIgeſimoſecundo, †præſumuntur con- 1
ſanguinei & affines nõ omiſſuri defen
ſionem conſanguinei ſui. l. hæc autem. §. i. ff.
quib. ex cauſ. in poſſeſſ. ea. Ex quo ſequitur,
†quòd non præſumatur indefenſus, ex quo 2
uerisimile eſt, ꝙ ſaltem affines uel amici eum
defendent, ut not. Bal. in l. iij. §. ſi reus. ff. iud.
ſolui. & per Bal. in rub. C. de ſucceſſ. edic. Et
propterea, ubi agitur de ulciſcendo mortem
eius, illi debent cæteris in accuſatione pręfer
ri, etiamſi pauperes. l. ſi plures. ff. de accuſ. u-
bi gl. Et ex hac †ratione prius etiam admitten 3
tur ad tutelam. §. ex his. in authen. de hæred.
ab inteſt. uenien. Dicit tamen Huber. de Bo
bio, quem refert & ſequitur Alberi. de Roſ.
in l. fin. de contra. iudi. tutel. quòd †ſi adultus 4
petat

a ¶ Et pro hac ultima ſentẽtia, qđ nõ acquirãtur marito, ſed uxori, ſi-
ue à cõſanguineis mariti donatio proceſſerit, fa. text. in l. ſi mater. C. de dona. ante nupt. quẽ ſic allegat, & ad hoc inducit Bald. conſil. 315. facta ſu per quib. in 4. lib. Idem probat text. in l. ſi conſentiente. eod. tit. de don. ante nupt. ubi ſi ſpõſus donauit ſpõſæ mãcipia matris ipſius ſponſi, ea cõ ſentiente, erũt propria ipſius ſpõſæ, & illa tranſmittit ad ſuos heredes. Ecce quomodo donatio i effectu fuit facta à matre ſponſi, cuius mancipia erant, ſed nihilominus efficiũtur ſpõſæ, cui donata fuerunt.

b ¶ Idem notat Cyn. i l. ſi uicinus. C. de nupt. & Floria. de S. Pet. in d. l. fi. §. j. per illũ tex. de proba. Hippol. in l. j. §. ad quæſtionem. ad fin. ff. de quæſt. faciunt latè tradita per Felinũ poſt alios in c. per tuas. col. iij. & iiij. extra de probat.

c ¶ Vide etiam Bart. in l. frater à fratre. col. penult. uerſ. tertio quæro, quid in contractu emptionis. ff. de cond. indeb. & in l. j. C. de præd. decur. lib. 10. Alex. in l. ſi cùm dotem. §. eo autẽ tempore. ff. ſolut. matr. Decius notabiliter conſ. 232. dura. col. ij. & conſil. 219. uiſo puncto. ubi etiam limitat & allegat Ang. cõſil. 215. thema tale. col. fin. Adde etiam Soci. conſil. 263. capio primũ. col. vj. uerſ. ſed adhuc uidentur in ij. lib. & Steph. Bertran. conſil. 4. uiſis hinc inde. col. vj. refert & ſequitur Tiraquel. in repet. l. ſi unquam. in uerb. ſuſceperit liberos. pag. 298. num. 297. C. de reuoc. donat. etiam limitantes hanc præſumptionem procedere, dummodo adſit præſentia plurium (ſaltem duorum) conſanguineorũ: alioqui nõ ſufficeret unius præſentia. Adde etiam, quòd ex hac præſumptione colligitur ratio illius ſtatuti, quòd in cõtractibus mulierum uel minorũ requiratur præſentia duorum propinquorũ: ea enim eſt ratio, quia propinquorum præſentia arguit omnem dolum & metum abeſſe. hanc rationem tradunt Bart. Bal. & Iaſ. in d. l. tranſactionem. Adijce, quòd ſicut qui præſentibus conſanguineis contraxit, non præſumitur metu contraxiſſe, ut dixi: ita qui præſentibus conſanguineis teſtatus eſt, non præſumitur dolo uel metu inductus ad teſtandum, ſecundum Bart. in l. fin. ff. ſi quis aliq. teſt. probib. & Bald. in l. j. C. illo tit.

d ¶ Præſentia enim conſanguineorũ facit præſumi dolum abeſſe in tutore, ſecundum Paul. & Iaſ. poſt Bald. in d. l. Polla. Bald. in c. j. col. viij. qui feud. dare poſſ. Iaſ. in l. j. ad fin. C. de tranſactionib.

e ¶ Quòd dictũ eſt præſentiam amicorũ ſeu conſanguineorũ facere præſumere dolum & metum abeſſe, extende ut idem operetur præſentia iudicis, ſecundum Bar. in d. l. frater à fratre. uerſ. tertio quæro, quid in contractu emptionis. col. penult. & Bart. in d. l. j. C. de præd. decur. & Imol. & Ang. in l. j. §. fuit quæſitum. ff. ad Trebell.

petat uitricum in curatorē, & agnati cōtradi
cant, quia uelint ipsi præferri, quòd tamē de-
bet iudex constituere uitricum. & ita dicit se
obtinuisse de facto. Et istud ego puto uerū,
nisi iudex cognosceret ad ultum istud petere
per imprudentiam & simplicitatē, quia tunc
poterit ex iusta causa præferre cōsanguineū.
l. i. in fin. ff. de minor. Et ad supradicta facit,
quia non præsumuntur colludere, qui suam,
uel suorū iniuriam accusando prosequunt.
l. i. C. de fals. l. i. in fin. ff. de Carb. edict. Adde
tamen quod not. Bald. in l. i. in fin. C. si qua.
5 præd. potest. ubi dicit,† quòd nō est præsum-
ptio contra aliquem accusatū, quāuis sui cō-
sanguinei impediant examinationē testiū, ut
per Abb. antiq. in l. constitutus. ā. de testib.

PRAESVMPTIO XXIII.

1 *Frater non præsumitur odio persequi fratrem, imò est uerisimi le quòd alter alterum diligat.*
2 *Frater an & quando sit legitimus testis in causa fratris, & quando non.*
3 *Debitor qui ubi cessit dies non satisfecit creditori, dicitur illum iniuria afficere.*
4 *Executor cui testator mandauit quòd satisfaciat de omnibus iniurijs, debet satisfacere pro debitis, quorū dies iam uenerat.*
5 *Conseruatores qui secundum bullam debent cognoscere contra iniuriantes monasterijs, an poterunt compellere ad solutionem debitores nolentes soluere.*
6 *Frater testificās pro fratre, nō est testis omni exceptione maior.*
7 *Iniuria quæ fit à fratre fratri, dicitur grauior quàm quæ fieret ab alijs.*
8 *Pater debet fratres æqualiter tractare, ne inter eos oriatur inuidia: ideo in dubio fit interpretatio pro eorum æqualitate.*
9 *Sed an idem ubi agitur de bonis ipsorum fratrum.*

1 VIgesimotertio,† nō præsumitur odium
inter fratres, imò est uerisimile quòd al
2 ter alterum diligat. c. literas. j. eod.† Ista tamē
præsumptio non impedit, quin frater sit ido
neus testis in causa fratris, ut per Bar. in l. qui
testamento. ff. de testa. nisi in ea causa agereē
etiam de interesse suo, puta, quia litigaretur
super bonis communibus, aut tractaretur de
iniuria illata fratri: quia censeretur etiā illata
ipsi. l. lex Cornelia. ff. de iniurijs. uel essemus
in causa ualde graui, puta criminali, uel ciuili
magnæ importantiæ, ut per Innoder. in d. c. li-
a teras [a]. Sed tu aduerte, quia etiā in causa mo-
dica pecuniaria, uideretur fratrē admitti non
3 debere; nam† lapso tempore nō satisfaciens
creditori, dicitur eum afficere iniuria: quia
iniustè & dolose agit, qui retinet alienum. l.
ij. §. circa. ff. de doli excep. Et propterea dicit
Specul. in tit. de instru. edit. §. nunc uerò ali-
qua. uers. lxxiij. de hoc autē quæritur. quòd
†executor cui testator mandauit quòd satisfa 4
ciat de omnibus iniurijs seu forfactis, debe-
bit satisfacere creditoribus pro debitis, quo-
rum dies uenerat, uiuēte testatore. Ad idem
quod notat Guid. Papæ in decis. Delphi. quæst.
xviij. in fi. ubi dicit,† quòd cùm in Bullis Con 5
seruatorum dicatur, quòd cognoscant cōtra
iniuriantes monasterijs &c. quòd poterunt
compellere ad solutionem debitores nolen-
tes soluere, ex quo illi non satisfaciendo di-
cunē iniuriari. Modò hoc stante, uidereē fra-
trem debere rejici à testimonio, ex quo non
est idoneus testis, ubi agiē de iniuria quæ fiat
fratri, ut suprà dictū est. Sed responde, quòd
non est idoneus quando capiē iniuria in spe-
cie, pro cōtumelia uel cōuicio. & ita procedit
d. l. lex Cornelia. nō quando capitur in gene
re, pro omni eo quod nō iure fit, secundū l. i.
in prin. ff. de iniur. Nam nō credo istum de-
bitorē nō soluentem dici facere iniuriam in
specie, sed in genere tantū. Et propterea deci
sio Guid. Papæ nō est uera, & confundiē per
tex. in c. i. j. de offi. deleg. in vi. & per rationē,
quia in rescriptis uerba capiuntur in specie.
c. Rodulphus. ā de rescriptis. Aduerte tamē,
†quia licet frater testificetur pro fratre, nō ta- 6
men est omni exceptione maior, ut per Bal.
in l. fin. in ij. col. C. de probat. & erit arbitra-
rium iudici, quam illi fidem adhibeat, iuxta il
lud, tu magis scire potes. l. iij. §. i. ff. de testib.
& ita dicit Specul. in tit. de teste. in ij. col. §. i. [b] b
Adde etiā ad supradicta, quòd† iniuria quæ 7
fit à fratre fratri, dicitur grauior, quàm si fie-
ret ab alijs. l. cùm oportet. ubi Cyn. Bal. Paul.
de Cast. C. de bon. quæ lib. & inter fratres de
facili oritur discordia: unde† patres debent 8
eos tractare æqualiter, ne crescat inuidia. l. fi
na. §. sin autem. C. de bon. quæ liber. & l. cùm
pater. §. euictis. ff. de lega. ij. [c] Vnde in dubio c
fit interpretatio pro eorum æqualitate. l. ut li
beris. l. illud. C. de colla.† Sed nunquid idem 9
est, ubi agitur de bonis ipsorum fratrum, pu-
ta quia aliquis instituit hæredes ambos fra-
tres suos: Putarem quòd sic, quia eadem ferè
ratio militat: & quia ex paritate gradus præ-
sumiē paritas amoris. d. l. dedit. de colla. bon.

PRAESVMPTIO XXIIII.

1 *Incontinens an præsumatur ille, cuius pater fuit incōtinens.*
2 *Statuti disponentis quòd in certis casibus filius teneatur pro delicto patris, quæ sint rationes.*
3 *Rationes duæ ubi sunt in statuto, sublata una ratione, militan te alia, adhuc militat statutum.*

VIgesimoquarto,† præsumitur inconti- 1
nens ille, cuius pater fuit incontinens,
ut per Io. And. in c. semel malus. de reg. iur.
in vi. & probatur in c. i. & in c. si gens Anglo
rum. lvi. dist. Sed ista præsumptio inducit so-
lùm suspicionem, præterquam in casibus, in qui
bus est à iure approbata: ueluti in d. c. i. & ubi
propter delicta patrū filij puniuntur, ut in §.
quod autē. ead. distin. & text. in l. quisquis. §.
filij. C. ad l. Iul. maiest. ubi in filijs paterni cri
minis exempla metiunē. Et istud notandum
est

a ¶ Adde glos. not. ubi Innoc. & Imol. in c. insinuan te. de off. dele. Bal. & Salic. in l. parentes. C. de prob. Fel. latè in c. in literis. col. fi. extra de testi. latius in c. cùm oporteat. ubi etiā alij scrib. col. 3. 4. et 5. de accus. & in d. c. literas. cū con cor. ibi traditis. & Steph. Bertran. cō sil. 212. supposita. col. 4. in 1. uo. nouissimorū. & per Alex. in addi. Bar. in d. l. qui testamē to. §. j. ubi etiam And. Pomate in nouissimis addit. Qui omnes limitāt, dūmodo non sint sub potestate eiusdem patris, uel nisi simul habitent. per gl. in d. l. parentes. & gl. in c. consanguinei. 3. quæst. 5. Quòd autē dictū est fratrē in causa criminali nō fore testem idoneū pro fratre, ut etiā consuluit Alex. consil. 70. uiso processu. col. pen. in primo, limita non procedere circa probandam defensionem: est enim tunc frater legitimus testis in causa defensionis fratris, in causa criminali, mota criminaliter, & per modum inquisitionis, uel ad instantiam fratris. ideo frater impetitus de homicidio, potest probare per fratrem qd fecit homicidiū ad sui defensionem. Ista tradūt Bald. & apertius Salic. in d. l. parentes. Alex. not. consil. 212. uisis & discussis. col. fin. lib. 2. & consil. 119. uiso processu inquisitionis. col. ij. in 7. uol. & consil. 4. ad fin. in 6. uol. Aret. in maleficijs, in uerb. & dictus Titius se defendendo. col. 7. uers. quæro sicut &c. Felin. in d. c. cùm oporteat. in 5. not. uers. quinto limita nisi frater. Flori. in l. testis idoneus. ff. de testi. Hippol. in l. unius. §. cognituram. uers. uidemus etiam quòd frater. num. 52. de quæstionib. & sing. 503. tractant Doctores.

b ¶ Ita etiam declarat Alex. consil. 13. ex his quæ in themate. col. penul. in primo uol. Felin. in c. cùm oporteat. in 5. notab. de accus. Idem Felinus in c. literas. col. ij. uers. prædicta limita. de præsumpt.

c ¶ Vide Lucam de Penna in l. cùm allegas. col. ij. de castren. pecul. mil. lib. 12. Corn. consil. 128. col. j. in 4. Deci. consil. 250. casus de quo. in fin.

2 est†ad statuta disponentia in certis casibus fi
lium teneri pro crimine patris: nam non ha-
bent solã illam rationẽ, ꝙ illud sit, quia pater
facilius abstinebit à tali delicto, si uideat etiã
filios suos puniri, ut per Bar. in l. iure proui-
sum. C. de fabricensib. lib. x. & Anch. in re-
pet. c. primi. ñ. de cõstit. in xi. principali quæ-
stio. col. vij. sed etiã, quia præsumit̃ filiũ talia
facturum, per supradicta. Et propterea licet
cessaret prima ratio, puta quia probaret̃ pa-
trem fuisse inimicũ capitalẽ filio, de quo per
Deci. cõsil. lxiiij. tamẽ militaret ista secunda.
Et facit, quia statuẽtes præsumunt̃ moti plu-
ribus rationibus, non autẽ una tantũ, ut dicit
3 Salic. in l. ꝗuis. C. de fideicõmiss. & † ubi sta-
tutũ habet duas rationes, ꝗuis una deficiat,
tamen militat adhuc dispositio, ut dicit Sali.
in l. si serui. C. de noxal. quẽ sequitur Alex.
a in l. si constante. in v. col. ff. sol. matr.[a] Sed ta-
men cùm sumus in materia pœnali, melius
est capere mitiorẽ præsumptionem, & sic, ꝙ
ista secunda nõ sufficiat, nisi adsit prima præ
sumptio, de qua in d. l. iure prouisum, quę est
efficacior. fa. l. si familia. ff. de iurisd. om. iud.
& gl. in l. fi. in uerb. autoritas. ff. de diuortijs.
Et ita limitatur illud dictum Saliceti.

PRAESVMPTIO XXV.

1 Acquisita per unum ex fratribus simul post mortem fratris ha bitantibus, an præsumantur acquisita de communi.

2 Societas quando præsumatur inter fratres simul habitantes, & quando non.

3 Societas dicitur leonina, & non ualet, quando unus sociorũ potest lucrari, & nihil perdere.

4 Fratrum unus ex simul habitantibus si in libris suis fecit domũ creditricem, & se constituit debitorem de aliqua summa, an iste actus declaret animum suum non esse quòd sit contracta societas.

5 Doctor qui post mortem patris simul cum fratribus habitauerit, & multa bona acquisierit ex quasi castrensi peculio, an illa sint communia, an sua tantum.

1 Vigesimoquinto, † quæsita per alterũ ex
fratribus simul post mortẽ patris habi-
tantibus, præsumunt̃ de cõmuni. arg. l. si fra
tris. ff. pro socio. & per Specul. in tit. de iudi.
§. sequit̃ uidere de cõmunibus iudicijs. Sed
aduerte, quia ista est alta quæstio, quam po-
suit Bar. in l. Titium. §. altero. ff. de administ.
tut. & Bald. in l. si patruus. C. cõmunia utri-
usque iud. Ias. in l. i. C. qui testamenta facere
2 possunt. Et communiter concluditur, † quòd
si simul cum hæreditate indiuisa post mor-
tem patris uixerint, lucra communicaue-
rint, de superlucratis inuicem alter alteri ra-
b tionem nõ reddiderint, præsumi societatẽ[b].
Fallit respectu eius qui non haberet con-
sensum: puta, si aliquis esset pupillus, uel fu-
riosus: nisi pupillus haberet tutorẽ, cum quo
essent facti isti actus sociales nomine pupilli,
uel factus adultus, quo tempore habet con-
sensum, ratificauerit. arg. l. si pupillus. ff. de
c nouat.[c] Item fallit, quãdo omnes isti fratres
essent nobiles, & ex negocijs non lucrarent̃,
sed uiuerent de redditibus suis. Item quan-
do alter tãtũ esset mercator, alij nihil agerẽt:
secus si etiã ipsi lucrarent̃, & lucra ꝗuis dif-
formia cõmunicarẽt, ut habetur latissimè in
locis ñ alleg.[d] Sed tamen considera primo cir d
ca regulã, quia isto modo coniunctio sangui
nis nihil operatur, ex quo etiam in extraneis
idem esset; cùm illi actus nõ possint fieri citra
ius & nomen societatis. arg. l. pro hærede. ff.
de acquir. hær. Vnde puto, quòd licet in ex-
traneis nõ induceretur societas, nisi eatenus
quatenus constaret eos cõmunicasse: in fra-
tribus censeret̃ uniuersorũ bonorũ, nisi con
staret de actibus repugnantib. puta quia tan-
tummodo cõmunicassent lucra unius nego
ciationis, & non alia. & ita intelligo Bar. in d.
§. altero. in fin. Secundo aduerte ad primã
fallentiã, quia uidetur dubitabilis, & satis ini
qua. Nam dato quòd unus ex istis cohabitan
tibus fuisset tutor, nõ deberet pręsumi pupil
lus consensisse, ex quo nõ habet consensum
absq; tutore, & tutor non potuit illi autorari,
quia in facto proprio. l. i. ff. de aut. tut. Iniqui
tas uerò resultat, tenendo quòd pupillus pos
sit ratificare ex post facto: nam cùm de † natu 3
ra societatis sit, ut par causa sit sociorũ, aliàs
societas dicatur leonina. l. si nõ fuerit. §. Ari-
sto. ff. pro soc. imò nõ ualet societas quando
unus ex socijs potest lucrari, & nunq; perde
re de capitali, ut est gl. in c. pleriq;. xiiij. q. iij.
Bald. & Doct. in l. i. C. pro socio. & per Soci.
cõsil. cclxv. in secundo dub. sequeretur quòd
pupillus nunquam posset nisi lucrari: quia
ubi esset adultus, si uideret negociationẽ ha-
buisse lucrũ, ratificaret, aliàs nõ: ꝗd certè es-
set iniquũ, præsertim cùm ipse nihil exercue
rit propter ætatem, fratres uerò sic. Tertio
aduerte, † quia Deci. in consil. xxi. in iiij. col. 4
limitat alio modo prędictam conclusionem,
quando unus ex fratribus in libris suis fecit
domũ creditricem, & se cõstituit debitorem
de aliqua summa: nam iste actus declarat in-
tentionem suam nõ esse, ꝙ cõtracta sit socie-
tas; & dicit hoc esse indubitabile. Puto istud
multũ residere in arbitrio iudicis, qui ex tali
coniectura simplici nõ recedet à regula; quia
solent mercatores etiam tenere rationes se-
paratas domus, nõ ut dissensus à societate ar
guatur, sed ut sciant quas pecunias accipiũt
de pecunijs deputatis in usum domus, &
quid de alijs quæ deputatæ sunt ad mercimo
nia.

a ¶Quoties enim alicuius dispositionis sunt plures rationes finales, una cessante, nõ tamen cessat dispositio. §. affinitatis. Inst. de nupt. text. cum gl. & ibi etiã præceptor meus à Ripa, in l. si uentri. §. in bonis. ff. de priuil. cred. gl. not. in l. si quis. ad exhib. ff. de except. rei iud. & Bart. per illum text. in l. liberorũ. §. j. ff. de his q not. infam. Limita tamen & declara ut per Panorm. in c. quoniã. §. porrò. uers. sin aũt. per illum text. extra ut lite non contestat. quem refert & sequitur Ias. in l. in testamẽto. col. 14. C. de testa. milit. & uide de his Nicolaum Præsidem in centuria sua locorum legalium, fol. 16. uerso. et fol. 56

b ¶Vltrà Alex. & Lud. Rom. Anchar. & alios plures in uarijs consilijs allegatis p Ias. in l. j. C. qui testa. fa. poss. uide Paul. consil. 149. ex die quo. in 1. uol. nouissimorũ. Cor. cons. 24. uisis nõnullis. col. ij. in primo uolu. & consil. 27. in hac. col. ij. in 2. & consil. 299. præmittendum. in iiij. lib. & consil. 112. circa præsentem. ij. lib. Soci. consil. 4. in 4. lib. Cepol. in consilijs ciuilibus, consil. 40. quidam A. Deci. consil. 66. de duobus. ubi per duas col. & cons. 56. pro resolutione. ubi allegat plures concor. & cons. 21. uiso puncto. in prin. ubi ponit quæ requirãtur ad hoc ut dicatur contracta inter fratres illa tacita societas. Et idem ponit cons. 618. in casu de quo. & cons. 548. uisa cõsultatione. & Steph. Bertran. in cons. 19. Christi in primis. latissimè col. ij. et iij. & cons. 27. ex casu mihi. col. pen. in 2. uol. nouissimorũ. Ioan. Rubeli Alexandrinũ cons. 87. & Io. Fab. in §. j. Instit. pro socio.

c ¶Quòd cum pupillo non censeatur cõtracta tacita societas ex cõmunione & actiobus socialibus, nisi pubes factus ratum habuerit, ultra Ias. & alios allegatos hic per Dn. mcum, uide Alex. consil. 37. consideratis. col. ij. & latius in seq. in iiij. lib. & consil. 49. maturè ponderatis. in 1. Bolog. consil. 7. col. ij. Paul. consil. 349. ex die. col. ij. in 1. uol. nouiss. Cepol. in d. consil. 40. quidam A. Corn. consil. 113. Philippus. in 3. lib. Deci. d. consil. 21. uiso puncto. col. j. Steph. Bertran. cons. 27. ex casu. in fin. in 2. uol. nouissimorum. & consil. 62. quamuis. col. ij. in 1. uol. nouiss.

d ¶Vide Corn. consil. 299. præmittendum. col. j. in 4. uol. ubi allegat concord. & cõsil. 9. præmittendum. in primo. Ioan. de Anania, ubi etiam Bolog. consil. 65. uiso puncto. & Alex. consil. 23. uisis dubijs. in 4. & consil. 49. in primo.

5 nia.† Sed quid dicemus de Doctoribus? nun
quid si aliquis Doctor multa bona acquisiue
rit ex quasi castrensi peculio, sint cōmunia,
an uerò sint sua tantùm, dato q; steterit in cō-
munione, & cōcurrant cæteræ præsumptio-
nes inducentes societatē? Videreť q; non, ex
quo talia bona nō conferunť, ut dicit Bar. in
l. iubemus, C. de silent. lib. xij. & in terminis
firmat Rom. in cons. cxlv. præsentis cōsulta-
tionis. circa medium. & refert Ias. in auth. q̃d
locū. in v. col. C. de coll. Moueť simpliciter,
quia talia lucra sunt pręcipua ipsis, nec acqui
runtur patri, q̃uis sint in patria potestate. l. fo
ri. C. de aduoc. diuers. iud. l. uelut. C. de asses.
l. fin. C. de inoff. testa. Sed puto quòd contra
ria pars sit uerior, quòd imò etiā illa sunt cō-
munia, ut decidit Bald. in l. prætor. §. sed & fi
lius. ff. de eden. Et est de mente Baldi & Sali.
in d. l. si patruus. quos allegat & sequiť Ias. in
d. l. i. & cōsuluit Bened. Capra de Perus. in cō
sil. cxlij. incip. cùm uiso & considerato. Nec
obstat ratio Rom. quia non est arguendum
de collatione ad societatē, ex quo collatio ha-
bet locum etiam aduersus inuitos: meritò ca
strensia fuerūt priuilegiata, ne conferantur,
sed societas inducitur ex tacito consensu co-
habitantiū. Et sicut fatuū esset dicere, quòd
de eis nō potuisset cōtrahi societas expresse:
ita dicendum est posse contrahi tacitè. l. cùm
quid. ff. si cer. peta. Nec quantū ad hoc repe-
riunť priuilegiata castrensia: ergo nostrū nō
est ea extendere, ut not. in c. olim. ȷ. de uerb.
signif. præserum ad casum ubi est alia ratio.
Nam cùm iure patriæ potestatis pater occu-
paret olim omnia quæsita per filium, etiā eo
inuito, l. placet. ff. de acq. hæred. l. cùm opor-
tet. in prin. C. de bon. quæ lib. fuerunt ista ca
strensia uel quasi priuilegiata, ne acquireren
tur ipsi patri. Et propterea non cōferuntur,
quia ratio collationis cessat in isto casu, ex
quo conferunť ea quæ à patre prouenerunt,
uel potuissent ipsi acquiri, si filius perman-
sisset in potestate, l. i. §. nec castrēse, ff. de col
lat. bon. & declarant moder. in rub. C. de col-
lat. quæ ratio non facit ad propositum in ista
materia tacitę societatis. Et istud tantò magis
procederet, si statutum introduceret societa-
tem ex cohabitatione & cōmunione bonorū
post mortem patris, prout erat in casu Bene-
dict. in d. consil. cxlij. Bene uerum est, quòd
etiam stante tali statuto, filius in potestate ha
beret tale peculium præcipuum sibi, & de lu
cratis uiuente patre, non teneretur quicquā
conferre fratribus. & ita uidetur intelligen-
dus Rom. in d. cōsilio. Secus de lucratis post
mortē patris, quia sibi imputet, qui simul co
habitando, & sociales actus faciendo, uide-
tur contraxisse societatem. Nec obstat d. l.
iubemus. C. de silentiarijs. lib. xij. per quam
Lucas de Pen. ibi tenuit expresse talia lucra
nō cōmunicari fratribus: q̃a illa lex propriè
loquiť de quæsitis uiuente patre: & ratio quę
subditur, ne labores eorum alijs fructū affe-
rant, restringiť secundū subiectam materiā,
l. si cum uno. ff. loca. Nec etiam potest proce-
dere in casu nostro, quia nō est absurdum q;
pro labore socij resultet utilitas alteri socio:
imò istud est de natura societatis. d. l. si nō fue
rit. cum similib.

PRAESVMPTIO XXVI.

1 *Pater præsumitur dotasse filiam de proprijs facultatibus, nō de bonis ipsius filiæ. & num. 3.*

2 *Si in instrumento dotis dicatur, quam dotem promisit dictus pater, computato in ea omni eo, quod ipsi filiæ debetur, tam de bonis maternis quàm paternis: hoc non obstante censetur dos data de bonis paternis, & poterit filia materna bona petere. Rationem uide ibid.*

4 *Dos loco legitimæ est, & in illam imputatur.*

5 *Donatio inter coniunctos de facili præsumitur.*

VIgesimosexto, † præsumiť pater dotasse 1
filiam de proprijs facultatibus, non de
bonis ipsius filiæ. l. fin. C. de dotis promiss. u-
bi ampliatur, etiam si pater dixerit se dare do-
tem de bonis suis, & bonis ipsius filiæ: quia
adhuc si habeat idoneas facultates, cēsebitur
dedisse de suo. Et propterea dicit Bal. nouel.
in tract. de dote, in sexto priuil. sextæ partis
princip. quòd † si in instrumento dotis dicať, 2
quam dotē, puta mille, promisit dictus pater,
computato in ea omni eo, quod ipsi filiæ de-
betur, tam de bonis maternis, q̃ paternis: hoc
nō obstante, censebitur dos data de bonis pa
ternis, & poterit filia adhuc bona materna pe
tere. Et refert quòd ita consuluit unà cū Ioan
ne de mōte Sperello, ut per eum. Sed pro in-
telligentia uidendum est primo, † quæ sit ra- 3
tio dictæ præsumptionis. Et tex. uidetur dice
re quòd istud sit, quia paternū officiū est do-
tare. Ex quo inferunt Alex. & Aret. in l. i. ff.
sol. matr. quòd pater tenetur dotare de pro-
prijs bonis etiam filiam diuitem. Sed ista opi
nio mihi non placet, & confunditur per d. l.
fin. quia si pater fuisset in illo casu obligatus,
non erat probabile dubiū illud quod ibi deci
ditur: nec illud datū posset dici esse de mera li
beralitate, prout ibi diciť: quia illa est uera li-
beralitas, ad quā nemo cōpellitur. l. i. ff. de do
nat. Et istam partē tenent Iac. de Are. & Bar.
in l. mulier. §. cùm proponereť. ff. ad Trebell.
Ang. cōsil. ccix. incip. pro decisione dicti Ia-
sonis. & ibi latissimè per Bulg. Seneñ. in l. i.
ff. sol. matr. Posset tamen contraria opinio de
fensari, quando dos non excederet legitimā:
quia sicut legitima debetur etiam filiæ diuiti,
ita uidetur de dote, † quæ succedit loco legiti- 4
mæ, & in legitima computatur. l. illam. C. de
collat. l. quoniam nouella. C. de inoffi. testa.
quod potest procedere ubi solutio dotis ue-
niret facienda post mortem patris, quo tem-
pore debetur legitima: aliàs non recederem
ab ista alia opin. quicquid dicant ibi moder-
niores. Et sic apparet quòd ratio Alex. & A-
ret. nō est uera. Vnde tu dicas, quòd ratio ui-
detur esse propter cōiunctionem sanguinis,
& affectionem patris in filiam, quòd præsu-
matur ista donatio, † quæ de facili inter cōiun 5
ctos præsumitur, ut habetur in l. quæ dotis.
per Bart. & Ias. ff. sol. matr. quæ affectio iun-
cto eo,

cto eo, quòd cura collocandi filias, & dandi dotem, ad patrem pertinet, l. qui liberos. ff. de ritu nupt. est sufficiens præsumptio ad donandum; quia dans, uel promittens dare, in dubio præsumitur de suo. l. cùm proponas. ubi Bar. C. pro socio. Et facit, quia grauatus dare certam pecuniam, præsumitur grauatus dare de suo. l. si decem. l. non uidebat. l. si Stichum. §. si hæres. ff. de statulib. Et pater uidetur potius soluisse tanquam pater, nõ tanquam administrator bonorũ filiæ. l. tutor petitus. §. i. ff. de excus. tut. Videamus nunc quæ sit ratio ampliationis. Et Ias. & Socin. in d. l. i. dicunt, quòd quamuis pater dicat se dare de maternis & paternis, illa copula nõ copulat æqualiter secundum naturam suam. l. reos. §. cùm in tabulis. ff. de duob. reis. sed potius stat ordine successiuo, propter ordinem charitatis & affectionis. l. Gallus. §. i. ff. de liber. & posthu. Quæ ratio, nisi iungatur cum his quæ infrà dicam, non est uera; quia cõmunis est in contrariũ, quòd imò copula suam seruet naturam, nisi ultra affectionem concurrat instituendi necessitas, ut ibi habetur: & certè illa materia est satis differẽs ab ista. Tu dic, quòd ratio colligitur ex fine tex. nam pater nõ potest alienare bona filiorum, quorum legitimam habet administrationem, nisi ipsis consentientibus. l. i. C. de bonis mater. unde uoluit lex quòd faceret specialẽ mentionẽ, quæ bona filiorũ daret, ne cõsensus ipsorũ filiorũ sit super ambiguo, sed super certo. Et propterea promittendo dotem illo modo, nõ censetur promisisse de bonis filiorum, nisi in subsidium, ut ibi habetur. Et ex ista ratione cõfun-
6 ditur prædicta decisio Bald. not.† quia pater satis exprimit, ex quo uult cõpensare omnia bona materna; quia qui omne dicit, nihil excludit. l. i. ff. de leg. i. Et propterea nõ teneo illam decisionẽ, quæ est satis iniqua, cõtra quã tenet etiam Marianus Soci. in c. tuæ. de sponsal. Bulg. Soci. & Ias. in d. l. i. Cor. consil. xvi. in ult. col. in iij. uol.

PRAESVMPTIO XXVII.

Vigesimoseptimo. In sermone generali non præsumitur quis loqui in illorum damnũ, qui de suo sunt sanguine. l. obligatione. & l. seq. ff. de pig. l. humanitatis. C. de excus. tut. Et per hoc infert Guil. de Cun. & Baldus in l. i. ff. de stat. hom. quòd licet in legato rerum mearum contineantur homines & uasalli mei, l. omnia. §. fin. ff. de lega. ij. non tamen comprehendentur illi, quibus testator functus esset sanguine.

PRAESVMPTIO XXVIII.

1 *Legans rectori alicuius ecclesiæ affini suo, præsumitur eius cõtemplatione, & nõ ecclesiæ, legasse: ideo poterit rector de illo ad uotum disponere. Ampliatur ut ibi.*
2 *Amico rectori alicuius ecclesiæ relictum, an uideatur relictum contemplatione sui, an uerò ecclesiæ.*
3 *Amicus singularis uenit appellatione suorum.*
4 *Amicus potest uindicare iniuriam factam amico, tanquam factam attinentibus suis.*
5 *Rectori an incumbat onus probandi, sibi à cõsanguineis uel ab amicis relictum, an uerò ipsi ecclesiæ quòd non sit.*
6 *Regula quoties est pro aliquo, onus probandi incumbit allegantì fallentiam.*
7 *Succedere uolens tanquam consanguineus, probare debet consanguinitatem.*

Vigesimooctauo. † Si quis legauerit re- 1
ctori alicuius ecclesiæ affini suo, præsu
mitur legasse contemplatione ipsius, non au
tem cõtemplatione ecclesiæ: & propterea po
terit rector de legato disponere ad sui bene-
placitũ. auth. licentiã. C. de sacr. san. eccl. c. re
quisisti.]. de testa. per Bar. & Doct. ubi Soci.
multa egregia tradit in l. ciuibus. ff. de rebus
dub. Et istud procedit, etiam si nõ sit expres-
sum nisi nomen appellatiuum dignitatis, ut
probatur in d. c. requisisti. quia adhuc uide-
tur appositum ad demõstrationem personæ.
Et † quod dixi in consanguineo, habet etiam 2
locum in amico, ut ibi per Doct. Et fa. quod
notat Bald. in l. i. col. xi. C. qui accus. nõ poss.
quòd † appellatione suorum, uenit etiam sin- 3
gularis amicus. Sequitur Alex. in l. sæpe. col.
quinquagesima. ff. de re iud. † unde talis pos- 4
set prosequi iniuriam, tanquam factam atti-
nentibus suis, secundum Baldum in repet.
c. si pater.]. de testam. in sexto. Baldus consil.
lxxviij. in quarto. latè per And. Siculum in
repet. l. cùm acutissimi. col. xlij. & col. 50. C.
de fideicõmiss.[a] Sed posset † dubitari, cui in- 2
cumberet onus probandi, an ei, se esse cõsan 5
guineum uel amicum, an ecclesiæ quòd nõ?
Et uidetur quòd ipsi ecclesiæ, prout tenet gl.
in d. auth. licentiam. quia quilibet præsumit
ditari propria contemplatione, non alterius.
l. si defunctus. C. arbit. tutel. Et istud multò
magis uideretur procedere si ecclesia egeret;
quia actor quod asseuerat, probare debet. l.
actor. C. de proba. prout ibi dicit Iac. de Are.
& Iacob. Butrig. & Alber. de Rosa. & alij in
d. auth. licentiam. Crederem contrariam opi
nionem esse ueriorem, quam tenet gl. in §. in
terdicimus. in authen. de ecclesi. tit. per illum
text. qui requirit quòd rector ipse probet. Et
dicere

a ¶ Quinimò (teste Tullio Officiorum lib. 1. maxima amicitia est præferenda cõsanguinitati: inquit enim, Sanguinis cõiunctio & beneuolentia deuincit charitate homines: magnum est enim, eadem habere monumenta maiorum, eisdem uti sacris, sepulchra habere cõmunia: sed omniũ societatũ nulla præstantior, nulla firmior, quàm cùm uiri boni moribus similes, sunt familiaritate cõiuncti. Et Valer. ille Maxi. caput septimũ lib. quarti sic exorditur: Contemplemur nunc amicitiæ uinculum potens et præualidũ, neque ulla ex parte sanguinis uiribus inferius: hoc etiam certius & exploratius, quòd illud nascendi fortuitũ opus, hoc uniuscuiusque solido iudicio inchoata uoluntas cõtrahit. Accedat quod uoluit Albe. de Ros. in l. sed & hæ. ff. de procur. scilicet quòd magna amicitia est maioris ponderis quàm fraternitas. pro quo alleg. tex. in l. cũ allegas. C. de cast. pecul. lib. 12. Comprobatur, nam cùm ex ordine literæ liceat arguere, ita quòd prius nominatus posteriori præferendus ueniat, l. quoties. cum concord. pluribus in gl. traditis. ff. de usufruct. ego passim in iure reperio in ordine scripturæ amicos anteponi consanguineis, ut est in l. sed si plures. §. in arrogato. ibi, amicus uel cognatus. ff. de uulg. & tex. in l. Theopompus. ibi, amici mei & cognati. ff. de dote præleg. & in l. affectionis. ibi, amicos uel necessarios. ff. de donat. & in l. si seruus plurium. §. fin. ibi, legatarij charitas uel necessitudo. ff. de leg. j. cum simil. facit quod not. gl. Bald. Ang. Alex. & Ias. in l. si unus. §. j. ff. de pact. Ias. in l. j. col. ij. de in lit. iuran. Bene facit quod consuluit Soci. consil. 39. col. ult. lib. 3. quòd donatio facta amico maxima amicitia copulato, non reuocatur beneficio l. si unquam. C. de reuoc. donat. De cuius dicti ueritate nunc nõ discutio. Et quòd disposita in consanguineis, censeantur regulariter disposita in amico intimæ amicitiæ, et sic quòd amicitia magna tantum operetur, quantum coniunctio sanguinis, tenet Cyn. in l. inuitus. col. iiij. uers. ex his pendet. C. de procur. Alex. in l. cùm alienam. ubi Ias. col. ij. C. de leg. idem Ias. latissimè in l. Titia. in prin. col. v. uers. ult. circa istam partem. ff. de uerb. oblig. & in l. exigendi. col. ij. & melius col. penul. uers. ult. in quantum. C. de procur. ubi multa egregia cumulat. Et Felin. in c. quoniam Abbas. col. iij. uers. capio illud quando Abbas. extra de offic. deleg. Alciatus in l. lata. §. amicos. ubi etiam plura similia adducit. ff. de uerb. signif. & Hippol. in rub. ff. de fideiuss. num. 234. cum uarijs concor. per illos allegatis, ad quos te remitto. Et inter cætera not. digna, quæ referunt in locis suprà alleg. & in inferius allegandis, illud nota perpetuò, quòd magna amicitia facit quòd legata debeantur amico ex testamento minus solenni, ita quòd sicut in testamento inter liberos intelligitur clausula codicillaris, ut est not. gl. in l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de uulg.

dicere quòd probat eo ipso, quòd nō proba-
tur contrarium, non est sine cauillatione. Et
facit quod in simili tenet gl. in c. ij. de successſ.
ab intest. & Innoc. in c. cùm in officijs. de te-
sta. Et pro ista opinione facit, quia regula est,
quòd legata rectori, acquiruntur ecclesiæ. d.
§. interdicimus. xij. quæst. iij. pontifices. Qui
6 †ergo uult dicere fallentiā, probet. l. ab ea par
te. ff. de probat. gl. in rub. de reg. iur. in vi. &
a in Clem. fi. in gl. pen. de rescrip.[a] Et facit etiā
7 in simili, †quia uolens succedere tanquā con
sanguineus, debet probare consanguinitatē
& gradum, ut per Anch. in consil. lij. pro de-
cisione. Alex. in consil. lxxxij. in primo. De-
cium cōsil. cccxxi. in causa quæ Alexandriæ.
De quo etiam per Fulg. consil. clxxxiiij. & ea
quæ notant Doct. in l. is potest, in fi. ff. de ac-
quir. hæred.

PRAESVMPTIO XXIX.

1 *Alienatio facta per prælatos in consanguineos, non præsumi-tur facta in utilitatem ecclesiæ, sed ipsorum consanguineorum. Limitatur & restringitur num. 4. & seq.*
2 *Papa conferens beneficium consanguineis, præsumitur fecisse ex affectione carnis.*
3 *Infeudatio de nouo feudo facta consanguineo, præsumitur facta in fraudem ecclesiæ.*
5 *Oeconomus non habet ita pingue ius in alienando res ecclesiæ sicut prælatus.*
6 *Alienatio facta per prælatum in consanguineum, sine fraude, & seruatis debitis solennitatibus, ualet & tenet.*
7 *Prælatus potest dare eleemosynam de bonis ecclesiæ suis consanguineis, dummodo eo prætextu non fraudetur ecclesia.*
8 *Executor testamenti ad distribuendum bona pauperibus, potest eligere consanguineos suos pauperes.*
9 *Prælatus cōstituerat fratrem procuratorem, ad exigendos redditus beneficij, frater emit multa bona, an de bonis ecclesiæ emisse præsumatur.*

1 VIgesimonono. †Alienatio facta per præ
latum in consanguineos, præsumitur nō
esse facta in utilitatē ecclesiæ, sed in utilitatē
ipsorum consanguineorū. auth. quibuscunq;
modis. C. de sacrosan. eccles. & ibi Bart. Bal.
& Doct. & lxxxix. distinct. C. decenter. facit
gl. in C. peruenit. i. quæst. iij. quæ dicit, quòd
episcopi sunt cæci circa nepotes & alios con
sanguineos. Et dicit Bald. in l. tutor petitus.
§. i. ff. de excus. tut. per illum tex. ibi colligi ar
2 gumentum, †quòd Papa conferens benefi-
cium consanguineis, præsumitur fecisse ex
affectione carnis, non ex reuelatione spiri-
tus, ut dicit Archid. xij. quæst. ij. C. non licet.
per illum text. quòd Papa mortaliter peccat,
si alienat res ecclesię in cōsanguineos, ut eos
diuites faciat. Et dicit Guid. Papæ in tract.
3 suo de præsumpt. quòd †infeudatio de nouo
facta cōsanguineo, præsumitur facta in frau
dem ecclesiæ. C. quisquis. xij. q. ij. Et eadē ra
tione idem esset in emphyteosi, quæ daretur
pro modico censu. Supradicta tamen sunt sa
nè intelligenda, †quia sola præsumptio affini 4
tatis non uidetur sufficiens, ut præsumatur frau-
data ecclesia; sicut in simili dicimus in l. fi. ff.
de his quib. ut indig. & q̄d not. Bart. in l. post
contractū. ff. de dona. Nec obstat quod d.
auth. quibuscunq; modis. inducat istam præ-
sumptionē, quia loquitur in œconomo, non
in prælato: †qui quidem œconomus non ha- 5
bet ita pingue ius, sicut prælatus, ut not. v. q.
iij. C. i. & ita respōdet Abb. in cōsil. xli. in ij.
col. in i. uol. licet iudicio meo ille tex. non pa
tiatur hāc interpretationē. Sed quicquid sit,
in hac materia standum est dispositioni Ca-
nonum, qui nō prohibent talem alienationē
cum debitis solēnitatibus, & ex legitima cau
sa. Et ideo, †cessante fraude, si seruantur debi 6
tæ solennitates, tenet alienatio facta per præ-
latum, etiam in consanguineos, ut sentit Bar.
in d. auth. quibuscunq;. & consuluit Abb. in
d. consil. xli. & ante eum idem tenuit Feder.
de Sen. consil. lij. quidam prelati. Imò potest
indistinctè prælatus dare de rebus ecclesiæ,
consanguineis, dummodo det ecclesiæ tan-
tundem de suo. Et satis est quòd ecclesia non
deterioretur, ut ibi dicit Abb. allegat tex. in C.
si episcopus. xij. q. ij. †Et potest dare prelatus 7
consanguineis pro eleemosyna, dummodo
sub hoc prætextu nō fraudetur ecclesia. C. nō
satis. lxxxvi. distin. & est laudandus qui in ta
li casu præferat suos extraneis, ut ibi not. &
per Gemin. in d. C. quisquis. †Et propterea 8
executor testamēti, ad distribuendum bona
pauperibus, potest eligere consanguineos
suos pauperes, ut per Ioan. And. in addit. ad
Spec. in tit. de instru. edito. §. nunc uerò ali-
qua. in addit. incip. continuatur hic alia quæ
stio. in fi. & per Anch. consil. cccxxxvi. in his
dubijs. licet Bald. in d. l. tutor petitus. innuat
contrariū. Induco prædicta ad quæstionem.
†Aliquis prælatus habebat fratrē suum, quē 9
constituerat procuratorē ad exigendos red-
ditus beneficiorū suorū: iste frater emit mul-
ta bona, an prę sumatur emisse de bonis eccle
siæ? Videbatur quòd sic: quia si ipse prelatus
emisset, præsumebatur emisse de dictis bonis,
& acquirebatur ecclesiæ. c. i. de pecul. cler. c. in
quirendum. eod. tit. Et facit quod not. Abb.
in c. cùm sit generale. in iij. col. ā. de for. com.
ubi dicit, quòd isti prælati ementes de bonis
ecclesiæ, faciūt ut instrumentū cantet in per-
sonā alicuius amici uel cōsanguinei sui: un-
de tali casu cognitio spectat ad ecclesiā. Con
trariū in proposito casu est uerius: quia sola
consanguinitatis præsumptio, non inducit
præsumptionē fraudis, ut ā dixi. Et ratio d. c.
primi, de pecul. cler. non militat in casu no-
stro: nam ideo præsumitur quòd prælatus e-
merit de bonis ecclesię, quia prelati licitè nō
possunt negociari. c. i. J. ne cler. uel mona. &
quia ipsi sustentantur de bonis ecclesiæ lici-
tè, & ea possunt retinere: unde si emunt, præ
sumuntur

ita in testamēto uobi institutus est amicus, uel aliquid relictum est ei, subintelligitur clausula codicillaris. ita est singularis gl. in l. in testamēto. ff. de fideicōm. liber. & per illā gl. ita tenet Bal. in l. si iure. C. de testa. manu. expressius Lud. Ro. cons. 79. amplissimè col. pen. & fi. Mathes. notab. 41. & Barb. in repet. rub. de rescript. in Clem. Felin. in c. 1. in fi. extra de testi. Ias. in l. nō dubiū. in fi. C. de testam. idem Ias. in l. exigendi. præalleg. et in l. cum alienam. C. de leg. & in l. j. uers. & clarum est quòd magna dilectio &c. C. de sum ma trin. in secūda lect. col. v. & in l. uerbis ciuilib. col. iij. uers. tertius casus. de uulg. & pu pill. & D. Alciat. in d. §. amicos. & Pantaleon de Crema in l. ij. col. 71. uers. secūdo loco. C. de rescin. uend. et Hippol. de Marsil. in l. unic. num. 209. fol. 11. C. de rap. uirg. Et generaliter in hac materia amicitiæ, uide multa cumulata per Benedict. in repet. c. Raynutius. in uerb. testamentum. ij. num. 47. 48. & 49. ubi multa egregia cumulat.

a ¶ In dubio enim sufficit pro se habere regulā: unde allegans specialem casum siue fallentiam, illam probare debet. hāc doctrinam tradit etiam Bart. in l. ij. ff. si quis in ius uoc. ubi etiam Iason allegat concord. autoritates. col. vj. uers. not. istam doctrinam Bart. & facit bonus tex. in l. suus quoq;. uers. puto generaliter. ff. de hæred. instit. bonus text. in c. ad decimas. de restit. spol. in vj. ubi statur regulæ, & iuris communis præsumptioni, donec allegans fallentiam, aut aliquid contra iuris communis regulam, illud legitimè probauerit. Vnde ait Bart. in l. quoties. ff. si quis caut. quòd non dicitur esse dubium, de quo est regula iuris: quamuis sint aliqui eius excepti, nisi de illis casibus expressum doceatur. Vide alia plura in materia huius doctrinæ per Nicolaum Præsidem in centuria locorum legalium, in loco ab exceptione ad regulam, pag. penul. & ult. fol. 13.

sumuntur de illis emisse, secundũ But. Abb. & Imol. in d. c. Quæ ratio cessat in procuratore, qui potest aliunde lucrari. l. si defunctus. C. arbit. tut. & qui licitè non potest retinere bona ecclesiæ, & delictum non præsumitur. l. meritò. ff. pro socio.

PRAESVMPTIO XXX.

1 Conuersatio assidua & frequens etiã inter consanguineos, præsumitur augere affectionem.

2 Relictum factum consanguineo qui assiduè conuersabatur cum consanguineo, an præsumatur factum gratia consanguinitatis, an gratia conuersationis.

3 Pater si donauerit filio propter merita, & affectionem sanguinis, an ualeat donatio, & an inspiciãtur merita, an uero sanguinis affectio.

4 Causa quæ nocet, in dubio inspicitur. Intellige ut num. 6.

5 Pater si stipuletur filio propter benemerita collata in patrem, an ualeat stipulatio, quasi stipulatus ut filio: an non ualeat, quasi stipulatus ut extraneo. Concluditur num. 7.

6 Præsumptio per quam actus sustinetur, præualet quibuscunq; præsumptionibus.

8 Arrogauit quis fratris filium, quem ipse aluerat, & eum instituit hæredem, hoc modo: Seium quem alui, & ob sua bene merita adoptaui, hæredem facio: an si adoptio fuit reperta nulla, teneat institutio.

1 TRigesimo.† Præsumitur assidua & frequens cõuersatio augere affectionem, etiam inter cõsanguineos. l. cùm allegas. C. de castren. pecul. lib. xij. Sed dubia quæstio
2 est,† nunquid relictũ factum tali consanguineo, præsumatur factũ contemplatione sanguinis, an uerò propter conuersationem. Et tex. in d. l. cùm allegas. probat censeri factum cõtemplatione conuersationis. ad idem facit tex. in l. hæreditate. in prin. ff. de castren. pec. In contrariũ facit quod not. Alex. in l. si do-
3 natione. C. de collat.† ubi si pater donet filio propter merita & affectionẽ sanguinis, præsumiť potius facta per affectionẽ sanguinis tantũ, & donatio non tenebit. ita dicit consuluisse Paul. de Cast. ut per eum. Pro quo ad-
4 dit rationẽ,† quia in dubio inspiciẽda est causa quæ nocet, non quæ prodest, ut not. Bart. in l. si uir. ff. de usucap. pro donat. in l. si quis
a in graui. §. elegãter. ff. ad Syllan. cum simil.[a] Ego reperio Paul. de Cast. in consil. cccxlv. circa bona quę fuerũt. in i. uol. distinguentẽ, ut si expressio meritorũ sit facta in genere, non attendatur, sed solũmodo causa sanguinis, quæ præualet. arg. d. l. tutor petitus. §. i. & l. qui habet. ff. de tutelis. Secus si sit facta in specie. Pro ista opinione Alex. facit quod notat Bart. Ang. Paul. de Cast. in l. si tibi. §. si pactus. ff. de pact. & Bart. in l. quod dicitur. ubi Alex. attestatur de cõmuni. ff. de uerb. obli.
5 dum dicũt,† quòd si pater stipulatur filio propter benemerita collata in ipsum patrem, nõ ualet stipulatio, quia censetur stipulatus tanquam extraneo: & tamen si caperetur præsumptio, quòd esset stipulatus tanquam filio, stipulatio sustineretur. Sed tu considera, quòd prædicta decisio Alex. est satis iniqua, per quam capimus præsumptionem, ex qua actus corruit, contra l. quoties. ff. de reb. du-
6 bijs.† & tamen talis præsumptio per quam actus sustinetur, solet præualere alijs præsumptionibus, ut per Bal. Imol. & alios in l. cùm in testamento. §. hæc uerba. ff. de hæred. instit. Et in simili quod not. Paul. de Cast. in l. ex imperfecto. C. de testa. & Alex. in l. quanquam. C. de testam. milit.[b] Vnde putarem il- b
lam decisionem non esse ueram: quia quomodocunq; sint expressa merita, etiam quòd facta sit mentio sanguinis, debet actus sustineri, dummodo merita probentur, iuxta notata in l. si donatione. Nec illa ratio de affectione sanguinis debet actum uitiare, quia potest recipere cõmodam interpretationẽ, ut propter talem affectionẽ auctum sit desiderium patris remunerãdi beneficia sibi collata. arg. d. l. cùm allegas. Nec d. l. qui habet. obstat: quia quamuis dicat ibi Bar. quòd ubi resultant contrarij effectus, nõ attenditť causa accidentalis, sed naturalis: quod procedit ubi causæ sunt separatæ: in casu nostro altera alteram adiuuat, unde attenduntť merita quæ sunt accidentalia, & faciũt donationem ualere, quę aliàs ex causa naturali corruerẽt.

Nec obstat ratio Alex. quia cùm possit utraq; causa simul cõcurrere, tũc utraq; est attendenda, nõ autẽ illa quæ nocet tantũ, ut dicit Bar. in d. l. si qs in graui. §. eleganter. Istud autem est in casu nostro, ut suprà declaraui. Præterea ubi causa quæ prodest, est benignior, illa attenditur, non quæ nocet. l. si pupillus. ff. ad leg. falcid. dixi in l. ij. in prin. ff. de uerb. oblig. † Nec obstat doctrina Bar. in d. 7
l. si tibi. & in d. l. quod dicitur. quia quicquid dicat Alex. cõtraria opinio est uerior, quam tenent Baldus, Fulgos. & Iason in d. §. si pactus. Imol. Raph. Com. Iacob. de Put. Paul. de Cast. Petrus de Besut. Aret. & Iason in d. l. quod dicitur. Et opinio Bar. potest saluari, si causa benemeritorum tantũ esset expressa, aliàs in dubio mihi placet contraria opinio.

Et prædicta faciunt ad quæstionem.† Ti- 8
tius arrogauit filium fratris sui, quem ipse aluerat, & instituit hæredem hoc modo: Seiũ quem ego alui, & ob sua benemerita adoptaui, hæredem instituo. Accidit quòd adoptio fuit reperta nulla, nunquid tenet institutio? Ioan. de Monteferrato in l. Gallus. §. & quid si tantũ. in xxij. col. tenuit quòd nõ. Ego puto contrariũ esse uerius, per supradicta. & est egregia limitatio ad not. per Doct. in l. eam quam. per illum text. C. de fideicõmiss.

PRAESVMPTIO XXXI.

1 Pater stipulando uel paciscendo filio, præsumitur stipulatus ut hæredi, non simpliciter ut filio.

Limitatur quintupliciter ibidem cum seq.

2 Pater stipulando filijs in his quæ transeunt ad filios tanquam filios, non tanquam hæredes, censetur stipulari simpliciter ut filijs.

3 Filius repudians hæreditatem paternam, potest petere emphyteosim ecclesiasticam.

4 Pater stipulando filijs tantùm & non sibi, censetur stipulari ut filijs, non ut hæredibus.

5 Pater si stipuletur filio aliquid indiuiduum cohærens personæ, filius statim admittitur uiuo etiam patre.

6 Pater aliter stipulatus filijs, aliter sibi, non præsumitur filijs tanquam hæredibus stipulatus.

a ¶ Aduerte, quia hæc regula quòd in dubio inspiciatur causa quæ nocet, est multũ brocardica, secũdum Cyn. in l. uenditionis. C. de usucapio. pro empto. Sunt enim uera probantia, quòd imò ĩ dubio debeat inspici causa quæ pdest. Ideo hãc regulam quòd inspiciatur quod nocet, pluribus iuribus confirmatam per Bar. in locis hic citatis, et Lud. Rom. in d. §. eleganter. Ias. in l. si Ruffinus. ubi Decí. C. de testa. mili. eundem Ias. in l. si arrogator. col. 17. nu. 46. ff. de adoptio. limitant ipsi nõ pcedere, quando illud quod prodest, est tantæ potentiæ, quòd absorbet, uincit, & consumit illud qđ nocet: tũc enim illud quod prodest, tanquam potẽtius, attenditur. ita procedat tex. in l. non intelligitur. §. si quis palàm. ubi Bar. ff. de iur. fis. inducendo ut per eos. & text. in d. l. si uir. iunctis traditis per Dynum in regula, possessor. quæst. antepen. Pet. Cynus & Bal. in d. l. uẽditioni. inducendo ut per eos.

b ¶ Et per Deciũ in c. quoniã Abb. de offic. deleg. & in l. post quam liti. C. de pac. Hippol. de Marsil. ubi allegat infinitas ferè autoritates & concord. in sing. 84. princeps.

7 *Pater grauatus restituere fideicõmissum filio, censetur grauatus ut pater, non ut hæres.*

1 TRigesimoprimo. †Pater stipulando uel
pacifcendo filio, præsumitur stipulatus
ut hæredi, non simpliciter ut filio, secundum
gl. in d. l. si tibi. §. si pactus. ff. de pact. quæ assi
gnat rationẽ: quia uerisimile est, quòd cogita
uerit filium sibi hæredem futurũ. l. scripto. ff.
unde lib. sequitur Bart. in l. quod dicitur. ff.
de uerb. oblig. ubi limitat, ut nõ procedat in
2 his quę transeunt ad filios tanꝙ filios, nõ tan
quam hæredes, ut est emphyteosis ecclesiasti
3 ca. Et ibi infert, quòd filij licet repudient hæ
reditatem paternam, poterũt consequi hanc
emphyteosim. & idem tenet in l. ut iurisiuran
di. §. si liberi. ff. de oper. lib. & est cõmunis cõ
clusio, ut per moder. in d. l. quod dicitur. &
a per Alex. cõsil. xliiij. in primo, & alibi sæpe[a].
4 Secundo limitat, †quando pater nõ esset
sibi stipulatus, sed tantũmodo filijs: quia ob
ligatio incipiet ab eis tanꝙ filijs: etiam si nõ
sint hæredes, l. quodcunq;. §. si quis ita. ff. de
uerb. oblig. l. filiusfamil. §. cùm quis. ff. de le
ga. i. quæ iura ita declarant Alexander & Ias.
Tertio limitatur, †quando acquireret ali 5
quid indiuiduum cohærẽs personæ, sicut est
usus fundi: nam filius statim admitteretur e
tiam in uita patris, ex quo illi nihil præiudica
tur, ut dicunt Bald. Imol. & moder. in d. §. qui
dam rectè. Et idem est in priuilegio immuni
tatis, ut per Anch. in c. Raynutius. j. de testa.[b] b
Quarto limitatur, †quando pater aliter es 6
set stipulatus sibi, aliter filijs: nam tunc non
præsumitur stipulatus illis tanquam hæredi
bus. l. Seia. cum gl. in prin. ff. de donat. caus.
mort. Alex. & moder. in d. l. quod dicitur. Et
est ratio secundum Aret. ibi, quia non debet
alterari obligatio de persona defuncti in hæ
redem. l. ij. §. ex his. ff. de uerb. oblig. Sed tu
aduerte, quia ista ratio non uidetur procede
re in obligationibus factorum. l. continuus.
§. fin. ff. de uerb. oblig[c]. Quinto limitatur c
in casu contrario, †quia pater grauatus resti 7
tuere fideicõmissum filio, intelligitur graua
tus ut pater, non ut hæres. l. cùm filio. ff. de le
ga. i. Sed iste casus est satis differens à præce
denti materia.

PRAESVMPTIO XXXII.

1 *Donatio an & quando præsumatur ratione proximitatis. & num. 6.*
2 *Mater redimens filium ab hostibus, præsumitur fecisse causa donationis, nec repetit precium.*
3 *Mater expendens pro respicientibus personam filij, præsumitur causa pietatis fecisse, ideo non repetit.*
4 *Maritus luens ornamẽta uxoris pignorata, & ea uxori restituens, præsumitur donasse.*
5 *Pater stipulans emphyteosim ecclesiasticam pro se & filijs, an præsumatur fecisse animo donandi filijs.*
6 *Donationem præsumi faciunt, cõsanguinitas, temporis diuturnitas, & ratio sæpius calculata. Et multa de intellectu l. Procula ff. de probat.*
7 *Maritus qui cessauit per decenniũ petere alimenta, seu interesse dotis non solutæ, an præsumatur ea remisisse socero aut fratribus uxoris qui promiserant dotem.*
8 *Vsuræ quæ debentur marito ratione retardatæ solutionis dotis, nõ debentur iure obligationis, sed officio iudicis: ideo si maritus recuperet sortem sine illis usuris, non poterit ulterius illas petere.*
9 *Dispositio l. cùm de in rem uerso. ff. de usuris. procedit in foro Canonico.*

TRigesimosecundo, †donatio quandoq; 1
pręsumitur ratione proximitatis: & pro
pterea †mater redimens filium ab hostibus, 2
præsumitur fecisse causa donationis, nec re
petet precium à filio. l. liber captus. C. de ca
pti. & postlim. reuer. Et frater sciens partem,
quam ipse habebat in fundo cõmuni, à fra
tre suo uxori donatam, si non contradixerit,
præsumitur remisisse ius suum. l. si seruus cõ
munis. ff. de donat. inter uir. & ux. Et †mater 3
expendens pro respicientibus personam fi
lij, præsumitut fecisse causa pietatis, & ideo
donasse. l. i. C. de neg. gest. de quo per Bar. in
l. Nesennius. ff. eod. Et †maritus luens orna 4
menta uxoris pignorata, & ea restituens uxo
ri, præsumitur donasse. l. uxori. §. si. ff. de leg.
tertio. facit l. utrum. ff. de dona. inter uirum et
ux. &

a *¶ Quòd in his quæ nõ transeunt ad hæredes extraneos, sed ad filios tantùm, pater censeatur stipulari filijs ut filijs, & non ut hæredibus, tenet etiam Alex. cõsil. 8. uisis subtilissimis. col. j. & ij. ubi plures autoritates & concord. allegat. in 1. uolu. & consil. 17. illo eodem lib. & consil. 119. uiso processu causæ uertentis inter dominam Bernardinã &c. col. ij. in fin. cum seq. in quinto lib. & consil. 119. perspectis. ubi allegat innumeras ferè cõcord. eodem lib. & Ias. post Bart. in l. si non sortem. §. libertus. ubi etiam allegat concor. col. fin. ff. de cond. indeb. Adde Decium consil. 411. uisis his. & consil. 119. præclarissime doctor. col. ult. uers. sed etiam ista ratio parum facit. & Lud. Bolog. consil. 48. quasi per totum, ubi egregia tradit, & multas autoritates allegat, ex quibus firmatur ista conclusio. Adde etiam Pet. de Anchar. conf. 125. uisis & diligenter. & in feudo consuluit Decius consil. 78. licet in casu. per totum. & in emphyteusi Corn. consil. 13. in præsenti consultatione. circa prin. & etiam col. iij. uers. ex quibus. lib. 3. & consil. 282. uiso dicto puncto. col. uj. uers. non enim uidetur posse. eod. lib. Idem Corn. consil. 100. uisa dicta copia. col. ij. & seq. in 4. lib. ubi consuluit, emphyteosi ecclesiastica acquisita pro se & liberis, liberos (etiam si repudiauerint hæreditatem paternam) consequi posse dictam emphyteosim, non obstante repudiatione: & ibi comprobat & allegat autoritates. Et ultra illationem prærecitatam à D. meo Alciato, quòd filius potest hæreditatem paternam repudiare, & consequi emphyteosim ecclesiasticam, adde quod uoluit Bart. post Dynum in l. item uidendum. §. fin. ff. de petit. hæred. ubi etiam Bal. & Ang. Quòd si frater fratri faciat generalem quietationem de omni eo quod petere potest in hæreditate patris, tamen hoc non obstante, poterit petere partem bonorum emphyteoticorum: quia non petuntur, nec ei debentur ut hæreditas Et illud dictum refert & sequitur Ias. in l. Gallus. § quidam rectè. col. antepenul. uers. circa secundam materiam. ubi allegat concord. ff. de liber. & posthu. & in d. §. libertus. col. penul. uers. secundo habes ex gloss. ubi maiores allegat concord. Et adde ultra eum Socin. consil. 73. super controuersia. uers. quarta cõclusio. lib. 3. & Decium consil. 389. uisa longa. & consil. 78. licet in casu. col. ij. in fin. Adde ultra prædicta in locis præallegatis, quòd talis res in emphyteosim pro se & liberis ab ecclesia recepta, in tantum dicitur esse extra hæreditatem recipientis, & filijs ut filijs debita, quòd non posset ipse pater recipiens in præiudicium filiorum aliquid disponere super dicta re, puta uni filiorum prælegando uel donando, & alijs nõ, uel alio modo disponendo in filiorũ præiudiciũ. ita Bar. not. in d. §. si liberi. uers. secundũ dubiũ. ubi uult quòd si pater instituerit unũ filiorũ hæredem uniuersalem, aliũ uerò in re certa, & iusserit esse tacitũ & contentũ, ita quòd in bonis uel hæreditate nõ possit ulterius petere: nõ obstante hac prohibitione, per quam filio nõ potest pater præiudicare, poterit partem suam rei emphyteoticæ petere. Et sequitur Pet. de Anchar. notabiliter consil. 319. themate præsupposito. Adde etiam prædictis Corn. consil. 13. col. ij. uers. tamen his non obstan. in primo uol. & consil. 17. col. uj. uers. quod persuadetur. & uers. seq. lib. 1. quicquid dicat ipse consil. 282. uiso dicto puncto. col. vj. eod. lib. Adde etiam egregiè Lud. Bolog. consil. 48. intellecto. col. ij. ubi allegat plures Doct. in uarijs locis, concludens recipientem non posse suis liberis præiudicare in dicta emphyteosi ecclesiastica, nec uni liberorum legando, donando, uel alio modo disponendo, rem emphyteoticam assignare posse, alijs uerò non: sed simul admittuntur, non obstante contrariâ dispositione paterna. Et ultra illum hanc dicit communem Steph. Bertran. consil. 138. ex themate. col. v. uers. non obstat. ubi etiam allegat concord. in 2. uol. nouissimorum.*

b *¶ Hoc exemplum de usu uidetur aliquibus medijs impugnare Ioan. Rubeus Alexan. in d. §. quidam rectè. folio 14. col. j. & ij.*

c *¶ Hanc limitationem friuolis quibusdam fundamentis nititur impugnare Ioan. Rub. Alex. in d. §. quidam rectè. fol. 16. in prin. primæ col. ac tandem sentiens debilitatem argumentorum suorum, dicit non esse recedendum ab hac limitatione.*

tex.& quod notat Bart.in l.ſi maritus.C.eod.
Et aſcendens ſtipulans aliquid deſcendenti
dari, præſumitur dari animo donandi, l. do-
nationes.§.ſpecies.l.fin.§.fin. ff.de donat. de
quo per Doct.in l.quæ dotis. ff. ſol.matr. Et
fa.quod dicit Bald.in auth.ſi quas ruinas. C.
de ſacr.ſan.eccleſ.†quòd pater ſtipulans em-
5 phyteoſim eccleſiaſticam pro ſe & filijs, cen-
ſetur feciſſe animo donandi filijs. Quæ deci-
ſio uidet̃ dubia, per not. per Alex.in d.§.qui-
dam rectè. unde eam intellige ſano modo, ui
delicet quando accepit etiam poſſeſsionẽ no
mine filiorũ, prout loquitur Bal.ubi aſſignat
rationẽ: quia quando pater cõtrahit nomine
filij, & accipit etiam poſſeſsionẽ, prẹſumitur
facere animo donandi, l. filiæ cuius. C.famil.
ercisc.l.omnino.§.fin.C.de inoffic.teſta.ubi
infert, quòd quo ad filiũ in poteſtate, poteſt
pater talem donationem reuocare. l.ij. C. de
6 inoffic. donat. Et ſupradicta†procedunt in
ſuis caſibus, aliàs ſola ratio conſanguinitatis
non eſt ſufficiens ad præſumendam donatio
nem, ut eſt gl.& ibi Bar.in l.libertis quos.§.i.
ff. de alimen. & cib.legat. & not.in l.idemq́;.
§.ſi cui mandauero. ff.mandati. niſi concur-
rentibus duobus alijs, uidelicet diuturnitate
temporis, & ratione ſæpius calculata, ſecun-
dum Bart.Bald.& Salic. in l.Procula. per il-
lum tex.ff.de probat.& eſt cõmunis conclu-
ſio, ut per Alex.& Iaſ.in d.l.quæ dotis.& con
ſuluit Alex.cõſil.xlvi.in i.& conſil.liij.in iiij.

Sed tu aduerte, quia in d.l. Procula. nõ fit
mentio de diuturnitate temporis, ſed ſolùm
quòd rationes ſint ſæpius calculatæ, & quòd
nõ ſit aliquid petitum, quandiu frater uixit.
Illa enim coniunctio, quandiu, refertur ad ui
tam fratris, & interpretat̃ pro donec. l. quan
diu. ff.de acqui.hæred. & ſic tex. uerificatur,
etiam ſi frater non fuiſſet grauatus reſtituere
niſi à quatuor annis, uel etiam minori tempo
re antequã moreretur. Præterea tex. nõ con-
ſiderat rationes ſimpliciter calculatas, ſed q̃
ipſa creditrix ſoluiſſet pecunias fratri: cùm
uериſimile fuiſſet compenſaturam, niſi remi-
ſiſſet. Et ideo iſta calculatio debet ſanè intelli
gi, prout etiam declarat Fulgoſius ibi, & eſt
de mente gl.in d.l.libertis quos.§.i. Præterea
ultra Doct.in caſu illius tex.erat mortuus fra
ter, quo uiuente, nunq̃ aliquid petierat: un-
de eſt nõ modica ſuſpicio quòd iniuſtè pete-
ret, tanquam ab hæredibus malè informatis,
iuxta not.in l. qui Romæ. §.Augerius. ff.de
uer.oblig. nnde ille tex. procedit in caſu ſuo
tantũ. Et per hæc uideret̃ confundi quædam
deciſio Pauli Caſt.in cõſil.cxxvi.nõ ſequen-
do ordinẽ.in ij.de qua inferius dicam. Ex ſu-
7 pradictis infertur ad quæſt.†an maritus qui
ceſſauit per decenniũ petere alimenta, ſeu in
tereſſe dotis nõ ſolutæ, præſumatur eam re-
miſiſſe ſocero qui promiſerat dotem, uel fra-
tribus uxoris. Et Bald. in conſil. cccclxxiiij.
poſt biennium.in iij. uol.conſuluit quòd ſic,
per tex.in l.cùm quidam. §.diuus. ff.de uſur.
Et ita etiam conſuluit Dionyſius de Peruſio
præceptor Lud.Rom. prout eum ipſe refert
in conſil.517.in iiij.col. Idem etiam tenuit A-
lex.conſil.lxxiiij. in iij.& ult.col. in v.uol. &
Corn.conſil.ccvi.in ult.col.in ij. Contra-
rium tenent Rom.Alex.& Iaſ.in d.l.quæ do
tis. & Alex.conſil.lx. & Corn. in conſil.ccl.
in ij.uol.& cõſil.liij.in ult.col.in iiij. Mouen-
tur per d.l.Procula. & dicit Iaſ. eſſe caſum in
d.l.libertis quos.§.i. Et cõtrarium etiam con
ſuluit Rom.in d.conſil.517. allegando gl.iun
cto tex.in l.uir uſuras.ff.de donat.inter uirũ.
quæ uult, quòd ita demũ cenſeant̃ remiſſæ u-
ſuræ dotis, ſi uir per totũ tempus durãtis ma
trimonij tacuerit. arg.l.cùm oportet.§.ſin au
tem res.C.de bon.quæ lib.& reſpondent om
nes ad d. §. diuus, quòd loquit̃ in uſuris quæ
debentur ex cauſa lucratiua, & ſunt odioſæ:
unde nõ eſt trahendus ad intereſſe quod ſol-
uitur propter onera matrimonij. Et idem te-
nuit Rom.in l.inſulam.§.uſuras. ff.ſol.matr.
Et aliter etiam reſpondet Alex. in d. conſil.
lx.& conſil.liij. quòd ille tex.debet intelligi,
quando conſtabat quòd creditor non exige-
ret, ut gratior eſſet debitori, puta quia expe-
ctabat ab eo aliquod beneficiũ. Quid tenen-
dum? Puto in puncto iuris eſſe ueriorem opi
nionem Baldi, cuius autoritas eſt maxima in
actu practico, prẹſertim cùm etiam ſolennes
Doct.eum ſequuti ſint: & optimè probatur
in d.§.diuus. qui ſimpliciter loquitur in uſu-
ris, & non diſtinguit ex qua cauſa deberent̃,
& tamen iura iſtud intereſſe dotis nõ ſolutæ
ſimpliciter appellant uſuras. d. l. uir uſuras.
& l.inſulam.§.uſuras.ſol.matr.& eſt tex.in l.
cùm poſt.§.uſuras.ff.de iur.do. Et ſic ibi tex.
in generalitate ſua probat cõcludenter opin.
Bald. Nec intellectus Alex.in d.conſil.lx.eſt
uerus, quia tex.ibi ex lapſu temporis præſu-
mit id factum cauſa gratitudinis, etiã alio nõ
cõſtito: quod apparet ex dictione, uidelicet,
quæ ſtat declaratiuè. §.nos autem. Inſtit. de
Attil.tut.l.uidelicet.ff.ex qui.cauſ.maior.&
ſic ex tali lapſu temporis declaratur nõ peti-
tas uſuras cauſa gratitudinis. Eſt uerũ, quòd
ſi creditor probaret ſe feciſſe ex alia cauſa,
tunc non procederet d. §. diuus. & iſto caſu,
quo ad hunc finẽ, dictio Videlicet, ſtat reſtri-
ctiuè. l.i.ubi Bart.ff.ad l. aquil. Præterea etiã
tenendo intellectũ Alex.dico in caſu noſtro
ſatis præſumi hanc gratitudinẽ ex cõiunctio
ne ſanguinis; & iſtud eſt quod fuit de mente
Bal.& ſequacium. Non obſtat d.l.Procu-
la. quia ibi non interuenerat diuturnitas tot
annorũ, ſed ſolùm fuerat facta ſæpe calcula-
tio, q̃d potuit fieri in minori tẽpore. Prẹterea
& melius in caſu noſtro agitur de remitten-
dis uſuris, quæ licet petant̃ tanq̃ intereſſe ſe
cundũ ius canonicũ, per text. in c.ſalubriter.
infra de uſur. de facili tamen in eis præſumit̃
remiſſio, ex quo ſunt etiã ipſæ odioſæ. Iſtud
patet, quia reſpectu ſoluentis dicunt̃ cõtine-
re quodãmodo merã pœnam, ex quo ei ni-
hil uel modicũ adeſt, prout in ſimili dicitur
in l.i.§. ſi plures, ff. de co per quem fact. erit.

Solùm enim est releuatus ab onere alimen-
tandi ipsam nuptam, q̃d onus fortè nõ ascen
det ad æstimationẽ dimidię usurarũ quas ma
8 ritus potuisset consequi.†Item nõ debentur
iure obligationis, sed solummodo officio iu-
dicis, ut dicunt Pet. & Bal. in l. fi. § præterea,
C. de iur. dot. Vnde si maritus reciperet sor-
tem sine illo interesse, non posset amplius il-
lud petere: quia cùm sit odiosum, extinguit
soluto principali, sicut dicimus de aliis usu-
ris. l. iiij. C. de pos. & ita firmat Bald. quem ibi
sequitur Alex. in l. si marito. §. si fundum. ff.
sol. matr. Vnde cũ tale interesse sit odiosum,
facilius præsumit remitti, l. cùm post. in prin.
ff. de iure dot. quod non erat in casu d. l. Pro-
cula. Non obstat d. l. libertis. quia ibi pro-
priè debebantur alimenta iure obligationis
fauorabilis: nec ibi erat aliqua cõiunctio san
guinis, per quam præsumeret non fuisse pe-
tita ob causam gratitudinis: quod non est in
nostro casu. Nõ obstat d. l. uir usuras. quia
potius probat contrariũ, ex quo inducit præ
sumptionẽ donationis, si nõ petantur usuræ
per tẽpus matrimonij, quod potuit esse bre-
uius decennio: & sic ibi est quædã ampliatio
ad dictum Baldi, quicquid ad illum text. ca-
uillando dixerit Alex. in prælleg. consil. lx.
uers. similiter nõ obstat. cuius tres solutiones
confutaui in una. Et ista opinio esset seruan-
da etiam in foro canonico, quia tex. in d. §. di
uus. non inducit præscriptionẽ, iuxta not. in
c. fin. de præscript. sed ex lapsu temporis præ
sumit liberationem seu donationẽ. Nec hic
sumus in materia peccati: quia iste non sol-
uens interesse, nõ peccabat, nisi fuisset inter-
pellatus, ex quo tantummodo erat obligatus
officio iudicis, ut latius deducit Cor. in d. cõ-
sil. ccvi. & fa. q̃d not. Ias. in l. si certis annis. C.
9 de pact. post Sali. ubi uult† quòd dispositio l.
cũ de in rem uerso. ff. de usur. procedat etiã
in foro canonico, quia ibi nõ agitur de præ-
scriptione, sed agitur de præsumptione legis
ex lapsu decem annorũ. Et potest socer uerisi
militer eredere, quòd maritus sit cõtentus sor
te, & ꝙ nõ exigat interesse, ut deducit Corn.
in d. consil. Secus esset quando istud interes-
se fuisset expresse promissum, quia tunc debi
tor nõ potest prætendere bonã fidẽ, & nunq̃
præscriberet de iure canonico: quod etiã ser
uatur in foro ciuili, iuxta not. in d. c. fi. Et ita
procedit quod not. Alex. in d. consil. lx.

PRAESVMPTIO XXXIII.

1 *Maritus cui uxor tradidit instrumenta, præsumitur procu-rator uxoris.*

2 *Procurator an præsumatur ille, qui cum instrumento mandati uenit de longinquis partibus, si mandato exhibito, ille contra quem exhibetur, dicat exhibentem non esse illũ de quo in mandato.*

3. 6 *Procurator Titij an præsumatur ille, penes quem reperiuntur documenta Titij, & an admittatur cum cautione de rato.*

4 *Mandatũ an plenè probetur per productionẽ instrumentorum facientium ad causam domini, si à domino fuisse sibi tradita procuratorem se asserens probauerit. & num. 6.*

5 *Procurator reddens instrumenta causæ domino, censetur renunciasse procurationi.*

TRigesimotertio,†præsumit maritus cui 1
uxor tradidit instrumenta, esse procura
tor uxoris suę. l. fin. ubi gl. C. de pact. cõuen.
Per quam gl. infert Cyn. & Bal. in l. si qua per
calumniã. C. de episc. & cler.†quòd si aliquis 2
de longinquis partibus ueniat in istam ciui-
tatem, & petat centum tanquam procurator
Titij, & exhibeat mandatũ: quamuis aduersa
rius neget eum esse, de quo in mandato est
mentio, tamẽ præsumitur esse ille, ex quo as-
fert mandatum. & idem uoluit Guil. de Cun.
in l. postquam. C. de pact.[a] Sed tu conside a
ra tres casus. Primus est qui potuit in d. l. fin.
ubi cõcurrebãt tria. Primũ erat, quia mulier
promiserat dare illa instrumenta parapherna-
lium, quæ deberent esse & etiã manere apud
maritũ. Secundũ erat, quia instrumenta fue-
rant sibi tradita. Tertium erat, quia cõcurre-
bat coniunctio sanguinis. unde istis concur-
rentibus, præsumit mandatũ, nec tenet mari
tus agens cauere de rato. Secundus casus
est, quando nõ interuenissent nisi dno, puta
exhibitio instrumentorũ, & cõiunctio: & ui-
detur quòd licet tali casu quis admittat, tamẽ
debet cauere. Istud probatur in c. coram. ã de
offi. deleg. ubi clericus habens instrumenta,
admissus fuerat solùm cum cautione, & tamẽ
magna est cõiunctio inter clericũ & eius ec-
clesiam, ut ibi notatur. & per Innoc. in c. cùm
R. canonicus. ã. de offic. deleg. Tertius ca
sus est,†quando nõ interuenit nisi unum, ui- 3
delicet quia reperiunt instrumenta apud ali
quem: & uidetur talem admittendum cum
cautione, prout tenuit Bart. in l. iij. §. causæ.
ff. de Carb. edict. in l. uulgò. ff. de admin. tut.
Et ista est cõmunis opinio, ut per Felin. in d.
c. coram.[b] Fortius dicit Roma. in singul. 637. b
incip. nunquid per productionem,†quòd si 4
probatur traditio instrumenti facta per do
minũ, erit plena probatio mãdati, nec erit ne
cessaria cautio[c]. Mouetur per d. l. fin. quæ ni c
hil facit, quia ibi interuenerant tria, ut osten-
di: & præsertim ibi ponderat, quòd esset con
iuncta persona, ut dicit Alber. de Ros. & idẽ
tenent Pet. & Cyn. in l. maritus. C. de procu.
Secundo mouetur,†quia procurator reddẽs 5
instrumenta causæ domino, censetur renun
ciasse procurationi. l. negociorũ. §. fin. & l. tu-
tor. ff. de appell. ubi Ang. l. ita autem. §. fin. ff.
de admin. tut. Ergo concedens instrumenta,
debet præsumi cõstituere procuratorẽ, quia
cõtrariorũ eadem est disciplina, ut per eum.
Sed responde, quòd Ang. in d. l. negociorũ.
loquitur respectu domini & procuratoris:
quia si aufert sibi libros & rationes, præsumi
tur prohibuisse, ne sese intermittat in nego-
ciatione: non autem loquitur respectu tertij,
cui posset oriri præiudiciũ. imò cõtrariũ pro
batur in d. §. fin. iuncta gl. Vnde in isto casu
mihi

a ¶Hoc dictũ Cyn. & Bal. sequitur Salic. in d. l. si qua per calumniã. & Abb. in c. coram. de offi. deleg. Felin. in c. ij. uers. quarto & ultimo casu. col. 8. de testi. Hippol. de Marsil. in l. si quis ne quæstio. nu. 142. uers. & pro hac cõclusione faciũt. ff. de quæst. ubi allegat id sequi Cepollam consil. 11. casus. col. iij. et Angel. in l. comparationes. in fin. C. de probat. Et etiam hoc dictum refert Fel. in d. c. coram. col. ult. ubi dicit, quòd illud sequitur Imol. in Cle. j. col. 7. uers. quid si dicatur. de procu. & confirmat per id quod uult Specul. tit. de instr. edit. §. restat. uers. sed quid si producatur. ubi uult q̃d creditur literis Officialis attestantibus quem esse notarium, ubicũq; ille literæ producãtur. Verùm tandẽ Felin. ab hoc dicto recedit, nec illud admittit, nisi cum mandato etiam exhiberet instrumenta & iura partis: tũc enim hæc duo simul uncta probarent mandatũ, aliàs non. Non recederem tamen à sententia Cyn. Bal. Salic. & sequaciũ, propter eorũ autoritatẽ, maximè ad præsumptionẽ inducendam pro producẽte, ut trãsferatur onus probandi in aduersarium, dicentẽ producentem nõ esse illum de quo in mandato.

b ¶Et est col. 3. uers. quando dicatur dubium. ubi alleg. concord. & attestatur hanc esse cõmunem opin. quam tripliciter limitat, ut per eũ. Et hanc etiã cõmunẽ attestatur & sequitur Hipp. de Mars. in l. si qs ne quæstio. nu. 142. uers. et ad hoc dicendũ moueor. ff. de quæst. ubi alleg. plures cõcord. in uarijs locis.

c ¶Et consil. 446. col. pen. & fin. infrà allegando.

mihi non placet hęc opinio: ubi uerò traditio eſſet facta cõiunctæ perſonæ, tunc poſſet ſuſtineri. Et ita ſoluatur quod notant Bald. & Imol. in d. c. coram. & eſt de mente Pet. & Cy
a ni in d. l. maritus.[a] †Limitaẽ ſupradicta con
6 cloſio, ut non procedat in cohabitante cum ipſo domino, quia tunc non eſſet admittendus, ex quo potuit eſſe furatus talia inſtrumẽta, arg. l. unic. §. ille autẽ. C. de lat. liber. tol. Ita Rom. in d. ſing. & cõſil. cccexlvi. primus pro
b poſitæ conſultationis[b]. Sed de iſta limitatione dubitat Felin. in d. c. coram. & non eſt de mente Doct. unde eam non teneo; quia talis ſuſpicio purgatur per præſtationem cautionis de rato: aliàs in extranco idem eſſet, quia potuit accidere quòd habuiſſet in depoſitũ, prout in ſimili dicit Paul. de Caſt. in l. Meuia. ff. ſol. matr. &c̃. Bene fateor qoòd in caſibus in qoſbus ſuprà dixi nõ requiri caotionem, ſi iudex ſuſpicaretur quòd inſtromentũ fuiſſet furto ſublatũ, deberet eum requirere. Et ita poteſt ſaloari deciſio Romani.

PRAESVMPTIO XXXIIII.

TRigeſimoquarto, fornicatio inter conſanguineos non præſumitur ex cobabitatione. c. cùm in iuuentute. prima col. l. eum qui. C. de epiſ. & cler. niſi probaretur ſaltem ex uiolenta præſumptione, ut not. in c. in literis. & per Abb. in c. quanto. j. eod. Debent tamen ſacerdotes abſtinere à nimia familiaritate etiam cõſanguinearum, propter malitias ſatanæ. c. ſed ſi fortè. lxxxi. diſtinct.

PRAESVMPTIO XXXV.

1 *Maritus præſumitur habitare cum uxore, ſicut clericus in eccleſia ſua reſidere.*
2 *Citatio mariti ſufficit ut fiat in domo in qua uxor habitat.*
3 *Vxor poteſt in cauſa matrimoniali facere citari uirum ſuum uagabundum, ad domum ſuam.*

1 TRigeſimoquinto, †præſumitur maritus habitare cum uxore ſua, ſicut clericus in eccleſia ſua reſidere. c. i. j. qui matr. accu. poſ. & c. tua. de cler. nõ reſid. Et propterea inferẽ,
2 †quòd ſufficit citare maritũ in domo in qoa habitat uxor, quia præſumiẽ etiam ibi habitare. Ita tenet Guid. Papæ in tract. ſuo de præſumpt. & dicit ita tenere Doct. in c. quoniam frequenter. §. ſi uerò. ã ut lite nõ conteſt. Adde quod not. Innoc. & ſequũtur alij in c. fin.
3 de eo qui mit. in poſſeſſ. obi dicit, †quòd mulier poteſt in cauſa matrimoniali citare maritum uagabundum ad domum ſuam, ex quo tenetur ſecũ cohabitare; & ſi eſt abſens, præſumitur dolo abeſſe: de quo etiam per Card. in Clem. cauſam. §. i. de elect. & facit quod notat Bald. in l. ab eo. C. quomodo & quando iudex. ubi dicit, quòd uxor debet citari ad domum mariti, quia ibi eſt ſuum domiciliũ, & tenetur cum eo habitare. faciunt not. in l. exigere. de iudi. & in l. cùm quædam puella. ff. de iuriſdict. om. iud.

PRAESVMPTIO XXXVI.

1 *Filios habens, præſumitur ciuitatem diligere, & præfertur decurionibus non habentibus filios.*
2 *Pater qui duodecim liberos habuit, & conſequutus eſt immunitatem, an ſi deinde aliquis moriatur, duret priuilegiũ.*
3 *Filij tam defuncti non proſunt ad excuſationem patris.*
4 *Sententia nil noui inducit, ſed quod inductum eſt declarat.*

1 TRigeſimoſexto, †habens filios pręſumitur magis diligere cioitatem, & propterea debet præferri decurionibus non habentibus filios. l. in albo. C. de decur. lib. x.[c] Et di c
cit Iacob. Rebuff. in d. l. in albo. quòd iſtud eſt, quia habens filios præſumitur remanſurus in patria. arg. l. ad ſubeunda. eod. tit. & l. ſciendom. ff. qui ſatiſd. cog. Tu dic quòd ratio eſt, quia ſemper lex magis fauet habenti filios, quàm non habenti: quia intereſt reipublicæ plures homines naſci. l. i. ff. ſol. mat. & facit l. i. C. de infir. poen. coelib. Et quia ampliari imperium hominum adiectione cupimus, magis quàm pecuniarum. l. fi. §. penul. ff. de bonis damnat. & l. ij. in fin. C. de indict. uid. toll. Et iſta ratio facit ad quæſtionem de
†patre habente immunitatem propter duodecim filios: nunquid ſi ſemel habuerit, & 2
conſequutus fuerit immunitatem, ſi deinde aliquis moriatur, durat priuilegium? Et uideretur quòd ſic: quia iſtud priuilegium fuit ſemel quæſitum patri, quia fuit utilis reipublicæ propter ſuſceptionem tot filiorum, ergo priuilegium debet durare. c. decet indultum. ubi Ioan. And. in Mercur. de reg. iuris. in vi. & Alber. in l. decet. ff. de reg. iur. Et idem tenuit Matt. Laud. in tract. de principibus, cõcluſ. clxix.[d] Ioan. de Anania conſil. ult. & latè d
per Iaſ. in l. ſciendum. §. fin. ff. qui ſatiſd. cog. ubi allegat multas rationes, de quibus per eum. Contrarium tenet Alex. in l. ſi cùm dotem. §. ſi maritus. ff. ſol. matr. Mouetur, quia ceſſante cauſa excuſationis habẽte tractum ſucceſſiuum, ceſſat etiam effectus. l. ſi tutor reipublicæ, in prin. ff. de tutel. & ratio. diſtrahen. l. cura. §. deficientium. ff. de muner. & honor. per Pet. Cyn. & Bald. in l. generaliter. C. de epiſc. & cleri. To potes reſpondere, quòd imò cauſa non habet tractum ſucceſſiuum: quia nõ ſimpliciter uidetur conceſſum iſtud priuilegium contemplatione filiorum ut eos alat, ſed etiam in fauorem patris, qui fuit adeò utilis reipublicæ. Et ita defenditur communis opinio[e]. Tamen in ponćto iuris mihi e
uidetur uerior opinio Alexan. pro qua parte moueor primo, qoia uidetur quòd imò talis immunitas concedatur filiorũ fauore tantũ. Iſtud probaẽ per l. ſemper. §. i. ff. de iur. imm. ibi, nõ eſt irrationabile, ot cõcedamus filiorũ educationi

a ¶Cõcludit ergo preceptor meus Alciatus, quòd 1 probatio traditionis inſtrumentorũ factæ alteri quàm cõiũctæ perſonæ, non plenè probet mandatum, & ſic contra Rom. in ſingul. præallegato. Aduerte quòd opinio Rom. uidetur uerior, & eam maximis & urgentibus fundamẽtis cõprobat And. Sicu 2 lus, dictus Barba. in d. c. coram. col. ij. & ſeq. ubi etiã reſpõdet argumẽtis quæ pro cõtraria adducũtur, & oſtendit à ſufficienti partium enumeratione, neceſſe eſſe cõcludere quòd talis inſtrumentorum traditio à domino facta operatur mandatum: & ſic probando illã traditionem, ſatis probat mandatũ.

b ¶Facit quod not. Bar. in l. ſullo. §. qui tabulas. ff. de fur. gl. Bart. & Doct. in l. ij. & iij. ff. de pact. quòd licet ſi reperiatur inſtrumentum debiti cancellatum penes debitorẽ, præſumatur debitor ſoluiſſe, & ſic uideatur liberationẽ probaſſe, hoc tamen non procedit ubi debitor eſſet perſona domeſtica, & cohabitans cum creditore: potuit enim eſſe ſuffuratus illa inſtrumẽta, arg. d. §. ille autem.

c ¶Ideo egregiè inquit Auguſtinus XIX. de ciuitate Dei: Pertinet ad uirtutis officium, & uiuere patriæ, & propter patriam liberos procreare. & refert Lucas de Pen. in l. nepotes. in fin. C. qui num. liber. lib. 10.

d ¶Imò eſt in tract. de fiſco, concluſ. 198. habens priuilegium &c.

e ¶Et hanc ſententiã Ioan. And. tanquam ueriorem, cõmunem, & melioribus fundamentis ac urgentioribus iuribus cõprobatã, tenet Alber. in l. ij. §. j. ff. de excuſ. tut. qui dicit ita de facto obtinuiſſe. & Fulg. conſ. 52. quidã Antonius. col. ij. & expreſſe conſuluit Imol. in conſ. 77. uiſis ac ponderatis. in tertio dub. ſentit Paul. in d. §. ſi maritus. expreſſe Decius in regul. in omnibus cauſis id obſeruatur. col. fin. ff. de regul. iuris. & in auth. præterea. ad fin. C. unde uir & ux. & in l. fin. ad finem prin. ff. ſi cert. petat. & conſil. 24. mulier cui pater inopiam. uerſ. quinto accedat. col. ij. & in c. cum ceſſante. col. j. de appell. Hippol. de Marſil. in l. etiam. ff. de quæſt. Et ſic uides iſtam eſſe communem, à

qua propter sante sam Alexãdri nõ est recedendum in iudicando & consulendo, secũdum Barthol. Soci. in d. l. sciendũ. §. fin. Et pro hac sententia faciũt not. per Cynum, Bald. Alber. Cor. Alex. Ias. Decium & alios in l. si quis hæredẽ. C. de instit. & substi. ubi sufficit conditionem semel extitisse & uerificatã esse, licet non durauerit. & ibi Doct. adducunt uaria dicta, & plures quæstiones decidũt, ex quibus posset huiusmodi cõmunis opinio roborari, ad quos tamẽ te remitto, maximè ad Ias. & Decium, ne chartas occupem.

educationi &c. Item probatur per l. si. C. qui
numero lib. se excus. lib. x. ubi in personalib.
muneribus excusatur pater, ex quo filij ea te
nentur subire. fa. l. iij. §. quamuis. ff. de mun.
& hon. & quod notat Ioan. de Plat. in l. iij. C.
de his qui num. lib. se excusant. Secundo
3 moueor, † quia lex generaliter dicit filios de-
functos nõ prodesse patri ad excusationem.
l. fin. ff. de uacat. mun. imò nec captos ab ho-
stibus. l. filium. C. de his qui num. lib. Et pro-
pterea qui uult se excusare, debet probare se
eo tempore habere debitũ numerũ filiorum.
l. ij. §. qui ad munera. ff. de uacat. muner. Nec
sufficeret, si iam habuisset. Nec obstat si di
catur, quòd dicta iura loquuntur de eo qui se
excusat de nouo à munere, nõ de eo qui iam
est excusatus per sententiam: quia cùm istud
sit priuilegiũ indultũ à iure, acquiritur ipso
iure. l. certi cõdictio. §. si numos. ff. si cer. pet.
Bal. in l. i. in pen. col. C. per quas personas no
4 bis acquir. † & sentẽtia nihil noui inducit, sed
quod inductum est, declarat. l. Pomponius.
§. si iussu. ff. de acq. possess. l. sicuti. §. si quæra-
tur. ff. si serui. uend. Et licet lex uelit, quòd u-
bi quis est nominatus, quòd se excuset, l. sci-
re oportet. §. scire. ff. de excusat. tut. istud est,
quia aliàs censeretur renunciare priuilegio,
sed per hoc non sequitur quin habeat benefi
cium ipso iure à lege. Tertio moueor, quia
lex requirit, quòd antequam quis sit immu-
nis, habeat tot filios: unde ubi aliquis mor-
tuus est, cessant uerba legis, quia amplius nõ
dicitur habere, sed habuisse. l. si stipulatus fue
rim. §. cùm stipulamur. ff. de uerb. obli. Et pa
ria sunt, nõ fuisse natũ, uel esse mortuũ. §. du
bitatum. in auth. de incestis nupt. ergo filio
mortuo lex amplius non loquitur, & conse-
quẽter nec dispositio. l. si alij. ff. de usufr. leg.
Nec obstat ratio Ias. in d. l. sciendum. §. fin.
dum dicit, quòd quamuis filius sit mortuus,
tamen remanent alij fratres: & cõsequenter
succedit regula, quòd quamuis cesset causa
finalis priuilegij, tamen si manent aliquæ re
liquiæ, non ideo cessat priuilegiũ. l. fin. ff. de
decur. l. iiij. ff. rerum amot. & quod not. Bal.
in l. ij. C. si aduers. delictũ. Sed ista ratio, quæ
fuit etiam Ang. in l. munerib. C. de his quib.
ut indig. & Ioannis de Ana. in d. cõsil. ult. est
satis à remotis: quia iura prælleg. loquuntur
in materia diuersa, ex qua nihil inferĩ ad ca-
sum nostrũ. l. Papin. exuli. ff. de minor. & ibi
non cessabat in totum ratio finalis, prout fa-
cit in casu nostro, quia lex requirit præcise
certum numerũ, non pauciorem. Et decisio
Baldi in d. l. ij. est satis dubia, & contrariũ te-
nuerũt alij relati per Cor. in d. l. minoribus.
& etiam satis colligitur ex respõsione Alex.
in d. §. si maritus. Et ultra eum potes dicere,
quòd ibi mulier excusabatur quo ad petitio-
nem illius tutelæ tantũ, nõ quo ad similes ca-
sus qui superuenissent de nouo, sicut etiã in
l. ij. §. non solum. ff. de excus. tut.

PRAESVMPTIO XXXVII.

1 Patriã suam ex qua est oriundus, quilibet præsumitur diligere.
2 Rustico erranti in iure quasi naturali, licet non succurratur, erranti tamen in iure patriæ suæ succurritur.
3 Originarij præferuntur incolis in electione decurionum.
4 Originarius præfertur extraneis in his quæ respiciunt curam ciuitatis: in alijs uerò quæ respiciunt iurisdictionem, ut plurimum statuta præferunt extraneos originarijs.
5 Domicilium si quis in pluribus locis habeat, attenditur domicilium propriæ patriæ, utpote principalius.
6 Nascitur quilibet patriæ suæ in specie, sed prouinciæ in genere: hodie autem inter Christianos, quilibet Christianus nascitur Christianitati uniuersæ.

TRigesimoseptimo. † Quilibet præsumi- 1
tur diligere patriam suam ex qua est o-
riundus. l. ueluti. ubi not. ff. de iustit. & iure.
Imò quis naturaliter ad hoc tenetur, sicut e-
tiam tenetur parêre eius rectoribus. Unde di
cit Bar. in l. Iulianus uerum debit. in viij. col.
ff. de cond. indeb. quòd licet ex sententia nõ
oriatur obligatio naturalis proueniens ex cõ
sensu, oritur tamen naturalis proueniens ex
æquitate. d. l. ueluti. quia tenetur quis parêre
patriæ, & eius magistratib. Est uerum, † quòd 2
licet regulariter rustico erranti in quasi iure
naturali nõ succurratur, l. ij. C. de in ius uoc.
tamen succurritur erranti in isto iure. l. i. §. si.
ff. de eden. l. ij. ff. si quis in ius uoc. nõ ierit. &
fa. quod not. Alex. in l. si quis id quod. ff. de
iurisd. om. iud. Ex supradicta præsumptio-
ne infertur, † quòd in electione decurionum 3
semper debent præferri originarij cæteris in
colis, ut dicit Luc. de Pen. in l. quisquis. de o-
mni agro deser. lib. xi. C. ubi ampliat, etiã si
incola seu ciuis nouus esset magis idoneus
originario. allegat not. in c. licet. viij. q. pen.
Et ista est ratio statutorũ disponentiũ, quòd
nemo nisi originarius admittatur ad tale offi
cium. † Et istud optimè procedit in his quæ 4
spectant ad curã ciuitatis, quam præsumun-
tur originarij ualde procurare: aliàs essent
impij. l. i. C. si curial. relict. ciuit. lib. x. facit l.
qui habebat. de leg. iij. In alijs uerò quæ respi
ciunt iurisdictionẽ, ut plurimũ statuta requi-
runt extraneos, propter suspicionẽ ne quid
gratiose agant. Et quia nemo acceptus in pa-
tria, ut est gl. in l. hi qui in prouincia. ff. ex qui
bus caus. & quod not. in l. in eadem. ff. de of-
fic. assess. per Alber. de Ros. in l. iij. per illum
text. C. de offic. præt. Et ex hac præsumptio-
ne † uidi in practica inferri, in habente domi- 5
cilium in uarijs locis, quòd debeat attendi fo
rum patriæ, in qua habebat domicilium tan-
quam principalius: quod not. in l. exigere.
ff. de iudi. & quod not. And. Sicul. in consil.
ult. in iiij. uol. consiliorum Alexandri, in iij.
col. Et ad supradicta adde Bal. in auth. sed o-
mnino. in pen. col. C. ne uxor pro marito. u-
bi dicit, † quòd quilibet nascitur patriæ suæ in 6
specie, sed prouinciæ nascitur in genere: un-
de dummodo non uadat habitatũ extra pro-
uinciam, dicitur retinere domicilium patriæ,
quod potest esse uerum de iure Romanorũ:
sed de iure Christi, quilibet Christianus na-
scitur uniuersæ Christianitati, ut habetur in
Actibus apostolorũ, quia omnes in Christo
sunt fratres, xi. q. iij. c. ad mensam.

PRAE-

PRAESVMPTIO XXXVIII.

1 *Senſus & ratio naturalis præſumitur in quolibet homine.*
2 *Furioſum quem eſſe qualiter probetur.*
3 *Furioſus an dicatur qui non uult obtemperare medico.*

1 TRigeſimooctauo.†Senſus & ratio natu
ralis pręſumuntur in quolibet homine,
niſi probetur contrarium. l. non codicillum.
2 C. de teſta. l. ij. C. qui teſta. fa. poſſ.†Probatur
autem quis furioſus per ſigna extrinſeca, pu
ta quia loquitur uerba more furioſorum. Et
fatuus dicitur, qui fatua dicit. xcv. diſtin. C. le
gimus. & eſt tex. not. in l. quidam. ff. de cond.
a inſtit.[a] Et plura ſigna refert Iaſon in l. furio-
ſum. C. qui teſta. fa. poſſ. & gl. in C. i. lxxxiij.
3 diſtin. in uerb. inſeras. quæ dicit,†quòd præ-
ſumitur furioſus, qui non uult obtemperare
medico. Quod dictum ſi eſſet ita ſimpliciter
uerum, deſtruerentur multa teſtamenta; un-
de ego crederem non eſſe ſatis ſi iſtud proba
retur, niſi teſtes ſubderent, quòd iſtud facie-
bat propter furorem, uel more furioſorũ, ut
probatur ex not. per Alex. in l. ſi cùm dotẽ. §.
ſi maritus. in penult. col. ff. ſol. matr. de quo
etiam per moder. in d. l. furioſum.

PRAESVMPTIO XXXIX.

1 *Religioſus uerſus Deum quilibet præſumitur.*
2 *Teſtes in crimine hæreſis admittuntur qui etiam aliàs non admitterentur: & quare.*
3 *Delictum quod clàm ſolet fieri licet admittat probationes leuiores, ſi tamen ſumus in caſu in quo lex requirit teſtes omni exceptione maiores, tunc teſtes inhabiles producere non ſat erit. Et de ueritate uide num. 5.*
4 *Stuprum non probatur per domeſticos.*

1 TRigeſimonono.†Præſumitur quilibet
uerſus Deum eſſe religioſus. l. fin. C. ad
leg. Iul. repet. Ang. in l. ſciendum. in antepe-
nul. col. ff. de uerb. obli. Licet ſit iſta præſum
2 ptio, in†crimine tamen hæreſis admittunť te
ſtes qui etiã aliàs non admitterentur. c. in fi-
dei. ʃ. de hæret. in vi. Quod uidetur eſſe cõtra
gl. in d. l. fi. ff. quod met. cauſ. quæ uult, quòd
ubi aliquis habet præſumptionẽ contra ſe, re
quirantur potiores probationes. Potes dice-
re, quòd iſtud ſit ſpeciale in fauorẽ fidei. pro-
pter atrocitatem criminis: & quia talia crimi
na ſolent fieri clàm, nec diuulgari, unde meri
tò admittuntur etiam cõplices & excõmuni-
3 cati. Et ex hoc infertur ad practicam,†quòd
licet in his quæ ſolent clàm fieri, ſufficiunt le
uiores probationes, ut per Bart. in l. de pupil
lo. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de noui ope. nunc.
& probatur in l. nõ omne. §. à barbaris. ff. de
re milit. & in c. ueniens. ij. c. licet ex quadam.
b c. præterea. ẽ. de teſtib.[b] ſi tamen ſumus in
caſu in quo lex requirat teſtes maiores om-
ni exceptione, tunc nõ erit ſatis ſi producan-
tur teſtes inhabiles, eo prætextu quòd deli-
ctum ſit clàm factum: nam in cauſa crimina-
li lex requirit teſtes omni exceptione maio-
res. l. fin. C. de probat. Vnde in cauſa hæreſis
etiam clandeſtinæ, non admitterentur inha-
biles. puta participes uel excõmunicati: niſi
eſſet fauor fidei, ut ibi dicitur. Et ſic ille text.
probat per locum à ſpeciali. Comprobatur
iſta opinio per text. in c. in literis. ẽ. de teſtib.
†ubi licet ſtuprũ ſoleat fieri clàm, & ideo diffi 4
culter probetur, c. literis. ʃ. eod. & l. capite
quinto. ff. ad leg. Iul. de adult. non tamen ad-
mittuntur ibi domeſtici. In contrarium fa-
cit quod conſuluit Alex. in conſil. clvi. in v.
& Decius conſil. clxiij. in vi. col.†quòd licet 5
in matrimonio requirantur teſtes omni ex-
ceptione maiores. c. i. ʃ. de conſang. & affin.
tamen non procedit in matrimonio clande-
ſtino. Pro qua opinione facit text. in c. fin. ẽ.
de teſtib. cogend. ubi in cauſa conſpirationis
admittuntur ad probationem etiam inhabi-
les, quia aliter probari nõ poteſt. Sed ego pu
to priorem opinionem eſſe ueram. Nec ob-
ſtant contraria, quia poſſent procedere quo
ad faciendum iudicium, nõ quo ad probatio
nem, prout eſt gl. cõmuniter approbata in l.
fin. C. de accuſ. Abb. Imol. & Doct. in c. i. de
confeſſis, Corn. conſil. lviij. in ult. col. in pri-
mo. Cogita tamen, quia frequenter contin-
git in practica dubitari.

PRAESVMPTIO XL.

1 *Vidua ultra undecim menſes, præſumitur ex alio quàm ex marito peperiſſe.*
2 *Doctorum plures opiniones ſi teneant contra teſtamentum, uel alium caſum fauorabilem, & opinio unius Doctoris tantùm ſit pro teſtamento, uel alio caſu fauorabili, quæ opinio præualeat.*

QVadrageſimo.†Præſumiť uidua ultra 1
undecim menſes ex alio quàm ex ma-
rito peperiſſe. §. mulier. in authen. de reſtit. &
ea quæ par. Aduertendum tamen eſt, quia
Adrianus Imp. conſtituit, quòd imò fœmi-
na poſsit etiam per undecim menſes gerere
uterum, ut dicit Aul. Gell. lib. III. cap. XVI.
Noct. atticarum. Et eandem opin. etiam ſe-
quutus fuit Ariſtot. prout eum refert Cenſo
rinus in lib. de die Natali: de quo etiam per
Plutarch. lib. v. de placitis philoſoph. Et tamẽ
Iuſtinianus ſequutus cõmunem opin. in ca-
ſu de facto pronunciauit contrariũ, ut habeť
in d. §. mulier. Et ex hoc confunditur una de
ciſio And. Sicul. in conſil. vi. incip. ſcriptum
eſt. in primo uol. ubi dicit,†quòd ſi ſunt plu- 2
res opiniones Doctorũ qui teneant cõtra te-
ſtamentũ, & niſi una alicuius Doctoris pro
teſtamento teneat, illa debet attendi in iudi-
cando, fauore teſtamentorũ. l. ſi pars. ff. de in
offic. teſta. Et idem in alijs caſibus fauorabili
bus, puta matrimonio, libertate, dote, prout
habetur in c. fin. ʃ. de re iud. Nam in caſu ſu-
praſcripto militat fauor legitimationis & bo
næ famæ, & aderat autoritas ſupremi philoſo
phi, & etiam Adriani, & tamen Iuſtinianus
ſecutus eſt etiam cõmunem opin. medicorũ,
& pronunciauit contrarium. Illam deciſionẽ
etiam reprobat alijs medijs Decius in c. ca-
nonum ſtatuta. ẽ. de conſtit.

PRAESVMPTIO XLI.

1 *Habilis ad generandum quilibet præſumitur, niſi probetur inhabilis.*
2 *Vxorem cognouiſſe præſumitur, qui diu cum ea cohabitauit.*

a ¶ *Adde bonum tex. in l. ijs qui. §. ʃ & ibi not. Bart. cũ concor. & remiſ. in addit. Alex. & And. de Poma. ff. de tutor. & curat. dat. ab alijs.*

b ¶ *Cum uarijs cõcord. traditis per Alex. conſ. 115. uiſo themate. col. iij. lib. 4. & conſ. 64. uiſo. lib. 1. ubi traditur regula, quòd in actibus clandeſtinis, qui communiter clàm fieri ſolent, & ob id ſunt difficilis probationis, ſufficit probatio per cõiecturas. Idem tradit conſil. 24. animaduerſo. col. ij. ubi etiã uaria loca & Doctorum autoritates citat, lib. 2. Et latius conſil. 69. uiſa facti. eod. lib. & conſil. 212. uiſis & diſcuſsis. in fin. eod. uol. & conſ. 146. uiſo. lib. 6. & conſil. 189. in cauſa. eod. uol. Cor. conſil. 113. circa primũ. col. ij. uerſ. ſic etiã patet. lib. 1. & not. Ioan. de Imol. conſ. 147. in cauſa. col. iij. & iiij. et Deci. conſ. 577. uiſo copioſo. col. ij. ubi allegat cõcor. Hippol. in l. fi. C. de ſicarijs. cum infinitis concord. traditis per Hippol. in rub. de probat. num. 125. & 310. uerſic. rurſus dico quòd prædictæ gl. &c. ad quem ſufficiat remiſsio, ne chartas tantis allegationibus per ipſum relatis occupem.*

1 QVadragesimoprimo.† Præsumitur quilibet habilis ad generandum, nisi probetur inhabilis, C. quia. 50. distin. Innoc. & alij in c. i. J. de frigi. & malef. & quod not. Bar. in l. filiũ. ff. de his qui sunt sui &c. Ex quo in-
2 fertur alia præsumptio,† quòd præsumitur quis cognouisse uxorem suam cum qua diu cohabitauit, in d. c. i. & xxvi. quæst. i. C. nec aliqua. & facit quod not. Bald. in c. at si clerici. §. i. de iudi.

a ¶ Adde quòd minor & mulier præsumuntur ignorare ius suũ, seu iura eis competentia. l. ij. in fin. ff. de iure fisc. l. j. ad fin. ff. de eden. l. cũ de indebito. §. sin autẽ in. ff. de probat. gl. in §. notandũ. 1. q. 4. fi. not. gl. in §. j. in uerb. sciens. in auth. de incestis nupt. ubi etiam not. Ang. & Alex. cons. 126. uiso processu. col. ult. in 7. uol. Ideo minor ac mulier contrahentes & renunciantes omnibus beneficijs eis cõpetentibus, debẽt expresse certiorari quæ sint illa beneficia, puta quid Velleianum, quid beneficiũ restitutionis in integrum, condictionis indebiti, uel sine causa, & similium: alioqui cùm ipsi præsumantur ignorare, ut dixi, quæ sint illa iura, non ualet renunciatio, nisi certiorentur, secundũ cõmuniter Doct. in l. sciendũ. maximè Rom. Alex. & Ias. ff. de uerb. oblig. gl. in l. fin. §. fi. ff. ad Velleia. & in l. fin. C. illo tit. Dyn. Bar. Rom. Alex. & Ias. in l. in repudianda. per illum tex. ff. de acq. hered. Cyn. Bal. & Salic. in l. ij. C. de rescind. uend. Socin. post Bald. in l. j. in fin. ff. si quis in ius uoc. non ierit. Bald. in c. cùm in iure. col. ult. de offic. deleg. dicens quòd minores & mulieres debent de eorũ iuribus certificari, alioqui præsumuntur specialia iura ignorare: & pro hoc dicit solennẽ gl. in d. l. sciendum. Adde Panor. in c. si diligenti. col. iiij. de foro compet. ubi etiam Feli. abundè col. iiij. num. 14. uers. nunquam tamen. & Paul. de Cast. notabiliter consil. 412. uiso facto & dubijs mihi trad. &c. in 1. uol. nouissimorũ. Deci. post Bald. in l. penul. col. 6. uers postremo nota. C. de pactis. & Signorol. de Homod. consil. 250. super dubijs. col. 6. præterea cùm tractatur. ubi fortiter dicit non ualere renunciationem seu contractum, nisi de eorum beneficio certificati sint, etiam si iuramentum in contractu interuenerit. Et idem etiam consuluit Raph. Fulg. cons. 237. filius Guidonis. & Alex. consil 88. uiso puncto. col. iiij. uers. nec huic responsioni obstat iuramentum. lib. 2. & consil. 27. uiso libello. lib. 1. ubi dicit minorem & mulierem certiorari debere de eorum beneficijs, quia ignorare ea præsumuntur. Dicit tamen, quòd si interuenisset in renunciatione iuramentum, tunc non requireretur certioratio (de cuius dicti ueritate Doct. amplè in d. l. sciendum.) Et idem Alex. in consil. 42. super præmisso. col. j. & ij. in primo uol. ubi etiam dicit requiri certiorationem, nisi iuramentum interuenisset. Bolog. tamen consil. 45. col. ij. notabiliter uolut, etiam si iuramentum interuenerit, requiri certiorationem beneficiorum & iurium competentium, alioqui renunciantibus non oberit renunciatio: & sic amplectitur sententiam Signoroli & sequacium. Et sequitur etiam Hippol. de Marsil. in repet. rub. de fideiuss. num. 37. 38. latissimè. Aduerte tamen, nam licet in ignorantiæ præsumptione minorem & mulierem æquauerimus, tolerabilior tamen & uerisimilior est ignorantia in minore quàm in muliere. l. regula. post prin. ff. de iur. & facti ign. quam ad hoc notat Ias. in l. sciendum. col. xj. uers. 2. pro ista parte &c. Sed da meliorem in l. quamuis in lucro. C. de iur. & facti ignor. ubi inquit Imperator, quamuis in lucro nec fœminis ius ignorantibus subueniri soleat, attamen contra ætatem adhuc imperfectam, locũ hoc non habere, retrò principum statuta declarant. Et ideo plus fauoris habet minor in restitutione in integrũ ob ætatẽ, quàm mulier ob sexum in beneficio Velleiani. l. ult. ubi expresse Salic. ff. ad Velleia. dum dicit tex. nec enim loco minoris xxv. annis circumscriptis, per omnia habenda est mulier. & tex. in l. si apud minorẽ. ff. de minorib. Facit quod not. Bal. in c. cùm contingat. uers. quæro quando mulier. de iureiur. cum simil.

b ¶ Adde quòd minor censetur ac præsumitur læsus ex eo quòd cõpromisit in arbitrũ, etiam aliter non constito de læsione. l. si minor xxv. annis filiofam. §. minores. ff. de minor. Ratio ibi assignatur per gl. & Doct. quia per tale compromissum tollitur minori beneficiũ appellandi. l. j. de arbit. C. & uide Corn. Perus. consil. 178. uisa copia. col. ij. in 3.

c ¶ Vt notabiliter per Corn. consil. 181. uisis nonnullis. col. xxv. uers. non enim eo ipso quòd est minor &c. & consil. 57. in causa. col. iij. lib. 3.

d ¶ Et uide Socin. cons. 57. in causa restitutionis. lib. 4. & Corneum consil. 135. de pluribus. col. ij. lib. 2. ubi notabiliter tradit minorẽ non restituendum, nisi aut sua facilitate, aut dolo aduersarij se læsum ostendat: alioqui si iure cõmuni usus, & nõ dolo aduersarij se deceptũ reperiat, nõ restituetur, ut latissimè per eum. Habes ergo tria requisita ad hoc ut minor restituatur. Quartũ addebat Ant. de But. in c. constitutus. de in integ. restit. uidelicet: quòd minor probet se esse intra tempora in integrum restitutionis petendæ, scilicet intra quadriennũ, de quo in l. fi. C. de temporib. in integ. restit. peten. Sed istud reprobatur cõmuniter à Doct. in d. l. nam & postea. §. si minor. ut ibi per Ias. nemo enim tenetur allegare illud quod timet ab aduersario opponi, secundũ eos. Adde ultra eos Corn. in d. cons. 135. qui dicit, quod onus probandi quòd petens restitutionẽ in integrũ sit intra tempora petẽdi, incumbit reo, cõtra quẽ petitur restitutio, neganti petentẽ esse intra tẽpora petendi, ita quòd sit sibi præclusa uia ad petendũ: quia petens restitutionẽ, habet intentionẽ suam fundatã, ex quo probauit læsionẽ, & minorẽ ætatem tempore læsionis: unde aduersarius qui excipit de lapsu temporis, debet illud probare. l. in exceptionibus. ff. de excep.

PRAESVMPTIO XLII.

1 *Ignorantia præsumitur in minore, ideo præsumitur de facili decipi.*
2 *Mulier præsumitur de facili decipi, maximè propter uiri seductiones.*
3 *Minor contrahens mutuum cum fœneratore, præsumitur læsus, nisi probetur locupletior.*
4 *Minor qui non appellauit à sententia, eo ipso præsumitur læsus, & potest restitui.*
5 *Minores præsumuntur de facili dicere mendacia.*
6 *Minori ut cõpetat restitutio in integrum, tria requirũtur.*
7 *Minori cum quo nihil est gestum, & tamen est læsus, licet non competat restitutio ex titulo de minoribus, competit tamen ex clausula generali, Si qua mihi causa iusta.*
8 *Minor an ex sola confeßione præsumatur læsus. & quid in criminalibus.*

QVadragesimosecundo.† In minore præ 1
sumitur ignorãtia. l. si quis patrẽ, uers.
proinde. ff. ad Maced. Et propterea talis præ
sumitur de facili circunscribi. l. i. ff. de mino-
ribus. Et idem etiam in† muliere, quæ de faci 2
li præsumitur decipi. §. his consequens. in au
then. de æqual. dot. & præsertim propter uiri
seductiones. §. i. in auth. ut immob. antenu-
ptialis donat. Et facit quod not. in c. i. & ij. J.
de adul.[a] Et inde infertur,† quòd minor cõ- a
trahens mutuum cum fœneratore, præsumi 3
tur læsus, nisi probetur factus locupletior. l.
i. C. si aduersus credit. Et propterea etiam
uenditio quæ pupillum lædit, præsumitur
commento mendacio facta. C. si aduersus
uendit. l. fin. Et ideo† minor qui non appel- 4
lauit à sententia contra se lata, eo ipso præsu-
mitur læsus, & competit sibi restitutio in in-
tegrum, secundum Bartolum in l. fin. C. de
in integ. restit. minor. Quod puto uerum, si
ea quæ pro causa sunt, non dicta alleget, iu-
xta tex. in l. minor autem magistratus. §. si au
tem. ff. de minoribus. aliàs esset secus, ut per
Bartolum & Alexandrum in l. nam & po-
stea. §. si minor. ff. de iureiuran. Et ita possunt
concordari opiniones, de quo tamen latè ibi
per Alexandrum[b]. Et† minores etiam præ- b
sumuntur de facili dicere mendacia. l. ex libe 5
ro. §. i. ff. de quæstionib. Supradicta tamen sa
nè debent intelligi, quia procedunt ex ratio-
nibus particularibus. Nam regulariter, ex
simplici contractu, minor non præsumitur
læsus, nisi probetur[c]. Et propterea,† ad hoc c
ut sibi competat restitutio in integrũ, requi- 6
runtur tria. Primo, quòd probet se minorẽ.
Secundo, quòd probet læsionem. Tertio,
quòd probet se dolo aduersarij, uel nimia sui
facilitate læsum. l. uerũ. §. sciendum. ff. de mi-
nor. & d. l. fin. C. de in integ. restit. minor. &
ita not. Iason post alios in d. §. si minor.[d] Cir- d
ca tamen istud tertium requisitum aduerte:
quia si esset læsus ex uerisimili ignorantia, li-
cet non dolo aduersarij, uel sui facilitate, cõ-
peteret adhuc restitutio in integrum, saltem
ex clausula generali, Si qua mihi iusta causa
uidebitur, ut cõsuluit Corn. consil. clxxxiiij.
super hac noua. in tertio. ubi allegat multas
cõcordantes. Pro quo facit quod not. Bar. in
l. Aemilius. ff. de minor, ubi† minori cũ quo 7
nihil

nihil est gestum, & tamen est læsus: licet non competat restitutio ex edicto de minoribus, tamen succurrit ex clausula generali, de quo per Alex. consil. clxiij. in prima col. in secundo, Aret. consil. clx. ubi latè. Et ad supradicta facit quod notant Innoc. & Doct. in c. ad nostram. j. de regul. ubi proximus pubertati nõ præsumitur illectus ad intrandum religionẽ,
8 sed potius spontè uenisse. Et † an ex sola confessione præsumatur minor læsus, dic ut per Alex. in d. §. si minor, ubi ponit etiã alias quę
a stiones [a].

PRAESVMPTIO XLIII.

1 *Senex citius præsumitur mori quàm iuuenis, alioqui turbatur ordo naturæ.*
2 *Vsufructu legato iuueni & seni, debet fieri computatio de toto, secundum ætatem illius iuuenis.*

1 QVadragesimotertio. † Præsumitũ citius mori senex quàm iuuenis; unde aliter dicitur turbari ordo naturę. l. nam & si parentibus. ff. de inoffic. testa. & l. is qui ex causa. in fin. ff. de fideicõmiss. libert. & est tex. in l. hæreditatũ. ff. ad leg. falcid. Et per d. l. uidi dubi-
2 tari: † legatus erat usus fructus duobus, quorum alter erat senex, alter uerò erat iuuenis: fuit dictum, quòd deberet fieri cõputatio de toto, secũdum ætatem illius iuuenis, ex quo pręsumebatur quòd senex citius moreretur, quo casu usus fructus iure accrescendi pertinebat ad illum minorẽ. l. i. §. interdum. ff. de usufruct. accres. quod nota. Et ad supradicta facit l. ij. ff. de term. mot. ubi in breuius tempus debet relegari senior delinquens, quàm iuuenis. Et facit etiam gl. ubi Anchar. & alij in c. i. j. de paroch.

PRAESVMPTIO XLIIII.

1 *Viuere centum annis an præsumatur quilibet.*
2 *Argumentum à cõmuniter accidentibus est ualidum, & transfert onus probandi in aduersarium.*
3 *Acta principaliter deducta in aliquo casu, efficacius probant quàm ea quæ incidenter.*

1 QVadragesimoquarto. † Pręsumitur quilibet uiuere centum annos. l. fin. C. de sacrosan. eccles. l. an usus fructus. ff. de usufr. gl. Bart. & Doct. in l. ij. §. si dubitet. ff. quemad. testa. aper. In contrariũ est tex. in l. spadonem. §. qui absolutus. ff. de excus. tut. per quẽ tex. dicit Bart. in l. ij. in ult. col. ff. iudic. solui. quòd si quis olim probauit se habere filios, non præsumitur post aliquod tempus eos uiuere, nisi probetur. & idem etiam tenuit in l. qui duos. §. cùm in bello. ff. de rebus dubijs. Item in contrarium facit, quia arguendo à cõmuniter accidentibus, uidemus totum con-
2 trarium, & rarissimè illud contingere: † quod argumentum tenet. l. neq; natales, ubi proba
b tur. C. de proba. [b] Et ideo Decius in l. si emancipati. C. de collat. dicit, quòd licet secũdum naturam possibile sit aliquem uiuere centũ annos, non est tamen uerisimile, prout in simili dicit Bald. in l. scripturæ. C. de fide instr. quia non omnia possibilia sunt uerisimilia.

Item in contrarium urget text. in d. l. hæreditatum. ff. ad leg. falcid. quem allegat ad hoc etiam Ias. in d. l. fin. Raph. Com. Rom. & Aret. in l. sed & si de sua. ff. de acquir. hæred. limitant prædictam regulam non procedere, quãdo mors uel uita alicuius deducerentur incidenter; quia tunc non habet locum dicta præsumptio, per supradicta iura. Sed istud mihi non placet: quia si ista præsumptio habet locum ubi principaliter dubitatur, multò fortius ubi incidenter: quia efficacius probant acta deducta in aliquo casu principaliter, quàm ea quæ deducuntur incidenter. l. à diuo Pio. §. si super. ff. de re iud. per Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in viij. oppos. ff. de uerb. oblig. Alex. in d. l. sed & si de sua. aliter intelligit, uidelicet quòd illa gl. in d. l. fin. procedat solùm quãdo quis fundatur super morte: quia lapsis centum annis præsumitur aliquis amplius non uiuere. quod dictum in se est uerum, sed generaliter non tollit difficultatem. Tu potes dicere, quòd aut uita est fundamentũ intentionis agentis, & illi incumbit onus probandi. in d. §. qui absolutus. Aut nõ est fundamentũ intentionis, & procedit gl. in d. l. fi. quæ tamen nõ inducit præsumptionem ueram iuris, sed potius quandam suspicionem, unde tollitur per contrariã suspicionem, puta orientem ex dicto unius testis, uel ex fama publica, iuxta not. per Bart. in d. §. si dubitetur. & per Bal. in c. i. §. fin. qui feud. dare poss. in usib. feud. Et puto quòd ista fuerit mens Raph. & moder. in d. l. sed si in sua. nec tex. in d. l. hæreditatum. inducit præsumptionem generalem secundum computationem ibi positam, sed habet locum solummodo in casu suo, ut dicit ibi Alex. post alios.

PRAESVMPTIO XLV.

1 *Antiquior præsumitur melius scire ueritatem: unde senioribus deferendum est.*
2 *Prædicatores debent præcedere fratres minores.*
3 *Doctorum antiquorum iudicio potius standum est quàm iuniorum seu modernorum. Limita ut num. 5.*
4 *Inuentis facilè est addere.*
6 *Argumentum ab ordine literæ est ualidum in honoribus & dignitatibus.*
7 *Licentiatus, postea effectus doctor, an præferatur illi qui medio tempore est effectus doctor.*
8 *Licẽtiatus nullam habet dignitatẽ, sed habetur pro scholari.*
9 *Doctor petens se admitti in collegium, si aliorum inuidia fuerit retardatus, an debeat præferri ijs, qui interim dum ipse pulsat ad ostium, fuerunt admissi.*
10 *Aedificia antiqua præsumuntur facilius corruere.*

QVadragesimoquinto. † Antiquior præsumitur melius scire ueritatem. xx. distin. 1

a ¶ Vide etiã latissimè Alex. in l. certum. §. in pupillo. in addit. ad Bar. ff. de confessis. & abundè per Hippolytũ de Marsil. in l. j. in prin. num. 11. & §. fin. in fi. ff. de quæst. & in l. de minore. num. 33. uers. quæro ulterius, minor XXV annis &c. eod. tit. qui infinitas remissiones tradit. Ex quibus locis colligere poteris, an et quando minor, utpote læsus ex confessione, ueniat restituendus uel nõ, maximè in criminalibus. Vnum tamen nolo omittere, quod perpetua mente tenendum est, qđ minor quãdoq; aduersus confessionem restituitur, etiã aliter non probata læsione, quasi ex sola confessione satis probata sit læsio: uide licet, si minor cõfiteatur se fecisse delictum, de quo aliter non constabat nisi per confessionem suam, tũc tanquam læsus restituetur in integrũ, etiam non probata læsione, quia satis læsus præsumitur ex ipsa confessione. Istud est dictum Ang. in d. l. certũ. §. in pupillo. ff. de confess. refert et pro singulari reputat et sequitur Hippolytus de Marsil. notab. 445 minor. & illud dictum Ang. referũt & sequuntur Alex. & Iason in d. §. si minor. licet de eis non faciat mentionem Hippol. in d. sing. 445.

b ¶ Probabile enim est tale argumentum à communiter accidentibus. c. 1. ubi Ioan. de Imol. Panor. & alij notant, extrà de cler. non resid. text. & ibi notat gl. in l. ideo. ff. de legibus. text. in l. quidam. §. nummularios. ff. de eden. gl. in l. cùm dotem. C. de iure dot. & in l. j. C. de arbit. in gl. mag. circa mediũ. Bal. in l. conuenticulam. C. de epis. & cler. & in c. fin. de causa possess. & propriet. Alex. & Ias. in l. non hoc. C. unde cognati. ubi latissimè de hoc argumento, & plures limitationes tradunt in quibus non procedit tale argumentum. & latissimè per Hippol. Marsil. in sing. primo, incip. argumentum. Vnum nolo menti teneas, quòd tale argumentum à communiter accidentibus in hoc est utile, quia transfert onus probandi in aduersarium, secundum gl. in d. l. neq; natales. quam ad hoc ponderat Lud. Rom. sing. 397. incip. quis debet probare hanc &c.

stin. C.de quibus. Vnde his qui sunt canitie
graues, est deferendū. §. si uerò aliqui, in au-
then. de quæstor. & l. semper. ff. de iure im-
a mun.[a] Et idem est respectu nedum hominū,
sed etiā respectu possessiōis. Vnde dicit Gui
2 do Pap. q. lij. †quòd Prædicatores debēt præ-
cedere fratres minores, quia antiquior est eo
rum institutio, ut not. in c. quorundam, de e-
lect. in sexto, de quo dic ut per Feli. in rub. de
3 maior. & obed. Et hoc facit †pro Doctoribus
antiquis, quorum iudicio uideretur potius
standum. xvi. quæst. i. C. sic uiue. & ibi nota.
& in C. ieiuniū. lxvi. distin. Et facit quod no-
tat Bald. in l. fin. in penul. col. C. de edict. di-
ui Adria. toll. ubi dicit, quòd Doctores anti-
qui magna ueneratione fuerunt præstantio
res modernis, pondere, numero, uel mensu-
ra. In cōtrarium tamen adducitur gl. in l. Gal
lus. in prin. ff. de lib. & posthu. quòd quantò
iuniores, tantò perspicaciores. Et licet Alex.
& Imola istud ibi dicant procedere, quia ui-
dent antiquorum scripta, tamen hoc nō pla-
4 cet, †quia in eo non consistit magna perspica
cia, quia facilè est inuentis addere: de quo no
tatur in l. i. C. de uet. iure enuc. & Atistoteles
in Problem. expresse dicit, iuuenem esse per
spicacioris ingenij senibus: & ibi assignat ra
b tionem[b]. Et istud præsertim apparuit in Pa-
piniano, qui decessit agens annū XXXVII.
& per Socinum in l. cùm auus, in prin. ff. de
cond. & demon. Vnde tu dicas præsumi pro
senioribus: quia uerisimile est, quòd perspi-
caciter à se in iuuentute inuenta, melius con
c coxerint[c]. Et ex supradictis infert, †quòd
5 antiquior Doctor debet præferri iuniori,
prout firmant omnes in c. clerici. ē. de iudi. et
in l. cùm quid. ff. si cert. peta. Quod limita
primo, nisi iunior haberet meliora stipendia,
l. ij. C. de offic. magistri officiorū, ibi, quem
meliora stipendia, uel labor prolixior fecerit
anteire, †arguendo ab ordine literæ: quod ar 6
gumentum in hac materia tenet. l. fin. ff. de al
bo scriben. notatur in l. ij. §. prius. ff. de uulg.
& pupill.[d] Secundo limita, †quādo iunior d
prius fuisset Licentiatus. arg. l. i. C. de cōsul. 7
lib. xij. per quem tex. ita tenet Ang. in §. quæ
dam. Instit. de actio. col. ix. Et idem tenēt So-
cin. & Decius in l. cùm quid. si cert. pet. & la-
tè consuluit Soci. in consil. lxx. in iiij. uol. u-
bi allegat alias rationes, sed non multū strin-
gentes, & dicit ita etiam tenuisse Dn. Maria.
patrem suum. Idem etiam tenent Decius &
Felin. in d. c. clerici. & Felin. in rub. ē. de ma-
ior. & obed. in prima col. Et uidetur uoluisse
Alex. in l. i. ff. de obseq. liber. in addit. ad Bar.
licet iudicio meo non firmet. Adde quòd in
contrarium est decisio antiqui Doctoris Si-
monis de Bersano Cardinalis Mediolaneñ.
in procem. Decretalium: quia secundū eum
considerandus est finis perfectionis, nō prin
cipium. arg. l. si quis à multis. ff. de noxal. &
quod notat in l. si pluribus. ff. de lega. ij. Con
trarium etiam in terminis decidit Iacob. Re-
buff. in d. l. i. C. de consul. Mouetur per l. ex
eo. ff. de testa. milit. Et quia debet præferri il-
le, qui primo consequitur id quod est nobi-
lius. arg. l. quoties. C. de rei uend. Et idem te
net Ias. in d. l. cùm quid. & uidetur etiam tene
re Feli. ē. in procem. Greg. in v. col. ubi etiam
allegat Rom. idem tenentem in consil. ccc-
xxxiij. quo ad primum, & Pet. de Anchar. in
c. i. de paroch. qui tamen iudicio meo hoc nō
dicit. Mihi placet ista secunda opinio, quia
censeo adhærendū regulæ, nisi exceptio be-
ne probet, iuxta not. in rub. ī. de reg. iu. in vi.
Ista autem fallentia non bene probatur: quia
in d. l. i. ideo prior Consul præfertur posterio
ri Consuli patritio, si ipse deinde patritiatum
consequatur: quia uerum est, quòd primus
consequutus est dignitatē, unde meritò præ
fertur. Sed †Licentiatus nullam habet di- 8
gnitatem, imò habetur pro scholari, ut dicit
Bald. in authen. habita. in viij. col. C. ne filius
pro patre. Anchar. in procem. sexti Decreta-
lium, latè per And. Sicul. in procemio Cle-
ment. in col. xiiij. Felin. in c. eam te. in prima
col. de rescript. Ias. in l. ij. C. de inoffic. testa.
Nec Bald. in l. qui indignus. ff. de senat. fir-
mat contrarium, sed procedit simpliciter ar-
guendo[e]. Nec obstant illa uerba in text. qui e
prior meruit dignitatem: quia, ut ibi expres-
se apparet, loquitur de eo qui prius erat rea-
liter consequutus: tunc enim dicitur meruis-
se. Et ita eòam loquuntur iura allegata per
And. de Barulo ibi, & sic ille text. reflectitur
in contrarium: quia cùm Doctor prius me-
ruerit, & sit consequutus dignitatem, deber
præferri illi qui nōdum est consequutus. Et
ita etiam inducit Rom. in d. consil. cccxxxiij.
Cogita

a ¶ Vnde Leuitici XIX. cap. dicitur: Coram cano capite cōsurge, et honora personā senis. & Apostolus: Seniorē ne increpaueris. 2. q. 7. Paulus dicit. Adde, antiquitati deferendum in multis, uidelicet in instrumentis custodiendis seu deponendis, ut scilicet apud seniorē hæredem reponātur. l. fin. ff. de fide instru. In dubijs determinandis: plus enim eis in hoc statur quàm iunioribus. C. de quibus. 20. dist. ubi gl. C. domino. ad fin. ubi etiam Archid. 50. distin. In dignitatum collatione: eligendi quippe sunt seniores, & ætate graues. C. statuimus. 61. distin. In testimonijs ferendis: est siquidē ueracior eorum sermo. C. notificamus & C. consanguineos. 35. quæst. 6. In eleemosynis largiendis: senioribus enim prius largienda est. C. consideranda. 86. distin. & C. non satis. In suspicionis remotione. C. fraternitatis. 34. distin. In excusationis admißione: est enim circa onera sufficiens excusatio, senectutis grauitas & pondus. C. placuit. 18. distin. & toto tit. qui ætate se excusant. In pœnæ relaxatione: mitius enim senex punitur, quàm iuuenis: quia in longius tempus relegatur iuuenis quàm senex. l. ij de term. mot. & text. in C. tantis. 86. dist. & C. tempora. 26. quæst. 7. quæ iura loquūtur etiam in alijs pœnis. In probitatis præsumptione: præsumitur enim in seniore maior probitas. 59. distin. C. si officia. Item in præsumptione scientiæ, & morum grauitatis. 84. distin. C. porrò. & C. j. 12. quæst. 1. In iustitiæ examinatione & discußione. C. si quid uero. 86. distin. In confeßibus & sedium locatione: collocandi enim sunt seniores in eminentioribus altioribusq; locis. text. cum gl. ubi etiam scriben. in §. aliam. Instit. de bon. posseß. Adde quòd senibus eadem penè reuerentia quæ magistratibus debetur. d. l. semper. Et secundo Maccab. scribitur, ingenuæ nobilitatis caniciem. Et paulò pòst subiungitur: Non enim ætatem nostram dignū est fingere. Possent et alia de laude senectutis hic cōgeri, de quib. aliqua ī subijcıā.

b ¶ Comprobatur etiam autoritate eiusdem Aristot. lib. ij. Polit. inquientis: Vetusta autē plerunq; rudiora sunt nouis. Sed pro senioribus facit quod scribitur Ecclesiast. XXV. cap. Quàm speciosum caniciei iudiciū: quàm speciosa ueteranis sapientia, & intellectus & consilium. Corona senum multa sapientia, & gloria illorū timor Dei. Et illud Ciceronianum lib. de senectute: Non uiribus, inquit, nec uelocitatibus res magnæ geruntur, sed consilio antiquorū & scientia, quibus nō orbari, sed augeri solet senectus. Accedat notabilis text. in c. j. de renunc. ubi inquit text. quòd senescente corpore, spiritus ad altiora conscendit. & quod ibi per illum notat Baldus.

c ¶ Accedat quod scribitur Ecclesiast. VIII. cap. Non te prætereat narratio seniorum, ipsi enim didicerunt à patribus suis. Quoniam ab ipsis disces intellectum, & in tempore necessitatis responsum. Facit & illud: Plus ualet umbra senis, quàm eloquentia iuuenis. quod refert Bal. in d. c. j. de renunc. Facit etiam illa Ciceronis autoritas suprà allegata.

d ¶ Facit bonus tex. ubi Bal. & Paul. expresse notant, in l. nemo clericus. C. de sum. trinit. ubi ex ordine literæ illius tex. arguunt simplicem clericum præferendum militi.

e ¶ Imola tamen in procemio sexti inquit, Licentiaturā esse tertiā speciem mistam Doctoratu & scholaritate: & ideo in fauorabilib. appellatione scholaris uel Doctoris uenit

Cogita tamen si in practica possent concordari opiniones: quia aut interim dum Licentiatus esset in practica consequendi insignia, iste fuit interim Doctoratus, & nõ debet præferri. Aut iste Licentiatus stetit contentus licentia, & omiserat tractatũ seu curam sumendi insignia, & tunc præfertur Doctor medij temporis. Et est ratio: quia isto secundo casu non uidetur iste sumpsisse Licentiã tanquã iter seu principium per quod ascenditur ad Doctoratum, sed tanquam terminum seu finem intentionis suę: unde cessat ratio Doctorum, quòd initiũ debeat attendi, iuxta l. iij. §. scio. ff. de minorib.

9 Et † propterea infertur, q̃ si aliquis Doctor petierit se admitti in collegiũ, & propter inuidiam aliorum fuerit retardatus, quòd nihilominus debeat præferri illis, qui interim dum ipse pulsat ad ostiũ, fuerunt admissi, prout dicit insignis doctor Paul. Picus in d. l. cùm quid. ubi dicit, q̃ Doctoratus in Iure ciuili, & post aliquod tempus in Iure canonico, non debet præferri illi qui medio tempore utrunq; gradũ cõsequutus est. quæ decisio nõ est uera, & contra d. l. i. C. de Consul. & contrarium est de mente Lud. Rom. in d. consil. & Decij in d. l. cùm quid. Nec obstat sua responsio ad d. l. i. dum dicit, quòd Consulatus est medium necessarium ad Patritiatum, sed laurea iuris ciuilis non est medium necessarium ad lauream iuris canonici. Nam nego quòd Consulatus sit mediũ necessarium ad Patritiatũ, quia istud est contra tex. in l. nemini. C. eod. tit. ubi requiritur Patritiatus per alia media. Cætera dicenda sunt ut per moder. in d. l. cùm quid. & in d. c. clerici.

a Et adde regulam, quòd ædificia antiqua præsumunẽ facilius corruere. §. si autẽ nõ sufficiat. in auth. ut nemo fabricet orat. dom.

PRAESVMPTIO XLVI.

QVadragesimosexto. Impubes nõ præsumitur aptus ad aliquas operas, nisi sit histrio, uel nomenclator. l. fin. ff. de liber. caus. l. fin. ff. de oper. ser. Et istud multò fortius in infante dicendũ est. l. arboribus. §. de illo. ff. de usufr. Et dicitur Nomenclator ille, qui suggerit in memoriã domino nomina salutantiũ: à calando, id est, appellando nominatim: licet gl. in d. l. fin. nõ intellexerit: & de hoc etiam est mẽtio in l. ut iurisiurandi. §. dabitur. ff. de oper. libert.

PRAESVMPTIO XLVII.

1 *Vir præsumitur constantior muliere.*
2 *Tortura incipienda à muliere potius quàm à masculo.*
3 *Fœmina cur citius possit testari quàm masculus.*
4 *Mulier cur non admittatur in testimonium in causa criminali de iure canonico. Fallit, quando ueritas aliter haberi non potest.*

1 QVadragesimoseptimo. † Præsumiẽ uir cõstantior muliere. §. mater. ubi gl. not. in auth. de nupt. Et facit quod dicit Gandi. in tract. malef. sub rub. de quæstio. in ij. col. ubi

2 dicit, † quòd data paritate iudiciorũ, incipienda est tortura à fœmina potius quàm à masculo: quia masculus tanquam maioris constantiæ, tardius confitebitur quàm fœmina, quæ habet cor momentaneũ & instabile. alleg. l. filia in orbitate. C. de inoffic. testa. & sequuntur moder. in l. i. in fine prin. per illum tex. ff. de quæstio.[b] Nec obstat quòd maiora b uulnera sustineat fœmina quàm mas, secundum gl. in l. nihil interest. ff. ad l. Iul. de adult. quia propter hoc nõ sequitur quin maiori timore afficiaẽ, & consequenter facilius confiteatur. Præterea illa gl. fortè nõ est uera, & cõtrariũ uidetur probari in l. cum pubere. ff. de reb. dub. de qua per Aret. cõsil. 50. Adde etiã gl. in l. qua ætate. ff. de testa. quæ dicit, † quòd 3 fœmina fit citius sagacior quàm uir, & propterea potest testari in duodecimo anno, & masculus ad decimũquartũ, ut ibi habeẽ. Et ex ista incõstantia muliebri colligitur ratio, † cur in causis criminalibus in foro Canoni- 4 co mulier nõ admittatur ad testimoniũ. c. forus. de uerb. sig. & per Doct. in c. iij. ñ. de testib. Licet istud non seruetur de facto, quando ueritas aliter haberi nõ potest, secundum Ioan. And. in addit. Specul. tit. de teste. §. i. in addit. incip. fertur. Iacob. de Aren. quem refert & sequitur Alex. consil. xxiiij. in iiij. col. in ij. uol.[c]

PRAESVMPTIO XLVIII.

1 *Descendens ex nobili genere, præsumitur quòd sit nobilis & uirtutis amator: sicut è conuerso.*
2 *Iudex qui nobilem uirum in carceribus ciuiliter tractauit, credens eum integræ fidei: si deinde fugiat, non tenetur in syndicatu.*
3 *Cardinali asserenti se habere specialem cõmissionẽ, creditur.*
4 *Nobilitas quando habeatur in consideratione, remissiuè.*
5 *Nobilitatem propria uirtute cõsequutus, nobilior est eo qui de nobili genere descendit.*
6 *Nobiles de iure communi non sunt, sed uiles, omnes tam mercatores*

Licentiatus, in odiosis secus. arg. not. in l. ij. ff. de uerb. oblig. & hãc opin. Imol. sequitur Domin. in d. procem.

a ¶ Vbi Decius melius quàm alius quispiam de mundo ponit regulam, quòd antiquior doctor præfertur iuniori, cum octo nobilib. fallentijs et limitationib. ad regulam. Vide omnino.

b ¶ Vult allegare Hippol. de Mars. ibi. & uide eundẽ Hippol. in sua practica criminali, in §. expedita. nu. 51. uers. quæri etiam potest.

c ¶ Quòd mulier nõ possit in causa criminali esse testis, maximè iure Canonico, etiã cõsuluit Alex. consil. 11. circa primum. col. pen. in fi. lib. 1. Oldra. consil. 145. quæritur si testes. cũ amplissimis cõcord. traditis per Hippol. de Mars. cõsil. 22. gratia. et consil. 18. protector. col. antepen. num. 14. & consil. 59. diuino. col. ult. & consil. 101. illumina. col. j. & consil. 110. conditor. num. 34. Hoc uerum, nisi ueritas haberi aliter non possit: tunc enim in subsidium admittuntur mulieres, ut per Doct. allegatos hic per Dn. Alciatum. Adde ultra eum, Ias. in l. j. col. fin. cum fine penul. C. de summa trinit. & in repet. col. num. 49. col. xj. uers. confirmo, nam in criminalibus &c. & Alex. consil. 64. in prima col. in primo uol. & consil. 102. ante finem. in 7. uol. Decius consil. 163. in causa quæ agitatur. col. ij. ubi allegat concord. & Hippol. Marsil. in consil. 5. & consil. 102. pauci. & consil. 127. spiritus sancti. col. ij. & in pluribus alijs consilijs in locis infrà allegandis. Et generaliter traditur doctrina, quòd quando ueritas aliter haberi non potest, admittuntur testes etiam inhabiles & minus legitimi, ut uoluit Salic. in l. ea quidem. col. xxvij. uers. ad quintam quæstionem. C. de accus. Alex. d. consil. 64. ubi multa dicta accumulat ad comprobationem huius regulæ. & per Hippol. de Marsil. in l. diuus. col. ij. ff. de quæstio. & in l. de minore. col. antepenul. num. 24. eod. tit. & in l. fin. C. ad leg. Cornel. de sica. & ubiq; allegat concord. & plura cumulat & alij in locis suprà deductis. Vnum tamen menti teneas, ne decipiaris, quòd illud quòd diximus mulierẽ & alios testes aliàs inhabiles admitti in subsidium, quando per alios ueritas haberi non potest, procedit & debet intelligi, quando ex natura facti, delicti, seu negocij, uerisimiliter habitu & actu alij interuenire non potuerunt: aliàs secus, quia licet ex accidenti contingat quòd alij testes non adfuerunt, tamen in potentia uerisimiliter plures haberi potuerunt: & sic non dicitur tunc per alios haberi non posse ueritatem, imò ex natura negocij per alios potuit ueritas in potentia haberi, licet aliter acciderit. ita notabiliter intelligit prædictam doctrinam & declarat Ant. But. in c. tertio loco. de probat. & consil. 24. quæstio hæc dubia &c. refert & sequitur Alex. in d. consil. 64. pro quo allegat tex. & ibi Abb. in c. fin. de testi. cogen. Et idem Alex. latissimè in consil. 152. uiso processu. col. iiij. uers. non obstat etiam si dicatur. num. 11. lib. 5. Ias. not. in d. l. j. de summa trinit. in lect. col. fin. & in repet. col. 11. num. 50. uers. ex istis omnibus fic regulam. Et Deci. consil. 133. uiso processu & sententia. col. ult. & consil. 310. uisis. col. ij. & ubiq; allegat concord. & etiam egregiè consil. 142. in causa partus suppositi. col. ij. notabiliter Feli. in c. de cætero. col. ij. de testi. & Ias. in l. fin. C. de

bis quib. ut indig. Ideo qui inhabiles testes producit, et dicit alios reperiri non posse, nec aliter ueritatẽ haberi posse, illud probare tenetur: alioquin semper quis posset producere inhabiles, dicendo quòd alios habere non posset. Ita Alex. præalleg. consil. 64. cum concord. per Hippol. consil. 42. diuini. col. ij. & cõsil. 80. qui cũctis. in finali col. & cõsil. 31. bonorum. col. antepenul. uers. præterea ad hoc ut testes. Ista nota perpetuò, quia nullibi ita copiosè comperies.

catores quàm artifices tenentes apothecam, etiam si sint campsores & argentarij.
7 *Cambia ficta facientes quamuis nõ teneant apothecam, tamen sunt uiles.*
8 *Artes uiles quæ sint, remißiuè.*
9 *Nobilis exercens agros suos proprijs manibus, an perdat nobilitatem.*
10 *Nobilis exercens per alium mercantiã uel artem uilem, an perdat nobilitatem si ipse non aßistat.*
11 *Statutum loquens in faciente, an habeat locum in fieri faciente.*
12 *Ars uilis hodie dicitur attenta cõmuni reputatione ciuitatis.*

1 QVadragesimooctauo.†Præsumitᷣ quis
descendens ex nobili genere, quòd sit
uir nobilis, & uirtutis studiosus: sicut & è cõ
uerso. l. quòd si nolit. §. qui mancipia. ff. de
ædil. edict. Et qui habuit maiores suos alicu-
ius artis peritos, si ipse in ea se exerceat, præ-
sumitur quòd etiam sit ipse bene peritus. l. ij.
uers. sed Anatolium. C. de uet. iur. enucl. q̃d
nota pro filijs Doctorũ. l. iubemus. §. filios,
ubi gl. C. de aduoc. diuers. iud. Ex ista præ
2 sumptione infertur, quòd†prætor qui nobi-
lem uirum captum in carceribus ciuiliter ha
buit, credens eum integræ fidei: si deinde fu-
giat, nõ tenetur in syndicatu, quia meritò po
tuit sequi præsumptionẽ iuris, ut per Ang.
in l. si à bonæ fidei. ff. de rei uend. Feli. in c. cũ
contingat. in iij. col. de rescript. Ias. in l. iube-
mus. in ult. col. C. de iudi. cum simil. Vnde e-
3 tiam propter magnam nobilitatẽ,†creditur
Cardinali asserenti se habere specialem com
missionem, puta ad Doctorandum uel legi-
timandum, secundum Bald. in l. exemplo. in
ult. quæst. C. de probat. And. Sicul. in tract.
de præst. Card. in prima quæst. secundæ par-
tis, in secundo membro. & Corn. consil. cc-
xlviij. incip. uidetur prima facie. ad fin. in iij.
uol. & facit gl. in C. illud. xl. distin. quæ dicit
pro nobilibus pręsumi. de quo per Rom. sin
4 gul. 644. nobilitas. Et†quando nobilitas ha-
beatur in consideratione, ponit multa Feli.
in c. cùm adeò. in ult. col. de rescript. & in c.
super eo. ij. de testi. & per Ant. Corset. in re-
pet. c. grandi. de supplen. neglig. pręla. lib. vi.
Et ex suprascripta præsumptione infert
Cynus in l. prouidendũ. C. de postul. quòd
5 †qui propria uirtute consequutus est nobili-
tatem, est nobilior illo, qui de nobili genere
descendit: quia ex genere non dicitur aliquis
nobilis, nisi præsumptiuè. d. §. qui mancipia.
Et plus cõmendandus est in eo quod à se ha-
buit, quàm quod à parentibus. gl. in l. si quid
in bello. ff. de captiuis. sequitur Decius in c.
clerici. ã. de iud. Sed tu melius dicas, quòd ta
lis non est nobilior, sed est magis laudandus:
quia nobilitas propriè loquendo, est separa-
ta à uirtute, ut per Bart. in l. i. C. de dignit. lib.
6 xij. Et dic,†quòd omnes tam mercatores q̃
artifices tenentes apothecam, etiã si campso-
res & argentarij, de iure cõmuni nõ sunt no-
biles, sed uiles. l. antepenul. C. de cohortalib.
7 lib. xij. l. i. C. de perfectiss. dignit.†Idem in fa-
cientibus cambia ficta, quamuis nõ teneant
apothecam, secundum Bald. in c. transmissa,
de elect. Et idem in pelliparijs, secundũ eun-
dem Bald. in authen. habita. in ij. col. C. ne fi-
lius pro patre.†Et quæ sint artes uiles, habetᷣ 8
in l. i. C. de excus. artif. lib. x. & in l. ne quis.
C. de dignitatib. lib. xij. & in l. maximarum.
C. de excus. mun. per Specul. in tit. de cler.
coniug. in ij. col. Sed†nunquid nobilis ex 9
ercens agros suos proprijs manibus, perdat
nobilitatem? Dic quòd non, ut per Guid. Pa-
pæ quæst. cccxcij. incip. sed quid de nobilib.
& facit text. in C. nunquam. de consecrat. di
stin. v. & in §. i. §. cæterum. de uerb. sig. in vi.
Imò istud est laudabile & approbatum ab an
tiquis, iuxta illud Persij:
Quẽ trepida ante boues Dictaturã induit u-
xor, Et tua aratra domum lictor tulit.
Item,†nunquid nobilis exercens mercantiã, 10
uel aliam artem uilem per alium, si ipse non
assistat, perdat nobilitatem? Dic quòd non,
ut decidit Alber. de Ros. in l. humilem. C. de
incest. nupt. ubi quamuis tabernaria dicatur
persona uilis, si tamen per aliquam facit ex-
erceri tabernam, & ipsa non assistat, non dici
tur propter hoc uilis. l. quæ adulterij. C. de
adult. Facit quod not. Domin. de sancto Ge-
min. in c. i. de uita & honest. cler. in vi. ubi di-
cit se defendisse unum clericum, qui in domi
bus ecclesiæ tenuerat tabernam uendendo
uinũ, qui ex quo nõ administrauerat in pro-
pria persona, sed per alium, non incidebat in
prohibitionem. C. nulli. xliiij. distin. Nec
obstat quòd†statutum loquens in personam 11
facientis, habet locum etiam in eo qui per a-
lium facit, ut per Bart. in l. iij. §. si procurator.
ff. quod quisq; iuris. quia dato quòd illud di-
ctum sit uerũ, nõ tamen procedit ubi lex con
siderat actum ipsius personæ exercentis: qui
uidetur considerari ut dicatur quis uilis, se-
cundum supradicta.†Hodie tamẽ dicitur ars 12
uilis uel nobilis, secundum cõmunem repu-
tationem ciuitatis, ut not. Bart. in d. l. i. & pro
batur in l. i. ff. de mun. & honor. & per Ioan.
de Platea in d. l. maximarum. secundũ quam
reputationem debent statuta intelligi. l. La-
beo. ubi Bart. de supell. leg. Et ad supradictã
præsumptionem adde tex. in c. i. j. de purgat.
canon. ubi facilius purgatio admittitur pro
nobili qui sit de aliquo crimine accusatus, q̃
pro alio. & fa. tex. in C. Aphros. xcviij. distin.
& quod not. in c. uenerabilem. de elect.

PRAESVMPTIO XLIX.

1 *Duobus simul mortuis, deceßisse prius ille præsumitur, qui debilior est. De ueritate traditur num. 5. & seq.*
Ibi. Infans ante matrem deceßisse præsumitur.
2 *Vxor præsumitur prædeceßisse marito. De ueritate traditur num. 5. & seq.*
3 *Pater miles, filio militi prædeceßisse præsumitur.*
4 *Natus prius præsumitur qui robustior est: ideo masculus fœminæ prænatus præsumitur.*
5 *Vbi aliquem prædeceßisse, est fundamentum intentionis alicuius, ei incumbit onus probandi, nec lex aliquid præsumit. Fallit in casibus ibidem & seq. num. traditis.*
6 *Fideicõmissarius substitutus alicui, si decesserit sine liberis, non tenetur probare grauatum deceßisse sine liberis, sed illi incumbit onus probandi qui dicit grauato superuixisse*

xisse liberos, & sic defectam conditionem.

7 *Exceptio ubi est fundamentum intentionis alicuius, licet debeat per eum probari, idemq; in actione, fallit in fideicommissario, qui non tenetur probare liberos non superuixisse grauato, quia lex præsumit pro illo.*

1 QVadragesimonono.† Præsumitur duobus simul mortuis, cum qui debilior est, prius decessisse, secundum Dynũ & Oldra. in l. si hi qui. ff. de dona. caus. mor. Et propterea præsumitur infantem decessisse ante matrem. l. si mulier. ff. de rebus dub. l. inter so
2 cerum. in prin. ff. de pact. dotal.† Et uxor præsumitur decessisse ante maritũ. gl. in l. si possessor. ff. de relig. & sumpt. fun. & l. qui duos, §. si maritus. ff. de reb. dub. & quod not. Fran
3 cis. Crem. singul. lij. statuto cauetur. Et† pater miles præsumitur decessisse ante filiũ militẽ. d. l. qui duos. §. cùm in bello. Idem de matre, quæ præsumitur perire ante filium pube
4 rem. l. cùm puber. ff. eo. tit. Et è cõuerso,† qui est robustior, prǽsumitur prius natus. l. si fuerit. §. fin. eod. tit. ubi masculus in eodem puerperio prǽsumitur prius nasci quàm fœmina.

Aduerte tamen, quia ista præsumptio nõ est ita indistinctè uera, & confundiť per tex. in l. sed & in illo. ff. de reb. dub. ubi pupillus nõ præsumitur decedere ante fratrẽ maiorẽ sibi substitutũ: & etiam confundiť per tex. in l. ex facto. §. si quis autẽ. ff. ad Trebell. ubi filius etiam maior nõ præsumitur fuisse superstes patri, ut fideicõmissarius admittatur. Ad idem l. si inter. ff. de reb. dub. ubi uxor præsumiť fuisse superstes marito, & donatio ab eo facta conualescit. Et ꝑpter ista cõtraria, Bar. in l. q̃d de pariter. ff. de reb. dub. ponit quandam distinctionem, ubi etiam Socinus ualde laborat. Sed tu melius dicas, adhærendo tamen rationi Bart. & facias regulam, quòd
5 † ubi aliquem prædecessisse, est fundamentũ intentionis alicuius, ad eum spectat probare, nec lex aliquid præsumit. d. l. sed & in illo. cũ simil. Fallit primo, ubi nisi lex præsumeret, res exitum suum nõ esset habitura: quia tunc cùm omnino alterũ sit præsumendũ, lex potius præsumit imbecilliorẽ prǽdecessisse, per supradicta, & d. §. cùm in bello. limitando ut ibi in text. Et licet Bart. constituat differentiam inter dispositionẽ hominis, & dispositionem legis, tamen Bart. hoc facit propter supradictam rationẽ, quando res aliter non est exitum habitura. Vnde in casu quo ista ratio militet etiam in dispositione hominis, tunc cessat differentia, iuxta regulam l. adigere. ff. de iur. patron. & ita intelligo d. l. cùm inter socerum. Nam cùm pactum esset conceptũ in casu quo filius anniculus matri superesset, ut uir totã dotem lucrareť: si uerò mater filio superesset, tũc nõ lucrareť nisi partẽ: meritò ut res aliquem habeat exitum, fuit necessariũ in illo casu aliquid prǽsumere, an filius ipse mortuus esset ante uel post matrem: unde lex maluit interpretari infantem prius decessisse.

Nec dicatur, quòd imò res poterat aliũ habere exitũ: quia potest dari casus, uidelicet si eodem temporis momento uterq; perijsset: qui casus tanq̃ omissus, debuisset remanere in dispositione iuris. l. cõmodissimè. ff. de liber. & posth. & sic dos tota fuisset reuersa ad socerũ. l. cùm auus. C. de iur. dot. Quia respõdeo, quòd talis casus est de rarissimè contingentibus, unde lex noluit aliquã habere cõsiderationẽ ad illũ. l. antiqui. in fi. ff. si pars hære. pet. Præterea fuisset cõtra expressam mentem cõtrahentiũ, si talis casus habitus fuisset pro omisso: quia ipsi egerant, ut in omnẽ casum maritus aliquid lucrareť. Et ista est melior intelligentia ad d. l. inter socerũ, q̃ intellectus Bar. in d. l. quod de pariter. quẽ etiã meritò reprobat Soci. ibi, licet ipse nõ extricet.

Secundo fallit in casu d. §. si quis autẽ. Et ratio fallentiæ est ista.† Nam quando testator 6
substituit Titio, si sine liberis decederet: satis ostendit, qualiter ipse Titiũ & eius liberos saltem ab intestato, iuxta gl. in l. Lucius. ff. de hæred. instit. prædiligat ipsi fideicõmissario: unde si Titius & eius filij simul morianť, tex. uult fideicõmissarium admitti, & præsumit filios prius decessisse, ut locus sit fideicommissario, qui est dilectus à testatore: nec præsumit filios fuisse superstites, ex quo per talem præsumptionem fideicõmissarius excluderetur: nec propter hoc filij ipsi quos testator saltem tacitè prætulerat fideicõmissario, haberent aliquid secundũ intentionẽ testatoris, ex quo incõtinenti fuissent mortui. unde ista præsumptio tanq̃ magis cõueniens uoluntati testatoris, fuit capienda: meritò ergo nõ requiritur quòd fideicõmissarius probet quòd nõ fuerint superstites, quia lex præsumit nõ fuisse. Et ista est ratio, cur cõditio, si decesserit sine liberis, in substitutione fideicõmissaria intelligať, scilicet superuenientibus: quæ ratio cessat in casu d. l. sed & in illo. q̃d nota, quia Doct. nõ declarãt. Et ex hoc infer
tur,† quòd licet ubi exceptio est fundamentũ 7
intentionis excipiẽtis, debeat probari, idemq; sit in actione. l. matrẽ. C. de probat. c. auditis. de præscrip. per Bar. in l. nõ solũ. §. sed ut probari. in ij. col. ff. de oper. noui nunc. etiam si consistat in negatiua, ut per Innoc. & alios in c. super his. de accusat. Doct. in l. in illa. ff. de uerb. oblig. tamen fideicommissarius agens uel excipiens non tenebiť probare quòd filij non superuixerint, quia lex præsumit pro eo, per supradictam rationẽ. Et istud est melius, quàm dicere quòd sit speciale, ne fideicõmissaria substitutio pereat, prout dicit Angelus, quẽ refert & sequitur Alex. in consil. xxix. in secũdo, & malè, ut per Bar. in d. §. cũ in bello. licet Alex. in d. §. si quis autem. teneat, quòd imò incumbat onus probandi fideicõmissario: sed prior opinio est uerior, & cõmunior, per d. §. si quis autem.[a] Tertio a

a ¶ Hæc sentẽtia Alex. uidetur esse de mente gl. in d. §. si quis autẽ. & eam tenent Iac. de Aren. Alb. Raph. Com. & Imol. ibi. & uidetur etiã sequi Dn. meus à Ripa ibi. Mouentur maximè per regulam l. in illa. ff. de uerb. oblig. quòd negatiua est probanda ab eo qui se fundat in ea, ut per Panor. in c. bonæ. de postul. prælat. Præterea cũ præsumptio sit quòd quilibet uiuat centum annis. l. fin. C. de sacrosan. eccl. not. in l. ij. §. si dubitet. ff. quemad. testa. aper. itẽ quòd filij uiuant plus q̃ parentes. l. nam et si parentibus. ff. de inoffic. testa. uidetur quòd onus probandi filios nõ superuixisse incumbat fideicommissario, cùm prædictæ iuris præsumptiones sint pro heredibus grauati contra eum. arg. l. ab ea. ff. de probatio. cum uulg. Mouentur & alijs satis stringentibus. Ex quib. uidetur reddi dubia sententia Dn. Alciati, quòd lex præsumat pro fideicommissario quòd liberi prædecesserint, ratiõe de qua superius per eum: & ita intelligit d. §. si quis autem. & sic indistinctè uidetur concludere, semper pro fideicõmissario legem præsumere liberos patri prædecessisse. Sed mihi uidetur intellectus Imol. in d. §. quem sentit Raph. Com. & sequitur Alex. & præceptor meus à Ripa, magis amicus illi literæ, uidelicet quòd ibi constabat patrem & liberos simultaneo seu instantaneo naufragio aut simili excidio perijsse simul, ita quòd non erat dare tractum temporis inter mortem amborum: unde nimirum si hoc constito fideicõmissarius admittatur, aliter non probato quòd liberi prædecesserint, quia non dabatur tractus. Sin autem

7 fallit in casu l. si inter. ff. de rebus dubijs.†ubi ad finē quòd sustineat donatio facta à marito uxori, præsumit maritū prius decessisse: & istud ibi probatur, pōderando dictionē, maximè, prout facit Aret. cōsil. 50. ubi latè disputat. Sed tamen puto opinionē Aret. non esse uerā, quæ est cōtra doctrinā Bar. in d. l. qđ de pariter. ubi etiam Socinus respondet eius rationibus: nam donatio illa ideo tenet, quia uerba orationis eam annullāt, si prior decesserit qui donatum accepit: quæ uerba nō uerificantur, utroq; simul moriente. l. cùm hic status. §. si ambo. ff. de donat. inter uirū & ux.

Nec obstat d. l. si inter. quia ultra rationes Soci. ibi, quæ cauillant tex. illa ratio quę præsupponitur per dictionē, maximè, est diuersa à suprascripta. Nam lex nō permittit hæredi reuocare talem donationē. d. l. cùm hic status. §. i. Cùm ergo mortuus sit qui poterat cōdicere res donatas, meritò donatio sustinet, ex quo hæredi non datur talis reuocatio, qui non admittitur, nisi probet donantem fuisse superstitem: & sic illa dictio, maximè, stabit propriè, & implicabit idem esse, etiam si ista ratio non esset. l. i. §. uel maximè. ff. de collat. bon. cum similib.

PRAESVMPTIO L.

1 *Vixisse de uento nemo præsumitur.*

2 *Bouem uagabundum si quis in suo stabulo tenuerit, an dominus teneatur ei resarcire expensas quas asserit se fecisse: & an possit bouem retinere donec sibi soluatur pro alimentis & alijs expensis.*

3 *Pecus alienū etiam in agro repertum non licet domino agri retinere, nisi ut cognoscat cuius sit, & debet illi restituere.*

1 QVinquagesimo.†Nemo pręsumitur uixisse de uento. l. fi. C. de alimen. pupill. præst. ubi per hanc rationē præsumit pupillus alimentatus à tutore, nisi probet se aliunde alimenta consequutum. Et istud facit ad quęstionem eius, qui†bouem uagabundum 2 retinuit in stabulo suo, ut expensas quas asserit se fecisse, teneatur ei dominus resarcire, cùm præsumptio naturæ sit, quòd non uixerit de uento. Debet tamen iudex taxare. d. l. fin. Et ita tenet Guid. Papæ in d. tract. præsumptionū, in quarta charta. Sed tu aduerte, †quia alienum pecus, etiam si reperiatur in agro damnum dare, non tamen potest dominus agri retinere, nisi ad finem, ut cognoscat cuius est: & debet illi restituere, & cōtra eum agere de damno dato, ut est text. in l. Quintus. & l. seq. ff. ad legē aquil. Specul. in tit. de actore. uers. sed nunquid pecudem. Bal. in l. ij. C. de ser. fugit. Bart. & Doct. in l. hoc amplius. §. de his autē. ff. de dam. infect. licet Iac. de Aren. ibi aliter teneat. Potes cōcordare opiniones: quia ille qui reperit bouem alienū in fundo suo, & eum tenuit per aliquod tempus, & alimētauit, aut uult retinere ut soluat sibi damnum, & nō poterit. d. l. Quintus, aut uult retinere ut restituat sibi preciū alimentorū, & tunc secus, secundū supradicta. Et facit, quia cùm alimenta uerterim in utilitatē ipsius rei, meritò debet posse res retineri donec satisfiat. l. in summa. & ibi per Sali. C. de pignor. & quod not. per Bart. in l. si nō sortē. §. si centum. ff. de cond. indeb.[a] 3

PRAESVMPTIO LI.

1 *Eligentium ubi maior est numerus, ibi melior præsumitur zelus.*

2 *Cōmunis opinio in dubio præsumitur uerior: & ab ea in iudicando iudices nō debent recedere. Limitatur nu. 1. 4. 6 Communis opinio quæ dicatur. num. 1. & seq.*

5 *Confeßio incidenter facta, & quæ fit ad alium finem, non præiudicat.*

7 *Autoritas Doctorum tenentium contra communem excusat à dolo præsumpto.*

8 *Doctoris solennis autoritas saltem excusat ab expensis.*

QVinquagesimoprimo.†Vbi maior est 1 numerus eligentium, ibi etiam præsumitur maior zelus. c. ecclesia uestra. 8. de electio. c. si quando. eod. tit. in vi. Quod est uerum, maximè in electiōe facta per uiros prudentes, quia naturaliter in eis melior opinio præualet: aliàs in electione in qua interueniunt uulgares, uideretur secus, per id quod not. Abb. in c. ij. de elect. ubi dicit, quòd præsumitur minus pro toto populo, quàm pro aliquibus prudentib. de populo: quia in toto populo reperiunt multi uiles nō habētes certum iudicium rationis, sed corruptibiles. Et propterea præsumit in toto populo aliquis qui nō habeat syncerā fidem, ut ibi per eum. Et istud facit pro cōmuni opin.†quæ in du- 2 bio pręsumit uerior, ex quo est à pluribus approbata: & propterea in iudicādo iudices nō debent ab ea discedere. c. nouimus. j. de uer. sig. l. i. uers. & sanè erebrior. de offic. quæst.[b] b
†Quod limita & declara ut per Doct. præser 3 tim moder. in c. i. 8. de constit.[c] Et intelligo c cōmunem

hoc nō constaret, sed essemus in dubio quis prædecesserit, ut qa fuisset tractus tēporis inter mortem amborum, uel aliter nō appareret qđ ambo simul decessissent, certè concludunt prædicti per plura fundamēta, quòd onus probandi liberos nō superuixisse grauato, incumbit fideicōmissario, qui se fundat in illa negatiua, & qui habet præsūtas ueris præsumptiones contra se: & uide ibi praeceptorē meū à Ripa notabilē distinctionem tradentē magis de mēte uer ū, q̄ dicta D. Alciati.

a ¶ Infertur etiā ex hac præsumptione, quòd si creditor repetat expensas factas in alendo equo pignorato ei, teneatur dominus restituere: præsumitur enim equū creditor suis expēsis aluisse, ex quo reperitur nutritus: nō enim creditur uixisse de uento. Idem dicas de bonæ fidei possessore. Ista tradunt Bart. Imol. Alex. Ias. & communiter Doct. in l. cùm seruus. de uerb. oblig. ubi arg. d. l. fin. de alim. pupill. præst. multa solennia dicta accumulant.

b ¶ Adde notab. tex. in l. athletas. ibi, & generaliter omnes opinantur. ff. de his qui not. infam. & in l. pro hærede. §. Papinia. ibi, uulgò putare quosdam ff. de acquir. hæred. & in l. quæsitum. §. sed si fundus. ibi, quam sententiam quotidie crescere & incalescere uidemus. ff. de fund. instr. & instr. leg. & in l. ita uulneratus. ibi, dicitur uulgo &c. ff. ad l. aquil. bonus tex. ubi not. Bal. in l. j. de senat. ff. & tex. in C. in canonicis. ubi not. text. 19. distin. & in C. de quibus. 20. distin. & 1. q. 1. C. de iudicijs. cum gl. et Bal. in c. j. §. iudices. de pace tenen. in usib. feud. Bar. in q. incip. iudex qui per imprudentiā. cum concord. traditis per Doct. in c. j. de constit. ultra quos adde latè Ias. in auth. nouißima. col. v. uers. ex istis omnibus defendo. de inoffi. testa. C. & in auth. si qua mulier. col. iij. de sacrosan. eccl. & in l. si quis mihi bona. §. iussum. col. ij. ff. de acq. hæred. & Corn consil. 186. quanquā. lib. 3. & inquit Ang. in l. fi. de pœna iud. qui malè iud. quòd nimiū est ignarus qui cōtra cōmunem iudicat. & uide Barb. latißimè in Clem. ne Romani. de elect. Alex. consil. 19. circa primum. col. penul. lib. 7. & consil. 7. col. pen. in Christi nomine. in 4. Rom. consil. 61. licet. in fin. Præpositus in c. si uir. extra de cogna. spirit. Decius consil. 480. in casu. col. fin. Ferdinan. in l. filiusfamil. §. diui. num. 443. de leg. 1. Et dicit egregiè Bald. quòd cōmunis opin. habet uim consuetudinis. ita Bal. in c. ne innitaris. de consti. Et iudicans secundum cōmunem, etiam falsam, excusatur, secūdum Panor. in c. j. de postul. prælat. & Felinus in d. c. j. de constit.

c ¶ Et inter cæteras limitationes illud limitant, ut cōmunis non sit tenenda, quando cōtraria fundatur melioribus rationibus: tu ultra allegata per eos adde tex. in Clem. unica. §. fin. de summa trinit. Barb. in Clem. ne Romani. præallegata. Deci. in consil. 619. in causa. col. ij. allegat Ang. consil. 110. aliàs 170. incip. sanctißima. col. vj. & sicut. consil. 2. col. iij. lib. 1. & cons. 15. col. vij. lib. 1. & cons. 63. col. v. eod. lib. Eundem Deci. cons. 482. in casu. in fi. ubi subijcit quòd Doctores nostri sæpenumero imitantur aues, quòd quādo unus uolat, omnes aliæ sequuntur. & consil. 560. notißime. in fin. & cons. 456. consului. col. iij. & consil. 576. pro resolutione. Præpositus in d. c. si uir.

communem opinionem illam eſſe, non quæ
plures habeat autoritates ſimpliciter, ſed quę
plures grauiores habeat autores. C. in cano-
nicis. xix. diſtin. l. diui. ff. de iure patron. l. pe-
a nul. C. de cond. indeb.[a] Item intellige† iſtud
4 procedere, ubi tales aurores firmant illam o-
pinionem, diſputando & arguendo circa ip-
ſius ueritatē, & deinde ſe reſoluendo, iuxta l.
fin. §. mixta. ff. de mun. & hon. Nam ꝗuis di-
cant aliquid incidenter, fortè ad colorē alicu
ius ſui propoſiti, præſertim in conſilijs, non
propter hoc dicunt̃ talem opin. approbaſſe;
5 ſicut in ſimili dicimus †de confeſsione inci-
denter facta, uel quæ ſit ad aliū finē, quę non
præiudicat, ut eſt gl. in c. ex pœnitentibus. 50
diſtin. per Doct. in c. at ſi clerici. in prin. ē. de
iudi. dixi in l. i. §. ſi quis ita. in fin. ff. de uer. ob
6 lig. Item intellige,† quādo illa opinio grauio-
res habet autoritates, & etiam cōmuniter ob
ſeruatur in practica. ita uidet̃ intelligere Bar
tol. in l. fin. C. de pœn. iud. qui male iud. Sed
illud poteſt procedere quo ad effectū, quòd
iudex faciat litem ſuam, quia tunc requiritur
dolus. d. l. fin. qui præſumit̃ concurrentibus
duobus, & quòd iudicauerit contra opinio-
nem cōmuniter approbatam, & etiam cōmu
niter obſeruatam in practica; aliàs non puta-
7 rem illam deciſionem eſſe ueram: †quia au-
toritas tenentium cōtra illam cōmunem, de-
bet ſaltem excuſare à dolo præſumpto, iuxta
b gl. in l. i. ff. de abigeis. & in l. igit̃. de lib. cauſ.[b]
8 Et quia ſolennis† Doctoris autoritas excu-
ſat ab expenſis, ut per Angel. in l. terminato.
C. de fructib. & lit. expenſis. Felinus in c. i. de
conſtitutionib. Quod etiam aduerſus cōmu
nem intelligo, dummodo cum tali Doctore
concurrat etiam opinio aliorum & coloratæ
c rationes.[c] Et illi Doctores grauiores dicun-
tur, quorum frequentiores ſunt lecturæ &
approbatiores in ſcholis. arg. eorum quæ di-
cit Bart. in l. i. ff. ſi cert. pet.

PRAESVMPTIO LII.

1 *Res proprias quis prius curare præſumitur, quàm alienas.*
2 *Promittens aliquem defendere contra quencunq;, non intelligitur promiſiſſe contra ſeipſum.*
3 *Vaſallus licet dominum defendere debeat, nō tamen ſalutem domini propriæ ſaluti præferre debet.*
4 *Pater non tenetur alere filium, quando non habet niſi quantum pro ſeipſo ſufficiat.*
5 *Interfecturus alium facilius præſumitur, qui ſibijpſi manum intulit.*
Ibid. *Bona propria qui conſumpſit, fortius aliena conſumet.*
6 *Statuto ſtante quòd mulier non contrahat ſine conſenſu propinquorum, ſi mulier ſit tutrix, an quando cōtrahit pro pupillo, interuenire debeat conſenſus propinquorum.*
7 *Statutum prohibens mulierem contrahere ſine conſenſu propinquorum, an uideatur ex hoc eam prohibere acceptare tutelam.*

1 QVinquageſimoſecūdo.† Quilibet præ
ſumit̃ prius res curare proprias, quàm
alienas. de pœnit. diſtin. iij. C. qui uult. l. quæ
ſeruandarū. ff. de præſcrip. uerb. Vnde à na-
tura inſitum eſt homini, ut quælibet charitas
incipiat à ſeipſo. l. pręſes. C. de ſeruit. Et ideo
infert ibi Salic. quòd† ſi quis promiſerit de- 2
fendere aliquem contra quamcunq; perſo-
nam, non intelligitur promiſiſſe contra ſeip-
ſum. Et facit quod not. Specul. in tit. de aduo
cato. §. i. uerſ. ſed nunquid clericus. ubi licet
clericus teneatur aduocare pro eccleſia ſua,
tamen non tenetur hoc contra ſeipſum face-
re, & facit gl. not. in c. fin. de alien. feud. pater.
& in c. i. in prin. ubi Card. Alex. poſt alios, in
iij. col. quib. mod. feud. amitt.† ubi licet uaſal 3
lus teneatur defendere dominum, nō tamen
propriam ſalutem domini ſui ſaluti poſtpo-
nere ullo modo debet, nec tenet̃: licet ſecus
ſit in ſeruis. l. i. ff. ad Syll. Ad idem facit, quia
† nec pater tenetur alere filiū, quando nō ha- 4
bet niſi quantū pro ſeipſo ſufficit; nam prius
debet ſeipſum alere, ſecundū Sali. in d. l. præ
ſes. Et fa. ꝗd not. Nicol. de Neap. & Iaſ. poſt
alios in §. ſed & ſi quis. Inſtit. de actio. ubi di-
cit, quòd iſta eſt ratio, cur filij à parētibus, &
econtra parentes à filijs nō conueniant̃, niſi
in quantū facere poſſunt; quia poſſunt prius
pro ſe cauſa alimentorū retinere, & quod ſu-
perabundat, hoc tunc dabūt filijs. Pro ſupra-
dicta præſumptione facit etiā tex. in l. fi. ff. de
bon. eor.† ubi præſumitur facilius aliū inter- 5
fecturus, qui ſibijpſi manū intulit. & tex. in l.
cùm autē. §. malus. ff. de ædil. edict. ubi præſu
mitur peius in aliū cōmittere, qui in ſeipſum
malum audet. Et iſta nota contra eos, qui ac-
cipiunt factores ſeu inſtitores qui cōſumpſe
runt propria bona; quia facilius cōſument a-
liena, ut dicit̃ in primo græcorū epigramma
tôn lib. Et pro hoc etiā facit, quia qui ſuis in
rebus cōſilio indiget, multò magis pręſumit̃
in alienis rebus indigere. l. fin. C. de legit. tut.
l. ſic eueniet. ff. ad leg. Iul. de adul. Et† hoc in 6
fertur ad quæſtionē, ſtante ſtatuto quòd mu
lier nō poſſit contrahere, ſeu ſe obligare ſine
conſenſu propinquorum. Pone, aliqua mu-
lier eſt tutrix, ſecundum text. in authen. ma-
tri & auiæ. C. quando mulier tutelæ &c. nun
quid quando contrahit pro pupillo, debet in
teruenire conſenſus propinquorum? Et ui-
debatur quòd non; quia non ipſa, ſed pupil-
lus obligatur. l. iij. in prin. ff. de re iudi. unde
ceſſat ratio ſtatuti. Contrarium eſt uerius;
quia cùm ex forma ſtatuti, ſine conſenſu pro
pinquorum non ſit habilis ad facta ſua, ergo
nec ad aliena. d. l. fin. & §. minores. Inſtit. de
excuſ. tut. Et ita concludit Raph. Com. & Ia-
cob. de Puteo in l. apud Iulianū. §. i. ff. ex qui-
bus cauſis in poſſeſſ. eat. Facit quod notant
Socinus & Iaſon in l. i. §. item acquirimus. ff.
de acquiren. poſſeſſ. Conſidera tamen, quia
† cùm regula ſit iuris antiqui, quòd qui alie- 7
no regitur conſilio, ipſe ad tutelam non ad-
mittatur, d. l. fi. & d. §. minores, uidetur quòd
ſtatutū introducēs, mulierē regi cōſilio pro-
pinquorum, priuet eam iure acceptandi tu-
telam; quia talis regula habet locum etiam in
correctorijs, ut per Bartolum & Doctores in
l. ij. ff. de legatis primo. & ſic corrigeretur di-
cta authent. matri & auiæ, & reduceremur

a ¶ Et Alex. conſil. 202. uiſo themate. ante fi. lib. 7

b ¶ Quòd opinio Doct. excuſet à dolo, conſuluit Alex. conſil. 19. circa primū. col. penul. in 7.

c ¶ Quòd opinio Doctorū licet nō ſit cōmunis, excuſet ab expenſis, ad de ultra hic allegata per Card. in Clement. ij. de magiſtris. & ne aliquid exigatur pro licētia docendi, Aretinum in §. hæc autem. Inſtit. de pœna tem. litig. Iaſon ampliſſimè ī l. properandū. §. ſin autem alterutra. col. iij. uerſ. tu in hac materia. C. de iud. Et dicitur habere iuſtam cauſam litigādi, qui habet opinionem Doctoris pro ſe: quæ iuſta cauſa excuſat ab expenſis, ut ibi latè comprobat: & per Bald. in auth. generaliter. C. de epiſ. et cler. & melius quàm alibi de ueritate & intellectu tradit Barb. in d. Clem. ne Romani. de elect. & Alex. conſil. 76. in cauſa & lite. in 7. Corn. in conſ. 181. uiſa copia. col. fin. in 3. & Hippol. de Marſil. in l. patre. col. 6.

ad ius antiquum, l. fœminæ. ff. de regul. iur. quæ reductio est fauorabilis. gl. in c. statutũ. in uerb. numerandum. de præbend. in sexto. Ant. But. in c. olim. per illum text. ȷ. de uerb. sig. l. si unus. §. pactus ne peteret. in fin. ff. de pactis. Potest dici, quòd statutũ non subijcit mulierem in totũ alterius cõsilio, sed solummodo quo ad obligationes & contractus. Regula uerò iuris antiqui loquitur de eo, qui in totũ alterius indiget consilio. Cogita tamen.

PRAESVMPTIO LIII.

1 *Libido præsumitur in senectute diminui.*

2 *Senex quinquagenarius examinari potest ad perpetuam rei memoriam.*

3 *Statutum disponens aliquid in casu infirmitatis, an habeat locũ in casu senectutis.*

Ibid. *Senectus & infirmitas an iudicentur ad paria.*

1 QVinquagesimotertio, †præsumitur libido diminui in senectute, ut dicit Abbas in c. cùm in iuuẽtute. in ij. col. ȷ. eod. Et generaliter, secundũ ætates præsumunt ea quę naturaliter insunt: unde senex præsumit de facili moriturus, ut suprà tetigi. Et propterea

2 †si sit quinquagenarius, poterit examinari ad perpetuã rei memoriã, tanq̃ periculum sit in mora, ut dicunt Innoc. & alij in c. quoniã frequenter. §. i. ũ. ut lite non contest. Item senex præsumitur ægrotus, quia senectus ipsa morbus est. c. magnę. ȷ. de uoto. ubi Abbas in

3 ij. col. infert †ad statutum disponens aliquid in casu infirmitatis, ut habeat locum in casu senectutis. fa. text. in l. ciuitatib. in prin. ff. de lega. i. ubi infirma ætas dicit seniorũ, uel puerorum. In contrarium tamen facit text. in l. i. §. sed sciendum. ff. de ædil. edict. ubi definitur infirmitas esse habitus cuiuscunq; corporis contra naturam. Quæ definito non congruit senectuti, quia talis habitus non est cõtra naturam eorum. Potes dicere, quòd senectus propriè loquendo non sit morbus; sed probata senectute, resultat præsumptio iuris, quòd sit æger. q̃d intellige in his, qui prouectioris sunt ætatis, puta, qui septuagesimũ annum attigerint, prout in simili dicit Abb. in d. c. quoniã frequenter. Et propterea text. in d. l. ciuitatibus. utitur comparatiuo, senioribus. Item senex non ita de facili præsumitur fugiturus sicut iuuenis, ut est gl. in l. si ut certo. §. sed an etiã hominis. ff. cõmo. Quod limitat And. Sicul. in c. nullus. infra eod. nisi aliàs fugisset. per gl. in l. Cornelia. ff. ad Syllan. Item pro senectute præsumitur quòd sit in ea maior probitas. lix. distinct. C. si officia. Item scientia. lxxxiiij. dist. C. porrò. Item morum grauitas. xij. quæst. i. C. i. & sermo ueracior. xxxv. quæst. vi. cõsanguineos. & per Archid. C. tanta. lxxxvi. distin. E conuerso uerò iuuenes præsumũtur robustiores. l. cùm mulier. ff. de reb. dub. Item pręsumuntur calidiores, & de facili inclinati ad prodigalitatem. l. fin. §. filijs autem. C. de bonis quæ lib. & dicit tex. in §. optimum. in authen. de non eligen. secundo nub. quòd mulieres in iuuentute aliquando non possunt resistere feruori naturali. Et circa mores iuuenum & senum, ponit Lucas de Penna in l. i. C. de consul. lib. xij.

REGVLA SECVNDA PRAESVMPTIONVM.



SEcunda principalis regula est, quòd mutatio non præsumatur.

Et ratio regulæ est, quia mutare, est quid accidens, & accidentia nõ præsumuntur, ut per gl. in l. si uerò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisd. cogan. & suprà dixi.

PRIMA PRAESVMPTIO.

1 *Statum certum si quid habeat in sui origine, præsumitur talis status semper adesse.*

2 *Seruitus an præsumatur ex quasi possessione.*

EX hac regula primo infertur, †quòd ubi aliquid in sui origine habet certum statum, præsumitur talis status sempet adesse; imò quasi possessio iuris alicuius contra talem statum primitiuũ non tolleret hanc præsumptionem, secundum Bart. & Doct. in l. si prius. in iij. oppos. tertię partis principalis. ff. de no. oper. nunc. Et propterea infertur, †q̃ 1

cùm à natura quælibet res sit à principio libera, nõ præsumit seruitus, etiã per quasi possessionẽ: imò quasi possidẽti incumbit onus probandi. & ita tenent Doct. Sed ista ampliatio est satis dubia, & fortè non est uera, & uidetur confundi per tex. in d. l. si prius. in secunda par. ubi secundum intellectum Doct. agens negatoria contra reum contumacem, facit quòd transferat onus probãdi in reum, qui est in quasi possessione seruitutis. Si ergo in pœnam contumaciæ compellitur reus probare, sequitur quòd si contumacia non esset, erat tutus ex illa quasi possessione seruitutis, prout loquitur ille text. Nec etiã exemplum Bart. est bonum, quia seruitus non repugnat actui primitiuo rei, ex quo seruitus futuro ædificio imponi potest. l. si seruitus. §. futuro. ff. de serui. urb. præd. gl. in c. ad dissoluendum. infra de despons. impub. Ergo potuit ab origine res debere seruitutem, & ista potentia est satis ad hoc, quòd ex quasi possessione transferatur onus probandi. l. circa. ff. de probat. prout eum declarat Bart. in d. tertia & quarta oppos. Est uerum quòd etiã eius declaratio cõfunditur per c. si iudex. de sent. excõm. in sexto. Nam si doctrina Bart. esset uera, malè argueret Papa, de eo qui est in quasi possessione ingenuitatis, ad illũ qui est in quasi possessione clericatus: quia in primo casu quasi possessio non repugnat origini, in secundo sic: quia nemo nascit clericus. Vnde cùm Papa ibi ita arguat, ostẽdit istam differentiã nõ esse uerã. Cogita si posset dici, quòd ista ampliatio ita generaliter posita per Bart. & Doct. non sit uera: sed quatenus uerificatur in aliquibus casibus, istud est per alias rationes particulares. Quantũ autẽ spectat ad seruitutes, potest distingui: quia aut loquimur

loquimur de quaſi poſſeſſione, quæ acquiritur ex interpellatione: puta, quia ego interpello aliquem, ne tollat altius ædes ſuas, quia intendo quòd illæ ædes debeant mihi ſeruitutē: nam à tempore talis interpellationis incipio quaſi poſsidere & præſcribere, ut de-
a clarat Bart. in d. l. ſi prius. col. iij. uerſ. reſtat.[a] Et tunc ſatis faterer, quòd talis poſſeſſio nō trāsferret onus probandi, niſi eſſet lōgi temporis, quo caſu plenum ius quæſitū eſſet per præſcriptionem. Et ratio eſt, quia talis quaſi poſſeſsio eſt quęſita mihi ex interpellatione: quia prætendebam mihi deberi ſeruitutem, debeo ergo probare iſtam ſeruitutem, & ſic cauſam interpellationis, quæ eſt fundamentum intentionis meæ. Aut uerò loquimur de quaſi poſſeſsione ipſius rei & ſeruitutis, puta, quia in muro tuo mihi contiguo, habeo feneſtram, ſeruitutem luminis mihi præſtantem: & credo quòd iſta quaſi poſſeſsio releuet ab onere probandi, ſicut regulariter eſt in cæteris poſſeſſionib. l. oti frui. uerſ. quòd ſi fortè. ff. ſi uſuſr. pet. & probatur in l. ſicuti. §. ſi quæratur. ff. ſi ſeruit. uend. rectè eam intelligendo. facit l. i. in prin. ff. de itin. actuq́ priua. Quo uerò ad alios caſus, in ſequentib. referentur ſuæ rationes particulares.

PRAESVMPTIO II.

1 *Filius natus ex legitimo matrimonio, præſumitur in poteſtate patris. Fallit ut num. ſeq. & num. 5.*
2 *Filius an præſumatur ſui iuris, ſi ſit in quaſi poſſeßione illius.*
3 *Statuto diſponente quòd filius non poßit ſe obligare ſine conſenſu patris, ſi filius exiſtens in quaſi poſſeßione ſui iuris alicui promiſerit centum ex cauſa oneroſa, & nolit ſoluere prætextu ſtatuti, an audiatur.*
4 *Filius an per unicum actum conſtituatur in quaſi poſſeßione ſui iuris.*
5 *Filius præſumitur ſui iuris, quando non apparet natus ex matrimonio legitimo.*
6 *Filius an probetur legitimus, ex eo quòd pater in teſtamento aliquid ei legauit pro legitima iure naturæ ſibi debita.*
7 *Teſtes ſi dicant quòd filius tractabatur pro filio, an ex hoc probetur quòd ſit legitimus.*

1 SEcundo infertur †ex ſupradicta regula, quòd filios ex legitimo matrimonio natus, præſumitur in poteſtate patris. l. ſi filius.
b ff. de probat. l. ſi emancipati. C. de collat.[b] Fal
2 lit primo, †ſi ſit in quaſi poſſeſsione ſui iuris, ut dicit gl. in l. Titia. ff. ſol. matr. & Bar. in l. is poteſt. in v. col. uerſ. uideamus qualiter. ff. de acquir. hæred. & Alex. in d. l. ſi emancipati. Pro qua opinione inducit tex. in d. l. ſi filius. ubi text. quo ad modum probādi, æquiparat probationem filij & ſerui. Sed clarum eſt, q̄ ſi ſeruus ſit in quaſi poſſeſsione libertatis, nō tenetur probare. l. uis eius. C. de probat. Ergo idem in filio. Nec obſtat ſi diceretur, q̄ imò iſta quaſi poſſeſsio non debet hoc operari, quia repugnat ſtatus primæuus naturæ, prout dicit Alex. in d. l. Titia. quia ad hoc reſpondet Deci. in d. l. ſi emancipati. q̄ imò nō repugnat: quia quòd aliquis ſit in patria poteſtate, nō eſt de iure naturali, ſed de iure ciuili. Inſtit. de patria poteſt. in prin. Sed iſta ſolutio nihil ualet: quia Doct. in d. l. ſi prius. nō cōſiderāt ius naturæ, prout credidit Decius: ſed ſtatum originalem, quādo quis naſcitur. fa. l. fin. ff. de natalib. reſtit. Tu ſalua dictā limitationem, quādo filius fuiſſet in illa quaſi poſſeſsione per longū tēpus, puta decenniū. l. i. C. de patr. poteſt. Bar. & Bal. in l. ij. C. ſi aduerſ. rem iud. & in l. poſt mortē. ff. de adopt. And. Sicul. conſil. ult. in iiij. uol. cōſiliorum Alexandri. Iaſon in d. l. ſi prius. Sed hic aduertendum eſt circa rationem. Nam ſi iſtud eſt, prout præſupponūt Doct. quia tanti temporis poſſeſsio eſt ſufficiens ad præſcriptionem cōtra patrem; certè iſto caſu filius eſſet tutus non ſolùm quo ad poſſeſsionem, ſed etiam quo ad ius ipſum; quia hæc eſt natura præſcriptionis. l. traditionibus. C. de pactis. Præterea nō eſt uerum indiſtinctè, quòd præſcribaſ decennio, imò regulariter requiruntur uiginti anni, ut habetur in d. l. i. & ibi gl. & Salic. in l. ij. C. de præſcrip. longi temp. quæ pro libert. niſi filius haberet aliquem titulum, ſaltem putatiuum, ueluti emancipationem non ſolenniter factam: nam in iſtorū iuriuum præſcriptione ſufficit etiā titulus erroneus, ut per Bart. in l. i. §. i. ff. de itin. actuq́ priu. & in l. Celſus. ff. de uſucapionib. Potes dicere, quòd alia ſit ratio iſtius deciſionis. Nam ex quo pater permiſit filium ſtare in tali quaſi poſſeſsione pet decenniū, licet filius tali tempore nōdum præſcripſerit liberationem à patria poteſtate, tamē acquiſiuit quaſi poſſeſsionē exiſtētiæ ſui iuris, ex quo pet negligentiam decennij pater amiſit quaſi poſſeſsionem patriæ poteſtatis, prout regulariter eſt in qualibet poſſeſsione ciuili. l. i. in gl. magna, in fin. C. de ſeruis fugit. ubi Iaſon & Doct. Et licet gl. in ſeruitutibus realibus nō procedat, ſecundū Bal. in l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſeruit. uend. iſtud poteſt eſſe propter modicum præiudiciū inde proueniens, ut declarat Lud. Rom. in l. ſi aliena. §. i. ff. de uſucap. quod nō eſt in caſu noſtro. Sed nidi dubitari: †Stante ſtatuto quòd filius famil. nō poſ 3
ſit ſe obligare ſine cōſenſu patris: aliquis exiſtens in quaſi poſſeſsione ſui iuris, promiſit Titio centum ex cauſa onerosa, deinde nolebat ſoluere, ſub prætextu ſtatuti annullantis obligationē. Et uidebaſ talem in effectu non adiuuari, quia aliàs creditor remanet et deceptus. Nam licet actio ex contractu tollaſ per ſtatutū, tamen poterit creditor agere actione de dolo uel ſtellionatus contra talem, ex quo alia actio deficit. l. i. ff. de pig. act. Bal. conſil. xiiij. in primo uol. Statutū autē tollit tantum actionem ex contractu, non autem eam quæ oritur ex maleficio uel quaſi. l. penult. C. de dolo. l. ij. C. ſi minor maior. ſe dixerit. Nec obſtat quòd debet ſibi imputare creditor, qui non bene inueſtigauit cōditionem eius. arg. l. qui cum alio. ff. de regul. iur. & per Bald. in d. conſil. xiiij. quia ſatis uidetur inueſtigaſſe, qui ſequutus eſt præſumptionem orientem ex quaſi poſſeſsione ſui iuris. l. ſi quis patrē. ff. ad Maced. Quod tanto magis procederet,

a ¶ Cum amplißimis concord. traditis per Iaſ. in §. æquè. in gloſſ. ſuper uerbo, altius. uerſ. circa tamen hanc partem. Inſtit. de actio. & Floria. in l. qui luminibus. ff. de ſeruit. urb. prædio. & in l. ſicuti. §. ſed ſi quæratur. & in l. & ſi fortè. §. i. ſi ſeruit. uend.

b ¶ Vide egregiè Corn. conſil. 204. quanquam. col. iij lib. 1.

a ¶Et melius q̃ alibi Cor.conf.208 quanquam. col.ij. in lib.3. & consil. 204. quanquā videatur. col.3.uerf. nec obst. adducta in contrariū. eod. libro.

b ¶Quòd quelibet res præsumatur in dubio allodialis, libera, & nō feudalis, adde Alex.conf.129.pōderatis bis.in primo uol. ubi allegat concord. & conf. 55. prospectis his. col. x. uerf. circa aliud dubium quo queritur. in 4. Decius conf. 468. superiori anno. col. ij. & in conf.498. uiso casu.col. j.ubi dicit feudum non præsumi, nisi probetur: & allegat concord. & conf. 588. uiso puncto. col. ij. & consil. 424. proponitur. col.ij.egregiè Paulus de Cast. in consil.179. in causa quam magnificus. in primo uol. nouißimorum.

si iste filius asseruisset se emancipatū: q̃uis ita
cōtrahendo & se gerendo, satis uideatur hoc
asserere, d.l.si quis patrem. Subdunt tamen
4 moder.in d.l.si emancipati, quòd imò †filius
uidetur constitui in ista quasi possessione sui
iuris, nedum per longum tempus, sed etiam
per unicū actum tantū: sicut dicimus in quasi
possessione electionis, l.i. §.hoc interdicto.
ubi Bart. ff.de itin.actuq; priua.& Bart.in l.i.
ff.de seruit. Abb. & alij in c. cùm ecclesia.de
caus.poss. & propriet. Sed ista opin.est contra
mentē Doct.& cōtra supradicta, & termini
nō sunt pares. Nam eligendo, fateor quòd
quis acquirit quasi possessionē eligendi in illo
casu: sed filiusfamil. faciendo unū actum
tanq; paterfamil. nō acquirit hanc quasi possessionem,
neq; quo ad illum casum. Et ratio
est, quia ille actus solus non potest inducere
quasi possessionē quo ad plenā liberationē,
ex quo talis actus hoc necessariò non infert.
& in simili habetur per Bal.in d.l.si quis diuturno.
& not.in c.fin.de relig.dom. Nec etiā
quoad eum actū tantū: quia non potest quis
pro parte esse mancipatus, ut est cōmunis cō
clusio, de qua per Bar.& Doct. in l.i.§.hoc autem.
ff.ad Trebell. quæ ratio cessat in electione
& similibus. Pręterea, dato quòd per unū
actum acquireretur aliqualis possessio, tamē
nō est magni effectus, tum quia repugnat originī
seu actui primitiuo, tum quia pater retinet
ciuilem possessionē, ut suprà declaraui.
5 Declaratur secundo prædicta regula, †ut
non procedat quando nō constaret filiū esse
natū ex legitimo matrimonio, quia tunc pręsumetur
sui iuris, & ita intelligitur d. l. Titia.
ff.sol.matr. & l. si uxor. in uerb. monstretur.
ubi Fulg. C.de cond.inser. gl.in l.pactum q̃d
dotali. C.de pac. Et est ratio: quia quòd quis
sit in potestate, pendet ex matrimonio. Insti.
de patria potest.in prin. Sed matrimoniū est
facti, unde nō pręsumitur, ut infrà dicam: &
ita dicit Bart. consil. xlij. uisa inquisitione.
Corn.consil.lxviij. placet mihi, col.penul. in
primo. Ias.in l.post dotē. in prima col. ff. sol.
matr. & sequuntur moderni in d.l.si emancipati,
ubi respondent ad quasdā rationes Barthol.
Veroneñ. cautel.cxx. incip. his quæ in
a iudicio, de quo dic ut per eos [a]. Limitaui istā
6 opinionē in contingentia facti, †quando testator
legasset filiæ suæ Titiæ unum florenū
pro legitima iure naturæ sibi debita: nam per
ista uerba uidetur probari quòd esset legitima,
& in potestate, ex quo nō possent uerificari
in filia simpliciter naturali, quia illi non
debetur aliqua legitima iure naturæ. §.si quis
autē. in auth. quib. mod. nat. effic. sui. not. in
auth. nouissima. C.de inoffi. testa. Et illa uerba,
iure naturæ, posita ad executionē legati,
declarant confessionē patris, qualiter asserebat
eam legitimā, prout in simili dicit Bal. in
l.eam quam. in pen. char. uers. sed pone quidam.
C.de fideicōmiss. ubi aliquis legitimās
filiā, nō obstante l.qui cōtra. C.de incest. nuptijs,
uidetur fateri eam esse incestuosam. Et
ex supradictis apparet, quòd q̃uis pater asse
rat aliquem esse filium suum, nō tamen propter
hoc præsumit̃ legitimus, nisi in casu authen.
si quis liberos. C.de natural. liber. Et
hoc infertur ad testes dicētes, †qualiter Titius 7
tractabatur pro filio, & ita fuisse reputabat̃, q;
nō subaudiatur pro filio legitimo: licet Deci.
consil.liiij. in causa dñi Antonij. consuluerit
cōtrarium, allegando gl. in c.lator. in gl. pen.
& ibi Iac.de Sopis. j. qui filij sint legit. & Bar.
in l.filium. ff.de his quæ in testa. ubi formando
uerba articuli tractatus filiationis, nihil dicit
de legitimitate. Sed ista sunt leuia, & gl.in
d. c.lator. probat contrariū, & Bart. in dicto
suo præsupponit cætera habilia, unde nō est
recedendum à prædicta opinione.

PRAESVMPTIO III.

1 *Res quelibet præsumitur allodialis & libera, non feudalis uel emphyteotica.*
2 *Comes aliquis si sit sub dominio regis, in dubio præsumitur habere comitatum iure proprio, nō tanquam feudalem.*
3 *Fama plenè probat in antiquis.*
4 *Si in genere constet aliquem habere feudalia bona alicuius domini, & requisitus à domino ut ostendat pro quibus præstet homagium, si hoc nō facit, omnia bona eius præsumuntur feudalia.*
5 *Feudalia præsumūtur bona, si probetur antecessorem in feudum illa habuisse.*
6 *Ecclesia quæ concedit iurisdictiones uel pensiones, censetur in dubio concedere feudum.*

TErtio †præsumitur quælibet res esse al- 1
lodialis & libera, nō autem feudalis uel
emphyteutica: quia ab origine sui, omne prędium
censetur liberum à qualibet seruitute.
l.altius. C.de seruit. Et ecclesia præsumit̃ habere
aliquem patronum, præter episcopum,
quo ad ius episcopale, ut dicūt Innoc. & Bal.
in c. uenerabilis. j.de except. Et propterea
infertur, †quòd si sit aliquis Comes sub domi 2
nio Regis, in dubio præsumetur habere comitatum
iure proprio, non autē tanq; feudalem,
ut dicunt Hosti. & Ioan. And. in c. fin.
in uerb. respondeo. ū. de iudi. & in c. nimis.
ubi Ant.de Butr. idem notat, j.de iureiur. de
quo per Alex. in d.consil.xv. in v.uol. Card.
Alex. in rub. feudo. col. xli. uers. xv. Ias. in d.l.
si prius. col.xiiij. cum concord.[b] Et licet talis b
Comes seruitia Regi præstiterit, præsumit̃
ea simpliciter & tanquā suo superiori fecisse,
non tanquam domino feudi. facit tex. in l.nō
dubito. uers. hoc enim adijcitur. ff. de capti.
& tex. in Clem. pastoralis. col. penul. uers. eo
modo. de re iudic. nisi fecisset aliquos actus,
qui propriè essent de natura feudi, prout est
petitio inuestituræ. c.i. §.si uerò. quid sit inuest.
in usib. feud. Et istud intellige, quando
facti fuissent plures actus, iuxta not. in l.si certis
annis. C.de pact. & declarat Card. in d.rubri.
Et hæc sit prima limitatio. Fallit secun
do, †quādo fama esset quòd talia bona essent 3
feudalia, & essemus in antiquis: quia tunc fama
plenè probat, ut habetur in c. ueniens. l.
suprà de testi. & in c.quid sit nouale. j. de uerbo.
sig. Et ita dicit Alex. in d. consil. xv. ubi dicit
idem

cit idem esse si probaretur per uerba narrati-
tiua principis, iuxta Clem. i. de probat. ut ibi
a per eum [a]. Fallit tertio,† quando constaret in
4 genere, quòd aliquis haberet bona feudalia
talis domini, & requisitus à domino ut osten
deret pro quibus bonis præstaret homagiũ,
hoc non faceret: nam tũc omnia præsumun-
tur feudalia, ut dicit Specul. in tit. de locato.
§. nunc aliqua. uers. lxij. Iac. de Beluis. Card.
& Bald. in c. uasallus. i. si de feud. fuerit con-
trouer. inter dom. & agna. Bald. in c. i. de ua-
sall. qui contra constit. Lotharij. & in c. i. §. in
super. de prohib. alien. feud. per Fed. Alber.
de Ros. in l. si certis annis. C. de pact. & in l.
plures apochis. de fid. instru. Alber. & Fulg.
in l. Titius. ff. de actio. empti. Ias. in l. ij. in xiij
quæst. C. de iur. emphyt. quod intellige & de
clara ut per Card. in d. c. uasallus. & per Bal.
5 consil. ccxxv. in i. uol. Fallit quarto,† quan
do probaretur quòd antecessor habuisset il-
la bona in feudum; quia præsumũtur eodem
iure peruenisse ad hæredem, secundum Bal.
in l. si cuius. ff. de usufru. & And. Sicul. con-
sil. xviij. in xv. col. in ij. uol. Fallit quinto in
6 ecclesia,† quæ cõcedit iurisdictiones uel pen
siones; quia in dubio censetur concedere in
feudum, ut est tex. in c. ad audientiã. ubi Bal.
infrà de pręscript. sequitur Ias. in d. l. si prius.
Et potest esse ratio, quia de natura rerum ec-
clesiasticarum est, ut non alienentur, si faci-
lius infeudentur. c. i. qui feud. dare possunt.
unde potius præsumitur infeudatio: q̃d non
est in rebus laicorum. Cogita tamen, quia il-
le tex. in d. c. ad audientiam. nõ uidetur pone
re aliquid speciale in ecclesia: & procedit ista
limitatio, quando constat quòd cõcessio ip-
sius rei fuisset facta per ecclesiam, & quòd ec
clesia præsens erat in possessione: alioquin,
eo ipso q̃ soluit aliquid ecclesiæ in signũ sub
iectionis, non sequitur quòd sit feudum, uel
emphyteusis: quia in dubio pręsumet̃ potius
simplex census, ut dicũt Alber. & moder. in
l. ij. C. de iur. emph. & potuit ille census fuisse
impositus à dño rei in fauorẽ ecclesiæ, nõ q̃
res à principio fuisset ecclesiæ: quod nota.

PRAESVMPTIO IIII.

1 *Baptizatus quis non præsumitur, nisi probetur.*
2 *Ecclesia non præsumitur consecrata, nisi probetur.*
3 *Fisco ecclesiæ ad consequenda bona defuncti sine hærede, an sufficiat probare quòd defunctus erat indutus more clericorũ, an uerò requiratur plena probatio quòd clericus erat.*
4 *Titulus semper debet probari, quando sumus in ijs in quibus requiritur titulus, nec possessio etiam longißima aliquod ius tribuit.*

1 QVarto. Præsumitur† quis nõ esse bapti
zatus, nisi probetur. c. paruulos. de cõ-
2 secrat. distin. iiij. Eodem modo† non præsu-
sumitur ecclesia consecrata. de consecrat. di-
stin. i. C. solennitatem. Nec pręsumitur quis
ordinatus. lxviij. distin. C. presbyteri. & ibi
gl. ponit istos tres casus. Et hoc facit ad quæ-
3 stionem† de defuncto sine hærede, cuius bo-
na tanquam uacantia petuntur à fisco princi
pis: & episcopus dicit, quòd imò pertinẽt ad
fiscum ecclesiasticum: & probat, quia talis e-
rat clericus; quod præsumebat̃ ex quasi pos-
sessione clericatus, quod præsumebat ex ha-
bitu, quia erat indutus more clericorũ. Do-
mi. de S. Gemin. in c. si iudex. §. fin. ȝ. de sent.
excõmu. in vi. tenet quòd istud non sit satis,
imò nisi episcopus probet ueram ordinis col
lationem, non obtinebit. Et ratio potest esse,
quia ista quasi possessio repugnat origini,
unde nõ releuat ab onere probandi, per su-
pradicta. Sed tu aduerte: quia uidemus q̃
ista quasi possessio aliquando releuat à tali
onere, ut in d. c. si iudex. ubi iudex deprehen
dens aliquem in tonsura, non debet cõpelle-
re ut probet clericatũ, sed debet remittere ad
ecclesiasticum. Vnde dic quòd alia ratio est,
uidelicet,† quia ubi in aliquibus necessarius 4
est titulus, nec possessio etiam longissima a-
liquod ius tribuit, prout est in casu nostro,
semper debet titulus probari. c. cùm adeò. de
rescript. c. ex literis. de transact. Nec posses-
sio transfert onus probandi. arg. c. ad deci-
mas. de restit. spol. in vi. Fallit, ubi agere-
tur de modico præiudicio, ut quia essemus
in præparatorijs iudiciorũ. ita procedit text.
in d. c. si iudex. & declarat Bald. in l. nõ igno-
ras. in ij. col. C. qui accus. non poss. & est de
mente Angeli in d. l. si prius. & facit text. de
consecr. distin. iiij. C. si eos.

PRAESVMPTIO V.

1 *Matrimonium non præsumitur ex cohabitatione, sed potius fornicatio. Secus de iure ciuili.*
2 *Filij nati ex duobus simul cohabitantibus, an admittantur ad succeßionem parentum, ex eo quòd ius ciuile præsumit matrimonium ex cohabitatione.*
3 *Filij nati ex cohabitatione duorum, an iure canonũ in dubio præsumantur nati ex concubinatu, an uerò ex stupro.*
4 *Naturalis filius ut quis dicatur, quæ requirantur.*
5 *Concubina ut quæ dicatur, plura requiruntur.*
6 *Filij nati ex seruitrice alicuius, non dicuntur naturales, sed spurij.*
7 *Filij ut legitimentur, requiritur ut sint nati ex concubina matrimonio digna.*
8 *Filij in dubio præsumuntur spurij.*

QVinto.† Matrimoniũ non præsumitur 1
ex cohabitatiõe, sed potius fornicatio.
xxx. q. v. C. aliter. secus de iure ciuili. per l. in
liberæ. ff. de ritu nupt. gl. in l. in cõcubinatu.
ff. de concubinis. Sed difficultas est in pra
ctica,† nunquid quo ad successionem filiorũ, 2
qui inde procreati sunt, saltem attendamus
dispositionem iuris ciuilis. Et Bald. singula-
riter in c. ex transmissa. de restit. spol. & in l.
& si contra. C. de nup. dicit quòd sic, licet Ca
nonistæ non contentaretur: quia cùm ad ius
Cano. pertineat principale, ergo & quicquid
ex eo sequitur. c. lator. qui filij sint legit. c.
tuam. de ord. cognit. & facit text. in c. de pru
dentia. ȝ. de dote post diuor. restit. Et isti ratio
ni Bald. non respondet: & eandem opinionẽ
uidetur tenere Abbas in d. c. lator. Sed tu
aduerte, quia in contrariũ fortiter obstat su-
pradicta ratio posita per Bal. quam cõfirmo
per doctrinã Abb. cõmuniter approbatã in

a ¶ Quòd fama plenè probet in antiquis, ultra cõcordantes amplè traditas per Feli. in d. c. ueniens. uide Romanũ cons. 414. circa propositũ. in fi. & cons. 109. in proposita consultatione. Alex. cons. 16. col. 6. nu. 17. in 5. uol. & cõsil. 22. in nomine domini. col. fin. in 4. & consil. 75. uisis. col. ij. eod. lib. & consil. 4. uideretur inspectis. colum. v. num. 28. et consil. 208. uiso summario. col. penul. in 2. uol. Curtium seniorẽ egregiè cõsil. 69. Christi nomine. col. ij. ubi allegat concord. & cons. 76. super motiuis. col. iij. Decium consil. 42. diuino implorato præsidio, & pro facultate mea. col. antepenul. & cons. 428. uiso cõsilio. ubi copiã amplißimam concordantiũ allegat. & tandem attestatur cõmunem Ias. in l. prætor ait. §. prætor ait. ff. de eden. col. pen. num. 29. & in l. cũ ea quæ. in fi. C. de transac. & plenius in l. cũ aliquis. col. fin. ubi allegat cõcord. C. de iure deliber. & Decium in l. ex his. col. iij. C. de testa. milit. Curtiũ iuniorem in consil. 27. licet per celeberrimos. & per Hippol. de Marsil. in l. de minore. §. plurimũ. num. 60. & seq. uers. item fama. in antiquis. ff. de quæst. ubi multa egregiè tradit. & in rub. de probat. nu. 194. uers. item pro prædictis etiam facit. & sing. 505. antiqua &c. & Socin. fallentia 287. fama. in fin. & seq. Ex

c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. ubi con-
cludit, quòd quando lex ciuilis procedit, præ
sumendo circa actum spiritualem, nõ ualet,
etiã si lex canonica illi nõ aduersaretur, ut ibi
per eum, & moder. Si ergo d. l. in liberę. nihil
ualet, certè non debemus eam fouere quo ad
successionẽ filiorũ. Sed tamen puto primam
opinionẽ, quæ est fauorabilior, esse ueriorẽ:
& cõsidero, quòd ratio cur lex Canonica nõ
præsumat matrimoniũ, est, quia cũ simus in
dubio peccati, capiť præsumptio tutior pro
anima, & sic, quòd sit peccatũ. ita dicit gl. in
d. c. aliter. & not. in c. unico. de scruti. ab ord.
faci. Sed ista ratio nõ militat, nisi respectu ip-
sorum principaliũ: ergo lex Cano. corrigẽs
ciuilem, ex aliqua ratione nõ debet extendi,
nisi quatenus infert dicta ratio. l. adigere. ff.
de iure patro. per Ioan. And. in c. fin. de con-
suet. & per moder. in auth. quas actiones. C.
de sacrosanct. eccles. Et sic resultat manifesta
differentiæ ratio inter principale & accesso-
rium, quo casu accessoriũ nõ imitatur natu-
ram principalis. l. & scis. C. de præd. minor.
& d. l. in liberę. satis uidetur approbata à iure
Canonico, quo ad filios, ex quo ratio corre-
ctionis non infert nisi quo ad principale.
3 Sed† circa hanc præsumptionẽ contingit
pulchra dubitatio. Nam dato quòd præsuma
tur fornicatio, an intelligemus de cõcubina-
tu, an de stupro: & sic, nunquid filij inde nati
erũt naturales, an uerò spurij: Et uidetur di-
cendum, quòd deberent præsumi naturales
simpliciter: quia ubi concubitus est inter so-
lutum & solutam, filij inde nati sunt natura-
les. c. innotuit. ã. de elect. notatur in c. tanta. J
qui filij sint legi. Sed istud posset procedere,
attento cõmuni usu loquendi, uel etiã, ut ar-
a bitror, attento iure Canonico simpliciter [a].
4 Sed de iure ciuili, † ad hoc quòd aliquis sit na
turalis, & sic capax successionis paternæ, re-
quiritur quòd sit natus ex concubina. Et ad
5 hoc† quòd dicatur concubina, multa requi-
runtur: uidelicet, quòd sit solutus cum solu-
ta, ita quòd inter eos possit esse matrimoniũ:
& quòd sit retenta diu in domo in habitu con
cubinæ, quæ parum distat ab uxore: & quòd
sit unica concubina. & probatur in §. si quis
autem defunctus. in auth. quib. modis natu.
effi. sui. & in l. iij. ff. de concubinis. & ita dicit
Specul. in tit. de succes. ab intest. §. i. uers. nũc
de naturalium. Idem uoluit Io. And. in rub.
qui filij sint legit. in addit. Specul. in prin. &
Signorol. de Homod. consil. ccxxi. factum
sic se habet. Abbas in d. c. innotuit. & est de
mente Bart. in l. fin. ff. de concubinis. & in l.
fin. in prin. ff. de his quib. ut indig. & per A-
lex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. in xiiij. col.
ff. ad Trebell. Abb. in d. c. per uenerabilem.
& in d. c. tanta. Ioan. Bapt. de S. Seuer. in re-
pet. l. si qua illustris. in i. chart. C. ad Orficia. [b] b
Et† propterea filij, quos aliqui habent ex ser 6
uitricibus suis licet nõ coniugatis, dicuntur
spurij, non naturales, ut dicit Bald. in l. eam
quam. in vij. col. C. de fideicõmiss. & Alber.
de Ros. in rub. C. de natur. lib. in prin. ubi di-
cit, quòd de hoc fuit magna quæstio in pro-
uincia: & dicit Bal. in consil. cclxij. recordor
me consuluisse. in i. lib. quòd pauci sunt uerè
naturales, propter multa quæ requirũtur ad
concubinatum [c]. Facit quod not. Angel. in §. c
sed & aliud. in authen. quib. mod. natur. effi.
legit. ubi dicit, † quòd ad hoc ut filij legitimen 7
tur per modum traditũ ibi, & per text. in au-
then. si quis liberos. C. de natur. lib. requiri-
tur quòd sint nati ex cõcubina matrimonio
digna, secundum supradicta: & sequiť Card.
Alex. in c. per uenerabilem. in x. col. aliàs est
in quinta col. sub §. quod autem. uers. secun-
dus modus. J. qui filij sint legit. Est uerum
quòd ad hoc quòd legitimentur per subse-
quẽs matrimoniũ, istud nõ procedit de iure
Cano. c. tanta. qui filij sint legit. latè Decius
consil. clv. & ius Cano. isto casu attenditur,
ex quo agitur de dependentijs matrimonij,
quod est quid spirituale, ut ibi per eum. Ex
supradictis ergo habes, † quòd filij in dubio 8
præsumuntur spurij, non autẽ naturales. Est
uerum quòd contra supradicta obstat tex. in
l. si quis ingenuam. cum gl. i. ff. de capti. &
postlim. reuer. ubi filij quos quis habet ex ser
ua, dicuntur naturales. facit l. ij. C. si mancip.
ita fuer. alie. & gl. in d. l. si quis ingenuam. in-
telligit illum text. quando non fuerat reten-
ta in concubinatum. Sed ego puto d. gl. non
esse ueram: quia filij non dicerentur natura-
les, nisi ista ancilla fuisset habita sub nomine
concubinę. arg. l. fin. C. cõmu. de manumiss.
Et ita tenent Aret. consil. xlviij. in primo du-
bio. Ioan. Bapt. de S. Seuer. in d. l. si qua illu-
stris. col. secunda.

PRAESVMPTIO VI.

1 *Excõmunicatus qui fuit, præsumitur etiam hodie excõmu-*
nicatus. Limitatur ibidem & seq.

SExto. † Qui fuit excõmunicatus, præsumi 1
tur etiã hodie excõmunicatus. c. sicut no-
bis. ubi Abb. infrà de sent. excõmu. c. propo-
suit. ubi gl. de cler. excõmu. Rota in xi. decis.
tit. de probat. in antiquis [d]. Limitat hanc con d
clusionem Abb. ibi, ut procedat in excõmu-
nicato simpliciter: secus si excommunicatio
fuerit cõditionalis: puta, excõmunico te, nisi
decem Sempronio intra mensem dederis.
Nam ex quo potuit illa decem dedisse, non
præsumetur excõmunicatus quo ad tertium
agentem: secus quo ad ipsum Sempronium.
de quo in c. super his. per Innoc. de accusat.
Adde pro hac limitatione quod not. Lapus
alleg.

quibus locis etiam colliges, quantum tẽporis debeat ascendere illud antiquum, an quadraginta annis, an uerò centũ, aut tantum tẽporis quòd nõ sit memoria in contrarium.

a ¶ Vide Bal. post Io. And. in c. nisi cũ pridem. de renunc. & conf. 129 factũ proponitur. in 2. uol. & Io. Bapt. in l. si qua illustris. col. 2. ad Orficia. C. & egregiè in pulchro casu consuluit Stepha. Bertran. conf. 26. ex processu. in 2. uol. nouissimorũ.

b ¶ Vltrà hic allegata idẽ tenet Bal. in l. fi. C. de natur. lib. & conf. 206. casus talis est, quidam A. lib. 1. Old. conf. 196. factũ tale est. Nicol. de Vbaldis in tract. suc. ab itest. circa pri. uers. secunda species liberorum. & Mathesil. in tract. successi. ab intest. col. ij. uers. secundum mẽbrũ. Ang. Aret. in §. fi. instit. de nuptijs. Mart. Laud. de Caza. in tract. legit. uers. in Christi nomine amen. priusq̃ &c. ubi melius q̃ alibi. & Præpos. in c. lator. qui filij sint legit. Ang. conf. 223 pro decisione. & Alex. conf. 60. uisa legitimatiõe. col. iij. & conf. 173 super eo de quo queritur. in ij. colum. lib. 5. & Cor. consil. 9. memini. col. ij. lib. 4. ubi alleg. concord. & Steph. Bertran. consil. 26. ex processu. nu. 5. in fi. & nu. 7. lib. 2. nouiss.

c ¶ Ideo cõsuluit Oldra. conf. 196. factum tale est. in nobili qui cognouit pauperculam mulierem, quæ solebat portare aquam de fonte in domum nobilis, & conducebat operas suas ad messes, & uiuebat de laboribus manuum suarum, & illi mulieri nobilis non prouidebat, nisi de duobus annis in tunica, et duas uel tres salmatas bladi omni anno ad ipsius mulieris supplicationem: quòd nati ex tali muliere paupercula, & illo nobili, non sunt dicendi naturales liberi, sed spurij, quia, ut suprà dictum est, oportet quòd sint ex muliere in scemmate concubinæ sociata, & quòd concurrant illa quæ suprà recitauimus.

d ¶ Vide Anch. conf. 64. incip. in Christi nomine &c. motiua iudicis. Fel. in c. scribebam. col. ij. J. eod. Boschum Codega in c. J. col. xiiij. uers. etsi sit difficile. de iudi. & Nicol. Euerardũ in centuria locorum legalium, loco de tempore ad tempus, fol. 70. uerso.

allegat.cxxvi.incip.quidam incarceratū, ubi si accusatur clericus tanquā excōmunicatus, quia celebrauit in parochia aliena, iuxta Clemen.i. de priuil.& hoc probetur, nō tamē poterit condemnari, quia potuit hoc cum licentia facere. Sequuntur Ant.de But.& Imol.in d.c. super his. Et licet Decius in l. non hoc. C.unde legit. reprobet, ex eo, quia intentio actoris uidetur fundata, iuxta gl.in l.ij. ff. de appell.recip. quam not. Matthes.not.xix, tamen puto decisionē posse sustineri: quia cùm simus in criminalibus, debet accusator concludenter probare crimen factū respectu territ. Nec ista simplex præsumptio, quòd nō habuerit licentiam, sufficiet.l.fin. C.de probat. nisi esset præsumptio quam lex etiam in criminalibus approbaret, puta, quia ualde efficax & uiolenta, ut per Abb.in c.insinuatū. ȷ. de simo.in c.accedēs.de accus.& not.per moder.in c.afferte.ȷ.eod.& per Bal.in l.siue possidetis. in ij. col. C. de probat. Et secundum istam saluationem restringo supradictam limitationem Abbatis. Secundo limitat ibi

2 Abbas,†quando iste cōmuniter reputaretur pro absoluto: nam tunc, quantū ad alios secum contrahentes, non haberetur pro excōmunicato, ut per eum. Tertio limitat, quando allegaret absolutionem, & diceret se perdidisse instrumentum, & lapsum esset longum tempus, & talis esset bonæ conditionis. arg. c.illud. iij.col. Tu adde text.in l.sicut. C. de fid.instr.in l.testium.C.de testibus. in c.i. quid sit inuest.in usib.feud.ubi Bal. Quarto limitatur in casu notabili, quem refert Cynus in l.edita,in vij.col. C. de eden.ubi dicit, quòd si aliquis excipiendo dicat electionem nullam, quia electores antè fuerant excōmunicati, talis exceptio non releuabit, quia non fiet interpretatio, quòd quo tempore elegerunt, essent excōmunicati: de quo dic ut per eum:& de ista doctrina ȷ dicam uers.xij.

PRAESVMPTIO VII.

1 *Malus semel, semper præsumitur malus.* Limitatur num. 2. *& sequent.*

2 *Tortura in dubio incipienda ab illo qui aliàs simile delictū fecit. Carceratus ex delicto, si aliàs ueniret relaxādus fideiussoribus, si tamen aliàs aufugit de carceribus, non erit relaxandus, sed diligenter custodiendus.* Vide in addit.

3 *Malus si per triennium saltem stetit probus & abstinens à delicto, non præsumitur amplius malus.* Intellige ut ibi.

4 *Notarius si fecit instrumentū falsum, an præterita cætera præsumantur falsa.*

5 SEptimo.†Præsumitur qui fuit malus, etiā nunc malus. regula, semel malus. de reg. iur.in vi. de qua per Hippol. sing. lxxiiij. Et ex hac regula infert Salic. in l.fin. in ult. col.

2 C.de quæstio.†quòd ubi plures fuerunt in rixa, & reperitur unus uulneratus, poterit iudex deuenire ad torturam contra illum, qui aliàs simile delictum cōmiserit, per d. regulā, quam sequuntur moder. in l.i. in prin. in ult.

a col. ff.de quæstio.ᵃ Limita primo hanc regulam, ut intelligaт in eodem genere mali, uel illi simili. l.si cui. §.i. de accus.l.non omnes.§. à barbaris. ff.de re mili. Iacob.de Beluis.in dispu.sua, quam posuit in l.omnimodo. C. de inoffic.testam. & eam ad literam refert Alberic.de Ros.ibi.& Anchar.in d.regula, semel. & Lucas de Pen. in l.quemadmodum. C. de agric.& cens. lib.xi. & ita etiam limitat Bart. in l.Cassius. ff.de senat. Bald. & Imol.in l.fin. ff. de hæredibus instit. Ioan. de Ana. in c.P. diaconus.de homi. Felin.in c.cùm in iure. in prin.ȷ.de offic.deleg. Alex.consil.v. in prin. & consil.lxxvij.uers. quintum, in prin.& consil.cxliiij.post redditum.in secundo ᵇ. Adde b tamen, quòd qui est malus in uno, habet contra se non modicam suspicionē quòd sit malus in alijs, propter magnam connexitatem quam habent uitia inter se; & probatur à fortiori in C. si gens Anglorū. lvi.distin. ubi ex una specie delicti paterni, præsumuntur filij laboraturi pluribus & diuersis delictis. Se-

3 cundo limitatᵣ,†quando aliquis stetisset probus & abstinens ab illo delicto per aliquod tempus, saltem per triennium. §.hinc autem nobis.in authen. de monachis. & ibi Angel. Salic.in l.fin.§. si fideiuss.ff.qui satisd.cog. in l.si minorem. in tertia col. de in integ. restit. min.Lud.Rom.consil.ccxxv.in ij.col. Ias. in l.si prius.in penul.char.ff.de oper.no.nunc.ᶜ c Adde quòd ista limitatio est intelligenda, quando talis delinquens fecisset magnā pœnitentiam, puta, quia ingressus religionem, prout loquitur ille text. uel quando probaretur pluries euenisse illi occasionē similis mali faciendi, & tamen eum abstinuisse, secundum Iacob.de Beluis.in d.disputat. Tertio limitatur, ut nō procedat in delictis quæ per naturam seu ætatem alterantur: licet enim iuuenis fuerit libidinosus, nō præsumeᷓ idem uitium in sene. & ita est de mente Bart. in d.l. Cassius, & in d.l.si cui.§. ijsdem.arg.l.spadonem. §.qui absolutus. ff. de excus. tut. & per Felin.in d.c. cùm in iure. Quarto intelligere istam regulam respectu futurorum: quia qui secit aliàs delictum, præsumitur simile in futurū facturus: sed respectu præsentis, ista præsumptio non facit plenam probationem, sed suspicionē tantùm, prout dixi per dictū Salic.in d.l.fin. C.de quæstio. & ita uoluit Ia-

4 cob.de Beluis.in d.disput. Et hoc facit† ad quæstionē de Notario qui fuit cōdemnatus, quia confecit unum instrumentum falsum: nunquid cætera etiam præsumūtur falsa? Et uidetur dicendum quòd non, per istam limitationem; licet in futurū post cōdemnationē non possit alia facere. ita tenent Innoc. Abb. Imol. Io.de Ana.& ibi latè Feli.in c.fraternitatis.ȷ.de hæret. & fuit quæstio aliàs disputata, ut per Alberic. de Rosa. in l.consiliarios.

a ¶ *Vult allegare Hippol. de Marf. quem etiā uide in singul.217. incip. ter uel quater. Ex hac regula etiā inferūt Goffred. Io. And. Imol. Panor. & alij, in c. scribā. per illū tex.ȷ. eod. quòd qui semel malè & negligenter studuit in iure Canonico, præsumitur quòd male studebit in iure ciuili. & uide Nicol. Euerardū in centuria locorū legaliū, in loco de tēpore ad tempus. Accedat quod uoluit gl. notab. in l. lege Cornelia. ff.ad Syllan. ubi Bald. & Lud. Rom. & Bal. in l. iij. C.de epis.audient. Ang. Aret. in tract. malef. in uerbo, fama publica. uers. quarto notandum. & Hippol. Mar. in l.maritus. col.pen. ff.de quæstio. quòd licet qs aliàs ueniret relaxandus fideiussoribus ex aliquo delicto, nec ueniret incarcerandus, si tamen aliàs semel de carcerib. aufugit, carcerandus est, et diligēter custodiēdus, & p hoc perdit beneficium l.ȷ. ff.de cust. reor. bene faciunt quæ amplè cumulat Felin. in c. ad abolendā. col. ȷ. extra de hæret. & latius in c. scribam. col. ij. ȷ. eod. ubi etiā subijcit, quòd semel hæreticus, præsumitur semper hæreticus. Et de hac regula, semel malus. uide omnino Bar. et Doct. in l. si priue. in quinta oppos. tertiæ partis pricipalis. ff. de no. op. nunc. ibi, locus ordinarius. & uide notabile consilium Lud. Rom. in consil. 54. usis circa id. ante finem.*

b ¶*Quod uidere poteris cum uarijs concord. per Hippol. Marf. consil. 15. æterni numinis. col. iiij. num. 9. & consil. 77. dominus labia. col. ij. num. 11.*

c ¶*Faciunt multa egregia dicta cumulata per Ias. in l. in arenam. C. de inoffic. testa. ubi multa congerit de eo quem pœnituit, & effectus est uitæ melioris. uide omnino.*

a ¶ Vide Iaſ. in l. ſi ex falſis. ad fin. C. de tranſact. Ad de fortum, quòd liceet Notarius ſemel de falſo cõdemnatus, non poſsit alia inſtrumenta conficere, poterit tamẽ præterita, de quibus fuit rogatus, perficere, ſeu in publicam formam redigere, ſecundũ Bart. in l. ad teſtamentum. §. j. ff. de teſtam. refert & ſequitur Iaſ. in l. Barbarius Philippus. col. antepen. uerſ. iuxta præſentem materiam de Notario. ff. de offic. prætoris. ubi alleg. cõcord. & in l. prætor. §. j. in fin. ff. de edendo. & Felin. in d. c. fraternitatis. in vj. fallentia. Et quòd Notarius cõmittens falſum, & cõdemnatus de falſo in uno, non poſsit in futurum alia inſtrumenta cõficere, ultra hic allegata uide ampliſsimas concordantes per Hippolytũ Marſ. ſingul. 193. tu ſcis quòd notarius. illud tamen menti cõmenda quod tradit Baldus in l. in fraudẽ. §. ſi quis. ff. de teſta. milit. refert & commendat Hippol. Marſil. ſing. 569. pia cauſa. in fin. quòd uſqueadeo Notarius ſemel de falſo damnatus prohibetur in futurum inſtrumenta conficere, ut etiam ſi pro pia cauſa inſtrumentum ſeu teſtamentum ſcripſerit, nõ ualeat, nec ſibi credatur. quod nota.

a C. de aſſeſſorib.[a] Quinto, dicta regula nõ
procedit in crimine occulto: quia nõ præſumitur
aliquis ſimile facturus, imò præſumitũ
facere pœnitentiam de eo. Et eſt ratio, quia
in occultis ſemper capimus interpretationẽ
in meliorem partem. vi. quæſt. i. C. ſi omnia.
& c. ex tuarum. ſ. de ſortileg. & per Iacob. de
Beluiſ. in prædicto loco.

PRAESVMPTIO VIII.

1 *Bonus qui fuit, ſemper præſumitur bonus.*

1 Octauo. † Præſumitur qui fuit bonus, etiam
nunc eſſe bonus. c. mandata. ſ. eo.
quia ex tranſacta uita, addiſcimus quid de ſe
quenti cõuerſatione præſumamus. fa. tex. in
b l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit.[b] Limita
iſtam concluſionẽ quinq; modis, ut per
Feli. in c. cùm in iure. in prin. de offic. deleg.
& in c. final. in iiij. col. ſ. eod. Dic ut ibi, & aliquid
dicetur in regula ſeq.

PRAESVMPTIO IX.

1 *Vidua fornicatrix, idem præſumitur feciſſe uiuo marito.*
2 *Raptoris pœna non punitur, qui rapuit mulierem quæ aliàs fuerat tacta, uel laſciuiter oſculata.*
3 *Vidua ſtuprum cõmittens perdit dotem, ſicut uxor adulterium cõmittens. Contrarium tenet num. 5.*
4 *Probationes luce clariores nõ requiruntur in criminibus, quando agitur de pœna pecuniaria.*

1 Nono. † Præſumitur uidua fornicatrix,
idem feciſſe marito uiuente. §. fin. in au
then. de reſtit. & ea quæ parit. facit l. ſi hi qui.
C. de adult. ubi accuſati de adulterio, & liberati
prætextu conſanguinitatis, ſi deinde cõ
trahunt matrimoniũ, præſumunt prius adul
terati. Ad idem quod not. Paul. de Caſt. con
2 ſil. ciij. uiſo dicto ſtatuto. ubi † ſtatutũ puniẽs
raptorem mulieris, non habet locũ in eo qui
rapuit mulierẽ quæ aliàs fuerit tacta, uel laſci
uiter fuerit oſculata: quia talis nõ præſumitũ
rapta per uim: de quo per Alber. de Roſ. in
tertia parte ſtatutorũ, quæſt. xxxij. cum con
cord. per aliquos moder. in l. maritus, in fin.
c ff. de quæſtio.[c] Et ex his etiam infertur ad id
quod notabiliter cõſuluit idem Paul. conſil.
3 cxliij. reuocatur in dubium. in ij. uol. ubi † diſpoſitionẽ
legis uolentẽ quòd uxor per adul
terium perdat dotem, ampliat etiam in uidua
ſtuprum cõmittente. refert & ſequitur Iaſ. in
l. ij. in ij. col. ff. ſol. matr. Et ratio eſt, quia ui
dua dicitur eſſe in matrimonio, ſaltem fictè,
per interpretationẽ. l. ſororem. C. de his qui
bus ut indig. & ibi Paul. de Caſt. idem tenet,
& in l. fideicõmiſſum. C. de fideicõmiſſ. Sed
tu ultra rationes Pauli de Caſt. ibi poſitas dic,
quòd facit ſupraſcripta præſumptio, quòd
ex tali ſtupro cõmiſſo in uiduitate, præſumi
tur idem feciſſe in matrimonio. d. §. penult.

Nec obſtat fundamentum Alex. in d. l. ſo
rorem. contrarium tenentis, dum dicit, quòd
iura pœnalia non debent extendi de caſu ue
ro ad fictum. c. odia. de regul. iuris, in ſexto.
Nam reſpondeo, quòd non fit aliqua exten
ſio, ex quo iura loquunt̃ de adulterio, de quo
etiam nos loquimur: quia lex præſumit adul
terium factum uiuente uiro, per ſupradicta.

Nec obſtat quòd in materia criminali re
quiruntur apertiſsimæ probationes, nec ſuf
ficiunt præſumptiones. l. fin. C. de probat.
† quia illud procedit, ubi ageretur de pœna 4
corporali: ſecus ſi de pœna pecuniaria, pro
ut eſt in caſu noſtro, ubi ageretur de amiſsio
ne dotis ſimpliciter. Et ita illam legem limi
tant Lud. Bononieñ. in conſil. xlix. in addit.
conſiliorũ Ioan. de Ana. pro quo facit quod
notat Bald. in l. iij. C. ad leg. Iul. maieſt. & ui
detur de mente gl. prout eam declarat Imol.
ibi, in c. ueniens. i. ſ. de teſtib. circa quod di
ctum Imol. uide moder. Peruſ. in c. i. in pen.
col. ſ. de appell. & facit tex. in c. teſtimonium.
ſuprà de teſtib. Et ſic poteſt defendi prædicta
deciſio. Ego † tamen non puto eſſe uerum: & 5
in contrarium urget text. in d. §. fin. ubi text.
præſupponit, quòd ſi mulier fornicetur ul
tra tempus luctus, quòd non incidat in pœ
nas impoſitas tranſeuntibus ad ſecundas nu
ptias, de quibus in l. i. C. de ſecundis nupt. &
hoc tenent gl. & Ang. ibi expreſſe in d. §. fin.
& not. in authen. eiſdem. C. de ſecund. nupt.
Et inter cæteras pœnas, eſt etiam diminutio
dotis, ut habetur in d. l. i. Nec obſtat prædi
cta præſumptio, quia alio non conſtito, non
eſt ſufficiens ad faciendum principaliter ali
quẽ condemnari ſuper crimine præſumpto,
ut in ſimili dixi ſuprà in ſeptima præſumptio
ne, in quarta fallentia.

PRAESVMPTIO X.

1 *Periurus ſemel, præſumitur adhuc facturus periurium.*
2 *Periuro ſemel, non defertur iuramentum ad probandum.*
3 *Teſti aliàs periuro nõ creditur: ſed an faciat indicium ad torturam, uel ad formandam inquiſitionem.*
4 *Socius criminis licet faciat quandoque indicium ad capturam, torturam, uel inquiſitionem, hoc tamen non procedit in ſocio periuro.*

Decimo. † Præſumitur qui ſemel fuit per 1
iurus, adhuc facturus periurium. xxij.
quæſt. v. C. paruuli. c. literas. in fin. ſ. eo. † Vn 2
de qui ſemel fuit periurus, perdit officiũ pro
bandi per iuramentum, ſecundum Rom. &
repet. in l. admonendi. de iureiur. facit quod
notat Felinus in c. ex parte. ſecunda col. de te
ſtibus. c. ad reprimendum. in prima col. de of
fic. ordina. in c. paſtoralis. in xi. colum. uer
ſic. ſecundo limita. de except. Et faciunt mul
ta ſimilia, de quibus per Baldum in auth. cui
relictũ. in iij. col. uerſ. attende. C. de indic. ui
dui. toll. Ang. in l. qui iudicio. ff. de accuſ. gl.
& ibi Rom. in l. lex Cornelia. ff. ad Sylla. Pau
lus de Caſt. in l. i. C. de proba. Moder. in l. ma
ritus. penult. col. ff. de quæſtio.[d] Et ex hoc d
infertur

b ¶ Adde Alex. in l. ſi quis ex argentarijs. §. prætor ait. ff. de edendo. col. ult. Hippol. in l. maritus. num. 19. de quæſtio. & conſil. 70. num. 12.

c ¶ Vult allegare Hippol. et uide eundẽ ſing. 74. tu habes. & in rub. de fideiuſſ. nu. 175.

d ¶ Vult allegare Hippol. Marſ. qui ibi egregia ſimilia cumulat: & uide eundẽ latiſsimè ad dotẽ huius præſumptionis, in rub. de fideiuſſ. num. 167. uſq; ad num. 179. & in conſil. 78. ſalus omnium. col. antepen. & ſing. 74. tu habes regulam. ubi multa cumulat: & aliqua per Felin. in c. per tuas. col. fin. extra de ſimon. & per Nicol. Euerardum Præſidem, in centuria locorum legalium, in loco de tempore ad tempus, qui eſt locus 42.

2 infert,†q̃ nõ creditur testi qui aliàs perhibuit falsum testimoniũ; de quo in c. testimoniũ. ẽ. de testi. Et uidetur quòd talis testis periurus non faciat indicium nedum ad torturam, sed nec ad informandam inquisitionẽ. c. sicut nobis. in fin. ẽ. de testib. Et ita consuluit Raph. Fulg. consil. clxxiij. & consil. cvij. & Decius
3 cõsil. clxxxix. Et†licet dictum socij criminis faciat indicium ad capturam, & ad formandam inquisitionẽ, & in aliquibus casibus ad torturam, ut habetur per Aug. de Arim. post alios in tract. malefic. Ang. in uerb. fama publica. in quinta col. tamen istud nõ est in periuris, in quibus deficit fundamentũ testium, uidelicet fides ipsa. d. c. testimoniũ. & d. c. sicut, quod singulariter nota.

PRAESVMPTIO XI.

1 *Inimicus olim, præsumitur etiam hodie inimicus.*
2 *Litigans cum aliquo, an saltem lite finita possit contra eum testimonium dicere.*

1 VNdecimo.†Præsumitur etiã hodie inimicus, qui olim fuit inimicus. l. in ipsius. ubi Bal. not. C. fam. erc. Innoc. in c. cùm oporteat. de accus. Salic. & Alex. in l. iij. ff. de testi. Bal. in l. ex persona. in iij. col. C. de probat. Et propterea infert Aret. in c. i. de iudi. q̃
2 †cùm aliquis litigat cõtra alium, ex quo præsumitur inimicus, non poterit contra eum dicere testimoniũ, etiam lite finita, quia præsumitur inimicitia durare. De quo tamẽ dicendum est, ut ibi habetur: quia cõmunis opinio uidetur aliter esse, per text. in §. si uerò odiosum. in authen. de testib. uidelicet quòd istud resideat in arbitrio iudicis, qui ex qualitate negocij & personarũ arbitrabitur, nunquid iste adhuc seruet inimicitiam, ut per Ant. de
a Butr. & moder. ibi.[a] Et ex hoc colligitur prima limitatio, ut regula non procedat, quando iudex arbitraretur nõ subesse inimicitiã. Secundo non procedit, quando inimicus esset reconciliatus. d. l. in ipsius. nisi de modico tempore reconciliatio pręcessisset. iij. q. v. C.
b accusatores. in c. per tuas. de simon.[b]

PRAESVMPTIO XII.

1 *Subditus olim, præsumitur etiam hodie subditus.*
2 *Libellus siue petitio an ualeat, si peto à te decem ad quæ fuisti mihi obligatus.*
3 *Præsumptio faciens pro aliquo, debet ab eo allegari, aliàs non releuat.*

1 DVodecimo.†Præsumitur qui olim fuit subditus, etiam hodie esse subditus, ut est text. ubi Bald. & Abb. in c. præterea. ij. ẽ. de transact. ubi si fratres cõfiteantur se olim fuisse subditos, cõdemnantur, tanquam si de præsenti confessi essent. Et hoc facit pro opinione Specul. in tit. de actio. & petit. §. sequi-
2 tur. uers. quid si dico. ubi tenet,†quòd si in libello peto à te decem ad quæ fuisti mihi obligatus, ualet petitio, quia etiam hodie præsumeris obligatus. Et idem tenent Butr. Ioan. de Imol. & And. Sicul. in c. ij. de libel. oblat. Anchar. in c. cùm uenerabilis. in vi. not. j. de except. Raph. Comen. & Iacob. de Puteo in l. certum. §. i. ff. de cõfessis. Raph. Fulg. in l. i. ff. de edendo. Rota in decis. cccxxv. quidam in libello. Felin. in c. scribam. j. eod. Et pro ista parte est gl. in d. l. certum. §. i. ubi si quis confiteatur fundum fuisse actoris, præsumitur adhuc esse, nisi reus deinde probet amplius nõ esse actoris. Et illam gl. ita declarant Dyn. Alber. de Ros. & Raph. Comen. ibi, & Bald. in d. c. præterea. Contrarium tenuit Cyn. in l. ædita. in vij. col. C. de eden. & idem sequuntur Bald. & Angel. ibi. & idem tenet Bart. in d. l. certum. §. i. per illam gl. quæ, ut dixi, probat oppositum. & Ang. in l. si rem. ff. de rei uend. & Raph. Com. consil. lxxi. uiso processu. Adducũt etiam rationem; quia qui fatetur de uno tempore, censetur negare de alio. l. i. ff. de his qui sunt sui uel alie. iur. l. fin. cum gl. ff. de testib. Possent concordari opiniones, firmando opinionem Specul. & sequacium, pro regula, quam limita primo, secundum intentionem Bar. quando fuisset facta mentio de tempore præterito, ut excluderetur tempus præsens, iuxta c. nonne. infra eod. & quæ dixi in c. quod sedem. in primo notab. ẽ. de offic. ord. Nam isto casu reus ipse non censeretur confiteri de præsenti, nec posset condemnari tanquam confessus: licet eo non probante mutationem, actor obtineret ex præsumptione legis, secundum gl. in d. l. certum. Et in actore in dubio non præsumetur facta mentio de tempore præterito ad exclusionem præsentis, ex quo per talem interpretationẽ pcuiio esset inepta. arg. l. quoties. ff. de rebus dub. Secundo limitatur,
†quando ille qui fundat se ex tali pręsumptione, eam non allegaret, ex quo præsumptio 3
non allegata nõ releuat. l. si adulterium cum incestu. §. idem Pollioni. ff. de adult. Bar. in l.
cùm quid. ff. si cer. pet.[c] Et est ratio, quia cùm c
præsumptio fundetur in dubio, debet ille in cuius fauorem introducitur, eam adiuuare quantum potest, & allegare, ut ostendat se uelle uti tali beneficio: de quo etiã dicemus infrà loco suo. Et istam limitationem sequitur Paul. de Cast. in l. si minorem. in prima col. C. de in integ. restit. minor. & est de mente Alex. in d. §. i. in apostillis ad Bart. licet Rota in dicta decis. uelit contrarium: de quo etiam per And. Sicul. in d. c. ij. & Felin. in d. c. scribam. Tertio limitatur, ut procedat illa opinio in libello, secus in confessione partis: quia confessio est stricti iuris, nec debet ulterius extendi quàm uerba importent, secundum Rotam in prædicta decis. But. & Imol. in d.

a ¶Et hoc residere in iudicis arbitrio etiã asseuerat Deci. in d. c. j. i prima lect. licet in secunda aliud cõcludat pro cõcordia opinionũ. Et præceptor meus Dn. Frãcis. à Ripa, col. vij. num. 17. ubi etiã dicit standũ arbitrio iudicis, quãta fides sit adhibenda lite finita illi qui contra me litigauit. Aduerte tamẽ quòd opinionem Aret. in d. c. j. et clarum in c. repellũtur. de accus. uidelicet quòd indistinctè ille qui cõtra me litigauit, repellatur à testimonio contra me, etiã lite finita, tenet And. Barb. in d. c. i. col. uij. & ibi latißime melius q̃ alius quispiã disputat Boschus Codega col. xij. cũ quinque seq. qui tandẽ tenet cum Aretino, Barbatia, & domino suo, & comprobat ineuitabilibus fundamentis, & respondet fundamentis contrariæ partis notabiliter, et ampliat multimodè hãc sententiam Aretini & sequacium: ad quem sufficiat remißio, ne chartas occupem.

b ¶Adde Rom. sing. 315. incip. Innocentius &c. Alex. consil. 99. in causa inquisitiõis, in primo uol. Deci. in c. j. de iudic. col. iij. & ibi Boschus Codega allegat concord. col. xiij. & præceptor meus à Ripa, col. vij. num. 17. Hippol. de Marsil. sing. 189. uiget cõmuniter. & in l. j. §. præterea. col. ij. ff. de quæstionib.

c ¶Notabilis est regula, quòd quoties præsumptio iuris est pro aliquo, illa debet allegari ab illo, alioqui non iuuat nec releuat: pro qua uide Bar. in l. rem alienam. ff. de pig. act. Bal. & Ang. in l. super longi. C. de præscrip. lon. temp. & in l. si certis annis. C. de pact. Salic. in l. certi. C. locati. & Alex. cons. 94. in causa & lite uertente &c. col. ij. lib. 1. & cons. 76. in causa & lite. col. fin. eod. lib. & consil. 69. in causa. col. ij. uers. item posito. lib. 3. ubi allegat concord. & latißimè consil. 92. uiso & opportunè. lib. 5. cum simil. traditis amplè per Ias. in d. l. cùm quid. in secunda lect. col. antepen. & ibi latum accumulat ad huius regulæ dotem Francis. Purp. num. 139. usq; ad nu. 152. & egregiè per Deci. in l. nõ hoc. C. unde legit. Adde ultra illos Corn. cõs. 29. incip. cõsilio supra col. pen. lib. 4.

Hippol. in rub. C. de proba. nu. 102. fol. 12. et uide quae traduntur ĩ praesumptione xxj.

a ¶ Vide supradicta cum cõcord. traditis per Nicolaum Praesidem in cent. locorum legalium, loco de tempore ad tẽpus, fol. 71. uerso. Ideo inquit notab. Alex. consil. 57. in causa & lite. in fine lib. 7. quòd quales hodie reperiũtur cõfines, tales praesumuntur olim fuisse: quia mutatio cõfiniũ non praesumitur, nisi probetur. Et uide eundẽ Alex. consil. 15. consideratus. eod. lib. & per Curtium seniorem consil. 56. & notabiliter Calcaneum cõsil. 90. quia ista quaestio.

b ¶ Vltra quos uide Soci. consil. 89 col. ij. in 1. Alex. consil. 12. uiso processu. col. fi. lib. 4. & cõsil. 57. lib. 7. & consil. 88. quoniam omne datũ. col. ij. & consil. seq. col. ij. lib. 5. Aret. notabiliter consil. 42. uiso consilio. Calcan. d. consil. 90. ubi egregiè p totum consiliũ. & Corn. consil. 171. uidetur in hac. lib. 1. per totum consilium. & Lud. Bolog. consil. 4. uiso igitur. col. ij. et melius quàm alibi Decium consil. 42. quasi per totũ consilium, maximè in quarto & quinto dubio. Aliquid per Hippol. in rub. de probat. num. 192. & in l. de minore. §. plurimũ. num. 78. de quaestio. cũ concord. traditis per Corset. in suo repertorio, in uerbo, fines.

in d. c. ij. Sed ista differentia mihi non placet: quia sicut libellus interpretaĩ in dubio pro illibellante, l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. ita etiam confessio in dubio interpretatur in fauorem confitentis, ut dicit Bart. in l. is qui reus. col. penult. ff. de public. iud. Decius consil. clxxxix. in vij. col. Et ista limitatio est contra d. c. praeterea. quod loquitur in confessione: & gl. in d. l. certum. quae secundum uerum intellectum probat contra Bartolum, ut dixi.

PRAESVMPTIO XIII.

1 *Confinium mutatio non praesumitur.*
2 *Termini quomodo probentur, remissiuè.*
3 *Arbitramenta emologata per aliquos tanquam syndicos alicuius communis, in quibus statuebantur certi termini seu lapides finales, an probent, dato quòd non constet quòd essent syndici.*

1 DEcimotertio. † Non praesumitur mutatio cõfinium: imò ubi olim fuere termini, ibi etiam nunc esse praesumuntur. l. in finalibus. ubi Bald. & Floria. ff. fin. regund. & Feli. in c. cùm causam. de probat. Et dicit ibi Bald. quòd termini appositi ab homine, sunt mutabiles: termini uerò à natura appositi, ut flumina, & mõtes, sunt aeterni: & in eis quod olim fuit uerum, idem etiam hodie est uerũ. l. qui bona. §. si quis stipulaturus. ff. de dam.
2 infe. [a] † Et quomodo probẽtur termini, habes
2 ibi latè per Felin. & per moder. in l. cùm ali-
b quis. C. de iure deliber. [b] Et uidi dubitari,
3 † nunquid arbitramenta emologata per aliquos tanquam syndicos alicuius cõmunis, in quibus statuebantur certi termini, seu lapides finales, probent, dato quòd non constet quòd tales essent syndici: Et uidebatur quòd non, quia mandatum non praesumebatur, ut per Bald. in l. 1. C. de rebus alien. nõ alien. & Alex. in l. sciendum. ff. de uerb. oblig. cum concord. Contrarium fuit dictum: quia ex quo isti termini reperiebantur ita positi prout in illis arbitramentis fuerat ordinatum, & ita steterãt per longum tempus, uidebantur arbitramenta emologata etiam ab uniuersitate, quę tandiu permiserat illos terminos & tacuerat, ex quo paria sunt ratificare uel facto uel uerbis. l. Paulus respondet. ff. rem ratam hab. Bald. in l. non ignoras. in prima col. C. qui accus. nõ pos. Nec est uerisimile quòd cõmunitas permisisset illos terminos apponi, nisi illi qui ratificauerant fuissent ueri syndici. facit quod notatur in l. cùm seruus. ff. de uerb. obli. Et sic habes unam ampliationem ad praedictam praesumptionem.

PRAESVMPTIO XIIII.

1 *Temporis cursu quae mutantur, non praesumuntur in eodem statu.*
2 *Aetas quando est fundamentum intentionis alicuius, debet per illum probari. Fallit num. 4. 6. & 8.*
3 *Matrem pupilli si quis dicat repelli à successione ob non petitum tutorẽ, debet probare quòd ille filius esset pupillus.*
5 *Clericus cui facta est concessio praebendae, si est legitimae aetatis debet hoc probare, non aduersarius contradicens.*
6 *Aetas ubi requiritur ad habilitatem personae & habilitatem actus, & non agitur de praeiudicio alicuius, tunc aetas habilis praesumitur, & alleganti contrarium incumbit onus probandi.*
7 *Substitutus pupillariter, habet intentionem suam fundatam, quòd pupillus sit mortuus in pupillari aetate, nisi heres institutus à pupillo probet maioritatem aetatis.*
8 *Minor praesumitur cui datus est curator tanquam minori. Intellige ut ibi, & num. 11.*
9 *Probationes per coniecturas, sufficiunt in probatione minoris aetatis.*
10 *Aetas filij an probetur per librum patris.*

DEcimoquarto. † Quae ex cursu tempo- 1
ris mutantur, non praesumuntur in eodem statu. l. spadonem. §. qui absolutus. ff. de excus. tut. & ibi gl. & Doct. Et haec est una li-
mitatio ad praedictam regulam [c]. Ex qua in- c
fertur, quòd quamuis aliquis fuerit minoris aetatis, nõ tamen sequitur quòd etiam hodie
sit minor: imò regula est, † quòd ubi aetas est 2
fundamentũ intentionis alicuius, siue sit actor, siue reus, ille debet eam probare. l. cùm te. C. de probat. l. si minorem. C. de in integ. restit. minor. Bart. consil. xc. Et propterea,
† si quis dicat matrem pupilli repelli à succes- 3
sione, quia non petijt illi tutorem, debet probare quòd ille filius esset pupillus, secũdum Bald. consil. xix. factum tale. in v. Et si quis uult repellere procuratorẽ à iudicio tanquã minorem, debet probare eum esse minorẽ. Idemq; tam in actore, quàm in reo, secũdum Pet. Iacob. Cyn. & Salic. in d. l. cùm te. Et ubi aliquis simpliciter consequutus est beneficium, qui uult eum dicere inhabilem per aetatem, debet probare, ut per Ioan. And. in regul. infamibus. de regul. iur. in sexto, in Mercurial. Quod intellige, nisi in cõcessione cõditionaliter requireret habilitas aetatis, quia tunc ipse deberet uerificare aetatem: de quo infrà dicam. Fallit primo supradicta regu-
la, † ubi aspectus corporis manifestè ostende- 4
ret aliter: quia tunc iudex transferret probationem in illum, qui cõtradicit aspectui. l. minor xxv. annis adito praeside. ff. de minor. & per Bar. in l. de aetate, in iij. q. & ibi scribentes, eod. tit. Fallit secundo, quando aliquis non admittitur, nisi in certa aetate conditionaliter: nam ipse debet probare cõditionem
euenisse. Et propterea † clericus cui facta est 5
concessio praebendae, si est legitimae aetatis, debet ipse hoc probare, nõ autem eius aduersarius contradicens, ut dicunt Ioan. And. in d. regula, infamibus. Bald. & Sali. in d. l. cùm te. Floria. in l. cùm de aetate. ff. de probat. in ij. col. Et hoc procedit etiam quãdo fundamentum intentionis aduersarij esset aetas, ut dixi. Et est ratio, quia cùm tali casu fundamentũ utriusq; sit in aetate, stamus regulae, ut qui dicit conditionẽ euenisse, hoc probet, in l. in fideicom-

c ¶ Vide amplissimè per Pet. de Anch. in regula, semel malus. col. antepen. pen. & finali, de reg. iur. in 6. cuius dicta ferè de uerbo ad uerbũ trãsportauit Nicol. Praeses in cent. loc. leg. in loco de tempore ad tempus. & idem Pet. de Anch. consil. 5. pro parte. & Floria. in l. non est necesse. ff. de probat. cũ alijs concord. traditis per Feli. in c. in praesentia. col. xij. uers. glossa in uer. sol. tamẽ &c. et Francis. de Aretio ibid. col. iiij. Soci. cons. 89.

dcicōmissi, §.Pollidius. ff.de usuris. l.ex his.
C.quando dies lega. Et hoc modo intelligen
a da est gl.lxviij.distin. C. presbyter.[a] Fallit
6 tertio,†ubi ætas requiritur ad habilitatē per-
sonæ, & ualiditatem actus, & non agitur de
præiudicio alicuius, quia tūc præsumit ætas
habilis; & quilibet præsumitur idoneus æta-
te & moribus, secundum Pet. Cyn. Bald. &
b Salic.in d.l.cùm te.[b] Vnde si quis sit Officia-
lis, præsumitur habere ætatem quæ requiri-
tur in tali Officiali: & contrarium dicens, de-
bet probare. Et si quis fecit testamentū, præ-
sumitur fuisse in ætate habili. Eodem modo
qui fecit professionem, præsumitur fecisse in
legitima ætate. c.in præsentia. ubi omnes no
tant. de probat. Et hoc procedit, quando hu-
iusmodi actus de directo nō tendunt in præ-
iudiciū alicuius, licet incidenter tenderent,
prout in d. c. in præsentia. aliàs si de directo
præiudicarēt, esset secus, & staremus regulæ,
ut est de mente Bal. & Salic. in d.l. cùm te. Et
propterea si pater grauauit filiū fideicōmis-
so, concessa tamen sibi libera testandi faculta
te cùm ad uigesimū annū peruenisset, & ipse
fuerit testatus, fideicōmissarij nō grauabun-
tur onere probandi quòd esset infra illam æ-
tatem, sed hæredes instituti ab illo. Et est ra-
tio, quia iste actus testandi de directo tendit
in præiudicium fideicōmissariorū: unde tali
casu stamus regulæ. & ita uidi obtineri in fa-
cto, per supradicta. Et facit quod singulari-
ter uoluit Bald. in quodā consil. incip. ex pàr
te contingente. quem refert & sequitur De-
cius in c.in præsentia. col. xxiij. uers. prædi-
7 ctis. ubi dicit,† quòd substitutus pupillariter,
habet fundatam intentionē, quòd pupillus
sit mortuus in pupillari ætate: nisi hæres insti
tutus ab isto pupillo probet maioritatem æta
tis. arg. l. ex facto. §. penult. ff. ad Trebell. Et
potest esse ratio, quia tale testamentum ten-
dit de directo in præiudicium substituti, un-
de non præsumitur pro habilitate actus. Et
ista decisio mihi placet, licet in contingentia
c facti uiderim eam ualde refricari in dubiū[c].
8 Fallit quarto,† quādo alicui esset datus cu
rator, tanquam minori: nam præsumeretur
minor, nec incumberet sibi onus aliter pro-
bandi ætatem, ut per Baldum & Angel. in d.
l. cùm te. & Alex. consil. lxxxv. in ij. col. in ij.
uol. Quod tamen dictum intellige & decla-
ra ut per eundem Alex. consil. xxi. in primo
uol. uidelicet, ut procedat quo ad eum, cum
quo contraxit ut minor, non autem genera-
liter quo ad omnes, per regulam, quòd res in
ter alios acta &c. Sequitur Decius consil.
cxlix. in iiij. col. Et mihi placet, nisi concurre
9 rent aliæ cōiecturæ minoritatis; † quia in pro
batione ætatis, sufficit probatio per cōiectu-
ras, ut habetur in d. l. de minore. & in d. l. cùm
10 te. cum simil. Vnde† liber patris, probaret
ætatem filij, secundum Salic. in d. l. si mino-
rem. allegat tex. in l. etiam. ff. de probat. quæ
lex parum facit, quia legis professio non si-
gnificat attestationem seu testimonium, sed
denunciationē, quæ fit publicè in actis apud
prætorem uel iudicem. l. ij. ff. de censib. l. in-
terdum. ff. de publica. l. i. C. si minor maior. se
dixe. l. fin. ff. de probat. nam tenebatur pater
profiteri nomina filiorū, quando nascebantur:
de quo apud Iuuenal. Tollis enim, &
libris actorū spargere gaudes, Argumen-
ta uiri. & facit quod not. idem Salic. in d. l.
etiam. Aduerte tamen, quia posset genera
liter teneri, quòd imò etiam quo ad alios pro
baretur minoritas ex datione curatoris, per
illud quod notabiliter uoluit Abb. in c. cùm
inter. secundo, in ult. col. de elect. ubi si quis
sit reiectus ab electione propter morbum, ta
lis electio operatur quo ad alias electiones,
nisi probaretur sanitas. Et est ratio, quia non
potest negari quin illa reiectio faciat præsum
ptionem morbi; quæ præsumptio sufficit ad
hoc quòd aliquis repellatur ab electione, se-
cundum Abb. ibi. Certè istud est in casu no-
stro, ex quo ad probationem ætatis, sufficit
probatio per præsumptiones & cōiecturas,
ut suprà dixi; ergo satis est si probetur per
rem inter alios actam[d]. Puto esse distinguen- d
dum,† ut si tutor uel curator sit datus cū cau- 11
sæ cognitione, & in contradictorio iudicio,
procedat opinio Baldi & Angeli in d. l. cùm
te, aliter non. Et illud satis probatur per nota
ta per Salic. in d. l. si minorem. dum & ipse fir
mat, quòd ex actis simul factis etiam contra
alios probatur ætas[e]. e

PRAESVMPTIO XV.

1 Præsumitur quis esse de ea ciuitate ubi reperitur, nisi probetur alienigena. De ueritate uide num. 2.

tali foro ab ea opinione recedere: licet cõmu
nis sit in contrarium. arg. d. l. minimè. & l. in
interpretatione. eo. tit. & quod notatur in d.
l. à patre. C. de iure dotium. Et dicit Bald. in l.
illud. per illum text. ff. de excus. tut.†quòd ab 4
antiqua practica nõ est recedendũ. sequitur
Anchar. consil. clxxvij. uisis. uers. v. de quo

a *¶ Secundo potes limitare quod suprà conclusum fuit, standum primo dicto, quando testis ex interuallo cõtraria deposuit: ut non procedat, quando primũ dictum testis fuisset in iudicio nullo, et secundum dictum fuisset i iudicio ualido, quia tunc staretur secundo, nec noceret contrariũ dictum in iudicio nullo, secundũ notabilem gl. in c. cũ causam. in gl. fin. quã sequuntur ibi omnes. de testi. & Ant. & Feli. in d. c. cùm in tua. Abbas & Aret. in c. per tuas. de prob. & Crotus in dicto tract. de testib. nu. 144. uersi. tertium casum.*

a etiam per Abb. & moder. in c. i. ū. de constit.[a]

PRAESVMPTIO XXXI.

1 *Varietas responsionis inducit fraudis suspicionem.*
2 *Positionibus clarè respondendum est.*
3 *Testis uarius præsumitur dolose deposuisse.*
4 *Testium dicta ita interpretanda sunt, ut euitetur cōtrarietas, & non incidant in falsum.*
5 *Testis rusticus & idiota sibi contrarius, non præsumitur dolo, sed fatuitate contrarius.*
6 *Teste uariante regulariter in eo præsumitur potius dolus quàm simplicitas.*
7 *Actor contraria allegans nō auditur: nec sustinetur libellus per clausulam, omni meliori modo &c.*
8 *Reus an possit contrarias exceptiones opponere.*
9 *Reus qui iustā habet causam, potest etiam per fraudes se defendere.*
10 *Aduocatus habēs bonā causam, potest se dolo defendere. (dere*

1 TRigesimoprimo. †Ex uarietate respon-
sionis præsumitur fraus. c. i. ut benef. ec-
2 cles. dim. Et propterea †debet clarè responde
ri positionibus, ne ex tali ambiguitate fraus
præsumatur, ut not. in l. i. §. si quis simpliciter.
ff. de uerb. oblig. & facit text. in c. fin. cùm ibi
not. J. de iureiur. in vi. ubi respondens contra
ria & discrepantia positionibus, punitur in
amissione causæ, per prædictam rationem.
3 Et eodem modo, †testis uarius præsumitur
dolose deposuisse, unde tenetur pœna falsi.
4 l. eos. ff. de falsis. †Fit tamen in eorū dicto in-
terpretatio, ut quantū possibile euitetur à cō
trarietate, ut non incidant in falsum, prout in
notabili casu dicit Com. consil. xci. per totū.
Soci. consil. lvi. in penul. col. in iiij. post Bal.
consil. ccxlvij. in i. uol. ubi dicunt non præsu
mi dolum in teste qui dicit uera esse ea, quæ
ipse per ætatem scire nō potuit. Et quod ge-
neraliter not. Alex. cons. cxli. uiso testamen-
5 to. col. iiij. in secūdo. Idem in †teste rustico &
idiota sibi cōtrario in attestationibus: in quo
non præsumitur dolus, sed fatuitas, secundū
Ang. in auth. de testi. §. & licet. Soci. in l. si is
qui ducenta. §. utrum. ff. de reb. dub. de quo
tamen uide Bald. in l. scripturæ. col. fin. C. de
fid. inst. & moder. in l. ubi repugnantia. ff. de
b reg. iur.[b] Aliàs †regulariter in teste uariante
6 potius præsumitur dolus, quàm simplicitas,
& tenebitur falsi, secūdum Aret. in c. in nostra.
suprà de testib. & dixi in l. i. §. pen. in ult. col.
7 ff. de uerb. oblig. †Ex eadem ratione etiā reij-
citur actor qui contraria allegat. l. i. C. de fur.
Nec sustineretur libellus per clausulam, om-
ni meliori modo, secundum Bal. in l. iij. C. de
probat. & in l. edita, C. de eden. quē refert &
sequitur Alex. cōsil. cx. in v. & qd not. Aret.
consil. cl. in fi. Et dicit Bal. in l. cùm precum.
C. de lib. caus. quòd si quis alleget contraria,
potest pars unū acceptare[c]. †Nunquid au- c
tem reus possit ponere exceptiones contra- 8
rias? Dicendū est quòd sic. l. nemo prohibetur.
ubi Doct. ff. de except. & simul proponendo
censetur subdisiūctiuè proponere, secūdum
Innoc. quem ibi sequuntur Doct. in c. audi-
tis. de præscript. per Bar. in l. i. C. de fal. caus.
adiect. lega. de quo etiam per moder. in l. ne-
mo ex his. ff. de reg. iur. †Et potest reus, qui 9
in ueritate iustam habet causam, se defende-
re etiam per fraudes. Et idem in aduocato ha
bente in se bonam causam, secundū gl. xxiij.
quæst. ij. C. dominus, quam exornat And.
Sicul. in l. i. §. si stipulanti. ff. de uerb. oblig. &
facit quod not. Archid. & Gemi. in c. cupien
tes. de elect. in sexto.

PRAESVMPTIO XXXII.

1 *Principio malo inchoata, non præsumuntur bonum exitum sortiri.*
2 *Principium an finis debeat inspici, remißiuè & decisiuè.*
3 *Furtū ut dicatur manifestū, attenditur principiū. & quare.*

TRigesimosecundo. †Non præsumūtur 1
bono exitu perfici, quæ malo sunt in-
choata principio. i. quæst. i. principatus. &
lxi. distin. C. miramur. & tex. in auth. quomo
do oportet. in prin. Quod †facit ad illud bro- 2
cardicū, utrum principiū uel finis debeat in-
spici: de quo per gl. in c. dudum. i. ū. de elect.
& dicit ibi Abb. quòd in hoc non potest dari
certa doctrina, sed secundum uarietatem ca-
suum, & subiectam materiam, casus sint deci
dendi. De hoc etiā habetur per gl. & ibi Doct.
in c. scientes. J. de censi.[d] Tu dic, quòd si finis d
habet necessariam dependentiā à principio,
tunc attendimus principium. l. iij. §. Selo. u-
bi Bart. declarat. ff. de minorib. Idem si non
sit necessitas præcisa, sed causatiua, seu pro-
ueniens ex cōmoditate uerisimili, secūdum
Bart. in l. i. per illum text. ff. qui pot. in pign.
hab. & quod notat Socin. consil. xli. in quar-
to. Et facit text. in l. si quis in seruitute. ff. de
furtis. ubi †ad hoc quòd furtum manifestum 3
dicatur, attendimus principium furti facti.
Et est ratio, quia illud esse manifestum, est
quædam qualitas, quæ debet regulari secun-
dum tempus subiecti, ex quo sine illo esse nō
potest. l. eius qui in prouincia. ff. si cert. peta.
Ad idem facit l. i. ff. de regula Caton. Vbi ue
rò finis non habet necessariam consequen-
tiam ad principium, tunc finis ipse attendi-
tur. l. iij. §. si quis cum minore. de minorib. l.
si quis. ff. de ritu nupt. Idem si simus in ali-
quo actu, cuius principium ex se nihil ope-
raretur, sed fieret propter finem: quia tunc
finis attenderetur. l. receptum. ff. cōm. præd.
l. cùm furiosus. ff. de iudi. §. sufficit. Instit. de
ingen. l. non intelligitur. §. quando autem. ff.
de iur. fisc. Facit regula, quòd nihil dicitur fa
ctum, cùm aliquid superest agendum. l. pen.
in fin. C. de his quib. ut indi. unde Lucanus:
Nil

a ¶Accedat quod notabiliter uoluit Ang in l. fin. C. de cano. largit. lib. x. & sequitur Felin. per illū tex. in c. ij col. 6. in uers. stylus. & ibi etiā præceptor meus à Ripa, col. 9. ī. de rescript. & Ias. in l. j. §. j. uers. adde sor tum. si quis ius dicen. non obtemp. uidelicet quòd si citatio fuerit facta contra antiquā et consuetam practicandi formam, & secundum nouam & inconsuetā, nō tenetur citatus cō parere, quia præsumitur contra talem nouitatem: ut puta si in præcepto citatorio in ciuilibus solitū erat dici, ut compareat sub pœna decem librarū, & nunc diceretur sub pœna æris & personæ. Accedat etiā quod uoluit Ang. in l. j. ff. de offic. assess. et ibi Doct. & Felin. in d. c. ij. col. qua suprà, quòd iudex potest reijcere libellum deuiantem ab antiquo & consueta practica seu stylo. Bene facit quod uolunt Abbas, Feli. & alij cōmuniter in d. c. ij. per illū text. quòd rescriptum principis deuians à consueto & antiquo stylo suæ Cancellariæ, & continens nouas & insolitas clausulas, præsumitur falsum, nec uenit exequendum: & ibi Felin. illud infinitis similibus & concord. corroborat, ex quibus optimè posset hæc præsumptio locupletari, ad quem sufficiat remißio. & ibi etiā uide Dn. meum à Ripa, & pro dote unde multa cumulata per Curtium seniorem cons. 73. super memorata. col. antepenul. usq; ad finem consilij, à quo habuerunt omnes moder. ea quæ adducunt in d. c. ij. de rescript.

b ¶Vult allegare Decium, quem etiam uide in c. solicitudinem. col. ij. in octauo notab. de appell. extra.

c ¶Istud dictum Baldi refert & sequitur Deci. in d. c. solicitudinem. in octauo notab.

d ¶Et ultra loca hic allegata, an inspiciendū sit principiū an finis, uide Nicol. Euerar. Præsidē in locis legalibus, in loco à uirtute finis, qui est locus ultimus in ordine. Et in criminalibus an inspiciatur initiū, an uerò finis seu exitus, uide latißimè Hippol. Marsil. in practica crim. §. ulterius. in prin. & per duas col. ubi alleg. innumeras concord. & accumulat plura similia & egregia dicta ad dotē huius præsumptionis. Et eundē in sing. 225. in delictis. et i d. practica. §. quoniā. nu. 91. et seq. ad quē me remitto, ne chartas occupē.

Nil actũ credens, cùm quid ſupereſſet agen
dum. Cætera dicẽda ſunt ut per Iaſ. in l. pa
tre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iu. &
aliquid per eundem in l. inter ſtipulantẽ. §. ſa
cram. in pen. col. ff. de uerb. oblig. & moder.
in l. quod ab initio. ff. de reg. iur.

PRAESVMPTIO XXXIII.

1 *Agere ex uno contractu contra plures ſi quis compelleretur, præſumitur damnificari.*

2 *Agens pluribus actionibus, poteſt compelli reo inſtante, eas ponere in uno libello.*

5 TRigeſimotertio. †Præſumitur ille dam-
nificari, qui ex uno cõtractu cõpelleref
agere cum pluribus. l. & ancillarũ. §. ult. ff. de
pecul. facit tex. in l. tantũ. §. penul. ff. iudicatũ
ſolui. ubi cõpelluntur plures fideiuſſores cõ
ſtituere procuratorẽ unum, ne creditor dam
nificetur agendo cum pluribus. Ad idem q̃d
not. in l. in cõmodato. §. in duobus. ff. cõmo.
ubi creditor non poteſt petere partem debiti
ſeu crediti, inuito debitore, ſed debet agere
ad totum, ſi ius dicentis iuriſdictio hoc patia-
tur. Ad idem quod not. Matheſ. notab. ex.
2 nota quòd ſi quis. ubi ſi quis agat pluribus a-
ctionibus reo inſtante, cõpelletur agere uno
libello. l. non eſt nouum. ff. de actio. empt. de
quo per Feli. in c. cùm inter. ꝫ. de re iudi. facit
quod notat Bald. in l. cùm eiuſdem. ff. de ædi
lit. edict. Ad idem quod notat Paul. de Caſt.
in l. ſi quis aliam. per illum text. ff. de ſolut. &
quæ dixi in l. iiij. §. Cato. in ij. oppoſ. Bart. in
fin. ff. de uerb. oblig.

PRAESVMPTIO XXXIIII.

TRigeſimoquarto. Epiſcopus mutans e-
piſcopatum, & de minori ad maiorẽ ec-
cleſiam tranſiens, pręſumitur id facere ex am
bitione & improbitate. C. ſi quis epiſcopus.
& C. ſeq. vij. quæſt. i. Hoc tamen intellige,
niſi mutatio ſit facta cum licentia Papæ, ex
quo non eſt ueriſimile quòd Rom. Pontifex
eam concedat, niſi ex legitima cauſa, ut dicũt
Doct. in c. i. infra de cleric. non reſid. de quo
dic ut ibi habetur.

PRAESVMPTIO XXXV.

1 *Teſtator præſumitur legata ab inſtituto, uoluiſſe à ſubſtituto repetere.*

2 *Tollitur tamen hæc præſumptio per contrariã præſumptionẽ.*

3 *Legata relicta ab inſtituto, cuius nomine expreſſo, an uideantur repetita à ſubſtituto.*

4 *Intellectus l. j. §. id quod ex ſubſtitutione. ff. ad legem falcid. & num. 8.*

5 *Portio grauata an accreſcat cohæredi cum onere ſuo.*

6 *Portio grauata non accreſcit cohæredi cum onere, quando cohæres grauatus fuerat nominatim grauatus. Intellige & declara ut num. 7.*

1 TRigeſimoquinto. Præſumitur teſtatorẽ
legata ab inſtituto, uoluiſſe repetere à
ſubſtituto. l. licet Imperator. ff. de legat. i. Et
eſt ratio, quia ſi grauauit primo loco inſtitu-
tum, & conſequenter magis dilectum, multò
magis cenſebiſ uoluiſſe grauare eos qui non
ſunt ita dilecti. l. Publius. §. fin. ff. de cõdit. Et
2 hæc †regula procedit per uiam præſumptio-
nis, conſequenter poterit etiam tolli per con
trariam præſumptionem, iuxta l. diuus. ff. de
in integ. reſtit. & aliqua exempla ponũtur in
d. l. licet. Aliud etiam ponit ibi Bar. uidelicet
†quando legatũ eſt relictum nominatim ab 3
hærede, eius nomine expreſſo: nam tunc nõ
cenſebitur repetitum. l. ſi plures. de legat. iij.
l. Celſus. §. fin. ff. de leg. ij. Et cum iſta opinio
ne tranſeunt cõmuniter Doct. ut ibi latè per
Alex. reſpondentem rationibus Raph. Co-
men. & Pauli tenentiũ contrariũ. Sed tu ad
uerte, quia opinio iſta contra cõmunem con
cluderet: probatur †in l. i. §. id quod ex ſubſti- 4
tutione. ff. ad leg. falcid. ubi text. dicit, quòd
repudiante cohærede à quo aliquid nomina
tim legatum eſt, ſi ſubſtitutus pater adeat, le-
gata non augebuntur. Et ſic uult text. legata
deberi à ſubſtituto, licet non ampliora quàm
debuiſſet ipſe hæres. Et intelligere ibi, quòd
nõ augebunf, quia nullo modo debentur, eſt
intellectus expreſſe cõtra literã, & fatua fuiſ-
ſet dubitatio Iuriſconſulti. Nec obſtat ꝙ
iſte intellectus neceſſariò debeat teneri, ſe-
cundũ Alex. in d. l. licet. ex quo, ſi legata cen
ſerentur repetita, non eſſet aliqua ratio cur
nõ deberent augeri, ſicut quãdo nominatim
nõ eſſent relicta. Nam reſpõdeo, quòd imò
ratio diuerſitatis eſt in promptu: nam ſcien-
dum eſt, quòd quãdo ipſa portio grauata ac-
cedit non grauatæ, legata non augentur: ſe-
cus econtra. l. quod ab alterutro. ff. ad legem
falcid. Ratio eſt, quia cùm teſtator non gra-
uauerit portionem unius, ſed alterius, nõ eſt
æquum quòd grauato repudiante diminuaf
aliquid de portione non grauati, quem teſta
tor prædilexit, eum nõ grauando. Sed quan-
do legatũ eſt factum per illud uerbum, quiſ-
quis mihi erit hæres: ſignum eſt quòd prædi-
lexit legatarios, nõ magis reſpectu unius hæ
redis, quàm alterius: & propterea legata tũc
augentur, ut ea ſolida abſque detractione fal
cidiæ legatarij habeant. Non obſtat d. l. ſi
plures. quia ultra reſponſiones Pauli poteſt
dici, quòd cùm ille text. loquatur in pluribus
gradibus hęredum, ſi teſtator grauet aliquos
ex eis, & ſic ſaltem duos, puta primum & ſe-
cundum, ſatis indicat mentem ſuam eſſe nõ
grauare alios: quia ſicut conſiderauit in ſe-
cundo repudiationem primi, ita conſideraſ-
ſet etiam in alijs, ſi uoluiſſet eos teneri. Quæ
ratio ceſſat, ubi unus hæres primi gradus ſo-
lùm eſt nominatim grauatus. Non obſtat
text. in d. l. Celſus. §. fi. quia omiſſa ſolutione
aliorũ, reſpõdeo quòd ille tex. loquitur in co
hærede qui uenit per ius accreſcendi, nos in
ſubſtituto. & ita intellexit Bar. in d. l. ſi Titio.
ij. §. Iulianus. ff. de leg. ij. Inter quos caſus eſt
differentia, ut probatur in d. §. Iulianus. ubi
in illo caſu cohęres tenetur ad legata, quia æ-
quiparatur ſubſtituto, unde extra illũ caſum
nõ teneref, ut mox dicam. †Pro pleniori er- 5
go expeditione quęro, nunquid iſta pręſum
ptio quæ loquitur in ſubſtituto, habeat locũ
etiam in cohærede, ita ꝙ portio illi accreſcat
cum onere legati: Et eſt dicendũ regulariter

quòd sic.l.ciuitatibus.§.i.l.si duobus.§.i.ff.de
legat.primo.l.ij.ff.de his quæ in testa.delen.
6 Fallit,†quando legatũ est relictum nomina
tim ab uno tantũ.l.Celsus.§.fin.ff.de legat.ij.
Et ratio differẽtię de cohęrede ad substitutũ,
hoc casu est,quia plus succurritur cohæredi,
cui etiã inuito accrescit portio.l.i.§.his ita.C.
de cadu.toll.per regulam l.si fideiussor.§.i.ff.
qui satisda.cog.quod non est in substituto,
qui nõ cogitur adire ex substitutione.l.cùm
proponas.C.de hæred.instit.l.nec emere.C.
de iure delib.Præterea substitutus præsumit
minus dilectus quàm hęres.d.l.Publius.§.si.
unde si hæres tenebatur,multò magis substi-
tutus:sed cohæres ipse non præsumit minus
dilectus,imò plus,ex quo sibi non fuit iniun
ctũ onus nominatim, sicut alteri.facit l.quo-
7 ties.ff.ad Trebell.cum l.seq. Sublimitat̃ ita
men ista fallentia,quando isti hæredes nõ es-
sent instituti,sed essent legitimi & grauati ab
intestato: nam tũc licet nominatim legatum
sit relictũ,tamen debebitur à cohærede.d.l.si
Titio.§.Iulianus. Et est ratio, quia cùm non
sint instituti,præsumetur testator pręd ilexis-
se legatarios, & solũ fecisse codicillos ut illis
consuleret,nõ ut ipsis hæredibus.§.i.Insti.de
codicill. Et sic erit isto casu eadẽ ratio quæ in
substitutis. Et ista est melior solutio, quàm Bart.
in d.§.Iulianus.qui intelligit illum tex.quan-
do uterq; cohæres erat grauatus:quæ solutio
diuinat,& confunditur ex primo responso il
lius §.sicut etiam solutio Ioan.de Imol.ibi in
telligentis illũ text.quãdo legatũ nõ est factũ
nominatim,sed sub nominibus appellatiuis:
quod ex eodem tex.confunditur: quia absq;
rescripto Seueri,tunc debuisset portio accre
scere cum onere suo, & tamen tex.dicit con-
trariũ. Cogita tamen, quia ista nõ sunt tacta
per alios:& cætera uide per Doct. in d.l.licet
Imperator.&Bar.in l.quæ cõditio.ff.de cõd.
& dem. Et dum tenui in intellectu d.§.id quod
8 ex substitutione.†quòd si legatũ factũ sit no-
minatim ab aliquo,illo repudiante,accrescet
portio alteri substituto,& legata nõ augebũ-
tur:obstare uidetur tex.in l.qui fundũ.§.qui
filium.eod.tit.Sed omissis dictis aliorum,ad
illum tex.responde,quòd ibi legatum fuerat
relictum à filio:unde arguitur mens testato-
ris,quòd si uoluit integrum legatũ solui à fi-
lio, uerisimiliter uoluit quòd ad quemcunq;
perueniret portio filij, multò magis tenere-
tur:nam si prætulit legatarios in portione fi-
lij,& uoluit quòd filius solueret legata, quo
casu intelligitur de integris, quia l.ex falcidia
inducitur aduersus uoluntatẽ testatoris,l.Ti
tia.ff.eod.meritò si ad extraneũ deueniat por
tio,& ipse tenebit̃. Et propterea quãdo uter-
que esset filius,magis dubiũ est, ut dicitur in
fine §.ibi,penè eadem dicenda sunt &c. licet
etiam tunc sit idem iuris:quia si prætulit lega
tarios in portione propria filij, meritò cense
bitur prætulisse in eadem portione aduenti-
tia alteri.Et quod ille text.procedat ex ista præ-
sumptione, apparet: quia circa mediũ dum
loquitur de extraneo, ponit solummodo ca-
sum, quando portio nõ grauata accedit gra-
uatæ.d.l.quod ab alterutro. nõ autem casum
cõtrariũ:& dixi perinde agendum, ac si cuili
bet hæredi substitutus fuisset. Illa enĩ dictio,
cuilibet,ostendit in isto casu nõ cõsiderari quòd
hæres sit filius, sicut in priore.Et nota quòd Dd.
ualde laborauerunt propter illum text.

PRAESVMPTIO XXXVI.

1 *Iniuriam remittens,censetur eam in perpetuum remittere.*
2 *Emphyteusis simpliciter concessa, censetur in perpetuũ cõ cessa.Idem in feudo.*
3 *Emphyteusis ecclesiastica non censetur perpetuò concessa, sed usq; ad tertiam generationem.*

TRigesimosexto.†Remittens iniuriam, 1
pręsumitur in perpetuum remittere,nõ
ad tempus.§.fin.ubi gl. Instit. de iniur. Facit
in simili, quòd†concedens in emphyteusim 2
simpliciter,præsumitur in perpetuum cõce-
dere.Idemq; est in concessione feudali, quia
istud est de natura talis actus, ut per Ang. &
ibi Alex.in l.qui in aliena. in prin. ff. de acq.
hæred.ubi tamen hoc limitat,†ut non proce- 3
dat in emphyteusi ecclesiastica: quia talis na-
turaliter non extenditur ultra tertiam gene-
rationem.§.emphyteusim.in auth.de nõ alie.
per Alex.& alios in l.etiã.ff.sol.matr.& mo-
der.in c.in præsentia.de probat.

REGVLA TERTIA
PRAESVMPTIONVM.


ERTIA principalis regula, quòd semper sit præsumptio in meliorem partem. c. estote.infra de reg.iur.

PRAESVMPTIO I.

1 *Præsumptio delicti nunquam capi debet,sed actus præsumitur licitus. Limitatur num. 4.5.11.13.*
2 *Actus si certo loco uel tempore potuit esse licitus, alio uerò illicitus,præsumitur gestus in casu licito.*
3 *Consilium quod potest se habere ad bonum & ad malum,debet interpretari in meliorem partem.*
4 *Præsumptio l.meritò.ff.pro socio.an procedat quando agitur de aliquo condemnando.*
5 *Delictum præsumitur,quando actus prima fronte habet maiorem formã delicti quàm boni. Resolutio traditur nu.10*
Ibi. Conspiratio licet possit capi in bonam partem,in dubio tamen capitur in malam.
6 *Clericus si probetur uenator,fiet interpretatio, quòd ierit causa recreationis.*
7 *Electo nõ obstat exceptio quæ prima fronte sonat in delictũ, si illud necessariò non inferat.*
8 *Testis si confitetur aliquid quod prima fronte sit crimen,si in aliquo casu non possit esse crimen,non repellitur à testimonio in totum tanquã criminosus, licet iudicis arbitrio diminuatur de eius fide.*
9 *Confessionem propriam potest quilibet interpretari.*
12 *Filius non præsumitur legitimus,nec præsumitur matrimonium,nisi probetur.*
13 *Delictum potius in dubio præsumimus, quando agitur de salute animæ.*
14 *Testator si sit confessus se fuisse usurarium,fit interpretatio quòd semper fuit usurarius.*

EX hac regula primo infertur,†quòd nun
quam capitur præsumptio delicti. l.me-
ritò.

ritò,ff.pro ſocio, ubi quis habens rem cõmu
niem,& ea utens, nõ præſumitur uelle inter-
uertere ius alterius, ſed ſimpliciter uti iure
ſuo:& propterea cõtra talẽ nõ poſſet agi fur-
ti actione, ut ibi dicit,& conſuluit Barth. Ve
ron,cõſil.iiij.col.iij. Sed ſi ageret in re cõmu
ni ultra q̃ liceret, ſi abuteret, tũc eſſet ſecus.
l.Sabinus,ff.cõm.diuid.not.in l.duo fratres,
ff. de acq.hæred.& per Alex.cõſil.ciij.in iij.
a col.in primo uol.[a]Facit q̃d not.Bar.&Doct.
per iſtam regulam, in l.non ſolũ.§.ſed ut pro
2 bari. ff.de oper.noui nunc.†ubi ſi certo loco
uel tempore actus potuit eſſe licitus, alio ue-
rò illicitus, lex præſumit geſtũ in caſu licito,
de quo per Doct. in c. auditis. de præſcript.
Alex, conſil. lij. in iij. Felin. in c.in præſen-
tia,in vi.col.ẽ.de probat,cum concord. Facit
etiam quod not.Bald.in l.i. C.de ſer.fugit.&
3 ibi Iaſon,in vi.col.ubi†cõſilium quod poteſt
ſe habere ad bonũ & ad malum, debet inter-
pretari in meliorẽ partẽ,& eius interpretatio
pertinebit ad eum qui dedit. arg. l.actorũ. ff.
de re iud.& eo non interpretante, lex ipſa in
terpretatur. d.l.meritò.ſequitur Alex,ubi in
fert ad notabilẽ caſum in conſil.cxxvi. in iiij.
Et faciunt aliæ ſimiles deciſiones, de quibus
per Iaſ.in d.l.i,in vi.col. Feli.in c.exhibita.&
in c.ſuper his.in viij.col. de accuſ. & in c.nõ-
nulli.§.ſunt & alij. in uerſ.demũ. de reſcript.
4 & in c.cùm tu,ad fin.de teſtib. † Limitatur
iſta regula per Bart.in d.l.meritò. ut nõ pro-
cedat quando agereṫ de aliquo condemnan-
do:quia talis præſumptio licet ſit ſufficiẽs ad
abſolutionẽ obtinendam, nõ tamen eſt ſuf-
ficiens ut ex ea aliquis condemnetur. per gl.
iuncto tex.in l.qui iuraſſe.§.ſi pater. ff.de iu-
reiur.ubi idem tenent Doct.&Lud.Rom.in
conſil.cccxl. plura ſunt, in prin. Deci. in l.ſi
b emancipati.in iiij.col.C.de collat.[b] Sed tu
aduerte, quia gl.in d.§.ſi pater.non probatur
aliquo iure, & credo quòd non ſit uera; imò
ſi agatur, tanq̃ aliquid hodie ſit in peculio, ſi
reperiatur ipſum peculium, nõ poterit reus
ſe tueri exceptione iuramenti;quia talis exce
ptio debet eſſe concludens. c.cùm in præſen
tia.de probat.q̃d non eſt in noſtro caſu, quia
ſtat ſimul quòd tempore iuramẽti nihil eſſet,
& hodie ſit; imò cum hodie habeat peculiũ,
lex nõ præſumit quòd olim habuerit,ut not.
in l.ex perſona. C. de probat. & ſuprà uidi-
mus. Et facit,quia nõ uidetur inducenda dif
ferentia quo ad probationem,& conſequen
ter quo ad præſumptionẽ inter actorẽ &reũ;
quia uterq; cõcludenter debet probare fun-
damentũ intentionis ſuæ.d.c.in præſentia.&
not.in d. c.ſuper his, de accuſ. & fa. regula l.
iij. ff.de re iud.Et iſta opin.eſt æquior,ex quo
cõmunis ſententia in d.§.ſi pater. præſtat nõ
mediocrẽ occaſionẽ fraudibus. Secundo li
5 mitaṫ,†quando actus prima fronte habet ma
iorem formã delicti, quàm boni:quia præſu-
mitur potius delictũ.d.c.eſtote. & c. cùm di-
lecti.ubi Abb.&cęteri.j.de accuſ.& Abb.in
d.c.exhibita.de iud. ubi licet conſpiratio poſ
ſit capi in bonam partem in dubio, tamen in
telligetur in malam. ſequitur Feli.in c.ſi.per
illum tex.de teſt,cog. Sed tu aduerte, quia
in contrariũ urgent aliquę deciſiones. Et pri
mo obſt. doctrina Innoc.in c.dudum.ij. col.
pen.de elect.ubi†ſi probetur clericũ uenato 6
rem, fiet interpretatio in meliorẽ partẽ, q̃ fue
rit tantummodo cauſa recreationis,ſequitur
Fel.in d.c.cùm dilecti.& Alex.conſil.clxxv.
inſpecto diligenter.col.ſi.in ij.alleg. Archid.
lxxxvi.diſtin. C. qui uenationibus. Et eodẽ
modo dicit But.& Abb.in d.c.dudum.quòd
ſi probetur aliquẽ iraſcibilem, capietur præ-
ſumptio in meliorẽ partẽ, ſcilicet quòd iſtud
faciat ex iuſta cauſa. †Secundo obſt.doctri 7
na Innoc.cõmuniter approbata per Doct.in
c.ſuper his.in viij.col. ubi latè Feli.uerſ.quar
ta cõcluſio. j.de accuſ.ubi cõcludunt, q̃ exce
ptio quæ prima fronte ſonat in delictũ,ſi ne-
ceſſariò illud nõ inferat, nõ tamen obſtat ele-
cto,arg.c.in præſentia.ẽ.de probat. Vnde ac
cuſans religioſum quòd celebrauit in paro-
chia aliena, non obtinebit, niſi etiam probet
eum nõ habuiſſe licentiã à presbytero. Cle.i.
de priuileg. Lap.alleg.cxxvi.& dixi in præce
denti regula,uerſ.ſexto. Tertio obſtat quod
notãt idem Innoc.& But.in c.ij.de arbit. ubi
uolunt,†quòd ſi teſtis confiteṫ aliquid quod 8
prima facie eſt crimen, ſi in aliquo caſu poſ-
ſit nõ eſſe crimen, nõ repellitur à teſtimonio
in totum tanq̃ ſit criminoſus, licet diminuaṫ
de fide, arbitrio iudicis. ſequitur Aret. in c.
cùm à nobis.in vi.col.uerſ.nota tamen,de te-
ſtib.&Feli.in d.c.cùm dilecti. ubi allegat etiã
Sali.in l.de tutela.C.de in integ.reſti.minor.

Pro reſolutione Felin.in d.c.cùm dilecti.
diſtinguit,ut iſta limitatio procedat in confi-
tente,ex quo confeſsio interpretaṫ aduerſus
confitentem, iuxta not.in c.fin.de confeſſ.in
l.i.C.eod.de confeſſ. ſed cõtraria procedunt
in probationibus ſimplicibus. Mihi nõ pla
cet iſta diſtinctio,†quia imò ad partem perti- 9
net interpretari propriã confeſſionẽ. l.ſi quis
intentione.ubi Bal. ff.de iud.Bart.in l.is qui
reus.in penul.col.ff.de publi.iudi.cum con-
cord.per And.Sicul.conſil.iij.in pen.chart.
in ij.uol. & aliquid ſuprà diximus. Vnde tu
aliter dicas:†quia aut talis actus eſt reproba- 10
tus iure naturali uel diuino, licet aliquo caſu
nõ ſit reprobatus,& tunc procedit limitatio:
& ita loquitur tex.in d.c.eſtote.& in d.c.cùm
dilecti.&quod not.Bar.in l.Aurelius.§.item
quæſijt. ff.de liberat.leg. & etiam quod dicit
Ang.in l.plagij.C.ad leg.Fauiam de plag.&
Salic.in l.ſenatus.C.de his qui in teſtam. ſibi
aſcri. ubi in reprobatis à iure naturali uel di-
uino, præſumitur in dubio dolus in delin-
quente; ſecus in alijs. Aut eſt ſimpliciter re-
probatus iure poſitiuo, & adhuc procedit li-
mitatio: niſi agatur in cauſa graui ſeu ardua,
puta criminali, ad pœnam uel priuationem à
beneficio; quia tunc talis præſumptio non

a ¶Et Alex.conſ. 30.ex allegatis. colu.ij. lib. 7. Rom. conſ.119. pro deciſione.cũ concord. traditis per Hipp. de Marſ.in l.j.nu. 68.fol.4.C.ad legem Corn.de ſica. ubi multa ſimilia et egregia dicta cumulat ad dotẽ huius præſumptiõis. & in rub.de fideiuſ.col.ix.nu.47. ad quẽ te remitto. Adde Curt.ſeniorem conſ. 20. dominus labia. col. xvij.q̃d actus indifferẽs licet ſonet in delictum,tamen præſumendus eſt potius bonus,et in bonã partẽ, quàm in malam. Et pro hac regula uide eundẽ Curt. conſ. 50.in nomine ſanctæ.col.ix.ubi allegat concord. Adde etiã Hipp. Marſil.in d.rub. de fideiuſſ. & in d.l.j. multa cumulantẽ, quòd quoties ex aliquo actu poſsũt capi duo intellectus,& ſecundum unum incideret in delictũ, ſecundum alium nõ, capiendus eſt intellectus per quẽ nõ præſumitur delinquere. uide etiã Alex. cõſil.15.uiſo proceſſu.col.ij.lib. 3.
licet.col.ij.& conſ. 62.ſummi.col.iij.ubiq; alleg.concord.ibi uide,ne chartas occupem.

b ¶Ex illa gl.colligũt Dd.in uarijs locis notabilem regulam,quòd in dubio non præſumitur quis delinquere ex actu quẽ facit, niſi delictũ ſit illi fauorabile: & ſic per hãc doctrinam gl. limitatur hæc præſumptio, quòd delictum nõ præſumatur. Et ultra hic alleg. uide Alex. in d. conſil. 127.ſaluatoris. libro 4.& Hippol. de Marſil. conſil. 77. dominus labia.& conſ. 124.

sufficeret, ut probatur ex doctrina Bar. in d.
§. sed ut probari. Et ita procedunt ea quæ in
contrariũ allegãtur. Tertio limitatur præ-
11 dicta regula,† ut procedat, quando ille qui di
cit actum licitũ, probat quòd interuenit cau-
sa quæ potuit facere actum licitum, prout in
d. l. meritò, ubi probandum fuit, quòd ille ha
beret partem in re qua utebatur: secus si cau
sa talis non probaretur, ita declarat Felin. in
d. c. nonnulli. §. sunt & alij. in vij. col. ã. de re-
script. ubi propter hoc concludit, quòd si a-
lius impetrauit literas, non tamen præsumi-
tur quòd habuerit sufficiẽs mandatum, licet
ex hoc sequatur delictum ipsius impetrãtis.
facit etiam tex. in c. cùm in iure peritus. & q̃d
12 ibi Abb. ã. de offic. deleg. Et hoc facit,† q
filius in dubio non præsumatur legitimus,
nec præsumatur matrimonium: quamuis ex
hoc sequeretur, quòd pater deliquisset: quic-
quid dixerit Barthol. Veron. in cautel. cx. in
cip. is qui in iudicio. Et ista est melior solu-
tio, quàm Decij in d. l. si emãcipati. in iij. col.
C. de collat. de qua suprà dixi. Aduerte ta-
men, quia ista limitatio intelligenda est pro-
cedere, ubi agitur in specie circa inuestiga-
tionẽ alicuius negocij: aliàs in genere, quan-
do quis non habet aliquid facere cum alio,
debet in dubio præsumere eum nõ deliquis-
se, licet nõ allegetur aliqua causa, super qua
fundetur talis præsumptio. ita intelligo gl. in
c. si fortè. in uerb. scientiæ. ubi Ioan. And. &
Dom. J. de elect. in sexto. Quarto limitatur,
13 † quando ageretur de utilitate animæ, quia in
dubio potius præsumimus delictum, ex quo
istud est tutius. c. consilium. de obserua. ieiu.
gl. in c. i. de scruti. in c. iuuenis. de sponsa. In-
noc. in c. cùm ad audientiam. de homic. Facit
quod dicit Pet. de Anch. cõsil. clxxix. prima
14 facie. ubi† si testator confessus est se fuisse u-
surariũ, fiet interpretatio quòd semper fue-
rit, ad finem quòd hæres compellatur ad re-
stitutionem: quia istud erit salubrius pro ani
ma defuncti. sequitur Felin. in c. fin. J. eod. &
a in d. c. in præsentia. in vi. col. & alibi sæpe.[a]
Sed fortè contraria opinio in casu Anch. est
uerior: nam ex quo ab origine nemo est usu-
rarius, non præsumitur quis unquam retrò
usurarius, ut dicit Bal. in l. i. §. si magistratus.
ff. de magist. conuen. Et propterea uidetur,
quòd talis cõfessio dubia & incerta debet re
stringi, nisi quatenus ex necessitate infert, &
sic quòd tunc de pręsenti uel modico tempo
re antè esset fœneratus: in unico enim actu
nõ uerificaret tale uerbũ, prout sentit Paris
de Put. in tract. syndica. in uers. cõtraherent.
& in uers. an officiales. Nec obst. ratio præ
dicta, quia licet præsumendum sit in partem
tutiorẽ pro anima, tamen in casu nostro sunt
plura suadentia contrariũ, unde una præsum
ptio tollit aliam. l. diuus. de in integ. restit. Et
facit text. in c. ex parte. J. de censi. ubi uotũ in
certum interpretatur in minus grauamen,
quãuis agatur de utilitate animæ: ergo idem
in confessione. Facit etiam quod not. Bal. in
d. c. in præsentia. ubi si testator dixit se tene-
ri ad restitutionem usurarum à multis publi
cè extortarum, non fiet interpretatio q ipse
extorserit, sed quòd ab alio extortæ ad eum
peruenerint: de quo dic ut ibi per Feli. Aliæ
limitationes poterũt colligi ex infrà dicẽdis.

a ¶ Hanc limitationem, et etiã hoc dictũ Anch. refert et sequitur tanquã notabile Hipp. de Marsil. singu. 111. semper i obscuris.

b ¶ Et Soci. cons. 15. omnipotẽs Deus adsit uisis. col. 5. lib. 2. & Hipp. de Mars. in l. j. num. 67. C. de sicar. ubi allegat concord.

PRAESVMPTIO II.

1 *Bonus quilibet præsumitur. Limitatur multimodè num. 2. 4. 5. 7. &c.*
3 *Bono uiro an & quando credendum.*
6 *Promoueri ubi debet aliquis, integritas nõ præsumitur, nisi probetur aliquali saltem informatione.*
8 *Præsumptio doli uel fraudis capitur in ducentis & uiginti tribus casibus, remissiuè.*
9 *Optimus quis non præsumitur, licet præsumatur bonus.*
10 *Statutum si requirat ad alicuius negocij probationem testes optimos, illa qualitas debet articulari & probari.*
11 *Statutum si requirat testes bonæ æstimationis, an ista qualitas debeat probari: & an iudex ex officio possit de his qualitatibus inquirere.*

SEcundo,† Præsumitur quilibet bonus. c. 1
dudum. J. eod. gl. in c. i. de scruti. & l. cùm
pater. §. rogo. ff. de lega. ij. Et ista est præsum
ptio naturæ, quia naturaliter quilibet est bo-
nus, secundum gl. in l. fin. ff. quod met. caus.
Iacob. de Beluis. in l. omnino. per illum text.
C. de inoffi. testa. Ang. in l. sciendum. in fin.
ff. de uerb. oblig.[b] Limitatur primo,† quan b
do ageretur de præiudicio tertij: quia in alte- 2
rius præiudicium nõ debet aliquis præsumi
bonus. gl. est in c. statutum. §. cùm uerò. uers.
ab aliquo. de rescript. in sexto. Facit gl. in c. si
quis præpostera. in gl. fin. 50. distin. ubi dicit
gl. quòd non debet aliquis statim credere bo
no uiro. sequitur Feli. in c. cùm in iure. in pri
ma col. de offic. deleg. & in d. c. fin. J. eod. Et
secũdum hoc limitatur gl. in l. Titio fundus.
ff. de cond. & demonst. quæ uult,† quòd cre- 3
dendum sit bono uiro: nam istud non proce
deret, ubi ageretur de pręiudicio alterius. Et
circa illam gl. uide And. Sicul. & Feli. latè in
c. cùm contingat. in ij. col. de rescript. Ias. in l.
i. ff. de eo per quem factum erit. & per quos-
dam moder. in l. i. §. ad quæstionẽ. ff. de quæ-
stio. Secundo limitatur per Felin. in d. c.
fin.† quando talis præsumptio induceret ali- 4
quod damnum illi, pro quo præsumitur. per
gl. in d. l. qui iurasset. §. si pater. ff. de iureiur.
& quia inducta ut prosint, non debent noce-
re. l. legata inutiliter. ff. de legat. i. & propter
hoc reprobat quandam decisionem Ioan. de
Ana. in c. in ciuitate. in viij. col. de usuris.
Mihi non placet ista limitatio: quia quili-
bet debet esse bonus, etiam si de bono opere
lapidaretur. c. qualiter & quando. ij. J. de ac-
cus. & quod not. in c. clericis. J. de uita & ho-
nest. cler. unde cùm debeat esse bonus, meri-
tò debet etiã præsumi. Nec gl. in d. §. si pater.
est uera, ut suprà dixi. Nec regula d. l. lega-
ta inutiliter. aliquid facit: quia talis præsum-
ptio non est inducta in fauorem alicuius sim
pliciter, sed procedit generaliter ex natura:
quia naturaliter quilibet est bonus, ut suprà
dixi. Tertio limitatur,† quando ageretur 5
de

de utilitate animæ, per gl. in c. i. de scrutin. &
Anch. in d. consi. clxxix. de quo dic ut suprà.
6 †Quarto limitatur, quando agitur de aliquo
promouendo: quia tunc integritas nō præsu
mitur, imò debet adhiberi aliqualis informa
tio, secundū Card. in Clem. i. in secundo no
tab. de concess. preb. Feli. in d. c. cùm in iure.
Sed tu dic, quòd ista nō est limitatio ad regu
lam: quia etiam in tali casu quis præsumitr bo
nus, licet lex nō sit cōtenta sola præsumptio-
ne, sed ulterius requirat adhiberi aliquas in-
formationes: de quo dic ut in c. fin. j. eod.
7 Quinto limitatur, †ubi ex necessitate uitæ
præcedētis, aliud induceretur, regula, semel
malus. de regul. iur. in vi. §. sancimus. in auth.
de testi. l. de minore. §. penul. ff. de questio. &
per Bal. in l. i. ante fin. C. si quis omiss. causa
testa. ubi dicit, quòd quando ex actibus præ
cedentib. orirer cōiectura doli, talis præpon
8 deraret: & †ducentos uigintitres casus in qui
bus capitur præsumptio doli uel fraudis, po
nit Lucas de Pen. in l. quemadmodum. C. de
agric. & cens. lib. xi. & dicemus aliquid loco
9 suo. Sexto ultra Doct. declara, †ut licet quis
præsumatur bonus, non tamen præsumitur
10 optimus. Et propterea, †si statutum requirat
ad probationem alicuius negocij testes opti
mos, seu optimæ opinionis, debebit illa qua
litas articulari & probari, secundū Ang. in l.
ij. §. diem. ff. quemad. testa. aper. ponderatur
doctrina Bart. in §. si quis neget. in ult. col. u-
bi Ioan. de Imol. idem tenet, ead. l. Et idem te
nuit Ang. de Aret. in §. item uerborū. Instit.
de inutil. stipul. & Alex. consil. lxxxij. in pri-
mo uol. & consil. xlij. in v. col. in iiij. Barthol.
Veroneñ. consil. lviij. in ult. col. Soci. consil.
cclxxiiij. in antepen. col. Decius consil. ccc-
xxi. in pen. col. in nouissimis, & consil. xxvij.
in iiij. col. Moder. in l. nec quæstio. in penul.
char. ff. de quæstio. Contrariū tenuit & cō-
suluit Ioan. de Ligna. ut refert Imol. in d. §. si
quis neget. per text. in authen. sed cùm testa-
tor. & melius in corpore ubi sumitur. C. ad l.
falcid. ubi lex requirit præsentiam optimorū
testium, & tamen nō uidetur quod ista qualitas
ibi sit probanda. Et ibi etiā idē tenet Fran. de
Rampon. per illum tex. Et eandem partē se-
quutus est And. Sicul. per quasdam rationes
satis leues in c. tertio loco. in penul. chart. de
probat. ubi uoluit, quòd imò quilibet præsu
matur etiam optimus; sed dictum suum nus-
quam probatur. In eandem opinionē etiam
uidetur inclinasse Francis. de Curte, in tract.
de testib. conclus. xxxv. Non recedo à pri-
ma opinione, quia uidetur uerior & cōmu-
nior. Nec obstat d. auth. sed cùm testator.
quia ille tex. non loquitur circa probationē,
sed relinquit rem in terminis iuris: unde si re
plicaretur in dubium ueritas inuentarij, pu-
tarem illam qualitatē esse probandā. Præte
rea ille tex. procedit secundum ius cōmune,
sed si statutū hoc requireret, in dubio debe-
ret fieri interpretatio, quòd uellet aliquid a-
gere iure cōmuni, arg. c. in his. j. de priuileg.
per Bart. in l. ij. ff. de usucap. in l. iiij. §. prætor
ait. ff. de dam. infe. cum simil. per Ias. in l. pro
perandum. §. sin autē alterutra, in ij. col. C. de
iudicijs. Et idem puto, etiam si statutum re
quireret testem omni exceptione maiorem:
quia licet quis præsumatur bonus, nō tamen
in tali casu præsumeretur maior omni exce-
ptione. & ita loquitur Deci. in d. cōsil. xxvij.[a] a
†Sed quid si statutum diceret, quòd esset bo- 11
næ existimationis? Dubium facit, quia licet
quis præsumatur bonus, tamen potest esse quod
ciues eum malū existiment. Sed tamē in isto
casu putarē nō opus esse istam probare quali
tatem: quia quilibet nō solùm præsumitr bo-
nus, sed etiam præsumitur bonæ existimatio
nis & famæ. l. penul. §. i. ff. de uar. & extraor.
cogni. l. quæcunque. §. fi. ff. de public. per Bar.
in tract. suo præsumpt. in prin. Sed pone
quòd pars non probauerit uel articulauerit
de istis qualitatibus, an iudex ex officio pos-
sit ipse recipere informatiões? Circa hoc cre
derem quòd sic, per gl. in l. iij. in uerb. inimi-
citiæ. & ibi Sali. ff. de testib. & gl. in §. i. in uer
bo, officij. in authen. de testib. & ibi Doct. Et
istud posset fieri etiam publicatis attestatio-
nibus, arg. c. cùm clamor. ē. de testi. & tales in
formationes debet iudex redigere in actis,
nam aliàs teneretur in syndicatu, per doctri-
nā Bart. in l. Lucius. ff. de his qui not. infa. Et
ita intelligo quod not. Fulg. in d. l. iij. §. tu magis
scire potes. ff. de testi. Et hoc suadet æquitas.

PRAESVMPTIO III.

1 *Idoneus quilibet esse præsumitur.*
Ibi. Rescriptum si contineat clausulam, si est idoneus, non est opus probare talem qualitatem.
2 *Aetas posita in conditione, regulariter debet probari ab eo qui eam dicit euenisse: & quare.*
3 *Clausula, si meruerit, si sit idoneus, uel dignus &c. quid operetur in rescripto, cùm regulariter quilibet præsumatur idoneus, meritus, & dignus.*
4 *Superfluum non dicitur illud, quod licet in sensu directo nihil operetur, operari tamen potest in sensu contrario.*
5 *Idoneus quilibet præsumitur quo ad mores, non quo ad alia extrinseca. Ideo nemo diues, nemo doctus, nisi probet, præsumitur.*

TErtio. †Quilibet præsumitur idoneus. 1
c. dudum. j. eo. i. quæst. i. C. sicut. Et pro-
pterea in rescripto in quo apposita sit clausu-
la, Si est idoneus, non erit opus probare talē
qualitatē, quasi quis positam in conditione: quod
est mirum.[b] Sed uidetur facere contra opin. b
Baldi & Sali. in l. cùm te. C. de probat. de qua
suprà dixi, uers. xiiij. †quòd licet quis præsu- 2
matur idoneus ætate, tamen istud non proce
dit quando ætas esset posita in conditione:
quia qui dicit conditionem euenisse, debet
probare. l. ex his. C. quand. dies leg. ced. Nisi
respōdeas, quòd istud procedit in ætate quæ
ex tempore uariatur: sed nos loquimur quo
ad mores, qui præsumūtur semper boni. Fa-
cit pro ista præsumptione text. in l. seruos. ff.
de

a ¶Omnia quæ in hac limitatione hactenus scripta sūt, & omnes autoritates Doct. hactenus recitatæ, & multò plura ad huius limitationis dotem tradit Pet. de Moncada in tract. de testib. quem fecit ad supplendū & perficiendum tractatum Ioannis Croti, qui morte præuentus, nō potuit perficere suum tractatum de testib. ideo dictus tractatus Petri cōtinuatiuè ponitur cum tractatu Croti, quem uide num. 192. cum plurib. seq. & Hippol. Marsil. sing. 187. qualitas apposita. ubi adducit dicta Ang. in d. l. ij. §. diem. & in l. uel negare. eod. tit. Alex. & Ang. de Aret. in locis præallegatis.

b ¶Et ista uidetur communis opinio Doct. in d. c. dudum. ubi latissimè Felin. col. antepenul. cum tribus colum. præcedentibus, ubi latè an debeat probari idoneitas, et uerificari ante prouisionem seu collationē, & an debeat præcedere causæ cognitio, et qualis, an uerò sufficiat sola præsumptio naturæ quòd quilibet præsumatur idoneus, nisi cōtrarium probetur. Et Bald. in l. neque natales. col. fin. cum pen. iuxta fi. C. de probat. Et Oldra. consil. 41. breuiter uidetur. ubi ponit de clausula, si sit uitæ laudabilis. & aliquid per Lapum alleg. 61. satis. Bartol. in l. muto. §. j. in fine. ff. de tutel. Bald. in Margarita, in uerb. clausula. & copiose Petr. de Anch. in Clem. 1. col. 6. & seq. de concess. præb. ubi etiam Imol. col. 2. nu. 14. & latius idem Imol. in Clem. 1. col. 4. de offi. deleg. cū simil.

de manu. testa. ubi præsumitur quis dignus li-
2 bertate, nisi probetur indignus[a]. Vnde illa con
3 ditio, †si meruerint, uel si dignos iudicaueris,
non requirit aliã probationẽ. Et si diceres, se
queretur ergo quod in prędictis casibus talis cõ
ditio nihil operaretur, quod tamen uidetur incõ-
ueniens. l. si quando. ff. de leg. i. Respondeo,
quòd imò multũ operatur in sensu cõtrario:
quia censetur illud quod datur, ipso iure adi-
mi in casu quo nõ sit idoneus, per regulã, quod
datum sub una cõditione, censetur sub cõtra
ria ademptũ. l. aliquando. in fi. ff. de cond. &
demon. l. si legatũ pure. ff. de adim. lega. Et
4 sic nota, †quòd nõ dicitur superfluũ illud, quod
in sensu directo nõ operatur, dummodo in con
trario possit operari. Quod facit ad ea, quæ
notant Cyn. & Bal. in l. cõuenticulam. C. de
epis. & cler. Imol. & moder. in l. si cùm dotẽ.
in prin. ff. sol. matr. Ias. in l. i. in xv. col. ff. de of
fic. eius cui mand. est iurisd. ubi si statuta ni-
hil inducant in sensu directo, subditur in eis
argumentũ à cõtrario sensu, ut operentur. In-
5 tellige istam †regulam, ut quilibet præsumatur
idoneus quo ad mores, nõ autem quo ad alia
extrinseca. Et propterea nemo præsumitur ido
neus quo ad diuitias, nisi probetur, ut est gl.
in l. si uerò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satis.
cog. & ibi dixi. Itẽ quo ad doctrinã, quia scien-
tia acquiritur multo labore, & longis uigilijs,
unde nõ præsumitur quis eam habere, ut dicit
gl. in d. c. si fortè. in uerb. scientiæ. de elect.

PRAESVMPTIO IIII.

1 *Immemor æternæ salutis nemo præsumitur.*
2 *Innocens à peccato quilibet præsumitur.*
3 *Præsumitur quis sine uitio.*
4 *Agricola diligens præsumitur innocens & quietus.*
5 *Confeßio iurata facta in testamento, ualet & probat: non iurata uerò non ualet nec probat.*
Ibid. *Non omnis moriens præsumitur esse Ioan. Baptista.*
6 *Tutoris defuncti rationibus standũ est in expensis paruis: quãuis regulariter requireretur iuramentũ tutoris, si uiueret.*
7 *Præsumitur pro scriptura defuncti.*
8 *Præsumptio quòd quis moriendo nõ sit immemor æternæ salutis, nõ procedit in præiudiciũ tertij, cui ius iam quæsitũ est.*
9 *Iudici qui moriendo dicit se tulisse falsam sententiam, non statur. Idem in teste.*
10 *Vulneratus mortiferè, si aliquem exculpauerit, an poßit ex indicijs procedi contra talem ad torturam.*

1 QVario. †Nemo præsumitur immemor
salutis æternæ. l. fin. C. ad legem Iul. re-
2 pet. & i. quæst. vij. C. sancimus. Et †quilibet
præsumitur innocens à peccato. l. absentem.
ff. de pœn. l. qui accusare. C. de edendo, sicut
quilibet præsumitur esse alienus à dolo & cul-
pa. l. dolũ. C. de dolo. l. si creditor. C. de pign.
b act.[b] Et eodem modo †præsumitur quis sine ui
3 tio. l. i. C. de ędil. act. l. cùm probatio. ff. de pro
bat. Et ista maximè procedunt, suadente hoc
aliqua alia coniectura: unde præsumitur in-
nocens, quẽ nullus accusauit. l. si adulteriũ.
§. idem Pollioni. ibi, & si reum nemo postula
uit. ff. ad legẽ Iul. de adult. facit text. in c. cùm
in iuuentute. j. eod. †Idem si sit diligens a- 4
gricola, quia talis præsumitur innocens &
quietus. l. iij. C. de defens. ciuit. Idem etiam
in nobili & diuite, quia bene præsumitur de
his quibus sunt integræ facultates, & maio-
rum suorum hæreditates incolumes. l. ij. in
prin. C. de debit. ciuit. lib. x. Idem si quis aliàs
sit bonus, quia præsumitur pro re quam ipse
gesserit. c. nisi essent. j. de præbend. C. om-
nes. vij. quæst. i. & xxxvij. distinct. C. qui de
mensa. cum simil. Et ex ista pręsumptione in
fertur, †quòd licet cõfessio facta in testamen 5
to non ualeat nec probet, tamen si iurauerit
testator, tunc ualet: quia non præsumitur fuis-
se immemor salutis æternæ. l. cùm quis acce-
dens. §. codicillis. ff. de leg. ij. auth. quod obtinet.
ubi Bal. C. de proba. Bart. in l. ij. C. cõmu. de
lega.[c] Ad idem facit quod not. Paul. de Cast. c
consil. ccci. ad bene examinandũ. in primo.
ubi cõsuluit, †quòd in expensis paruis, stan- 6
dum est rationib. tutoris defuncti: & licet in
tali probatione uideatur requiri iuramentũ, ta-
men ex quo amplius præstari nõ potest, sta-
bitur simplici codici rationũ: quia mors non
minorẽ fidem uidetur inducere, quàm iuramentũ,
ex quo nemo præsumitur moriendo fuisse im-
memor salutis æternæ, per d. l. fin. & per not.
per Bar. in l. admonendi. ff. de iure fisc. ubi di
cit, †quòd præsumitur pro scriptura defuncti, 7
per dictam rationẽ, & l. rationes. C. de proba.
& quod notat Socinus consil. clxi. in ij. col.[d] d
Aduerte tamen, †quia ista præsumptio nõ 8
procederet in pręiudicium tertij, ubi ius iam
esset quæsitũ. per doctrinã Bar. in l. si quis in
graui. §. i. ff. ad Sylla. ubi †si iudex moriens di 9
cat se tulisse talem sententiam falsam, uel te-
stis falsum se deposuisse, nõ tamen illis credi
tur. Et ita cõmuniter tenetur secundũ Alex.
in l. sciendũ. col. xij. ff. de uerb. oblig. & quæ-
dam similia ponit Felin. in c. exhibita. j. de ho
micid. & Ias. in l. i. in prin. ff. de eo per quem
fact. erit.[e] Dicit tamen Bald. in l. i. in fin. C. cõ e
mu. de leg. †quòd si testator mortiferè uulne- 10
ratus aliquẽ exculpauerit, talis non poterit e-
tiam ex indicijs torqueri: & sequitur ibi Ias.
Sed ego non arbitror istud ita generaliter ue
rum: quia possent indicia esse tam urgentia,
quòd tollerẽt contrariã præsumptionẽ orien
tem ex attestatione ipsius uulnerati: quia una
præsumptio aliam tollit. l. diuus. de in integ.
restit. Et cessat ratio præsumptionis in isto ca
su: quia potius uerisimile est, quòd iste uul-
neratus sit mentitus, ex quo tale mendaciũ
non uidetur tendere in præiudicium salutis
æternę. xxij. quæst. ij. C. primum est. & C. ne
quis arbitretur.

PRAESVMPTIO V.

1 *Bona fides præsumitur in poßidente, nisi contrarium probetur. Intellige, si habeat titulum uerum uel putatiuum, etiam errore iniusto.*
2 *Bona fides an præsumatur in eo qui poßidet sine titulo.*
Titulum errore iniusto causatum si quis habeat, an in eo præsumatur bona fides.
4 *Bona fides potest causari ex iniustis & temerarijs causis.*

Vsucapere

a ¶ Bene faciunt pro ista præsumptione quæ tradit Egid. Bellamere in decis. 76. incipiente, non expresse.

b ¶ Et l. quoties. § qui dolo. ff. de probat. ubi Floria.

c ¶ De ueritate tamen huius dicti uide per Alex. & alios in l. si donatione. C. de collat. & Dd. in c. quamuis. de re iud. maximè quid in prohibitis, ut in patre et filijs, marito & secunda uxore, patre & filio naturali uel spurio. Et uide quæ copiose scripsimus Alciatus & ego in xvj. præsumptione, in prima regula præsumpt. ubi ex decisis & remissis eris resolutus. Nota tamẽ, quod hæc præsumptio, quòd quis moriendo non præsumatur immemor salutis æternæ, non semper est efficax, aduersus quã facit quod in quit Bal. in tit. de pace Cõstantiæ. in uerb. uasalli ij. in fi. & refert Ias. in l. j. col. 3. quod non omnis qui moritur, præsumitur esse Ioannes Baptista, nec sibi de ijs quæ asserit semper est credendum. Et dicit Oldra. cons. 192. uiso diligenter. & refert Hippol. Mars. in practica. §. restat. col. ij. nu. 12. quòd morientes non dicũt semper uerum.

d ¶ Adde plura accumulata per Hippol. in rub. ff. de fideiuss. col. 7. 8. & 9. ubi plura ad probandũ quòd præsumatur pro moriente quòd nõ sit immemor &c.

e ¶ De ueritate illius dicti Bart. in d. l. si quis in graui. §. j. uide latißimè melius quàm alibi Hippol. Mars. in d. rub. de fideiuss. col. 7. 8. & seq. ad quem sufficiat remißio.

5 *Vſucapere an quis poßit ex titulo iniuſto errore cauſato.*
6 *Mala fides præſumitur in præſcribenda ſeruitute: & quare.*

1 QVinto.† Bona fides pręſumitur in poſ-
ſidente, niſi probetur contrariū, l. pen.
C. de euict. gl. in c. ſi diligenti. & ibi Doct. in-
fra de præſcript. cum concord. per Alex. cō-
ſil. cc. uiſo & diſcuſſo, col. i. in ſecundo. & con
ſil. lxxv. col. pen. in quarto. Franciſ. de Curte
conſil. lxxxij. Deus pius, col. ij. Et iſtud intel
ligitur, ſi habeat titulum uerum uel putati-
uum, etiam errore iniuſto, l. igitur. §. poteſt.
ff. de liber. cauſ. & not. in l. ſicut. §. i. ff. de uſu-
cap. & ita tenet Bart. in l. Celſus. ff. de uſuca-
pio. & eſt cōmunis concluſio, ut ibi per mo-
2 der. & in d. c. ſi diligenti. †Fortius dicit ibi
Bart. iſtud procedere etiam in poſsidente ſi-
ne titulo: quia ſtat ſimul, quòd quis non ha-
beat titulū, & tamen ſit in bona fide, ſecundū
gl. in l. ſi quis emptionis, in uerb. tenuerit, iū-
cto tex. C. de præſcript. xxx. uel xl. ann. ergo
ita debemus pręſumere, ex quo talis pręſum
ptio eſt humanior. Et hoc intelligit̄, niſi alius
poſſeſſor antiquior appareret, per l. ſi. C. un-
de ui. Item niſi ius cōmune contradiceret ta-
li poſſeſsioni. c. i. de præſcript. lib. vi. Sed In-
noc. & Bal. in c. per tuas. de teſtib. tenuerūt,
quòd imò nō præſumat̄ bona fides, niſi adſit
titulus. Et idem tenet Imol. in repet. c. ſi. in v.
col. de præſcript. & dicit Feli. in d. c. ſi diligen
ti, ꝙ hæc opinio eſt ſuſtentabilis de iure, per
tex. in d. l. fin. quia quod ſuū nō eſt, debuit ſci
re ad alios pertinere. Sed tamē nō puto rece-
dendum à cōmuni opinione, quæ bene pro-
batur in d. l. ſi quis emptionis, iuncta gl. & in
d. c. i. de præſcript. in vi. inducendo ut ſuprà.
Nec obſtat dicta ratio, quia tex. in d. l. ſi. lo-
quitur in eo qui ſcit rem occupatā ſuam non
eſſe: qa tunc debet ſcire, ꝙ ad alios pertineat.
Sed nos non loquimur in eo qui neſciat rem
ſuam nō eſſe, imò credit eſſe ſuā, & eſt in bo-
na fide, licet nō habeat aliquē titulū, puta qa
aliquis ei dixit ꝙ erat maiorū ſuorū, ſeu ante
ceſſoris ſui, uel alio modo ad eum ſpectabat.
Nam licet talis nō dicatur uerè poſſidere ali
quo titulo, tamen eſt in bona fide. Pręterea
3 †dum Bart. dicit ſufficere titulum putatiuū,
etiā errore iniuſto, d. §. poteſt. adde, ꝙ idem
ſequuntur Alex. & moder. in d. l. Celſus. &
Bal. in l. i. per gl. ibi. C. ubi cauſ. ſtat. qui dicit,
4 quòd †bona fides poteſt cauſari ex iniuſtis et
temerarijs cauſis. ſequitur Alex. cōſil. cxxv.
in iij. col. in quarto. And. Sicul. conſil. xvij. in
penul. col. in ſecundo. Feli. in c. cùm contin-
gat. in iij. col. de reſcript. & in d. c. ſi diligenti.
in ij. col. Iaſ. in l. ſi id quod. in viij. notab. ff. de
iuriſd. om. iudic. Sed Imol. in repet. d. l. fin. in
5 v. col. †uidetur hoc intelligere quo ad acquiſi
tionem fructuum, non autem quo ad uſuca-
pionē: & iſta opinio uidetur mihi uerior, pro
quo adduco tex. in l. fin. C. pro ſuo, qui requi
rit, quòd error in titulo ſit probabilis, aliàs u-
ſucapio nō procedat: & iſtud eſt de mente gl.
in d. l. i. quæ ſi bene uideatur, probat contra
Bal. dum requirit quaſi poſſeſsionē xxx. an-
norum, quando ſeruus ex iniuſtis cauſis cre
deret ſe liberū, & tamen ſi præſumeret̄ bona
fides, ſatis eſſet quaſi poſſeſsio xx. annorū. l.
ij. C. de long. temp. præſcript. quæ pro liber.
Nec obſtat d. §. poteſt. quia ibi nō proba-
tur, quòd poſſeſſio inducta ex tali errore in-
iuſto, ſit ſufficiens ad uſucapionē, ſed ſimpli
citer talis utitur cōmodo ſucceſſoris, quantū
ſit ad inſtruendum iudiciū, ut ibi habetur. Et
eſt ratio, quia quo ad illud cōmodum ſatis eſt
quòd non ſit in mala fide, licet nō habeat bo-
nam: inter hæc enim eſt dare medium, ut di-
cit Bart. in l. ſed & ſi lege. §. ſcire. ff. de pet. hæ
red. Paul. de Caſt. conſil. cclxxxix. in ult. col.
Poſſet diſtingui, ut opinio Bart. & Doct.
procedat in præſcriptione longiſsimi tempo
ris, in qua præſcribitur etiam ſine bona fide.
Iſta autē alia opinio procedit in præſcriptio-
ne xx. annorū, uel minori, prout propriè lo-
quitur tex. in d. l. fin. ff. pro ſuo. Cętera dic ut
per moder. in dictis locis, & Abb. in c. cōſul-
tationibus. ſ. de iure patron. & per Felin. in c.
de quarta. de præſcriptionib. ubi limitat iſtā
regulā non procedere in errore iuris: de quo
ibi latè per eum, & etiam per Aret. conſ. xxx.
in ſecūdo dub. ubi dicit †ſemper pręſumi ma 6
lam fidem in præſcribente ſeruitutē. Et eſt
ratio, quia habet contra ſe præſumptionē iu-
ris cōmunis: de quo in d. c. i. de præſcript. in
ſexto. Dic ut ibi per eum.

PRAESVMPTIO VI.

1 *Actus ubi poteſt importare delictum graue & paruum, præſumitur pro minori delicto.*
2 *Percutiens aliquē paruo cultello, præſumitur quòd non fecerit animo occidendi, licet poſtea mortuus fuerit percuſſus.*
3 *Mulier præſumitur potius ſubtraxiſſe res à marito, quàm quòd ſit lucrata ab adulteris.*
4 *Blaſphemia una tantum præſumitur, ſi quis pluries eodem calore repetierit aliqua uerba blaſphemiæ.*

SExto.† Vbi actus poteſt importare deli- 1
ctum graue & paruum, præſumitur pro
minori delicto, ſecundum Bal. in l. fin. in ult.
col. C. de ædil. act. arg. l. ſi præſes. ff. de pœn.
Et ibi inſert Bal. ad notabilē quæſt. Ad idem
facit gl. in l. pen. C. de fideiuſſ. ubi potius præ
ſumitur matrimoniū clandeſtinum, & ſic le-
uius delictum, quàm adulteriū, quod eſt gra
uius: de quo per Bal. in c. i. §. iniuria. de pace
iura. firm. in l. quæcunq;. C. de ſer. fugit. Ab-
bas in c. ij. de deſponſ. cland. Feli. in c. i. ſ. eo.
Ad idem fa. text. in c. ſignificaſti. circa prin.
infra de homici. inducendo ut per Aret. con
ſil. viij. in penult. ubi per iſtam rationem deci
dit, †quòd ſi quis percutiat aliquē paruo cul- 2
tello, capiemus potius præſumptionē quòd
fecerit animo non occidendi, licet talis dein-
de ſit mortuus. Et in ſimili idem concludit
Aret. conſil. xxxi. in penult. col. ubi †capitur 3
potius præſumptio, quòd mulier ſubtraxe-
rit furtiuè res à marito, quàm quòd ſit lucra-
ta ab adulteris, ex quo illud eſt minus deli-
ctum. Facit quod not. uoluit Barthol. Vero-
neñ. conſil. lxxvij. circa medium, ubi conſu-
luit, quòd †ſi quis pluries repetierit in eodem 4

calore iracundiæ aliqua uerba blasphemiæ,
præsumitur potius una tantùm blasphemia,
nõ autem plures. Et circa istam præsumptio
nem uide etiam aliquid per Felin. in c. ad au-
dientiam, in prin. ubi limitat. infra de homi-
cid. Et accedat uulgata regula, quòd in duo-
bus malis minus est eligendũ, C. duo mala.
xxiij. distin. & xxij. quæst. C. quod Dauid. &
C. si aliquid.

PRAESVMPTIO VII.

1 *Actus non præsumitur gestus metu, si quid actum reperiatur. Fallit in casu c. super hoc. de renunc.*
2 *Probatio durior licet incumbat illi qui contra præsumptionem iuris aliquid deducit, non tamen ita est in deducente metũ, cùm metus ex coniecturis probari possit.*
3 *Metus solet clàm inferri, ideo sufficit leuior probatio.*
4 *Testibus duobus de metu attestantib. magis creditur, quàm centum asserentibus spontaneam uoluntatem.*
5 *Matrimonium metu fuisse contractum uno teste asserente, an ei credatur.*

1 SEptimo,†Si aliquid reperiatur gestum,
præsumitur spontè gestum, nõ metu. l. ij.
C. de his quæ ui uel metus causa. Et est ratio,
quia aliter præsumeretur delictũ, ex quo in-
ferens metum delinqueret. Et ita cõcludit In
noc. quem sequuntur alij, in c. causam matri
monij. ẽ. de offic. deleg. Non procedit tamẽ
ista præsumptio in casu not. c. super hoc. se-
cundum unũ intellectũ. de renunc. ubi in iu
dicio possessorio agenti interdicto recupe-
randæ, nõ obstat exceptio renunciationis be
neficij, imò præsumitur talis renunciatio fa-
cta metu, ut declarat ibi Abb. col. antepen.
2 Adde etiã,†quòd licet regulariter durior pro
batio incumbat illi qui cõtra præsumptionẽ
iuris aliquid deducit, c. quia uerisimile. ẽ. eod.
gl. in l. fin. in prin. ff. quod met. caus. per Spe
a cul. in tit. de probat. §. fi, uers. fin. [a]tamen non
ita est in afferente metũ; quia metus etiam ex
coniecturis potest probari, ut per Cyn. in l.
carcerẽ. C. quod met. caus. Bar. in l. si ob tur-
pem, ff. de cond. ob caus. Bal. consil. xxvi. in
tertio. Anch. cõsil. ccxcix. uisa supradicta fa-
cti. Raph. Com. consil. lxviij. per totũ. & per
moder. in l. interpositas. C. de transact. Et est
3 ratio,†quia metus cõmuniter solet clàm in-
ferri, unde sufficit leuior probatio. arg. c. fi. ẽ.
de testi. cog. & ita tenet Alex. consil. clvi. ui-
so processu. in quinto. & consil. xlviij. in iij.
Corn. consil. xli. in iij. col. in ij. Fortius di-
cit Innoc. in d. c. super hoc. ubi alij sequũtur,
4 †quòd magis credit̃ duobus de metu attestan
tibus, quàm centũ asserentibus uoluntatẽ spõta-
neam. sequitur Bal. in consil. schismatis, quod
posuit in rub. C. si quis aliquem testa. prohi.
Idẽ Bal. in l. obseruare. §. proficisci. in xiij. q.
ff. de offi. procons. Ang. in l. si quis ad se fun-
dum. C. unde ui. Alb. Ros. in rub. ff. quod met.
caus. cum concord. per And. Sicul. cõsil. ult.
in iiij. col. & Deciũ consil. 100. in pen. col. Et
dicit singulariter Barthol. Veroneñ. cautel.
5 cxliiij. incip. tempore meo.†quòd crederet̃
uni testi asserenti matrimoniũ esse cõtractũ
per metum. allegat Innoc. & Bald. ubi ẽ. Sed
ista decisio mihi nunquã placuit, quia est cõ-
tra regulam c. licet uniuersis. ẽ. de testibus. &
contra mentem omnium scribentium, præ-
sertim Alex. & Corn. in consilijs suprà alle-
gatis. & Innoc. non loquitur in uno teste tan
tùm, sed in duobus: & ita etiã Bald. & cæteri.
Prẹterea illud dictum Innoc. intelligit̃ quan
do constat manifestè de ui & facto unde ori-
tur metus: & ideo etiã si mille attestarent̃, quod
tamen erat illi animus actũ spontaneè facien
di, nõ staretur illis, quia attestarentur de men
te, quæ est nota soli Deo, ut declarat Imol. in
d. c. super hoc. & etiam loquitur Innoc. quã-
do præsumptio erat pro asserente metũ, pu-
ta in eo qui asserit se renunciasse beneficio
propter metum, in casu d. c. super hoc. secus
ubi prẹsumptio non esset pro asserente, quia
tunc seruaretur regula cõmunis posita in c.
in nostra. ẽ. de testibus. Et istud est de mente
Abb. in d. c. super hoc. & declarat Ang. in d.
l. fin. in prin. ff. quod met. caus. Cætera dic ut
per moder. in l. interpositas. C. de transact.

a ¶ Et scripsi latissimè in prin. tractatus, in tertia parte.

b ¶ Vide Decium cons. 576. pro resolutione. col. fin. & Rom. cõs. 436. quod consultum.

PRAESVMPTIO VIII.

1 *Princeps præsumitur motus iusta causa. Intellige in ijs quæ sunt iuris positiui, & in ijs quæ sunt arbitraria principi.*
2 *Papa in beneficijs habet plenam & liberam potestatem.*
3 *Causa an præsumatur in principe dispensante cõtra ius gentium uel diuinum, in casibus in quibus cum causa potest dispensare.*
4 *Causa iusta non præsumitur in principe, quando agitur de præiudicio tertij.*
5 *Princeps etiam de plenitudine potestatis non potest rescindere contractum proprium.*
6 *Princeps nõ potest uasallum feudo priuare, nisi ex causa descendente ex culpa uasalli.*
7 *Sententia principis sine citatione non ualet, nec præsumitur causa nisi probetur.*
8 *Causa præsumitur in quocunq; principe non recognoscente superiorem de facto: quia nemo potest sibi dicere, cur ita facis?*
9 *Causam non præsumi in principe respectu non subditorum principi, quomodo intelligatur.*
Ibi. Princeps an habeat plenam potestatem in subditos non plenariè, sed sibi deditos mediãte fœdere, quòd reseruassent sibi leges & priuilegia sua: & an tunc princeps inter tales possit uti plenitudine potestatis.

OCtauo,†Præsumitur principem ex iu- 1
sta causa moueri. glossa in l. relegati. in
fin. ff. de pœnis. facit text. in Clem. unic. de
probationib. & in c. cùm à nobis. in fin. ubi
Doct. de testibus. [b]Et ista conclusio est ueris- b
sima in his quæ sunt iuris positiui, quo iure
ipse non ligatur. l. digna uox. C. de legibus.
& quæ sunt arbitraria ipsi principi, prout lo-
quitur glossa in d. l. relegati. Nam restitutio
relegati potest fieri per principem etiam sine
causa, de potestate ordinaria, l. i. C. de sent.
pass. & habetur in tit. C. de abolitionib. Item
dicta Clem. i. loquitur in beneficijs,†in qui- 2
bus Papa habet plenam & liberam faculta-
tem. c. ij. in prin. de præbend. in sexto. Clem.
i. in fin. ut lite pendente. ix. quæst. iij. C. per
principalem. ubi gl. cum concord. per Ias. in
l. Barbarius. in xi. colum. de offic. prætor. So
ci. consil. xiij. per totum. And. Sicul. consil. i.
col.

col,xvij.in primo. Et dicit Bal. in l.reſcripta.C.de precib.Imp.offer.quòd omnia beneficia mundi ſunt manualia, & obedientialia quo ad Papam.ſequitur And. Sicul.in tra a ctatu de pręſtan.Card.in prima par.col.iiij.[a]

3 †Sed nunquid præſumitř cauſa in principe diſpenſante aduerſus ius gentium uel diuinum, in his in quibus poſſet cum cauſa diſpenſare: Et uidetur quòd ſic, prout tenuit Cynus in l.reſcripta, in iij.& iiij.quæſt.& ibi Bal.C.de prec.Imper.offer. Ant.de Butr.& Abb.in c.quanto, de iureiur.& in alijs locis relatis per Feli.in c.quæ in eccleſ.xij.col.uerſic.quinta concluſio. ꝫ. de conſtit.ubi limitat b iſtam cōcluſionē ſex modis, ut ibi per eum.[b] Sed tu aduerte,quia iſta opinio iure nō probatur:nam ea quæ pro hac parte allegantur, procedunt in his quæ ſunt iuris poſitiui.& ꝙ in tali caſu nō præſumatur cauſa iuſta, eſt de mente Bald.in d.c,quæ in eccleſiarum. & firmat Fulgoſ.in l.fin.C.ſi contra ius uel utilit. pub.& in conſil.lxi.domina Catharina.in ij. col.Rom.conſil.ccclij.quęritur primo.in fi. Et ita tandem reſident Feli.& moder.in d.c. quæ in eccleſiarum. & Iaſ.in l. ſi teſtamentū. C.de teſta.per illum tex.& in repet.l.quo mi 4 nus.in ij.col.ff.de flumi.& eſt de mēte Doct. tenentium, quòd d.Clem. i. de probat.†non habeat locum quando ageretur de præiudicio tertij,quo ad ius quæſitum, prout tenuit Anch.in conſil.cccviij. præmitto. circa finē. Paul.de Caſt. conſil.clvi. uiſo & examinato. col.fin.Butr.poſt Calder.in c.poſt ceſsionē, col.viij.de probat. Aret.in d.c. cùm à nobis. Nam ſi pręſumeretur iuſta cauſa, deberet habere locum etiam in præiudicium tertij:quia princeps ex cauſa legitima poteſt tollere ius quæſitū tertio.l.Lucius. ff.de euict. & habetur latè in d.c.quæ in eccleſiarum. Et probatur iſta opinio,quę uidetur cōmunior,in c.i. 5 ſuprà de probat.†ubi nō pręſumitur cauſa in principe uolente reſcindere proprium contractum : imò iſtud non poteſt,etiam de plenitudine poteſtatis,ſecundum Paul.de Caſt. in l.digna uox.C.de legi.& Bald. in c.i. §.ad c hæc.col.v.de pace iura.fir.[c]† 6 Idem eſt in feudo,quia non licet ei priuare uaſallum,niſi ex iuſta cauſa deſcendente ex culpa ipſius uaſal 7 li.c.i.ubi not.de natura feud. †Idem in ſententia principis ſine citatione lata : quia non ualet,nec præſumitur cauſa. Clemen.paſtoralis.de re iud.c.i.ubi Doct.ꝫ.de cauſ.poſſeſ. & prop. And.Sic.conſil.xxiiij. col.penul.in ij. Et ratio iſtorum caſuum militat generaliter, & propterea debet generaliter eſſe idem ius.l.adigere.de iure patr. Et facit ratio, quia cū talis actus regulariter ſit prohibitus principi,niſi in certa cauſa,debet illa probari. l. ſi d donatione. C.de collat.[d] Et iſtud procedit etiam in Principe, ut notat Innoc. in c.penul. de dilat.Rom.conſil.ccclxxxiij.ſaluatoris.et facit text.in c.nouit.ubi Abb.& Aret.notāt. ſuprà de iudi,ubi nō præſumitur etiā pro rege, quòd ſeruauerit debitam ſolennitatē denunciationis euangelicæ, niſi probetur. Et Cynus in d.l.reſcripta. poteſt ſaluari,ſi bene uideatur:nam præſupponit, quòd imò in ueritate cauſa non pręſumatř,& quòd Princeps peccat, licet iudex debeat obſeruare: quia quo ad eum,inde oritur præſumptio iuris & de iure, ex quo ipſe nō poteſt inquirere de facto ſuperioris & domini ſui, prout etiam dicit Alex. conſil.i. in pen.col. in ij. uol. Vnde dato quòd poſſet inquiri,puta quia princeps permitteret refricari in dubium de meritis reſcripti,uel aliter concederetur,eſſet ſecus. Et propterea dicunt Doct.† 8 iſtud procedere in quolibet principe non recognoſcente ſuperiorem de facto,ut per Bar.in d.l.relegati, & per Alex. conſil.xv. in ij.col. in v. uol. Ratio eſt, quia tali non poteſt dici, cur ita facis: Et iſta opinio eſt uerior de iure, & etiā de æquitate. Conſidera tamen, ſi poſſent iſtæ opiniones concordari: quia aut princeps in tali cōceſsione nō expreſsit aliquam cauſam, & nō præſumatur,imò cōceſsio ſit nulla, quaſcunq; clauſulas ipſe addiderit,ex quo deficit poteſtas eius,quia nō eſt ſupra ius diuinum, naturale,ſeu gentiū,& facit quod not. Alex. conſil.ci. uiſis,col.pen. in primo. Idem ſi expreſſit aliquā cauſam quę nō eſt idonea, eadē ratione. Aut expreſſit cauſam idoneā, & tūc an pręſumatř uera,ita quòd diſpoſitio teneat. Et dicendū eſt quòd ſic. d. Clem. i. Et in iſto caſu poteſt procedere opinio Abb. Butrij & aliorum in d. c. quæ in eccleſiarum. & quod not.Soci.conſil.cclxxiij. in pen.col. limitando tamē ut ibi per Feli. & Iaſ. in d. l. ſi teſtiū.[e] c Et in quantum limitant,† 9 ut non præſumatur cauſa, reſpectu non ſubditorum ipſi principi,per dictum Innoc. in c. inquiſitioni. infra de ſenten.excōmun.& tex.in d.Clemen. paſtoralis, intellige iſtud in ſubditis plenariè

a ¶Antequam ad ulteriora procedatur,uolo notes perpetuò notabilem limitationē ad hanc præſumptionem, quam tradit Rom. conſil. 436. quòd indultū Petri. col. penul. circa prin. & Philip. Decius conſil. 576. præalleg.col.fi.quòd in principe non præſumitur iuſta cauſa,quando facit actum ad inſtantiā & poſtulationem partis: quia tūc uidetur magis motus propter importunitatē partis, q̃ ex iuſta cauſa.per l.j.C.de petit. bono.ſubla.lib.10.

b ¶Et ultra hic allegatos & in locis hic recitatis,hanc ſententiā tenet & multis egregijs fundamentis comprobat melius quàm alibi Fran. Curt.ſenior cōſil. 49. memoriæ recolendæ. col.xviij.num.30 uerſ. præſumitur enim in principe, ubi dicit, quòd in principe aliquid diſponente,præſumitur iuſta cauſa, etiam ſi auferat ius alteri quæſitū. & ibi allegat autoritates & concord.in pluribus locis,ex quibus poteſt roborari iſta ſententia,quæ non reperies alibi ita bene cumulata.

c ¶Et Lud.Rom.egregiè in d.conſil.436.col.penul.& fin.& conſ.152.quæritur primo.col.ult.dicens,quòd princeps non poteſt reuocare contractum à ſe factum, etiam ſi contineat liberalitatem: & quòd ita ligatur ſuo cōtractu ſicut quilibet priuatus. & idem Rom.conſil.252.pro deciſione.& Soci.conſil.4.ſuper quæſtione.col.ij & iij. lib.3. Et quòd de plenitudine poteſtatis non poſſit cōtrauenire contractui, etiam conſuluit Ant. Rub.Alex. conſil.138.uiſo & diligenter.col.ij. & conſil.146. circa primum. col.pen. ubi allegat Alex.in conſil.1.in 2.uol.& conſil.54.in quarto.& Cuma. conſil.100. incip. ducíſſa Mediolani.cum alijs concord. Et etiam dicit idem Alex. conſil.154. decreuerant.col.pen.quòd princeps non minus ligatur ex ſuis contractibus, quàm quilibet priuatus.Et quòd non poſſit etiam de plenitudine poteſtatis contrauenire contractui,etiam aſſeuerat Deci.conſil.689.uiſo puncto.col.ij.& conſil.420.in cauſa mota.col.iiij.

d ¶Iſtud idem fundamentum facit Decius in d.conſil.576. pro reſolutione. col.fin. & Curt.conſil.20.ſæpenumero.col.vj.dicens,quòd tunc non eſt ſtandum aſſertioni principis de dicta iuſta cauſa,ſed debet probari et cōſtare apertè,ex quo actus ſiue illa cauſa eſt regulariter principi prohibitus.pro quo facit quod uult Bar.per illum text.in l.ſi fortè.ff.de caſtren.pecul.cum ſimil.

e ¶ Decius tamen notabiliter in præallegato conſil. 576. ad fin.tenet, quòd aſſertioni principis non ſit credendum,niſi de cauſa aliter conſtet, & probetur: & ſe remittit ad ea quæ ipſe ſcripſit in d.c.quæ in eccleſiarum. Vide Socinum inter conſilia Curtij ſenioris idem tenentem per multas autoritates,conſil.20.ſæpenumero.col.v.& vj.declarando ut per eum latiſſimè per duas col. Ex illo conſilio à ſecūda columna uſq; ad ſeptimā, colligere poteris pulchras limitationes ad hanc regulam,quòd princeps præſumatur motus iuſta cauſa: & an ſtetur aſſertioni principis ſuper cauſa iuſta expreſſa in conceſſione ſiue reſcripto.

nariè principi: secus si simpliciter uenissent in deditionē mediante fœdere, puta quia reseruassent leges & priuilegia sua: nam tunc quo ad plenitudinē potestatis ipsius principis non essent subditi. l. non dubito. ff. de capti. Et tali modo ciuitates Italiæ, & quædam aliæ uenerunt in deditionem Romanorū, ut probatur in l. i. ff. de cens. & in l. fin. eod. tit. Vnde quāuis P.R. transtulerit omne ius suū in principem, l. i. ff. de constit. princ. non tamen Imperator, nec habentes causam ab eo, habent amplius ius quàm P.R. habuerat: & consequenter, de iure non possunt uti in illis ciuitatibus ista plenitudine potestatis, prout uidemus etiam hodie seruari in Germania, in ciuitatibus Imperialibus. Facit quod not. Card. in consil. ult. & quod dicit Bal. in tit. de pace Constan. in uerb. libellariè. ubi dicit q P.R. nunq̃ est usus ista clausula, de plenitu-
a dine potestatis [a].

a ¶ Quòd princeps nō possit uti plenitudine potestatis circa nō subditum, & quòd in principe tunc non præsumatur iusta causa, et si causam iustam exprimat, quòd tunc non fiet assertioni principis, uide latissimè Barthol. Soci. inter consilia Curtij senioris, consil. 20. col. iiij. uersic. tertio respōde. & latius col. 6. per totam col. & idem Barth. Soci. cons. 27. i præsenti. col. ij. lib. 3. Facit quod uoluit Lud. Rom. consil. 436. quod cōsultū &c. quòd licet princeps regulariter possit reuocare priuilegiū à se concessum, & præsumatur in eo causa, non tamen hoc pcedat i priuilegio à se concesso nō subditis, illud enim est irreuocabile, nisi ex iustissima causa, quæ apparere debet.

PRAESVMPTIO IX.

1 *Præsumitur pro iudice quòd rectè faciat ea quæ officio suo incumbunt. Limitatur num. 6. 14. 18. 23. 27. 28.*
2 *Iudicis uerba sunt referenda ad ius, etiā impropriando uerba.*
3 *Iudex non præsumitur aliquid fraudulentum facere, licet eius sententia retractetur.*
4 *Iudex non præsumitur sine causæ cognitione aliquid facere.*
5 *Succumbens per iudicis sententiā, præsumitur fouisse malā causam.*
6 *Appellatione pendente, nō præsumitur pro processu, nec pro sententia iudicis. De ueritate uide num. 8.*
7 *Probare quis debeat in causa appellationis.*
Ibi. *Sententiæ appellatione suspensæ quæ sit uirtus.*
9 *Litigans super bonis cōmunibus, uel quæ contendit ad se pertinere, si habet aliquam præsumptionem pro se, potest petere sibi prouideri ad finem litis, si aliàs non habet unde faciat expensas litis.*
10 *Filius litigans cum patre eum non agnoscente in filium, potest petere ut sibi prouideatur super bonis patris ad expensas litis faciendas, si aliàs non habeat unde litiget. Idem in uxore litigante cum marito.*
11 *Iudex, filio litigante contra patrem ut eum agnoscat, uel uxore contra maritum, si ex lectura attestationum licet nondum publicatarum, deprehendat summariè esse probatum, potest dare prouisionem ad expensas litis.*
12 *Appellatione pendente possunt sequestrari fructus, iuxta Clemen. primam, de sequest. possess. & fruct.*
13 *Appellatione pendente si possessor dilapidet agrum, potest fieri sequestratio.*
14 *Non præsumitur pro iudice indiscreto & improbo. Intellige ut num. 17.*
15 *Carceratus respectu iudicis non dicitur pati metum. Quod non procedit in Potestatibus terrarum qui habent uultum terribilem, & solent metum incutere.*
16 *Præsumitur uoracitas in istis Potestatibus & officialibus, & ipsi plura mala sciunt & committunt.*
18 *Processus non præsumitur rectè uel ritè factus, nisi appareat per scripturam.*
19 *Citatio non præsumitur nisi probetur, uel nisi de ea constet ex actis.*
20 *Processus præsumitur rectè factus, in casibus in quibus non requiritur scriptura.*
21 *Processus ritè rectèq; factus præsumitur, quādo sentētia trāsijt in iudicatum, & etiam contra absentem & contumacem ex contumacia uera uel ficta.*
22 *Processus præsumitur rectè riteq; factus, si notarius in sententia attestetur de processu qui esset factus coram se.*
23 *Breuitas temporis tanta quòd comprehenditur iudicem non adhibuisse causæ cognitionem, facit præsumi contra iudicem.*
24 *Iudex si ex abrupto parte non audita processerit, contra eius processum & sententiam præsumitur.*
25 *Præsumitur contra iudicem, si error sit expressus in sententia. Idem si appareret notoriè de iniustitia.*
26 *Non præsumitur pro iudice, quando præsumptio fraudis est contra eum.*
28 *Neq; in his quæ gerit extra eius officium, pro iudice præsumitur.*
29 *Mercatorū libris si uigore statuti credi debeat, intelligitur de his quæ ad eorum officium pertinent.*
30 *Iudex extra officium suum faciens habetur pro priuato, & illi potest resisti impunè.*

NOno. † Præsumitur pro iudice, quòd sit 1
bonus, & rectè faciat ea, quę officio suo
incumbunt. l. ij. C. de offi. ciuil. iud. ibi, quod
non arbitramur &c. quem text. ad hoc notat
Bald. & per eum decidit notabilem quæstionem,
in l. unic. in fin. C. ne quis in sua causa.
Et Paul. de Cast. consil. cclxx. in prima col. in
secundo, ubi per illum tex. uult, † quòd uerba 2
iudicis debeant referri ad ius, etiam impropriando
uerba: quia uerisimile est talem fuisse
mentem iudicis. Et facit, quia ad illud officium
ut plurimū eliguntur literati & honesti
uiri, unde meritò pro eis præsumitur. c. in uestra,
de procur. c. nisi essent, de præben. & ibi
Abb. † Et propterea nō præsumitur iudex 3
aliquid facere fraudulentū, licet eius sententia
retractetur. c. cùm olim. ij. & ibi gl. antepenul.
j. de priuil. & habetur in c. cùm Ioannes.
de fide instru. † Item nō præsumitur iudex 4
aliquid sine causæ cognitione facere. c. Abbate,
de uerb. signif. Nec præsumitē uelle contra
factum suum iudicare. l. ne in arbitris. C.
de arbit. Innoc. in c. præsenti. de rescrip. & in
c. ij. de arbit. Et præsumitur qui causas cognoscunt,
non facilè ad culpam uenire cùm
ueritatem examinant, ut est text. in auth. ut
defuncti seu funera. in prin. facit l. certi. C. de
iud. & tex. in auth. de iudicib. in prin. Hinc
est, † quòd si aliquis succubuit per sententiam 5
iudicis, prȩsumitur habuisse malam causam.
l. Herennius. §. fin. ubi gl. ff. de euict. de quo
dic ut ibi. Facit etiam generaliter, quia præsumitur
iusta causa in eo, qui publico iure utens
aliquid exequitur. l. iniuriarū. in prin.
ff. de iniur. Et ista præsumptio fortius procedit
in iudice, quàm in arbitris uel similibus,
ex quo iudex ita iurauit, l. fi. C. ad leg. Iul. repet.
& in auth. iusiurand. quod præst. ab his.
per tot. † Limitatur ista præsumptio aliquibus 6
modis. Et primo nō procedit quo ad sententiam,
nec quo ad processum pendente appellatione,
secundum Abb. & alios in c. quoniam
contra, per illum tex. ii. de probat. & in
c. cùm inter. in fin. de re iud. Et est ratio, quia
uirtus sententię suspendit per appellationē.
l. i. in fin. ff. ad Turpil. † Et propterea idem debet 7
probare in causa appellationis, qui debebat
in causa principali, ut est gl. ubi Moder.
Perus. in c. dilectis. de appell. & ponunt omnes
in c. quoniam contra. Sed tu cōsidera,
† quòd imò etiam isto casu prȩsumitur pro iu 8
dice, licet talis præsumptio non transferat onus
probandi, prout tenuit Imol. in c. in præsentia.
per illum text. ii. de renunc. facit text.
in d. c. in nostra. de procur. & in c. bonæ. i. de
elect.

elect. & quod not. Bal. in c. cùm ſuper. col. i.
de re iud. Abb. in c. cauſam quæ. in ij. notab.
eod. tit. de quo per moder. in d. c. quoniã con
tra. in xvi. col. Et talis præſumptio operatur
aliquos effectus etiam pendente appellatio-
ne, ueluti in caſu l. ſi inſtituta. §. de inofficio-
ſo. ff. de inoffic. teſta. ubi præſumptio oriens
ex prima ſententia pendente appellatione,
operatur quòd aduerſarius interim compel-
latur illi ſubminiſtrare expenſas litis, ſi aliter
9 non habeat unde litiget. †Et iſtud eſt genera
liter uerum, ubicunq; aliquis litigat ſuper bo
nis quæ prætendit cõmunia, uel ad ſe perti-
nere, & habet aliquam præſumptionem pro
ſe, ut declarat Aret. in c. ſi qui teſtium. in iij.
col. de teſtib. & etiã probatur in l. fin. ubi bo-
nus tex. C. de ord. cogn. & quod not. Guido
Pap. in deciſ. Delphin. q. ccccclxi. Et idem
10 †eſt in filio litigante cum patre, cum nõ agno
ſcente in filium, ſecundũ Bar. in l. ſi neget. ff.
a de lib. agnoſ.[a] Et in uxore litigante cũ mari
to, ſecundũ Hoſtieñ. Abb. & moder. in c. ex
parte. j. de accuſ. Et ſufficeret nedum iſta præ
ſumptio oriens ex ſententia à qua fuit appel-
latum, ſed etiã quælibet alia ſimilis, de qua cõ
ſtaret iudici ſummariè. l. i. §. ſi ea quæ in poſ-
ſeſſione. ff. de uent. in poſſeſ. mitten. & eſt de
11 mente Bar. in d. l. ſi neget. Et propterea †uidi
quòd iudices decernebant iſtas expenſas li-
tis, ſi ex lectura atteſtationũ, licet nõdum pu
blicatarum, deprehendiſſent ſummariè eſſe
probatũ, quòd eſſet filius uel uxor; nam tales
atteſtationes faciunt præſumptionẽ nõ me-
diocrẽ, ut habet in c. ſignificauerũt. ȝ de teſti.
12 Alius †effectus ponit in Cle. i. de ſequeſt.
poſſeſſ. ubi prima ſententia operatur effectũ
ſequeſtrationis fructuum, quamuis ab ea ſit
appellatum à poſſeſſore minus triennali.
13 †Idem eſſet generaliter, ubi poſſeſſor dila-
pidaret ſeu depopularetur agrũ. l. Imperato-
res. in fin. ff. de appel. Alius effectus ponitur
per Innoc. in c. ad petitionem. infrà de accuſ.
& Abb. in c. quod ad cõſultationem. infrà de
re iud. ubi etiam poſt appellationẽ præſumit
pro ſententia iudicis, in his quæ fuerãt illi ar
bitraria, ſicut in dilationibus, & cæteris pœ-
nis arbitrarijs. facit gl. in c. ſuper his. in uerb.
arbitrium. infrà de accuſ. Secundo limita-
14 tur, †quòd nõ procedit iſta præſumptio in iu
dice indiſcreto & improbo, quia pro tali non
præſumitur, ut notant Innoc. & Hoſtieñ. in
15 c. accedens. i. ȝ. ut lite nõ conteſt. Facit, †quia
licet qui eſt in carcere reſpectu iudicis nõ di
catur pati metum, ut eſt gl. ubi Doct. in l. qui
accuſationis. C. de his quæ met. cauſa. & per
Bal. in l. ſi quis hoc genus. C. de epiſc. & cler.
tamen hoc nõ uidetur procedere in iſtis po-
teſtatibus terrarum qui habent uultũ terribi
lem, & qui ſolent metum incutere, ut per Io.
And. in c. quia propter. de elect. Bal. in c. i. §.
iniuria. de pace iuram. firm. & quod not. Ab
bas in c. cùm dilectus. quod met. cauſ. qui lo-
quitur in principe. & eſt gl. xxiij. quæſt. viij.
16 C. conueniot. †Ad idem facit text. in l. nemi-
nem. C. de ſuſcep. & arca. lib. x. ubi præſumi
tur uoracitas & fraus in iſtis officialibus. Et
dicit gl. in l. defenſionis. in uerbo, ad uſurpa-
tionem. C. de iure fiſci. lib. x. quòd iſti officia
les plura mala ſciunt & cõmittunt quàm alij.
In contrarium facit quod dicit Bal. in c. ſi-
cut. in ij. col. per illum tex. infrà de re iud. ubi
dicit, quòd etiam ſi iudex eſſet uir peſſimus,
tamen pro eo præſumitur, propter autorita-
tem iudiciariam. & ſequuntur moder. in d. c.
quoniam cõtra.[b] Iſta opinio †uidetur uerior b
quando aliud non concurrat, præterquam 17
quod aliàs iudex ſit indiſcretus. Si uerò aliud
concurreret, puta quia probaret ex actis uel
aliter de eius iniuſtitia, quo ad illam cauſam
tunc non præſumeretur. Et ita debent intelli
gi ſupradicta. Tertio limitatur, †ut proce- 18
dat præſumptio quo ad iuſtitiã, quia lex præ
ſumit pro iuſtitia iudicis: ſed non procedit
quo ad rectitudinem proceſſus. d. c. quoniã
contra. Et eſt ratio, quia pro proceſſu requi-
ritur ſcriptura, ut ibi dicitur: & cùm ſit facti,
non præſumitur interueniſſe, niſi probetur,
ut per Innoc. in c. innotuit. de eo qui fur. or-
di. ſuſcep. †Et ideo nunquam præſumetur ci 19
tatio, niſi probetur, uel niſi de ea conſtet ex
actis, ut habetur etiam in c. tenor. ubi moder.
de re iud. & alibi dicemus. Et ex iſta limita
tione infertur, †quòd ſi eſſemus in caſu in 20
quo non requireretur ſcriptura, tunc præſu
meretur etiam pro proceſſu: prout eſt in cau
ſis leuibus, ubi agitur de modico præiudicio
partis, ut per Bart. in authen. niſi breuiores.
C. de ſent. ex peric. recit. & Alex. in l. ſcien-
dum. poſt Rom. ibi. ff. de uerb. oblig. Feli. in
d. c. quoniam contra. in ij. col. & in c. cùm di-
lecti. col. iij. de accuſ. de quo dic ut per eos.
Eodem modo †præſumeretur pro proceſ- 21
ſu, quãdo ſententia tranſijſſet in iudicatum,
etiam contra abſentem & contumacem ex
contumacia uera uel ficta, ſecundum Abb.
Imol. & moder. in d. c. quoniam cõtra. Et eſt
ratio, quia res iudicata pro ueritate accipit. l.
i. ff. de re iud. & facit ius quo ad partes. l. in-
genuum. ff. de ſtatu homi. †Præſumeretur e- 22
tiam, quando Notarius in ſententia atteſta-
retur de proceſſu, qui eſſet factus coram ſe,
puta quia in ſententia Notarius non ſimpli-
citer ſcripſiſſet, acta referendo, ſed etiã quæ
libet ex ipſis ſeparatim enunciaſſet, dicendo
ubi & à quibus facta, & quòd in ſui præſen-
tia, ut dicunt Hoſtieñ. Butr. Abb. & Imol.
in d. c. quoniam contra. De quo dicendum
eſt ut ibi per Feli. in quinta cõcluſ. & per mo
der. in l. i. §. ſi quis dicatur. ff. de quæſtionib.
Quarto limitatur, †ut nõ præſumatur pro 23
iudice, quando contra eum uigeret alia ſu-
ſpicio ſeu præſumptio efficaciter, iuxta l. di-
uus. ff. de in integ. reſtit. quando ex tempo-
ris breuitate comprehenderetur, quòd non
adhibuit cauſæ cognitionem, ut dicit Bar. in
l. prolatam. in fin. C. de ſent. cum multis con
cordantib. per Felinum in dicto c. quoniam
contra. colum. xviij. uerſ. ſecundo declara. &

a ¶ Adde Salic. in l. fin. C. de alendis liber.

b ¶ Et Purpur. in l. j. col. 2. ff. de iuriſd. om. iud. et an te eum refert et ſequitur Iaſ. in l. pacta nouiſſima. in iij. not. C. de pact.

Alex.conſil.xxxiij.in i.col.& Iaſ.in l.manda
ta.col.ij.ff.de offi.eius cui,& in l.ij.§. prætor
a ait.ff.de in ius uoc.[a] Et†idem eſt, quando
24 ex abrupto,parte nõ audita,proceſsit, ſecun
dum Bald. in c.i.de inueſt. in marit.in fin.in
uſib.feud.Cardin.conſil.cxxxix. Abb.in c.
quintauallis.in penult.col.de iureiur.Paul.
de Caſt.conſil.xiiij.in antiquis.ubi idem in-
b telligunt eſſe in arbitratore[b]. †Idem ſi ſit er
25 ror expreſſus in ſententia, quia tunc impedi
tur etiam tranſitus in rem iudicatam,ut habe
tur in c.cùm inter.ſ.de re iud.& in l.ſi expreſ-
ſim.de appella. Eodem modo ſi appareret
notoriè de iniuſtitia.c.ſolicitudinem.§. ſi ue
rò.de appell.c.inter cæteras.de re iudic.Et a-
lios caſus etiam ponunt Felin.& moder. in
d.c.quoniam cõtra. Et adde dominos de Ro
ta in deciſ.i. in nouis.de probat.ubi dicunt,
26 †non præſumi pro iudice, quando præſum-
ptio fraudis eſt cõtra eum: puta in ordinario
iudice, qui ſcribit contra apoſtolicum, & di-
cit ſe prius contuliſſe beneficium,quàm Pa-
pa uel executor eius: nam ſibi tunc non cre-
ditur,ut dicunt etiã Abb.& moder. in c.poſt
27 ceſsionem.ſ.de proba. †Quinto limitatur
in caſibus,in quibus regulariter iudex nõ ha
bet aliquam poteſtatẽ, niſi in certo caſu, aut
ex certa cauſa. Nam nõ præſumitur iſta cau-
ſa in iudice,niſi probetur.arg.l.ſi donatione.
C.de collat.& quod not. Bart.in l.ſi fortè.ff.
de caſtren.pecul.Et ita tenet Bart.in l.item ſi
ſuſpectus.ff.de procur.Socin.in conſil.xcvi.
in iiij.col.Moder.in l.nemo poteſt.in primo
notab.ff.de leg.i.De quo dicendum eſt ut di
xi in c.quod ſedem.in ij.notab.ſ.de offic.or-
c di.[c] Sexto limitatur,†ut non præſumatur
28 pro iudice,in his quæ gerit,& ad eius officiũ
non pertinent.c.ſignificauit.ſ.de appell.Bal.
Aret.& moder.in d.c.poſt ceſsionem.Bald.
in rub.C.de fide inſtr.penul.col.uerſ.ſecun-
dum ſupplementũ. Et idem etiam uidemus
in nuncio.c.cùm parati,ubi not.de appell.
29 †Idem ſtante ſtatuto, quòd credatur libris
mercatorum: quia intelligitur de ſpectanti-
bus ad eorum officium,ſecundum Bald.in l.
ſin.C.ad Maced.cum concord.Et facit,quia
30 †iudex extra officium ſuum agens, habetur
pro priuato,& poteſt impunè illi reſiſti.l.de-
fenſionis.C.de iure fiſci.lib.x.& quod not.
d in l.ij.ff.de appell.recip.[d]

PRAESVMPTIO X.

1 *Decretum præſumitur ex iuſta & uera cauſa & ſolenniter interpoſitum.& num.2.& 5.*
3 *Solẽnitas extrinſeca an præſumatur interueniſſe in decreto.*
4 *Decreti interpoſitio non poteſt delegari.*
6 *Cauſæ cognitio & ſolennitas quando præſumatur ex diuturnitate temporis.& num.7.*
8 *Decretum præcipitanter interpoſitum, facit ut non præſumatur pro iudice interponente autoritatem alienationi rerum minoris.*
Ibi. Iudex qui dat curatorem minori inquiſito,cauere debet ne ſtatim curator autoretur minori in aliquo actu.
9 *Non præſumitur pro decreto, quando pars non plenè docuit iudicem de negocio,uel quando in eo eſſet error manifeſtus,ſeu uitium uiſibile.& num.11.*
10 *Iudex ſi fuerit idiota,an præſumatur pro decreto.*

DEcimo.†Præſumitur pro decreto, quòd 1
ex iuſta & uera cauſa,& ſolenniter fue-
rit interpoſitũ.l.ab ea parte.ſecundo reſpon.
ff.de probat.l.manumiſſio per liberos.ff.de
manumiſſ.uind. Et firmat Specul.in tit.de
empt.& uend.§.nunc uidendum reſtat pri-
mo.& eſt communis concluſio, ut latè per
Alex.in d.l.ſciendum.& in conſil.lxxx.in ſe
cunda col.& conſil.xcij.in tertia col.& con-
ſil.50.in quinto uol.cum multis concordan.
per moder.in d.c.quoniam contra.[e] Quod e
intelligitur,†quando iſtæ cauſæ & ſolennita- 2
tes requiſitæ, fuerunt ſpecificè enunciatæ in
decretis,aliter non,ſecundum gl.in l.i.C.de
fide inſtru.lib.x.quam ita intelligit Baldus
in l.ex his.C.de teſtam.milit.& in l.i.C.de re
bus creditis.Angel.in Imperatores.ff.de pri
uil.cred.Ioan.Fab.in §.fin.Inſtit.de fideiuſſ.
Anchar.conſil.cclxxx.Felin.& Decius in d.
c.quoniam contra. Sed tu aduerte, quia
contrarium eſt de mente Alex.in d.conſil.
lxxx.ubi concludit præſumi pro decreto,
quando adeſt clauſula,omni meliori modo:
certè tunc non poteſt dici quòd ſit ſpecialis
facta mentio ſolennitatum. Idem concludit
ſi ſimpliciter ſit dictum, eum adhibuiſſe cau-
ſæ cognitionem, ſecundum Paul.de Caſt.in
l.cùm hi.§.prætor.ff.de tranſactionibus.
Quid tenendum?†articulus iſte eſt ſatis 3
dubius: & contrarium, quòd imò non præ-
ſumatur ſolennitas extrinſeca in decreto,ni-
ſi de cauſa aliter conſtet, tenuit expreſſe An
gel.in d.l.i.C.de fide inſtrum.lib.x.& eſt de
mente Bartoli & Bald.Ioan.de Plat.& cæte-
rorum ibi, dum dicunt non præſumi ſolen-
nitates nominatas in inſtrumento interue-
niſſe, niſi ſint tales, quæ tempore confecti in
ſtrumenti potuerint interuenire: & tamen
in illo caſu non poterat fieri ille contractus,
niſi cum decreto ſeu interueniente iudice,id
eſt, procuratore fiſcali,ut ibi per Bartolũ.Et
iſtam etiam partem uidetur tenuiſſe Bart.in
l.actor.in ult.col.ff.rem ratam hab.firmauit
Baldus in l.iuris gentium.§.quod ferè.ff.de
pactis.Paul.de Caſt.conſil.lxxxix.ſuper eo
quod quæritur.Rom.& Aret.in d.l.ſcien-
dum.Et idem Aret.in conſil.lxix.in ſecunda
col. Et ultra eorum rationes uidetur mihi
quòd iſta opinio in pũcto iuris ſit uerior.Pri
mò per tex.in l.minorũ.C.de præd.min.ubi
uenditio nõ poteſt fieri in illo caſu,niſi inter-
ueniẽte decreto,& apud acta cauſis probatis:
&

a ¶ Et per Alex. notabiliter conſil. 45. uiſis. col. ult. lib. 6. & multa per Iaſ. in l. iudices. C. de iudicijs. ubi pro hac limitatiõe multa egregia congerit. Et faciunt amplißimè deducta p Hippol. Marſ. in l. ſtatulib. col. pen. et fi. ff. de quæſtio. & in practica criminali. §. nunc uidendum. nu. 33. et ſeq. uſq; ad num. 44. ex cuius allegationibus & ſimilibus dotari poterit optimè hæc limitatio. Adde etiã Alex. conſ. 213. uiſis. in fi. lib. 7. Socin. conſ. 87. penſatis. col. 2. ubi multa adducit. lib. 4. & conſ. 121. in cauſa reclamationis. col. 1. uerſ. ſecũdo clarè uidetur. lib. 3

b ¶ Et Socinus in præallegato conſ. 87. col. 2. lib. 4. ubi allegat cõcord. & dicit hanc eſſe cõmunem, quòd idem ſit in laudo arbitratoris ex abrupto uel incontinenti lato, ſine cauſæ cognitiõe, ſicut in ſententia. ibi uide autoritates.

c ¶ Et uide etiam per Iaſ. in l. j. in 5. not. ff. de offi. eius. ubi etiam Purpur. fol. 22. nu. 547. cũ pluribus ſeq. ubi multa pro dote huius limitationis adducit.

d ¶ Adde Iaſ. in l. ut uim. in gl. j. ff. de iuſtit. & iur. & ibi Decium col. 8. qui multa egregia accumulat, & plures concord. allegat, maximè Alex. conſ. 144. poſt redditum primum. lib. 2. Hippol. Marſil. in ſua practica criminali. §. diligenter. num. 51. & pluribus ſequentib. & alibi paßim.

e ¶ Et per Hippol. Marſil. in ſingul. 438. lex multum &c. ubi etiam allegat concord. Faciunt etiam quæ abundè congerit Iaſ. in tit. qui feudum dare poſſ. col. iij. uerſ. confirmo per optimum ſimile. & in l. pacta nouißima. col. 2. C. de pactis. Et in terminis iſtius præſumptionis, quòd ſolennitas extrinſeca præſumatur interueniſſe in decreto, uide eundem Iaſ. in d. l. ſciendum. col. 7. uerſ. ſeptimo limita. ubi dicit hanc præſumptionem egere longa & alta indagine, de qua latè per Ang. de Aret. in l. fin. quan. appell. ſit. & in §. fin. de fideiuſſ. Inſtit. Alex. & alios in l. iuſtè. ff. de acquir. poſſeſſ.

& ſic text.nõ eſt contentus ſimplici præſum
ptione, ſed requirit quòd probatio ſit facta a-
pud acta. Secundo uidetur mihi urgere ra
tio tex. Nam in iſtis decretis lex habet magis
ſuſpectam perſonam iudicis, quàm in ſentẽ-
4 tijs. Iſtud probatur,†quia talis interpoſitio de
creti non poteſt delegari. l.nec quicquam. §.
ubi decretum. ff. de offic.proconſ. & legati.
l.ij. C. de aſſeſſ. Quod non eſt regulariter in
ſententijs.l.placet.C.de pedan.iudi. Vnde ſi
non prẹſumatur pro ſententia quo ad proba
tionem cauſæ & ſolennitatum,d.c.quoniam
contra. multò minus debet præſumi pro de-
creto, in quo lex habet iudicem magis ſuſpe-
ctum, & propterea prohibet delegationem.
Tertio dico iſtud probari in l.i. C.de præ-
dijs decur. lib. x. ubi licet interueniat decre-
tum, tamen requirit tex. quòd ſub fide acto-
rum de neceſsitate diſtrahentis appareat: &
ſic ibi eſt caſus, quòd nõ præſumitur pro de-
creto, niſi quatenus conſtet ſub fide actorũ.
Et pro iſta parte ſatis nos urget ratio natura-
lis: quia cùm interpoſitio decreti ſit uolunta-
riæ iuriſdictionis, facilius poteſt fraus inter-
uenire, ꝙ̃ in ſentẽtijs, in quibus pars læſa ſta-
tim cõtradicet: unde in puncto iuris iſta opi-
nio eſt uerior. Nec obſtat d. l.ad ea. & d.l.
mannmiſſio. quia nõ loquitur in caſu in quo
requiratur cauſæ cognitio: ſed ſimpliciter lo
quunt̃ in emancipatione uel manumiſſione,
quę requirũt ſolam uoluntatẽ domini uel pa
5 tris abſq; alia cauſa. †In practica tamen poſ-
ſet diſtingui, ſupradictas opiniones concor-
dando: quia aut loquimur in decreto q̃d re-
quirit cauſæ cognitionẽ, & tũc ad hoc ꝙ præ
ſumat̃, requirit̃ quòd ſit facta ſpecialis men-
tio cauſę & ſolennitatũ. Et ita procedit prima
opinio Bal. & ſequaciũ. Aut loquimur in de
creto quod nõ requirit diligentem cauſæ co-
gnitionẽ, puta in emancipatione uel manu-
miſſione facta per maiorẽ, uel quando ſucce
dit loco cõſenſus agnati in contractibus mu
lierũ, ſecundum formã ſtatutorũ, & tunc ſa-
tis ſit ſi ſimpliciter aſſeratur interueniſſe cau
ſæ cognitionẽ, uel apponatur clauſula omni
meliori modo, uel ſimilis, & procedat quod
not. Alex.in d.conſil.lxxx. Imò in ultimo ca
6 ſu,†ex diuturnitate temporis prẹſumeret̃ cau
ſæ cognitio, etiam ſi nihil in inſtrumento eſ-
ſet dictum.arg.l.ſi filius.C.de petit.hẹred.&
quod notant Doct.in l.qui in aliena.in prin.
uerſ.ſed ſi non adierit.ff.de acq.hæred. Aret.
conſil.xxxvi.in ij.col. & per Iaſ.in d. l. qui in
a aliena.[a] Quod tamen†non procederet in pri
7 mo caſu, ubi requireretur magna cauſæ co-
gnitio. Et ita procedunt notata per Bald.in l.
ij. C. de legi.hæred. Rom. in d. l. ſciendum.
Alex.conſil.xvij.in quarto. in iij.col. & in d.
l.qui in aliena. Bald. & Salic.in d.l.ſi filius.&
Corn.in l.ij.C.de bon.poſſ.ſecund.tab. Ni-
ſi præterijſſet longiſsimũ tempus, id eſt, tri-
ginta annorum. arg. c. peruenit. & quod ibi
not. Imol.ſ.de emp.& uend.& c.ſignificauit.
infrà de cenſi. & ibi per Abb. de quo etiã per
eundem in c. Albericus. in pen.col. de te
ſti. Et ita intelligit̃ q̃d not. Anch.cõſ.cxxxvi.
ex conſilijs excellentiũ, ubi uult præſumi ſo
lennitatẽ & cauſæ cognitionẽ in tranſactio-
ne facta per eccleſiaſticos, cõcurrente lapſu
triginta annorũ, ut ibi per eum. Et tenendo
generaliter cõmunem opinionẽ, ex ſupradi-
ctis habes primã limitationẽ, quòd nõ præſu
matur pro decreto, qnando nõ eſt in eo ſpe-
cificata cauſa, ut ſuprà. Secundo†nõ præ- 8
ſumitur pro eo, quando appareret fuiſſe in-
terpoſitũ præcipitãter, pnta quia eodem tem
pore in alienatione rei minoris interuenerit
autoritas ſeu decretũ iudicis, & datio curato-
ris, ſecundũ Anch. conſ.lxxij. uiſis diligẽter
actis. quem refert & ſequitur Alex. conſil.cc
xviij. uiſis uerbis. in ult. col. in ſecũdo. Idem
tenet Com. conſil.clxx. uidetur prima frõte.
in pen.col. & Iaſ.in d.l.mandata. in ij.col. C.
de offi.eius cui. & in d.§.prætor ait. ij. tale e-
nim decretũ requirit legitimã cauſæ cogni-
tionẽ. l.magis puto.§.ne paſſim. ff.de reb.eo
rum.[b] Tertio†nõ prẹſumitur pro decreto, b
quando pars plenè nõ edocuit iudicẽ de ne- 9
gocio, ſecundũ Bald.in conſil.ccclxxv.in iij.
uol. per tex.in l.i.C.de præd.decur. lib.x. Et
propterea cõcludit, nõ uideri factã inſinua-
tionẽ donationis coram iudice, quando non
eſt expreſſum quid donet̃. †Quarto nõ præ 10
ſumitur pro decreto, quãdo iudex eſſet idio-
ta: quia nõ eſt ueriſimile, quòd ipſe fecerit ſer
uari ſolennitates iuris, quas ignorat, uel adhi
buerit legitimã eſſe cognitionẽ. ita eſt de mẽ-
te Aret.in d.conſil.lxix. uerſ.præterea. quod
nota contra conſules ciuitatũ & Balliuos ca-
ſtrorũ, qui niſi mercede interponunt antori-
tatem ſuam in cõtractibns magnæ importan
tiæ. Et ita poteſt intelligi dictũ Innoc. & Ho-
ſtieñ.in d.c.accedens.i.ut lite nõ cõteſt. dum
ſentiũt nõ præſumi pro iudice indiſcreto. fa.
quod not. Innoc. in c.i.de cler.pereg. ubi di-
cit, ꝙ prẹſnmit̃ ſolennitas extrinſeca, ratione
magnæ probitatis perſonæ actũ exercentis.
Sequitur Abb. in d. c.niſi eſſent. de præben.
in primo not. & expreſſe præſupponit cõtra
rium, ubi iudex nõ eſſet ualde circunſpectus
& prouidus. Non obſtat, ꝙ imò tales iudi-
ces debent prẹſumi ſcire iura, iuxta l.leges ſa
cratiſſimæ. C.de legi. & cõſequenter ea ſerua
re; quia ad hoc reſpondet̃ ex mẽte Aret.in d.
l.ſciendũ. in v.col. dum dicit, ꝙ ſolennitas cõ
tractuũ quæ eſt unita cõmuni uſui gentium,
præſumat̃ eſſe nota unicuiq;: nõ tamen idem
eſt in ſolennitate ſimplici iuris cinilis, quia ta
lis nõ præſumit̃ eſſe cognita niſi peritis. arg.
e.cùm olim.ſ.de priuil.& doctri. Bar.in l.ij.§.
diuus.in ult.col. ff.de inre fiſ. quę eſt pulchra
limitatio ad regulã d.l.leges. Poteſt etiã ali-
ter reſpõderi, ꝙ ideo quilibet præſumit̃ ſcire
iura, quia tenet̃ ea ſcire, uel per ſe, nel per a-
linm, puta cõſnlendo peritiores, & adeundo
Doctores peritos, prout dicũt Bal. Sal. & mo
der.in l.iuris. C.qui admit. But.in c.ij.de cõ-
ſtit. Rom.in l.ſi duo. ff.de acq.hẹr. Sed nõ eſt

a ¶ Et eũdem Iaſ. in d. l. ſciendum. col. 7. ubi adducit ſimilia.

b ¶ Refert & ſequitur Alex. conſ. 45. uiſis. col. ult. lib. 6. & Bar. cõſ. allegato per Hippol. in l. ſtatuliber. col. fi. ubi iſtud dictum refert & ſequitur, & cõcord. & ſimilia allegat. ff. de queſtio. Et propterea Hipp. in ſua practica, in §. nũc uidendum. col. 6. num. 32. & ſeq. dat conſilium, quod aduertere debet iudex, quando in cauſa criminali dat curatorẽ minori inquiſito, quòd non patiatur nec admittat, quòd eo momento temporis quo datus eſt curator, autorizet minori in aliquo actu, nã ille actus eſſet nullus, ppter breuitatẽ tẽporis, ex quo apparet quòd nõ interuenit cauſæ cognitio, quæ ad ualiditatem actus debet interuenire: & ibi allegat autoritates. Et latè Iaſ. in l. iudices. C. de iudicijs. ubi adducit cõcord. & quæ dicta ſunt in præcedenti præſumptione, in quarta limitatione.

uerisimile in casu nostro, quòd ipsi uelint
adire Doctores pro facto alieno, in quo re-
quiritur impensa. arg. l. cùm de indebito. ff.
de probat. & notatorũ in l. fin. C. de alim. pu-
11 pil. præst. †Quinto non præsumitur, quan
do in tali decreto esset error manifestus, seu
uitium uisibile, secũdum Bal. in l. ij. in ult. q.
ff. si ex noxali caus. agatur. per not. in l. Impe
ratores. ff. de priuileg. cred. Imò tali casu de-
cretũ esset nullum, puta si in eo esset expres-
sa falsa causa. l. cùm uerò. §. subuentũ. ff. de fi-
deicõmiss. libert. Bart. in l. Seiæ egressæ. per
illum tex. ff. de tutor. & curat. dat. ab his. per
Bart. & Doct. in l. si is ad quem. ff. de acquir.
hæred. Idem si esset causa partim uera, & par
tim falsa, secundum Bart. in l. si non sortem.
§. si centum. ff. de cond. indeb. de quo ibi per
moder. Idem etiam si causa expressa nõ esset
iusta & sufficiens; nam tunc nõ præsumeret ẽ
alia legitima. l. qui testamento. ubi notatur.
ff. de excus. tut.

PRAESVMPTIO XI.

1 *Princeps non præsumitur uelle auferre ius alterius. Limitatur num. 5. 6. 7. 9.*
2 *In cõmißione quantumcunq; generali nunquam censetur concessum quod poßit tolli ius quæsitum alteri.*
3 *Vicarius Imperatoris ex quacunq; potentia generali non posset ius alterius quæsitum tollere.*
4 *Clausula, saluo iure alterius, semper intelligitur in literis princi (pis.*
5 *Delictorum remißiones & restitutiones, nunquam trahuntur ad pœnam parti applicatam.*
6 *Principis conceßio si habuerit clausulam, etiam cum præiudicio tertij, tertio præiudicat in leuibus.*
7 *Princeps potest præiudicare tertio quo ad ius quærendum spe non approbata.*
8 *Principis conceßio si aliàs nihil operaretur nisi præiudicetur tertio, an censeatur uelle tertio præiudicare.*
9 *Donatio non insinuata confirmata per rescriptum principis, an teneat in præiudicium liberorum.*
10 *Princeps censetur uelle præiudicare tertio, quando apparet de certa mente & uoluntate principis uolentis præiudicare: & hoc in casibus quibus potest præiudicare. Constare autem de mente dicitur ut num. 13.*
11 *Princeps ex simplici conceßione non censetur declarasse mentem suam esse uelle præiudicare tertio, sed potius censetur circumuentus per importunitatem.*
12 *Princeps præsumitur circũuentus, quando sub prætextu declarationis uult tollere conceßionem semel alteri factam.*
14 *Princeps non censetur uelle præiudicare tertio per clausulas, motu proprio, uel ex certa scientia &c. Intellige, nisi duobus concurrentibus.*
15 *Clausula, plenitudinis potestatis, est tãtæ potentiæ quòd nihil opponi potest, quin conceßio principis suum effectum sortiatur.*

VNdecimo. †Præsumitur quòd princeps 1
rescribat secundum iustitiam, nec uelit
auferre ius alterius. l. ij. §. meritò. & §. si quis à
principe. ff. ne quid in loco publ. & est tex. in
c. ex tuarum. ẽ. de autor. & usu pal. Et multas
decisiones pro exornatione huius regulæ po
nit Felin. in c. causam quæ. in uerb. interpre-
tatio. ẽ. de rescript. Ias. in l. i. & in l. fin. in iiij.
col. ff. de constit. princ. & in l. pen. in penult.
col. ff. de iustit. & iure.[a] Et ultra illos adde, †q a
in cõmissione quantumcunq; generali, nun 2
quam censetur concessum quòd posset tolli
ius quæsitũ alteri. Et propterea †uicarius Im 3
perialis, ex quacunq; potentia generali non
posset hoc facere, secundum Raph. Com. in
consil. clviij. in primo dub. Et dicit Bald. in l.
monumenta. C. de lega. †quòd in literis prin 4
cipis intelligitur semper clausula, saluo iure
alterius.[b] Et facit, quia literæ principis sem- b
per interpretantur secundũ ius cõmune. c. li
cet. de præben. c. causam quæ. de rescriptis.

Et propterea †remissiones delictorũ, & re 5
stitutiones quæ fiunt à principe, nunquã tra
huntur ad pœnam parti applicatam, per Ias.
in l. uenia. in iij. col. C. de in ius uoc. Felin. in
c. super eo. de offic. deleg.[c] Et pro hac regula c
etiam facit l. si quando. in prin. C. de inoff. te
sta. & quod not. Com. per illum text. in con-
sil. clxxvi. Limitatur, †quando in ea con- 6
cessione diceretur, non obstante præiudicio
tertij, quia tunc præiudicaret saltem in leui-
bus: & sic intelligeretur de paruo præiudi-
cio, nõ autem de magno, ut not. in d. §. si quis
à principe. & est gl. in l. sed cùm ab hærede. ff.
ad Trebell. & gl. in c. olim. in uerb. præiudi-
cium. ubi Domin. ẽ. de consuetu. Card. in c.
mandatũ. in vij. notab. de rescrip. Ias. in d. l. fi.
Feli. in d. c. super eo.[d] †Limitatur etiam quo d
ad ius quærendum, spe non approbata: quia 7
tunc nõ potest dici tolli aliquod ius tertij, ut
per Ang. consil. ccxcij. Do. Papa. Et fa. quod
not. Bald. consil. lxxi. in primo lib. ubi ualet
concessio principis de construendo molen-
dino in flumine publico, licet præiudicetur
alicui molendino alterius: quia istud respicit
interesse ex lucro contingenti, quod potest
princeps auferre. †Limitatur etiam, quan 8
do aliàs cõcessio principis nihil operaretur:
quia potius intelligetur præiudicare tertio,
secundum Cald. in disput. sua incip. Do. Pa-
pa. in xij. col. ubi si Papa mandat, quòd duæ
ecclesiæ uniantur, istud intelligetur, etiam si
inde oriretur damnum aliquod tertio. sequi-
tur Felin. in d. c. super eo. Quod uerum esse
puto in his quæ sunt arbitraria & manualia
ipsis principibus, & non aliàs, & ita procedit
illud

a ¶*Vltra prædallegata, et in locis hic recitata, uide infinitas autoritates p Lud. Bolog. cons. 6. cor müdũ &c. uiso igitur instrumento. col. penul. & antepenult. ubi melius quàm alibi, & similibus concordantijs exornatur hæc regula. & Deci. cons. 11. pro tenui. col. iij. & cõsil. 271. in casu. & 286. in causa. col. fin. & cons. 589. uisa longa. col. ij. et cons. 520. in causa Pistoriensi. & plenißimè congerit cons. 144. fere nißimus. col. ij. & iij. lo. Rub. Alex. cons. 144. uiso instrumento. col. iij. Curt. iunior cons. 88. præsupponitur. nu. 8. & cons. 142. sacratißimæ. nu. 3. & multa egregiè per eundẽ in cons. 174. per totũ ferè consiliũ. & Hippol. Mars. in sing. 440. Ex quibus locus amplißimè locupletatur hæc præsumptio.*

b ¶*Adde Francis. Curt. iuniorem cõsil. 184. sacratißimæ. col. 5. ubi allegat concord. Facit quod uoluit Panormi. in c. ex parte. ij. ad fin. de officio deleg. refert & sequitur Dn. meus à Ripa, in c. 2. col. 8. & 9. num. 32. quod rescriptũ tollens ius tertij, præsumitur de falsitate suspectum: quia non solet princeps talia rescripta concedere: & ideo quia continet inconsueta, censetur suspectum de falso. d. c. 2. cum ibi not. per Doct. & dixi suprà in trigesima præsumptione secundæ regulæ.*

c ¶*Et expresse consuluit Deci. cons. 520. in causa Pistoriensi. in prin. ubi allegat concord. Adijce prædictis quod generaliter concludunt Doct. post gl. & Bar. in l. Gallus. §. & quid si tantũ. de lib. & posthu. quòd licet restitutio deportati facta à principe, restituat & reponat eum in statum pristinum tam ad honores quàm bona. l. j. ij. iij. & fin. C. de sent. pass. tamen restitutus nõ recuperat bona medio tempore in alium translata: quia illi ius est acquisitum, quod non præsumitur princeps tollere uoluisse per restitutionem. & istud etiam refert Ias. in d. l. fin. de constit. princ. Et ultra hæc, & in locis hic allegatis deducta, pro hac regula facit cõmunis conclusio Bart. Bal. Alex. Ias. Ruin. Galiau. & aliorũ omniũ moder. in d. l. Gallus. §. & quid si tantũ. quòd licet legitimatus à principe habeatur pro uerè legitimo, & succedat in bonis paternis perinde ac si esset legitimus, illud tamen non procedit in legitimato post mortem patris, qui nõ admittitur ad bona patris, quorum ius est acquisitũ uenientibus ab intestato: & sic talis legitimatio nõ tollit ius succedendi, et bona per mortẽ patris, & agnitionẽ hæreditatis, maximè uenientib. ab intestato, quæsita: quia nõ præsumitur princeps uoluisse ius alteri quæsitũ tollere. qđ not.*

d ¶*Adde Lud. Bolog. in d. consil. 6. col. antepenul. & penul. ubi allegat concord. Et uide per alios suprà allegatos.*

illud quod not. Abb. conſil. lxxxiiij. illud in
9 ſumma. in primo lib.†ubi reſcriptum princi-
pis cõfirmans ex certa ſcientia quandam do
nationem nõ inſinuatam, tenet etiam in præ
iudicium filiorũ, quibus erat ius quæſitũ ſpe
probabili. Et ratio eſt, quia iſta inſinuatio eſt
quædam ſolennitas introducta de mero iure
poſitiuo, quod eſt arbitrariũ ipſi principi. Et
ad iſtam limitationẽ facit quod not. Alex. in
l. quanquã. C. de teſta. milit. ubi ad hoc quòd
reſcripta teneant & aliquid operentur, præ-
ſumitur princeps exceſsiſſe poteſtatem ordi
nariã, & uti ſuprema. Quod intellige ſecun-
dum ſupradicta: & ſi poſsit aliquid operari,
ſatis eſt, licet non in totum, ut per Bal. in c. i.
§. ſacramenta. in ult. col. de pace iura. firm. in
10 uſib. feud. †Limitatur etiam, quando con-
ſtat de enixa uolũtate principis uolentis præ
iudicare tertio, ſecundum gl. in d. §. ſi quis à
principe, quia tunc in claris nõ eſt opus præ
ſumptionibus. l. continuus. in prin. ubi gl. ff.
de uerb. oblig. & propterea præiudicabitur
illi in caſibus in quibus princeps hoc poteſt,
ſecundum notata in d. c. quæ in eccleſiarum.
11 de conſtit. Eſt uerum,†quòd ex ſimplici
conceſsione non dicetur conſtare de mente
ſua, imò præſumetur potius circumuentus,
& feciſſe per importunitatem. l. i. C. de petit.
bon. ſublat. lib. x. Rom. conſil. ccccxxxvi. q̃d
indultum Petri. in v. col. Iaſ. in l. ſi teſtamen-
tum. C. de teſtam. facit quod not. Felin. poſt
alios in c. olim. per illum text. infra de re iud.
12 ubi†præſumiſ̃ princeps circũuentus, quan-
do ſub prætextu declarationis uult perime-
re cõceſsionem ſemel alicui factam: & quod
notat Rom. conſil. ccxcviij. Intellige ergo
13 circa pręmiſſa,†conſtare de mente principis,
quando eſſet facta cõceſſio ex motu proprio
uel certa ſcientia. arg. d. l. i. ubi Bart. Ioan. de
Plat. & alij, & habetur in c. ad hæc. ſ. de reſcri
a ptis. & per Soci. conſil. iij. col. iiij. in iij. uol.[a]
In contrarium facit quod notat idem Bart. in
l. fin. C. de locat. præd. ſiſc. lib. xi. Lud. Rom.
in d. conſil. ccxcviij. Felinus latè in c. cauſam
quæ. ij. ſ. de teſti. Iaſon in l. fin. in pen. col. ff.
14 de pactis. ubi uolunt, quòd†per tales clauſu-
las non cenſeatur præiudicatum tertio. facit
quod notat Alex. conſil. xxviij. uiſo proceſ-
ſu. ij. col. in quarto. & Socin. conſil. cccij. ui-
b debatur.[b] Puto priorem opinionem uerio
rem, cõcurrentibus duobus, uidelicet quòd
ſimus in caſu in quo princeps ſciat, uel ueri-
ſimiliter ſcire potuerit de præiudicio tertij:
& quòd tollanſ̃ ea ſolùm, quæ ſunt iuris po-
15 ſitiui:†aliàs requireretur etiam clauſula ple-
nitudinis poteſtatis, ubi nihil poteſt opponi,
quo minus conceſsio ſuum ſortiatur effe-
ctum, ut per Bald. in l. ij. in x. col. C. de ſeruit.
& aqua. de quo per Alex. in d. l. quanquam.
Paul. de Caſt. conſil. cclxxx. in facto præſen-
c ti non intendo, cum ſimilib.[c]

PRAESVMPTIO XII.

1 Præſumitur pro laudo arbitri. Intellige ut num. 6.
2 An præſumatur pro ſententia arbitratoris, maximè ſi ſit petita reductio ad arbitrium boni uiri.
3 Procurator generalis ſicut non poteſt donare, ita nõ poteſt compromittere.
4 Reductionem ad arbitrium boni uiri petens, debet probare iniquitatem laudi.
5 Arbitri omnis poteſtas dependet à compromiſſo.
7 Solennitati requiſitæ in compromiſſo ſi fuerit renunciatum, tunc ualet compromiſſum ſeu laudum latum non ſeruata ſolennitate.

DVodecimo.†Pręſumitur pro laudo ſeu 1
ſentẽtia arbitri. c. niſi eſſent. de pręben.
Ioan. And. in addit. Specul. tit. de arbitris. §.
ſequitur. uerſ. item quid ſi compromiſſum.
in addit. incip. diuus. cum concord. per mo-
der. in d. c. quoniam cõtra. Et bene facit text.
in l. i. ff. de lega. ij. ubi lex præſumit arbitrum
pro uiribus patrimonij competenter & ſine
mora iudicaturum. Et facit etiam ratio, quia
arbitria exæquata ſunt iudicijs. l. i. ff. de arbi-
tris. Vnde ſicut pro ſententia pręſumitur, ita
etiam pro arbitrio. Sed nunquid idem eſt
in arbitratore? Et uidetur dicendũ quòd nõ, 2
quia arbitramentũ æquiparatur trãſactioni,
& ſic contractui. §. i. in authen. ut differ. iudi.
c. quintauallis. de iureiur. Sed in cõtractibus
non præſumitur ſolennitas extrinſeca. l. qui
cunq;. §. fi. ff. de publicia. & ita tenet But. con
ſil. xxix. in antepenul. col. Alex. conſil. cxix.
lib. ij. in fin. In cõtrarium tamen eſt cõmu
nis opinio, quòd imò præſumatur pro eorũ
laudo: & quod fortius eſt, etiam ſi ſit petita re
ductio ad arbitrium boni uiri, ſecundũ Dyn.
conſil. xix. Ptolemæus. Cald. conſil. v. de ar-
bit. Card. conſil. cxl. Fel. & Doct. in d. c. quo-
niam contra. & uidetur etiam uoluiſſe Abb.
conſil. lxiiij. in primo.[d] Sed iſta opinio ui- d
detur ſatis dura. Primo, quia cùm iudices or-
dinarij ſint ut plurimũ peritiores ipſis arbi-
tratoribus, quia aliquando eliguntur idiotę,
certè nõ uidetur plus præſumendum pro ip-
ſis, quàm pro iudicibus. arg. l. fin. uerſ. ſed ne
quis ita effuſe. C. ubi & apud quos in integ.
reſtit. Pro iudice autẽ nõ præſumiſ̃ quando
eſt appellatũ, ut ſ. uidimus. Secũdo proba-
tur eadem opinio, quia ubi prohibetur alie-
natio, prohibetur etiã cõpromiſſum. c. quod
tem-

a ¶Et qd̃ per clauſulã, Ex certa ſciẽtia, dicatur apparere principẽ uelle præiudicare tertio, & tollere ius quæſitũ, aſſerit Io. de Ana. conſ. 81. uiſo inſtrumẽto. et Alex. cõſ. 216. nec arguendi ſumus. col. 5. uerſ. 6. cõfirmatur. lib. 2. & egregiè Deci. conſ. 390. quoniã ex ſacto. col. 6. & idem Deci. conſ. 173. uiſo conſilio. col. 2. ubi adducit dictũ Bart. in l. cõficiuntur. §. codicilli. de iur. codicill. quòd factum à principe ex certa ſcientia, nõ poteſt in dubiũ reuocari. Et inquit Bald. in c. 1. §. ſi qs autẽ. de pace Conſtan. quòd non debet quis audiri aduerſus illud quod facit princeps ex certa ſcientia, imò debet repelli, & ei perpetuum ſilentium imponi. & idem Deci. conſil. 498. uiſo caſu. colum. pen. in fin. cũ principio ultimæ, ubi allegat autoritates. & conſ. 588. uiſo puncto. col. j. & conſil. 463. in cauſa. col. 2. & melius ac expreſsius cõſ. 191. in cauſa. col. 1. ubi per unã col. multas adducit autoritates, ibi uideto. Et idem etiam eſt dicendum de clauſula, Motu proprio, quæ idem operatur qd̃ clauſula, Ex certa ſciẽtia, ut per Decium conſ. 157. diuino implorato præſidio, & diligenter. col. 2. & alibi paſsim uidere poteris in conſilijs Decij. Et Curtius iunior conſ. 174. ſacratiſsimæ trinitatis. col. j. ubi plura alleg. quòd per clauſulam, Ex certa ſcientia, præſumatur princeps uoluiſſe tollere ius quæſitum tertio.

b ¶Quòd clauſula, Ex motu proprio, & clauſula, Ex certa ſciẽtia, nõ operẽtur in præiudiciũ tertij, nec per eas dicatur apparere de mẽte principis, quòd uelit ius alteri auferre, tenet Deci. conſ. 544. sereniſsimus. col. fi. & conſ. 468. ſuperiori anno. col. 3. num. 20. & 21. & conſ. 130. in cauſa mota. col. antepen. nu. 23. ubi allegat Card. conſ. 136. præmitto. col. fi. & conſ. 96. uidetur unio. & conſ. 142. uidetur dicendum. in fin. col.

c ¶Vltra hic allegata adde Deciũ conſ. 498. uiſo caſu. nu. 17. & conſ. 403. quamuis. col. 2. & conſ. 173. uiſo conſilio. col. 2. & conſ. 390. quoniam. col. 6. & conſ. 191. in quibus locis dat regulam, quòd ſi princeps ſcribat cum clauſula, Ex plenitudine poteſtatis, nihil opponi poteſt quòd annullet gratiam: & comprobat autoritatibus.

d ¶Quòd pro ſententia arbitratoris ſiue laudo præſumatur, multa allegat Alex. conſil. 41. quia ſubtiliter. col. 1. lib. 6. Quod tamen limitat non procedere, ubi eſt reclamatũ ad arbitrium boni uiri, quia tunc ſicut pro ſententia iudicis non præſumitur pendente appellatione, ut ſuprà diximus, ita nec pro arbitratore pendente recurſu & reductione.

tempore,ubi But.& Abb.ꝰ.de arbitris.& ta-
men si præsumeretur pro arbitro, uideretur
permittendum cōpromissum, tanq̃ nō esset
concessurus alienationem nisi in casu licito.
3 Vnde etiā uidemus, quòd sicut†procurator
generalis nō potest donare,nec inutiliter ef-
fundere rem domini, ita nō potest cōpromit
tere.c.per tuas.extra de arbitr.Bar.in l.man-
dato.ff.de procu. Alex.in l.transactionis.C.
de transact.Et tamē satis apparet,quòd si prę
sumeretur pro iustitia laudi, uideretur istud
permittendū,nec annullaref laudum à prin-
cipio, sed ex post facto tantū probata iniusti
tia: quod est falsum. Tertio facit text.in l.
diē proferre.§.stari.ff.de arbit.ubi statur sen-
tentiæ arbitri, non quòd pro ea pręsumatur,
sed metu pœnæ. Quarto,fortius istud de-
bet procedere in arbitratore: quia de natura
talis laudi non est,ut feratur secundum iusti-
tiam, sed potius secūdum q̀ arbitratror cre-
det uerisimiliter partes acquieturas: quia ta-
lis debet solùm attendere cōcordiam partiū,
& potest dare alteri aliquid de iure alterius,
ut not.Bart.in l.si de meis.ff.de arbit.& in l.
societatem.§.arbitrorum.ff.pro socio.Vnde
cùm de natura talis actus nō sit ut propriè fe
ratur de iure,nō debet hoc præsumi.arg.l.si
stipulatus.ff.de usur.l.si uno.ff.loca. Quin
to ista opinio satis probaf in d.c.nisi essent.
ubi tex.præsumit pro arbitramento,propter
qualitatē personarū: quia illi arbitratores e-
rant prouidi & honesti, & eorū ordinatio e-
rat ab utraq; parte recepta: unde innuit text.
quòd his qualitatibus nō cōcurrentibus, nō
præsumeref:& licet quilibet pręsumatur bo
nus, tamen non præsumitur prouidus circa
scientiā iuris &artem iudicandi.gl.in c.si for
tè.i.de elect.in vi.&suprà ostendimus.Vnde
generaliter ego teneo, quòd lex non præsu-
mit neq; pro arbitro, neque pro arbitratore,
quòd iustè uel iniustè egerit,sed uelit eorum
stari sententijs, quia partes ita promiserunt:
unde sibi imputet qui promisit stare eorū di-
cto,quia pacta seruanda sunt.c.i.ꝰ.de pactis.
4 & d.§.stari. Et propterea†qui petit redu-
ctionem,debet ipse probare iniquitatem,se-
cundum Dyn.in d.consil.Ioan.And.in d.§.
sequitur.& ibi etiam Bald.in addit.& in d.l.
si de meis.& in l.nec quicquā.§.ubi decretū.
in vij.col.de offic.proconf.& lega.&in l.si ar
bitratu.ff.de uerb.oblig.Imol.in c.in præsen
tia.ꝰ.de renunc.Felin.in d.c.quoniā contra.
Et hoc, non quòd habeat contra se præsum-
ptionem,sed quia habet pactum.Vnde si ar-
biter uel arbitrator aliquid agant extra com-
promissum, non præsumetur pro eis, quia
tunc partibus non obstaret pactum,secundū
a Ang.consil.ccxviij.uisa narratione.[a] Et facit
5 quod uulgò dicitur,†respiciendum semper
esse tenorem compromissi, quia omnis arbi
trorum potestas ab eo dependet.l.nō distin-
guemus.§.de officio.ff.de arbit.c.cùm dile-
ctus.ꝰ.eod.tit.Curt.consil.xxxi. Et sic con
6 cludo,†non præsumi pro laudo arbitrorum
uel arbitratorū, nisi quatenus fecerint quæ
eis ex forma compromissi facere permissum
erat.& ita procedit cōmunis opinio. Si uerò
asseratur eos excessisse compromissum,tunc
non præsumetur.& ita intelligitur quod no-
tant Butr.& Alex.in dictis consilijs. Et pro
hac distinctione facit,†quia etiam dato quód 7
nulla solennitas requisita interuenerit in cō
promisso uel laudo,&consequenter laudum
uideretur nullum, tamen adhuc nō potest di
ci de nullitate,quando tali nullitati renuncia
tum est in cōpromisso, secundum Bart.in l.
ubi pactū.pen.col.C.de transact.Ang.con-
sil.cc.A.&B.contraxerūt.Alex.consil.xxij.
in ij.col.in ij.uol.Et istud est nō propter præ
sumptionem inde orientem,sed propter pa-
ctum,ut ibi per Alex.facit tex.in l.quanquā.
de ritu nupt.

a ¶ Quòd petenti reductionem ad boni uiri arbitriū, propter iniquitatem uel nullitatem laudi,incumbat onus probandi illā, tenet Alex. in dicto consil.43.col.2.in fin.lib.6. Dicit tamen istud esse ꝓpter præsumptionē quæ est pro laudo quòd sit rectè latum: dicenti ergo contrariū,incumbit probatio.l.ab ea ff.de prob.

PRAESVMPTIO XIIII.

1 *Notarius præsumitur bene exercere officiū suum. Amplia, etiam si notarius sit idiota.*
2 *Scriptum in instrumento,præsumitur scriptum de commissione & uoluntate eius qui rogauit: & uolens probare contrarium,afficeretur duriori probatione.*
4 *Notarius si in instrumento attestetur se certiorasse mulierem de beneficio Velleiani,standum est tali instrumento.*
5 *Notarius qui in instrumento dicit mulierem certioratam renunciasse Velleiano,an possit interrogari quid sit Velleianum,& si nesciat respondere,an ualeat tale instrumentum seu renunciatio.*
6 *Notarius non potest ex post facto corrigere instrumentum circa substantialia.*
7 *Præsumitur pro instrumento.*
8 *Instrumentum habet probationem probatam.*
9 *Instrumentū si dicat, quòd Titius ex certa scientia & bene cōsultus,neq; ui,dolo, neq; metu &c. statur tali instrumento,nisi probetur cōtrarium. Rationem uide ibidem.*
10 *Error in Notario potius præsumitur quàm falsitas, si aliud reperiatur scriptum quàm sit dictum à partibus.*
11 *Notarius non punitur de falso,nisi de eius dolo constet.*
12 *Notarius quibus casibus præsumatur in dolo.*
13 *Notarius scribens contractum illicitum punitur de falso,& alijs pœnis.*
14 *Notarium quem esse si non constet, an præsumatur pro instrumento.*
15 *Notarium quem esse si negetur,an stetur instrumento,si exerceat tanquam Notarius.*
16 *In instrumentis antiquis non est necesse probare, quòd ille qui scripsit fuerit notarius.*
17 *Notarij iuramēto cum comparatione literarum, per quam appareat eum plura instrumenta publicè confecisse, an stetur,quando negatur tabellio.*
18 *Instrumento si testis contradicat, an præsumatur pro instrumento.*
19 *Notarius si examinauerit testem, & testis repetitus negat se ita dixisse prout notarius scripsit, an magis præsumatur pro notario.*
20 *Notarius an præsumatur rogatus,si ipse de hoc nihil attestetur in instrumento.*
21 *Notarij declarationi an stetur, si uerbum sit ambiguum in instrumento.*

DEcimotertio.†Præsumif pro Notario, 1
quòd bene exerceat officium suum. c.
ad audientiam. de præscript. & habetur in l.
si quis decurio.C.de falsis. & quod notabili-
ter decidit Bal.in l.Imperator.col.ij.uers.sed
an poterit.ff.de stat.hom.Et propterea,†quic 2
quid est scriptum in instrumento, præsumi-
tur

tur scriptum de uoluntate & cõmissione eius
qui rogauit, secundum Bal. in l. errore. col. i.
a C. de testa.[a] Et uolens probare contrariũ, affi
ceretur durioribus probationibus, prout in
casu notabili dicit Philipp. Decius consil. cv.
3 in iij. col. †Et istud procedit, etiam si Nota
rius aliàs esset idiota, secundum Bar. in l. qui
filiabus. ff. de testa. tut. Rom. consil. clxxix.
amplissime Doctor. in i. col. Et propterea, si
4 †in instrumẽto Notarius attestetur se certio-
rasse mulierẽ de beneficio senatuscons. Vel-
leiani, standum erit tali instrumento, ut est
cõmunis conclusio per Alex. in l. sciendum.
col. xi. ff. de uerb. oblig. Est uerum, quòd
Alber. de Ros. Fulg. & Alex. in l. si mulier. §.
5 si mulier. ff. ad Velleia. dicunt, †quòd sicut in
terrogatoria possunt fieri testibus, secũdum
Bart. in l. i. col. iij. ff. si cert. pet. ita etiam pote-
runt fieri Notario, quid sit Velleianum: & si
dixerit se nescire, talis renunciatio nihil ope-
b rabitur.[b] Sed istud ego non puto uerum,
quia aliàs esset in facultate Notarij, ex post fa
cto tollere ius partis. Et confunditur ex com
6 muni doctrina, †quòd Notarius nõ potest ex
post facto corrigere instrumentũ quo ad sub
stantialia, ut habetur per Bar. in l. si librarius.
ff. de reg. iur. per Doct. in c. cùm Ioan. de fi-
de instru. & Alex. consil. lxx. in ij. col. in pri-
mo. Et ratio ipsorũ probat contrariũ: nam si
Notarius æquiparaĩ testi, clarũ est quòd ex
post facto testis nõ potest perimere dictum
suum. c. pręterea. de testi. cog. & per similem
rationẽ ita dicit Alex. in d. l. sciẽdum. in xiij.
col. Vnde posset teneri quòd diminuitur ali
qualiter de fide instrumenti, nõ autẽ renun-
ciatio in totũ tollitur, prout in simili diciĩ de
testi. in d. c. præterea. Et pro hac præsum-
7 ptione facit regula generalis, quòd †pro in-
strumẽto præsumitur. l. cùm precibus. C. de
probat. de quo per Alex. consil. cxxxiiij. col.
fi. in ij. & cõsil. xxiij. col. ij. & cõsil. liij. col. vi.
& cõsil. cxvi. in fi. in iij. uol. And. Sicul. cõsil.
c xliij. col. vi. & cõs. 50. in prin. in i. lib.[c] Et fa. q̃d
notãt Pet. & Cyn. in l. i. in vi. quæst. C. de pro
8 cur. ubi dicũt, †quòd instrumentũ habet in se
probationẽ probatam, de quo etiam per So-
ci. consil. cclxvi. in iij. col. & habetur in l. mi-
d nor xxv. annis cui fideicõmiss. ff. de minor.[d]
9 Et propterea, si †Notarius dicat in instrumẽ-
to, qualiter Titius ex certa sciẽtia & bene cõ-
sultus, nõ ui neque dolo &c̃. stabitur tali in-
strumento, nisi probetur contrarium, secun-
dum Bald. in l. mater. in ij. col. C. de rei uend.
& in l. ij. C. de rescind. uend. Nam ex tali in-
strumento, secundum eum oriũtur tres præ
sumptiones. Prima, quòd instrumentũ sit ue
rum. Secũda, quòd sit solenne. Tertia, quòd
ea quæ scripsit Notarius, sint dicta à parti-
bus. de quo etiam per Bart. & moder. in l. si
dari. ff. de uerb. oblig. & in l. fin. §. idem quæ-
sijt. ff. de cond. indeb. Alex. consil. xlij. in ter-
e tia col. in primo. & consil. lxi. in secundo.[e] Et
10 adde, †quòd ita præsumitur pro Notario, ut
si reperiatur aliud scriptũ, quàm sit dictum,
non tamen præsumitur falsitas, sed potius er
ror, ut dicit Bart. in l. quoties. §. sed si notam.
ff. de hæred. instit. & in l. si librarius. ff. de re-
gul. iur. facit text. in l. penul. C. de his qui sibi
in testam. de quo per Felin. in c. ex literis. in
tertia concluś. ã. de fide instru. & per Anch.
consil. cclxxxvij. qui principaliter. col. i. &
per Comen. consil. cxxxv. ad primũ. ubi mul
ta ponit ad excusationẽ Notariorũ, & idem
consil. cxlij. prædictus Petrus. Aret. consil.
xlvij. in ij. col. Alex. consil. xl. col. fin. in pri-
mo. & consil. xxvij. in prin. in ij. Decius con-
sil. clxxv.[f] Et propterea †Notarius non puni f
tur de falso, nisi de eius dolo constet, ex quo 11
falsum non cõmittitur sine dolo. l. nec exem-
plum. C. de falsis. Et †Notarius in dubio non 12
præsumiĩ in dolo, per supradicta, & per Ale
xan. consil. lxxxviij. in ij. col. in iiij. præterq̃
in duobus casibus in iure expressis. Primus
est in testamentis ubi Notarius omisit debi-
tas solennitates. l. iubemus. C. de testam. de
quo ibi per moder. & Alex. consil. lxxiij. ij.
col. in primo, Secũdus est in l. nulli. ubi Bar.
C. de numera. lib. xij. Sed posset per dicta iu-
ra teneri, quòd licet in dubio non præsuma-
tur dolus in Notario, tamen non procedit in
omittente solennitates instrumentorũ: quia
cùm illæ spectent maximè ad officiũ suum, si
eas omisit, præsumiĩ dolus. Et illud mihi pla
cet, quia non uideo bonam rationem specia-
litatis ad dicta iura. Et pro hac parte facit tex.
in l. i. ubi Bart. C. de fide instru. lib. x. ubi pro
batur, quòd mala fides præsumitur interue-
nisse, quando solennitas fuit omissa, & ordo
debitus non seruatus. Et dicit Bart. in l. om-
nes. C. de petit. bon. sublat. lib. x. quòd †No- 13
tarius scribens contractum illicitum, nõ tan
tùm punitur de falso, sed alijs pœnis. & uide
Alex. consil. lxxvij. circa medium. in primo,
ubi ponit indicia, per quę potest deueniri ad
torturam contra Notarium imputatum de
falso. Quomodo autẽ Notarius possit emen
dare errorem suum, ponit Bart. in d. l. si libra
rius. & latè prosequitur Felin. in c. ex literis.
de fide instru.[g] Sed quid si †non constat ali- g
quem fuisse Notarium, nunquid adhuc præ 14
sumetur pro instrumento? Et Ang. in §. hinc

a ¶Et Franc. Cur. senior consil. 49. memoriæ recolen dæ. col. 49. uers. dum autem ultimo loco. nu. 75. ubi allegat concord. plures ad dotẽ huius dicti. Adde etiam Deciũ cons. 450. apertissimi iuris. & cons. 423. negari nõ potest. col. 2. cum simil. infrà deducendis.

b ¶Illam decisionem Alber. refert, & notabilem dicit Hippol. Mars. in rub. de fideiuss. colum. 6. nu. 39. ubi alleg. autoritates, & per duas col. disputando respõdet arg. Alex. cõtrà tenẽtis in l. sciendũ. de uerb. oblig. & multis fundamentis hanc Alber. decis. roborat. Et idẽ Hippol. sing. 661. examinaui.

c ¶Et Rom. cons. 509. circa prepositam. col. fin. Soci. consil. 61. circa primũ. lib. 4. & Decius notabiliter consil. 36. diuino &c. col. 4. & per totũ consiliũ, ubi multa adducit ad dotem totius præsumptionis istius.

d ¶Quòd instrumentum sit probatio probata, ultra hic allegata adde Bald. in l. quoties. in finalib. uerbis. C. de iudic. & Sociniũ cons. 2. in causa testamentaria. lib. 3. & cons. 89. in causa agitata. col. penul. ubi allegat concord. Decius cons. 423. col. ij. & consil. 36. diuino &c. col. ij. ubi multas autoritates adducit. & consil. 682. in causa dominæ Lucretiæ. & Hippol. Mars. in rub. de probat. col. 2. nu. 3. ubi latissimas concord. allegat. & in l. si quis ne questio. num. 140. ff. de questionib. & Calcan. cons. 75. in causa prædicta. col. 5. & Steph. Bertran. cons. 192. col. 3. num. 10. lib. 2. in nouiss.

e ¶Quòd ex instrumento tres præsumptiones oriantur hic recitatæ, uult etiam Steph. Bertran. cons. 192. multa sunt. col. 4. num. 14. lib. 2. in nouissimis. & Hippol. in l. si quis ne questio. num. 139. ff. de questio.

f ¶Adde etiam Hippol. de Marsil. in l. 1. nu. 71. & seq. C. ad leg. Cornel. de sicarijs. & in rub. ff. de fideiuss. col. 9. num. 56. ubi etiam cõmendat decisionem Bart. in d. l. quoties. §. sed si notarij. subiungens in ambobus locis, quòd uerba instrumenti quæ uidentur falsa, si tamen possunt aliquo modo intelligi ut euitetur falsum, illa interpretatio capienda est per quam Notarius à pœna falsi excusatur. & hoc per gl. ubi Bal. Ang. & Doct. notant, in l. iuris gentium. §. quod ferè. ff. de pact. & Alex. cons. 70. uiso processu. lib. 2.

g ¶Et melius quàm alibi per Vitalem de Camba. in suo tract. clausul. in tit. de errore Notarij. fol. 40. per octo col. & ultra. Vide omnino.

nobis.in auth.de hæred.&falcid.per gl. ibi in
uerb.quantũ ad hoc. tenet quòd sic, dum ta-
men nõ negetur, uel testes in instrumẽto de-
scripti negent uera esse quæ in instrumento
continentur. Sed tu aduerte, quia Angelus
ibi locutus est nimis breuiter,& decidit duas
15 quæstiones ualde dubias. Prima est †an si ne
getur instrumentũ fuisse scriptum ab eo qui
uerè est Notarius, licet exerceret tanq̃ Nota
rius, præsumatur pro instrumento. Et cõmu
nis opinio est quòd nõ, imò requiritur quòd
probetur uerus titulus, ut habetur in l. Barba
rius. ff. de offic. præt.& per Alex. cõsil. cxxx-
a viij. in primo. Quod tamẽ limitatur pluribus
modis, ut per Ias. in l. Barbarius, x. col.[a] Et di
17 cit notabiliter Ang. in d. §. hinc nobis.†quòd
cùm instrumentũ negatur publicũ,& sic ne-
gatur quem esse tabellionẽ, quòd probatur
per iuramentũ ipsius tabellionis se esse tabel
lionẽ, cum cõparatione literarũ, perquã ap-
pareat eum plura instrumenta publicè cõfe-
cisse. sequitur Ias. ualde hoc extollens in d. l.
Barbarius. Sed istud dictũ ita simpliciter nõ
est uerũ: unde intellige, nõ quando negatur
eum qui fuit rogatus, esse Notariũ (nam tũc
si staretur dicto suo, esset testis in causa pro
pria, quod nõ est recipiendum, l. i. C. ne quis
in causa propria. l. pater. ff. de testib. l. diuus
Adria. ff. de cust. reor.) sed quãdo negatur ab
eo fuisse publicatũ, uel ab eo fuisse scriptum.
Et ita loquitur gl. in d. §. hinc nobis. si bene in
telligatur. Et istud est quod uoluit Salic. in l.
si quis decurio. in quarta oppos. C. de fal. ubi
creditur soli tabellioni, quando de facto suo
interrogat, uidelicet an scripserit tale instru-
mentũ uel ne. allegat §. si uerò. in auth. de fid.
18 instru. Secũda quæstio est,†dato quòd ali-
quis testis contradicat instrumento, an præ-
sumatur pro instrumento? quæ quæstio latè
ponitur per Bart. & Imol. in l. ij. §. sed si ne-
get. ff. quemad. testa. aper. & Felin. in c. cum
Ioan. de fide in stru. de quo dicendum est ut
19 ibi. Sed †quid de Notario qui examinauit
testem, & testis repetitus negat se ita dixisse
prout Notarius scripsit, an tunc magis præ-
sumatur pro Notario? Et dicendũ est quòd
sic, in iudicio ciuili: licet in criminali neutri
credatũ, ut dicit Specul. in tit. de teste, §. i. uers.
sed pone. Abb. & Felin. in c. cùm causam, l.
in fin. ã. de testi. cum concord. per Alex. con
sil. lxxiiij. in ult. col. in i. Quod tamen intelli-
ge, quando pro instrumento est solus Nota-
rius: unde si Notarius ipse examinaret,& ha-
beret scriptorẽ qui scriberet examen, tunc si
uterq; attestaret, probarent contra testẽ ne-
gantem se ita dixisse, ut est de mente Abb. in
d. c. cùm causam. & uidi seruari in practica.
Cætera circa hanc materiam uide per Bal. in
rub. xxi. C. de fide instr. Salic. in d. l. si quis de-
curio. Et †an Notarius præsumatur roga- 20
tus, si ipse de hoc nihil in instrumento atteste
tur, ponit in d. l. sciendũ. & per Alex. consil.
cliij. in ij. ubi concluditur quòd nõ, quia talis
est solennitas extrinseca.[b]† Et si uerbũ sit am b
biguum in instrumento, an stabitur declara- 21
tioni Notarij, uide Angel. in l. Imperator. ff.
de stat. hom. ubi cõcludit, quòd sic. sequitur
Alex. consil. cxlvi. in quinta col. in quinto.

PRAESVMPTIO XIIII.

1 *Præsumitur pro nuncio in his quæ concernunt officiũ suũ.*
2 *Nuncio referenti quòd pars citata sibi respondit se nolle ue-nire, an credatur, ita qd' citatus dicatur manifestus cõtu-(max.*
3 *Nuncio creditur se nõ inuenisse personaliter citatũ.*
4 *Nuncio creditur in discussione bonorũ, non extare alia mobilia debitoris.*
5 *Nuncio creditur quòd introduxit creditorem in possessionẽ bonorum Titij, & quòd bona sunt Titij.*
6 *Nuncio asserenti se fuisse uerberatum uel affectum iniuria à parte citata, an credatur.*
7 *Nuncijs pluribus si iudex cõmiserit ut Titium capiant, & ipsi reuertant, & asserant Titium captum, fuisse eis ab aliquo ui ablatũ, uel se impeditos, an eis credatur, ut possit iudex procedere aduersus impedientes.*
8 *Nuncio citanti aliquem, asserẽti se de cõmissione iudicis hoc fecere, an credatur. Et quid in citatione reali seu captione corporali.*
9 *Cõmissio citationis facta nuncio, an requirat scripturam.*
10 *Citatũ se non fuisse si pars neget, nuncius autem astruat contrarium, cui magis credatur.*

DEcimoquarto.†Præsumitur pro nũcio 1
in his, quæ concernũt officium suum,
ut est gl.& ibi Doct. in c. cùm parati. per illũ
text. ã. de appell.& facit text. in l. ij. C. de exe-
cut.& exact. lib. xij.[c] Et istud procedit etiam c
in cõnexis officio suo. Et propterea,†si refert 2
quòd pars sibi respondit, se nolle uenire, ui-
detur etiam quòd debeat credi, ut sic citatus
dicatur manifestus contumax. Et ita tenet
Bart. in l. fin. ff. de in integ. restit. in l tres de-
nunciationes. C. quomodo & quand. iud. in
l. ex cõsensu. §. fi. ubi Imol. ff. de appell. Nam
responsio citati uidetur esse de pertinentijs
citationis, & propterea sibi est credendum.
arg. c. præterea. ã. de offic. deleg. Et probatur
in simili in d. c. cùm parati. ubi creditur nun-
cio, quo ad locum. Et ita resident Abb. Phi-
lip. de Perus.& moder. ibi.[d]† Eodẽ modo cre d
ditur nuncio asserenti se personaliter nõ in- 3
uenisse citatum, ut habetur in l. properandũ.
§.& si quidem. C. de iudi.[e] † Item ei creditur e
in discussione bonorũ, quando refert nõ ex- 4
tare alia mobilia debitoris, ut per Bar. & Dd.
in l. à diuo Pio. §. in uenditione. ff. de re iud.[f] f
Item

a ¶Vide etiã Deci. consil. 16. diuino &c. & pro tenui. col. 2. ubi limitat non procedere in antiquis instrumẽtis: in eis enim non est opus probare quòd Notarius q scripsit, fuerit Notarius. alleg. Innocen. in c. ueniens. de uerb. sig. Ant secundũ Ant. in c. i. de fide instr. sola fama sufficiet isto casu. Et uide concord. per Deci in d. cons. & Iaũs cons. 42. col. 2. uer sic. uenio ad primũ. & ibi uide abundè de hac nostra quæstione, an si negetur eum Notariũ fuisse qui instrumẽtũ cõfecit, præsumatur p instrumẽto, si probetur quòd diu fuit in exercitio et quasi possessione Notariatus & conficiendi instrumẽta. Et de instrumento producto in longinquis partibus, si negetur illud esse à Notario confectum, uel negetur eum qui confecit esse Notarium, an tũc pro instrumẽto præsumatur, uide latissimè Hipp. Mars. in l. si quis ne quæstio. col. 22. 23. & 24. ff. de quæstio. ubi citat plura loca & autoritates: & ibi etiã plura de materia istius nostræ quæst.

b ¶Vide notabilem casum, in quo etiam Notario asserenti se rogatum, nõ creditur, per Anch. cons. 411. præmissa &c. uidelicet si Notarius hoc asserat in scriptura non authentica, sed in quadam chartula non facta forma solennis & authentici instrumenti. Rationes tradit ut per eum.

c ¶Adde Ias. in l. nec is. col. ult. ff. de acquir. hæred. Nota tamen, quòd in his quæ non concernunt eius officium, ei non adhibetur fides, nec pro eis præsumitur, ut per Ias. in l. age cum Geminiano. col. pen. C. de transact. & in l. properandum. §. & si quidem. in 6. not. C. de iud. & Hippol. Marsil. in sing. 560. habemus. Quod facit ad quæstionem infra examinandam de nuncio, qui dicit se accepisse iniuriam à citato.

d ¶Contrarium tenent plures, ut per Ias. in l. properandum. §. & si quidem. in 6. notabili. C. de iud. qui tandem relatis ab utraque parte opinionibus, respondet rationi adductæ hic pro Bart. & uidetur residere cum contraria opinione, scilicet quòd non credatur nuncio ad hoc ut citatus dicatur uerus contumax.

e ¶Vbi Ias. in 6. notab. adducit plura similia & autoritates.

f ¶Cum amplissimis concord. traditis per Doct. maximè per Ias. in l. in illa. col. penul. & fin. ff. de uerb. oblig. ubi etiam multas concord. allegat, quòd adhibeatur fides relationi factæ per nuncium: ibi uide, ne chartas occupem.

5 Item† creditur quòd introduxerit creditorẽ in possessionem bonorum Titij, & quòd bona per eum apprehensa sint Titij, ut per Angel. & Imol. in d. l. à diuo Pio. §. sic quoque. & ibi Alex. in §. si super rebus. & in l. fin. in gl. in uerb. missus. C. de edicto diui Adria. toll.

6 †Sed nũquid credatur illi asserenti se fuisse uerberatũ uel affectum iniuria à parte citata: Philipp. de Perus. in d. c. cùm parati. præsupponit quòd non, tanquam istud sit extra ea, quæ spectant ad officium suum. Et idem sentit Card. in Clem. si ante. de dolo & contumacia. & Ioan. And. in addit. Specul. tit. de contuma. in addit. magna. uers. circa secundum. Et idem etiam tenuit Pet. Iacob. in libello de constit. pecu. uers. responsio. de appell. ubi allegat in arg. l. ea quidem. C. de accus. sequitur Guid. Pap. decis. cccccLvij. Et idem etiam tenet Ioan. de Imol. in l. si finita. §. si plu-
a res, in ij. col. ff. de dam. infecto[a]. Sed quòd imò credatur nũcio asserenti se uerberatum, tenuit Flori. in d. Clem. si ante. in viij. quæst. tanquam istud satis sit de cõnexis relationis suæ. Pro quo facit, quia sicut staretur relationi suæ, quòd eum non potuit citare propter aliquam causam, l. iij. C. de execut. & exact. lib. xij. ita uideretur standum, si asserat hanc causam: quia fuerit sibi uis illata, unde nõ potuerit plenè fungi officio suo. Puto primã opinionem ueriorem, nisi concurrerent etiã aliquæ bonæ coniecturæ pro dicto nuncij: quo casu poterit tantam fidem illi iudex adhibere, ut sit indiciũ sufficiens ad torturam, iuxta not. per Bart. in l. fin. ff. de quæst. Et ita
7 potest saluari opinio Floria. Sed pone, †iudex cõmisit pluribus nuncijs & balliuarijs, ut caperent Titium; ipsi reuertunt ad iudicẽ, & dicunt se cepisse, sed fuisse sibi per uim ablatum ab aliquo, uel aliter ab aliquo se impeditos, nunquid credetur eis, ut possit iudex procedere aduersus impedientes, secũdum not. per Bald. in l. addictos. C. de episc. audi. & Doct. in l. cuiuscunq;. ff. ad leg. Iuliam maiest. Ias. in l. i. §. quod prætor. in penult. col. ff. ne quis eum qui. & §. pœnales. col. xxij. Instit. de actio. Et supradicta faciunt quòd sic, saltem quo ad indicium torturæ: & quia ista relatio uidetur de connexis mandati. Item hoc suadetur ex eo quòd sunt plures de hoc attestantes; sicut in simili dicitur in c. cùm dilecti. infrà de accus. ubi licet non credatur uni iudici tantùm, si tamen sint plures, uidetur magis credendum. de quo etiã in c. inter. §. præterea. de excess. præla. & Archid. ij. quæst. vi. C. statuendum. Cyn. in l. ne in arbitris. C. de arbi. Ang. in l. errore. in lectura Perusina. C. de testa. quem refert & sequitur Ias. in l. iusiurandũ quod ex cõuentione. §. procurator. in antepen. col. ff. de iureiur. Puto contrariũ, quia cùm iniuria & uis sit illata istis, non debent admitti in testimoniũ eius rei, unde ipsi redduntur suspecti, ut habetur in l. i. §. i. ff. de quæstio. in l. i. C. de curiosis. lib. xij. Et istud maximè procederet in casu, quo aliquod lucrum ueniret acquirendum istis nũcijs; quia tunc agerent de utilitate sua, unde non sunt admittendi. l. fin. ff. de cust. reorũ. Et in istam partem debet inclinare iudex propter utilitatem ipsorũ, ut per Bal. in l. ij. C. de testib. & in l. fin. in viij. quæst. C. de edict. diui Adri. toll.

Nec obstat, quòd istud uideatur de connexis mandato: quia potest negari, ex quo nihil ipsis erat mandatũ quo ad istos tertios: & in hoc, hæc quæstio distat à præcedenti. Et dato quòd sit de cõnexis, tamen adhuc non debet credi: quia præsumptio suspecti odij propter uim illatã eos repellit. d. §. i. †Sed nun 8
quid credatur nuncio citanti, quòd illud faciat de cõmissione iudicis, prout requiritur ad hoc ut citatio teneat, uide per Bar. in l. neminem. C. de exhib. reis. & in l. sed si hac. ubi Alex. & cæteri. §. prætor. ff. de in ius uoc. Et cõmunis opinio uidetur quòd non, nisi constet de ea in actis. d. c. quoniam contra. & per Bar. in l. hi qui ad ciuilia. C. de appel. Et quia cõmissio est solennitas extrinseca, unde nõ præsumitur. d. l. quæcunq;. §. fin. de publica. & ita est cõmunis opinio in d. l. sciendum. & per Abb. & alios in c. i. ẽ. de iud. Aret. consil. xxiiij. & Alex. consil. cxxiij. in secũdo. Et ita etiam tenent moder. in d. c. cùm parati. Angel. in tract. malef. in uerb. iudex cõmisit.[b] b

Contrarium tenuit Guido de Suza. in l. ad peremptorium. ff. de iudi. Imol. in d. l. fin. §. si plures. in ij. col. & in c. i. ẽ. de iudi. Tancred. in materia citationis, in x. quæst. Et est ratio secundum illos, quia istud est de connexis citationis, & propterea debet credi sicut ipsi relationi. d. c. cùm parati. Confirmo istam opinionem, quia nisi præsumeretur cõmissio, sequeretur quòd nũcius falsum cõmitteret. l. qui nomine. ff. de falsis. Rom. sing. cccxiij. hodie fuit. quæ præsumptio nõ est capienda. d. l. meritò. & suprà uidimus. Cõfirmatur etiam, quia ista cõmissio ex seipsa est modicæ importantiæ, nec requirit causæ cognitionem, ergo de ea debet stari nũcio. l. magis puto. §. ne tamen. ff. de reb. cor. gl. in c. ea noscitur. j. de his quæ fiunt à maiori part. capituli. Abb. in d. c. i. Et hoc procedit in citatoria uerbali, secus in reali, quæ requirit saltem aliqualem causæ cognitionẽ, ut per Salic. in l. nullus. C. de exhib. reis. Bald. in l. consentaneum. C. quomodo & quãdo iud. & diximus in c. i. de offic. ord. Et ista opinio mihi magis placet, quia eam consuetudo approbauit, ut dicũt Ioan. And. & Abb. in d. c. quoniã contra.[c] †Nec obstat quòd requirit scripturam, c
unde nisi appareat scripta, tollitur præsum- 9
ptio solennitatis adhibitæ, secũdum Bart. in l. hi qui ad ciuilia. & per Doct. in d. c. quoniã contra. quia potest negari, quòd requiratur scriptura: quia text. in d. c. quoniam contra. describens

a ¶ Et quòd non credatur nũcio asserenti iniuriã sibi illatam, tanquam hoc nõ sit de connexis officio, sed extra officiũ, etiã tenet Ias. in l. age cum Geminiano. col. penult. C. de transact. & in d. l. properandum. §. & si quidem. & Hippol. Mars. in d. sing. 560. ubi allegãt autoritates.

b ¶ Et Hippol. de Mars. in l. de minore. §. plurimũ. col. iij. num. 21. ff. de quæstio. & latiß. ac melius quàm alibi in repet. l. de unoquoque. fol. 6. num. 115. 116. 117. 118. & plurib. seq. ff. de re iudica. ex quo loco plures remißiones & egregia dicta colliges in hac materia.

c ¶ Occasione huius distinctionis de citatiõe uerbali et reali, unũ sum cõtentus hic adijcere, multum notabile in hac materia: quòd nuncius publicus & generalis potest citare aliquem sine speciali cõmißione, secundum Baldum in l. si quando. col. pen. uersic. duodecimo quæro. C. de testi. allegat Innoc. & Ioan. And. in d. c. quoniam cõtra falsam. Et quia Cyn. in l. neminẽ. C. de exhib. reis, tenet contrarium. Ipse Bald. pro concordia tradit distinctionẽ. Aut loquimur in citatione reali, ut captura, & tunc requiritur quòd appareat de commißione. d. l. neminẽ. Aut in citatione uerbali, et subdistinguit: aut citatio illa requirit causæ cognitionem, & debet constare de cõmißione. aut nõ, & tunc procedat dictũ Innoc. & Ioan. And. quòd sufficiat generalis autoritas nuncij, absq; speciali cõmißione. Et ita dicit consuetudine cõmuniter Florentiæ obseruari, quæ in hoc est sequenda, & reuera ita etiã magis cõmuniter in Gallia ferè obseruatur.

describens actus qui requirunt scripturā, incipit à citatione: & sic præsupponit cōmissionem ipsam nō requirere scripturā. Et confirmatur hoc, quia cōmissio citationis nō est de actis litis, ex quo lis non incipit à tali commissione, sed à citatione nuncij. Clem. fin. ut lite pend. per Socin. in rub. C. de in ius uoc.

Præterea, si facta citatione iudex procedat ad ulteriora, satis declarat quòd citatio ex eius cōmissione facta est. l. à procedente. C. de dilat. c. i. ubi not. ē. de ord. cog. Nec in isto casu Bart. in l. i. §. quies. ff. de offi. præfect. urb. & alij Doct. tam in d. l. sciendum. quàm in d. c. i. dicunt contrariū: quia licet uerum sit simpliciter quòd non credatur nuncio de commissione citationis, tamen nō attingūt quando iudex processit ad ulteriora, uigore illius citationis: nam tunc uidetur præsumendum mandatum. l. si filius. ubi Bald. & Salic. C. de petit. hęred. Et in isto casu saluatur consuetudo, sicut etiam si pars compareret, & nihil opponeret. per gl. in l. i. ff. de ferijs. Alex. in d. consil. cxxiij. & Felin. in c. illud. uers. quarta
10 declaratio. de præscrip. †Quid autē si pars neget se fuisse citatam, cui magis credetur? Cōmunis opinio est, quòd nōcio, nisi iudex ex aliqua coiectura arbitraret contrariū, ut
a per moder. in d. cùm parati.[a] Et istud crederem, nisi nos essemus in causa ualde graui, puta in causa criminali. Quid enim si nuncius affirmet se attulisse pręceptū Titio in causa criminali, ut compareat sub pœna confessi & conuicti, & Titius neget? Certè tunc neutri crederetur, prout in simili dicūt Doct. de teste cōtradicente Notario, in d. c. cùm causam. i. in fin. ē. de testib. & suprà diximus. Et istud putarem procedere, etiam si in præcepto esset clausula, quòd plena daretur fides nuncio: quia talis cōminatio non debet operari, nisi in casibus in quibus aliàs de iure plena fides illi danda esset. Non enim licet iudici alterare probationes, quæ sunt iuris gentium. c. licet uniuersis. ē. de testib. Cætera die ut in d. c. cùm parati.

a ¶Huius etiā sententiæ est Ias. in d. l. properandum. § si quidem. in 6. notab. ubi hanc quæstionem mouet, & ita residet.

PRAESVMPTIO XV.

1 *Præsumitur pro quolibet officiali. Fallit ut num. 3. 4. & 7.*
2 *Abbas corrigens monachum, habet præsumptionē legis pro se.*
5 *Mortuus si quis reperiatur in carceribus, aut si euadat, præsumitur contra custodes.*
6 *Custos carceris tenetur parti ad interesse, quando culpa sua carceratus aut mortuus est, aut euasit.*

1 DEcimoquinto. †Generaliter præsumitur pro quolibet officiali; unde si aliquid neglectum reperiatur, præsumitur potius fuisse culpa partis, quàm ipsius. l. i. C. de suscept. lib. x. Et per illum text. dicit Bart. in l. damni. §. Sabini. in ult. col. ff. de dam. infec. quòd licet testes iurauerint in termino, si tamen non fuerunt examinati, lex præsumit fuisse culpa partis, non iudicis. Et etiam facit text. in §. super hoc autem. in authen. ut nulli iud. ubi præsumitur officialem cauisse prout debuit, de inferendis pecunijs fisco. Et ista procedunt tantò magis in ecclesiasticis, quorum facta lex maximè interpretatur in meliorem partem. xi. quæst. iij. C. absit. Et propterea, †si Abbas corrigit monachum, lex præsumit pro Abbate: nec competit appellatio, nisi excedatur modus in corrigendo. c. ad nostram. ī. de appell. † Fallit ista præsumptio, 2
quo ad prouidendum circa negocia de futuro: quia lex præsumit cōtra officiales, ut possit prouideri ne delinquant. & ita intelligitur text. in authen. ut omnes obed. iudi. §. nec latet nos. ubi pręsumuntur officiales magis deferre potentibus, quàm petentibus iustitiā. Et ita procedit etiam text. in l. ex aula. C. de priuil. eorum qui in sacro pala. & in l. i. C. de numera. lib. xij. ubi lex præsumit rapacitatē & furtum contra numerarios. & l. neminem. de suscept. ubi susceptores pręsumuntur uexare prouincias. & tex. in §. ad excludendas. in authen. de litigiosis. & in authent. de exeut. in prin. ubi præsumuntur executores fraudulenti. †Fallit etiam, quando aliquid 4
factum est contra naturam officij: quia tunc lex præsumit aduersus officialem. Et propterea, †si reperiatur aliquis in carceribus mor- 5
tuus, lex præsumit culpam custodis, nisi probet eum casu perijsse. l. fin. de cust. reorum.

Et eodem modo si carceratus euadat, lex præsumit contra custodem, ut ibi probatur. & per Bart. in l. si quis ex argentarijs. §. fin. ff. de edendo. & facit l. diuus. in fin. ff. de offic. præsid. Nec præsumitur quòd ferrū, uenenum, & similia possint in carcere deferri sine culpa & negligentia custodis. l. carceri. in fin. de custodia reorū. Et propterea in istis casibus tenetur custos ipse parti etiam ad interesse, ut consuluit Aretinus consil. xxxviij. consultissime domine. per totum. Et secundum hanc fallentiam etiam procedit text. in l. i. C. de censib. lib. xi. ubi lex præsumit, quòd tabularij ciuitatum, per collusionē superiorum sarcinas ad inferiores transferant. facit etiam text. in c. i. de dilatio. & in l. quamuis. in fin. C. de decur. ubi præsumitur contra iudicem, qui breuem terminum in citatione statuit. Ad idem facit quod notabiliter uoluit Innoc. in d. c. qooniam contra. ubi dicit, quòd iudex uidens testem uacillare, debet hoc facere scribi in actis: alioquin iudex appellationis potius præsumet eum non adhibuisse fidem testibus ex imprudentia sua, quàm ex defectu testium. sequitur Felin. ibi. in antepenult. col. †Fallit etiā generaliter, 6
quando alia coniectura esset in contrarium: nam tunc cessat talis præsumptio pro officiali. Et propterea, si officialis semel aliquid iniustè fecit, præsumitur quòd uelit factū suū tueri, quacunque uia poterit, secūdum Innoc. in c. ij. de arbit. & in c. diuersis. ī. de cleri. coniug. Idem si fecit aliquid contemplatione potentioris, uel aliter ad se non pertinens, semper sit præsumptio contra eum. C. bene quidem. in fin. xcvi. distinct.

PRAESVMPTIO XVI.

1 *Præsumitur pro iuramento, ut quilibet iuret ueritatem.*

Iura-

Iuramēto asserentis statur in his, quæ depēdent ab animo. Ibid.
2 *Iuramento asserentis an statur in his quæ dependent ab animo, quando aliqua præsumptio est contra asserentem.*
3 *Præsumitur pro dicto testis iurati.*
4 *Pluralitas actuum præsumitur, ne testes incidant in periurium.*
5 *Præsumitur pro ijs qui iurant à principio eorum artem fideliter exercere, & eorum libri rationum faciunt semiplenam probationem quo ad tertium.*

1 DEcimosexto.†Præsumit̃ pro iuramen-
to, quòd aliquis non iuret nisi ueritatē.
l.fin.C.ad leg.Iul.repet. Et propterea, in his
quæ dependent ab animo, statur iuramento
asserentis, ut est gl.in §.aliæ.Instit.de actio.et
a in c.significasti.ubi moder.infrà de homici.[a]
Quod intelligit Bart. in l.inter omnes.§.re-
2 ctè.ff.de furtis.procedere,†nisi aliqua esset
iuris præsumptio contra asserentem.l.si non
conuicij.C.de iniur. Declara ut ibi per eum,
quem sequitur Felin.in d.c.significasti,& in
c.inquisitionis.§.ij.in secunda col.de accus.
& in c.ij.de calum. col.iij. Iason in §.sed istæ.
col.xxxiiij.Instit.de actionib. Sed tu ad-
uerte, quia ista limitatio nō uidet̃ uera. Et pri
mò contra eam est text.in c.fin.infrà qui ma
trimonium accus.poss.ubi quando fit publi-
cè denunciatio seu proclama, præsumitur
quòd quilibet sciat, ut ibi dicitur, & tamen
admittitur probatio ignorātiæ per iuramen-
tum. Et propterea dicit Baldus in l.ij.§.pen.
in fin.ff.si quis cautio, quòd si quis citatus sit
absens à domo, stabitur iuramēto eius, an ci-
tatio peruenerit ad eius notitiam. quæ opi-
nio optimè probatur in d.c.fin.licet Iason in
d.§.sed istæ, eam reprobet,& male. Secun
do in contrariū facere uidetur, quia lex præ-
sumit pro sententia lata per iuramentum iu-
diciale:& consequenter, quòd uictus nō ha-
beat aliqua instrumenta, unde tueatur ius
suum:& tamen contra talem præsumptionē,
ad rescissionem sententiæ, admittitur proba
tio per iuramentum, quòd instrumenta de
nouo superuenerint, secūdum Bartolum &
Doct.in l.admonendi.per illum text.ff.de iu
reiuran.& facit text.in c.pastoralis.infra de
except. Tertio in contrarium facere uide-
tur cōmunis doctrina posita in c.nouit.ꝫ.de
iudi.ubi in denunciatione euangelica statur
iuramento denunciantis, etiam non concur
rente alia suspicione, quòd solus solo denun
ciauerit, ut abstineat à crimine:& tamen con
tra talem denunciantem est præsumptio iu-
ris, quòd talis denunciatus sit innocens: quia
quilibet præsumit̃ bonus, ut suprà uidimus.
Quarto facit ratio: quia admissa ista limita
tione, nunquam admitteretur probatio per
iuramentū. Nam aut lex præsumit pro acto-
re, & non est opus quòd iuret, ex quo habet
præsumptionē iuris, quæ transfert onus pro
bandi in alium.l.siue possidetis.C.de proba.
Aut præsumit pro reo,& tunc actor nō pos-
set iurare:& actore nō probante, lex semper
præsumit pro reo.l.Arrianus.ff.de actionib.
& oblig.l.qui accusare.C.de edendo. Sed
tamen saluando Bartolum dic, quòd eius o-
pinio procedit, quādo præsumptio iuris est
efficacior & uerisimilior quàm illa quæ ori-
tur ex iuramento: nam tunc non staretur iu-
ramento, aliàs sic.l.diuus.ff.de in integ.resti.
& ita intelliguntur supradicta.[b] †Et ex hac b
præsumptione infertur, quòd etiam præsu- 3
matur pro dicto testis, ex quo ipse solet iura-
re, c.tuis.ꝫ.de testib.& per Felin. in d.c.quo-
niam contra.in antepenul.col. Vnde†ne in- 4
ducatur in illis periuriū, præsumitur potius
geminatio actus.c.cùm tu fili.ꝫ.de testib.per
Bart.& Doct.in l.ij.C.de bon.possess.secun.
tab.& ita tenent omnes. Sed mihi uidetur
contra hanc opinionem esse text.in l.fin.C.
de rebus cred. ubi si quis iuret sibi deberi le-
gatum seu fideicōmissum, reperto deinde te
stamento in quo de hoc nihil sit scriptū, præ-
sumitur periurus: & tamen debuisset lex in-
terpretari quòd fecisset aliud testamentum,
in quo sibi relinqueretur, ad finem euitandi
periurij. Potes respondere, periurium ma-
gis præsumi in parte quæ agit de proprio lu-
cro, quàm in testibus, qui pro sola ueritate at
testantur, nec aliquam utilitatem cōsequun-
tur. †Ex eadem præsumptione etiam infer 5
tur, ut præsumatur pro ijs qui à principio iu-
rant exercere artem suam legaliter:& propte
rea rationes & libri istorum facerent semiple
nam probationem quo ad tertiū.l.quædam.
§.nummularios.ff.de edend.ubi not.& Bar.
in l.nuda ratio.in pen.col.ff.de donationib.
quod est summè notandum pro gabellarijs,
thesaurarijs, & mercatorib. de quo latè per
Ias. post alios in repet.l.admonendi.in xij.
chart.ff.de iureiur. Et propterea lex etiā præ
sumit pro milite, quòd reipublicæ causa ab-
fit, unde restituitur in integrum. Et ratio est,
quia à principio antequam assumatur ad mi-
litiam, iurat. secundum gl.in l.penult.ff.ex
quibus caus.maior.

PRAESVMPTIO XVII.

1 *Præsumitur pro matricula.*
2 *Matricula probat quem esse de numero, eorum qui debent matriculari.*
3 *Aestimum commune facit in dubio pro se præsumptionem.*
4 *Frater si emat proprio nomine aliqua bona, & deinde in catasto communis fecit prædium describi tanquam cōmune cæteris fratribus, sibi præiudicat.*
5 *Notarius an quis præsumatur ex eo, quòd reperitur descriptus in matricula Notariorum.*

a ¶Quamuis illa gl.in uers.aliæ.sub §.sed istæ.de actionib.ad hoc cōmuniter allegetur per Doct.tamen nō uidetur loqui de iuramento, ut etiam aduertunt Angel. Aret.& Iason ibi. Habemus tamē alias gll. magis expressas in iure, uidelicet in l.j.C.ad leg.Cornel.de sic. ubi an quis occiderit animo occidendi, nec ne, statur iuramēto occisoris, quia hoc consistit in animo.& gl.in l.at qui natura.§.cùm me absente.in gl.mag. ubi Bart.ff.de neg.gest. gl. in l.j.§.hoc interdicto.in uerbo, usus.ubi Bar.de ui-ne.actuq; priu.gl. in l.si cui.§.ijsdē. ubi Bolog in interpretationibus post Bal.ff.de accu.Gl. notabilē in C.pro posuisti.82.distin. in uerb.nō probatur.& in C.qui et humanis.12.q.2. & in c.si uero.ij. de sent.excōmu. & in c.præsentiū. de testib.& in c.pastoralis.per illū tex.de except.Bartol.in infinitis locis relatis per Ias. in d.§.sed istæ.Et ultra concord.ibi per eum traditas, adde Oldra.cons. 286.in electionis negocio.Ang.cōs. 314.uiso.Anchar. notab.consil.159. rationes.in fin.& consil.174.dominus Lazarius.Roma.egregiè consil.198.ut clarior.in fin.ubi pulchrè.& consil.76.in causa nobilis.col.2.& consil.102.super eo.& cons.320.hæc istorum.& cons.481.præsentis.in fin.aliquid per Aret.in c.1.col.1.de accus.Floria.in l.j.§.fin autem.ff.si quad.paup.fe.dicatur.Cepoll.cons.24.uisa accusatione.col.penult.Deci.cons.160.in causa monasterij.Ex quibus locis habes bene roboratā autoritatibus hāc decisionē, quòd in his quæ consistunt in animo, utpota bona fide, scientia, uel ignorantia, & similibus, statur assertioni uel negationi alicuius cum iuramento.

b ¶Hanc autem decisionē, quòd in ijs quæ consistunt in animo, statur iuramento asserentis, limitat Ias.quatuor modis in d.§.sed istæ.de actio.in gl.magna.uers.in primis ergo limitat istum &c.& Fel.in c.significasti.de homici.Vltra quos tu limita, ut procedat in ijs quæ sunt parui præiudicij:secus autē si ageretur de magno præiudicio.ita limitat Paul.de Lyaz.in Clem.constitutionē.de elect.& Domin.de S.Gemin.in c.eos.de temporibus ord.in 6.Abb.in c.quosdam.de præsumpt.extrà.Feli.in c.cognoscentes.col.pen.uers.fallit tertio.de constit.& Hippol.Mars.sing.655.memoriæ.

1 DEcimoseptimo.†Præsumitur pro ma-
tricula.l.matriculã.in uerb. diuali pro-
batoria.ubi Bar.C.de agen.in reb.lib.xij. Et
2 sic†probat matricula quẽ esse de numero eo-
rum qui debẽt matriculari.Et idem not.Bar.
in l.petitionẽ.C.de aduo.diuer.iud. Et idem
tenent Bal.Paul.de Cast.Rom.& Corn.in l.
scriniarios.C.de testa.milit. Facit etiam in
3 simili,† quia in dubio pręsumitur pro æstimo
cõmuni.l.fi.ubi Bart.C.de præd.min.lib.xi.
l.cẽsualis.C.de donat.l.forma.§.i.& quod ibi
not.ff.de censi. Et dicit Ang.& Io.de Plat.
in l.rura.C.de omni agro deser.per illũ text.
4 †quòd si frater emit aliqua bona proprio no-
mine, deinde in catasto cõmunis fecit illud
prædium describi tanq̃ cõmune cæteris fra-
tribus, quòd sibi pręiudicabit,& censebit cõ
municatũ. allegat etiam l. solennibus. C. de
rei uend. Et hæc præsumptio facit ad quæ
5 stio,†an præsumatur quis Notarius eo ipso,
quòd reperitur descriptus in matricula No-
tariorũ.Et uidetur quòd sic,prout tenẽt Bal.
Salic.Rom.Paul.& Corn.in d.l.scriniarios.
Bal.in l.ij.ff.de offic.præt.& in l.ij.col.ij.C.
de sent.Ang.consil.cxl. quidam Matthæus.
Lud.Rom.in l.in ista.in ix.col.ff.de uerb.ob
lig.& Ias.in d.l.Barbarius.in quarta limit. u-
bi appellat istam ueram & cõmunem opinio
nem. Contrariũ tenuit Mart.Sillima.quẽ
refert & sequitur eius discipulus Ioan. And.
in addit.Specul.tit.de instru.ædit.§.restat.in
uerbo,& scias. per l.Herennius.ff.de decur.
iuncta gl.ubi q̃quis fuerit quis descriptus in al
bo,nõ tamen præsumit decurio.Nam si ma-
tricula induceret quasi possessionem officij,
prout dicũt præfati Doct. debuisset in illo ca
su habere locũ præscriptio. Et ita debet indu
ci illa lex,ut tollatur responsio Rom.in d.l.in
illa. Mouetur etiã alia ratione: quia matri-
cula est tanq̃ instrumentum asserens rem de
præterito factam, unde illi nõ statur. auth. si
quis in aliquo. C.de eden. Et istam opin.di-
cit de iure ueriorẽ Alber. de Ros.in l.cũ pre-
cibus.col.i. C.de fid.instr. Et idem expresse
approbant But.Innoc.& Feli.in c.i.ẽ.de fid.
instrum.& Alex.in d.l.scriniarios.& dicit ibi
Rom.quòd nõ auderet consulere contrariũ.
Et sine dubio, puto quòd hæc opinio sit ue-
rior, quia matricula cùm sit instrumentũ in-
ter alios factũ,nõ inter eum qui habet autori
tatem constituendi Notariũ,nõ debet facere
pręsumptionẽ sufficientẽ ad transferendum
onus probandi,sed solùm quãdam suspicio-
nem,ut habetur in l.ij.C.de eden.Vnde pos-
sunt concordari opiniones secundũ Ant.de
But.Alex.& Feli. ut si loquamur in matricu
la confecta de autoritate superioris, qui po-
tuit Notariatũ conferre,procedet prima opi
nio, quòd præsumatur pro ea.Si uerò est cõ-
fecta ab alijs quibus nõ cõpeteret talis facul-
tas,tunc matricula solùm faciet quandam su
spicionẽ,nõ autẽ probet titulũ.Et propterea
q̃quis Notarij in aliqua ciuitate constituãt col
legiũ,& habeant matriculam,tamen talis ma
tricula non probabit quem Notariũ,ex quo
ipsi nõ habent autoritatẽ creandi,sed talis au
toritas est reseruata Principi, ut habetur per
Innoc.in c.cùm P.tabellio. de fide instru.&
Bart.in l.nec ei.ff.de adopt.

PRAESVMPTIO XVIII.

1 *Dei memoriam habentes,non præsumuntur ad tutelas & curas libenter accedere.*
2 *Religiosi non possunt curas aut tutelas accipere, nisi cum superioris licentia: fratres minores autem nec cum licentia accipere possunt.*
3 *Religiosi si ferant arbitramenta,seruari debent,licet ipsi male fuciant cõpromissum acceptando.Et quid in fratribus minoribus.*

DEcimooctauo,†Præsumuntur qui Dei 1
memoriã habent,ad tutelas & curas nõ
libenter accedere, §. quoniã autẽ. in auth.ut
qui oblig. Et est ratio,quia ista satis deuiãt ho
minem à contemplatione diuina. quod nota
contra religiosos assumentes in se executo-
ris officiũ uel arbitratoris. Et†ex hac ratione 2
fuit introductũ, ne illa officia assumerent si-
ne licẽtia superioris.c.ij.de testa.in vi. Clem.
religiosus.de procurat.licet fratres minores
nõ possint,etiã cum licentia.Cle.exiui.uers.
item quòd executiones. de uerb. sig. & con-
suluit Bal.consil.cccxiij.in quinto. Alex.cõ
sil.lxxx. in quinto. Soci.cõsil.xcix. in tertio.
Et cũ istud sit simpliciter prohibitũ propter
honestatem, sequitur† quòd si ferant arbitra- 3
menta,debeant seruari,licet à principio ma-
lè fecerint cõpromissum acceptando, secun-
dum Feder.de Senis consil.ccxciij. factũ ta-
le,in fin. Rom.consil. ccccix. quo ad primũ.
in secundo dub.sequitur Felin.in c.decerni-
mus.in ij.col.de iudi.Ias.in l.patre furioso. in
iij.col.ff.de his qui sunt sui uel alie.iur. Sed
istud dictũ potest procedere in alijs religio-
sis,nõ in fratrib.minoribus,ex quo d. Clem.
exiui. habet in fine clausulam prohibitiuã &
pœnalem, unde actus redditur nullus. l. ne-
mo martyres,ubi Doct.C.de sacrosan.eccle.
& in l.nõ dubium.C.de legi.Item illa Clem.
continet eorum regulam,unde cõtraueníen
tes cõmittunt cõtra uotum suum solenne,q̃d
fit per professionẽ, unde actus nõ debet esse
alicuius effectus. c. rursus. qui cleri. uel uo-
uen.c.i.de uoto.in vi. Et illa opin. est expres-
se contra intentionẽ Bald. Alex.& Socini in
præallegatis consilijs, qui dicunt ista arbitra
menta nõ tenere,nõ simpliciter per illam ra-
tionem, quòd prohibeãtur propter honesta
tem,sed propter necessitatẽ regulæ,quæ eos
arctat, & quia sunt penitus mortui mundo.
Nec etiam Feder. de Senis in d. consilio au-
det hoc firmare,sed simpliciter dicit,forsitan
attentari;& dicit uerum in casu suo,uidelicet
in executore, quando est facta executio ap-
probata à partibus,ut ipsi loquuntur: & hoc
habet in se aliquid rationis: secus in arbitra-
mento,à quo aliquis reclamat.c.nisi essent.§.
de præben.Et in simili casu contra Feder.di-
cit Decius in d.c.decernimus. se consuluisse
unà cum Francis.de Aret.& ita resideo. Et
ad

ad dictã præsumptionẽ adde quod not. Bar,
in l.nemo potest.in quarta oppos.ff.de leg.i.
ubi dicit, quòd præsumitur quòd uir catholi
cus adeat hæreditatẽ, etiã quòd inde non spe
ret aliquod lucrũ: habebit enim satis cõmodi
à Deo, quia facit piũ opus, uoluntatẽ defun-
cti exequẽdo. §.si uerò expressim, in auth.de
hæred.& falcid. Et inde infert ad rationẽ, cur
hodie testator possit prohibere detractionẽ
falcidiæ; de quo dic ut ibi per eum.

PRAESVMPTIO XIX.

1 Electus ad officium, præsumitur dignus & sufficiens. Infertur ad Papã, episcopũ, sacerdotes, magistratus, doctores &c.
2 Doctor præsumitur sufficiens.
3 Præsumitur pro peritis in arte.
4 Electio alicuius si fuerit cassata, præsumitur in dubio cassata uitio fortunæ, non personæ.
5 Electus in officium, si reperiatur insufficiens, potest remoueri.
6 Medicus insufficiens potest reprobari.
7 Doctor qui aliàs fuit sufficiens, nũc autem propter senectutem uel infirmitatem reperitur insufficiens, an possit reprobari. Et quid in alijs officijs.

1 DEcimonono.† Præsumit̃ pro electo ad
aliquod officiũ, quòd sit dignus & suffi
ciens. Et propterea præsumit̃ pro sanctimo-
nia & integritate Romani Pont. quem apex
tantæ dignitatis anollit. C.nõ uos. iiij.distin.
Item præsumit̃ pro episcopo & sacerdoti-
bus. xi. q.iij. absit. Item magistratibus, ut in
auth.ut defun.seu fun.in prin. & ã uidimus.
2 Itẽ† præsumit̃ pro Doctore, q̃ sit sufficiẽs.
l.unic.C.de profess.qui in urbe Constantin.
lib.xij.& in l.i.§.ideoq́. C.de Iusti.Cod.cõp.
Item præsumit̃ pro eo qui publicè deputa-
tus est alicui officio, quòd ipse nec fallat, nec
fallat̃.l.ij.C.de põderatorib.& auri illa.lib.x.
3 Et generaliter,† pręsumit̃ pro peritis in ar-
te, & propterea illis credit̃. l. semel. C. de re
milit.lib.xij.Bal.in d.c.cùm inter Canon. de
elect.per moder.in l.i.§.fin.ubi latè diximus.
a ff.de uerb.obl.ª Et dicit Abb.post alios in c.
4 super eo,in fi.ã.de elect. q̃ si† electio alicuius
sit cassata, præsumit̃ in dubio cassata uitio for
tunæ, nõ autẽ personæ: quia hæc interpreta-
tio est benignior. l.si præses.ff.de pœn.fa.gl.
in §.suspectus.Instit.de suspect.tut. Adde
etiam quòd pręsumit̃ pro electo, q̃ sit gratus
eligenti, & cogente reuerentia eius uolunta-
tibus obediat.viij.q.ij.C.illud. Et si princeps
eligit aliquos Ambasiatores, præsumit̃ pro
sufficiẽtia ipsorũ, & quòd sint grati principi,
ut est tex.in epist.inter claras.§.liquet. in fin.
C.de summa trinit.& fide cath. & ibi Alber.
de Ros.not. Supradicta tamẽ præsumptio
5 recipit probationẽ in contrariũ: unde† tales
si probentur insufficientes, debent remoue-
ri.l.ut gradatim.§.reprobari.ff.de mun.& ho
nor. Et ideo si prælati sunt insufficientes,
debent deponi, ut est gl.cõmuniter approba
ra in c.i. in uerb.insufficientẽ. de renunc.lib.
vi. Quod tamen nõ procedit in Papa, ut ibi.
6 †Et medicus insufficiens reprobat̃. l.sed ut
reprobari.ff.de excus.tut. ubi Nicol.de Nea
pol.& Bal. Idem in Doctore, ut est tex.in l.
ij. C, de profess.& medi. lib.xi. Abb. in c. in
sui.de magist.& in c.cùm uenerabilis. in fin.
ubi moder. de excep.& q̃d not.Bar.in l.nun
quid.in fi.ff.si cert.pet. Et istud nõ habet du-
bium, quando à principio fuerãt insufficien
tes & indigni. †Sed pone q̃ semel fuerint 7
sufficientes, sed nũc nõ sunt, fortè propter se
nectutẽ uel aliam infirmitatẽ. Et uidet̃ adhuc
debere reprobari, ut est tex.in l.si quos iudi-
ces.C.de offic.præfect.præt.& ibi Alber.de
Ros.& Salic.ubi iudices propter longã infir
mitatẽ debent remoueri: & q̃d notãt moder.
in c.si pro debilitate.ã.de offic.deleg.& in l.i.
ff.de offic.eius cui &c̃.& in l.si longius.ff.de
iudi. In contrariũ fa. text.in C.q̃uis triste.
vij.q.i.& ibi Archid.& quod not.in c.i.J.de pa
roch. ubi episcopi q̃uis inhabiles propter in
firmitatẽ, nõ remouent̃. fa.quod not.Bar.in
l.i.§.diuus.per illũ tex.ff.de uari.& extraord.
ubi debetur merces aduocatis & iudicibus,
dummodo per ipsorũ uoluntatẽ nõ stet quò
minus seruiant. Puto distinguendũ. Aut
enim loquimur de officio quod magis datur
propter dignitatẽ, q̃ propter onus annexũ,
& quod est natura sui perpetuũ, & tunc non
debẽt propter infirmitatẽ seu inhabilitatẽ su
peruenientẽ remoueri. facit c.grandi.de sup
plen. neglig.prælat. in vi. Aut loquimur de
officio q̃d datur principaliter propter exerci
tium, puta de officio iudicaturæ, & tunc pro
cedit d.l.si quos. Debent tamen habere inte-
grum stipendium illius anni quo superuenit
inhabilitas.§.diuus.& q̃d ibi Bar.not. Item si
diutius fuerint in seruitijs principis, & in il-
lis cõsenuerint, spectar ad eius curã prouide
re, ne in senectute indigeãt.l.Lucius.ibi, ue-
teranis in præmiũ assigna.ff.de euict.

a ¶ Adde tex. ubi notat Bar. & allegat concor. in l.j. circa prin. ff. de uẽtre inspi. & idẽ Bar. in proœm. ff. per illum text. circa finem prin. & Bar. etiam in l. fin. ubi multa cõgerit Hippol. Mars. ff. ad leg. Corn. de sicar. Alex. consil. 179. uisa scriptura. col.1.lib.2.

PRAESVMPTIO XX.

1 Præsumitur pro inuentario. Vnde si hæres inuentarium in iudicio exhibeat, & dicat non esse alia bona in hæreditate, creditores uerò & legatarij contradicant, statur inuentario, nisi probent alia extare.
2 Negatiua ut possit partis assertione probari, iuxta gl. l.cum lege. de probat. an requiratur quòd cum assertione concurrat iuris præsumptio, aut aliqua coniectura.

VIgesimo.† Præsumitur pro inuentario. 1
Et propterea si hæres illud exhibeat in
iudicio, & dicat nõ esse alia bona in hæredita
te, creditores uerò & legatarij contradicant,
stabitur inuẽtario, nisi ipsi probent alia exta-
re.l.scimus.§.licẽtia, C.de iure deli.ubi Bart.
& Doct. Et dicit Ioan.de Imol. Alex.& Iason
in l.si constante. ff.solu.matr. quòd istud est,
quia aliàs sequeretur, quòd hæres subtraxis-
set bona hæreditaria, quod delictum non de-
bet præsumi. l.meritò. ff. pro socio. & ita te-
nent Alex.& Aret. in l.in illa. in penult. col.
ff. de uerb.oblig. Et propterea concludit Ias.
in d.§.licentia.& in d.l.si constante.in prima
quęst.Bar.quòd gl.in l.cũ de lege. ff.de pro-
bat.uolens† negatiuã probari per assertionẽ 2
partis, nõ habet locũ, nisi cum tali assertione
concurreret aliqua præsumptio iuris. Sed
tu aduerte: quia si intelligamus de uera præ-
sumptione iuris, illa ex se absq; alia assertiõe

transfert onus probandi. l. siue possidetis. C.
de probat. & uidimus suprà in prin. & sic illa
gl. nobis seruiret de nihilo, quæ tamen uidet
cõmuniter approbata, ut per Doct. in d. l. si
cõstante. & Alex. in rub. ff. de noui op. nunc.
col. pen. & Franc. de Curt. consil. xxvij. col.
viij. & seruatur in practica, ut per Bal. consil.
cccxviij. in primo. Item non esset aliqua diffe
rentia inter probationẽ affirmatiuæ & nega-
tiuæ, & tamen Bar. & Doct. in d. l. in illa. pro
pter difficultatem probationis negatiuæ ad-
mittũt istam probationem per assertionem.
Vnde intellige dictum Ias. procedere, etiam
quando cum assertione partis concurrit ali-
qua pręsumptio leuior, quàm sit pręsumptio
iuris: & sic, dummodo cõcurrat aliqua suspi-
cio seu coniectura. Et istud necessariò infer-
tur ex ratione Doct. dum dicunt istud esse in
casu d. §. licentia. quia aliàs præsumeret̃ deli-
ctum. d. l. meritò. Nam præsumptio oriẽs ex
d. l. meritò. non est sufficiens ut operetur in
præiudiciũ tertij, secundum gl. in c. statutũ.
§. cùm uerò. de rescript. in vi. & per Feli. in c.
cùm in iure. de offi. deleg. & ã uidimus. Sed
est in tali casu simplex suspicio, & tamen suf-
ficit iũcta assertione, quoad probandam ne-
gatiuam. Et propterea dum Iason in d. §. li-
centia. dicit quòd in practica usus est simili
cautela, ad probandũ quòd aliquis mortuus
esset nullis relictis filijs: putarẽ istud procede
re, quãdo aliqua suspicio pro hoc esset, puta
quia adessent aliqui testes de auditu uel cre-
dulitate, qui faciũt saltẽ suspicionẽ, ut per Ias.
in rub. ff. de iureiur. in vij. limit. Idem si nun
cius missus ad loca in quibus uerisimiliter de
beret extare fama, de hoc referret nõ esse ali-
quam famam. arg. not. per Bar. & Doct. in d.
l. in illa. & nota, quia quotidiana.

PRAESVMPTIO XXI.

1 *Dispositio quælibet præsumitur esse uera.*
Ibi. *Error nõ præsumitur, nisi probetur. Et ut probetur error.*
2 *Minor præsumitur errore confessus delictum, quando alia pro batio non aderat.*
3 *Confessio si statim reuocetur, non est opus probare errorem.*
4 *Mulier si ex confessione damnificetur, an præsumatur potius iuris error, quàm donatio.*
5 *Confessio negatiua quam pars non acceptauit, potest reuocari prætextu erroris: secus si pars acceptauit.*
6 *Confessio non acceptata an probet.*
7 *Renunciatio non acceptata non iuuat.*
8 *Confessio non inducit nouum contractum, sed eum qui iam in- ductus est probat.*
9 *Confessio facta parte absente, facit semiplenam probationem.*
10 *Confessionem factam à parte, uidetur pars tacens acceptare.*
11 *Confessio acceptata an possit reuocari.*
12 *Recognoscens rem propriam in emphyteuson uel censum etiã ab ecclesia, præsumitur errore hoc facere. Intellige & de- clara ut num. 13.*
Ibi. *Recognitio facit præsumi dominiũ esse illius cui recognoscitur.*

1 VIgesimoprimo. † Præsumit̃ quælibet di-
spositio esse uera. l. i. ubi Bald. C. de fal.
cau. adiec. lega. Et cõsequenter, error nõ pre
sumitur nisi probetur. l. si post diuisionẽ. C.
de iur. & facti ignor. Probatur autem ex an-
tecedentibus & subsequentibus, ut per Bar.
in l. error. C. de testa.[a] Item si probetur rem a
aliter se habere. d. l. si post diuisionẽ. declarã-
do ut per Bar. in l. nõ fatetur. ff. de cõfessis. et
Doct. in c. fi. ã. eod. tit.[b] Item in aliquibus ca- b
sibus probatur eo ipso, quòd nõ probat̃ con
trarium: ut in minore † confitente delictum, 2
quãdo alia probatio nõ aderat, ut per Doct.
in l. certũ. §. in pupillo. ff. de confessis. & per
Alex. in l. nam & postea §. si minor. ff. de iure
iur. & in consil. cxvi. in secũdo. Idem † quan 3
do confessio incõtinenti esset reuocata: nam
tunc non esset opus aliter probare errorem.
gl. in c. fin. in uerbo, iusta causa. de iureiur. in
vi. per Ias. in l. error. in ij. col. C. de iuris & fa-
cti ignor.[c] Idem quando cõstaret aliquem c
in una parte cõfessionis iuratæ errasse: nam
de facili debet iudex credere eum etiã in alia
idem fecisse. arg. l. si ex falsis. C. de trãsact. &
ita dicit Com. consil. cliiij. in ult. col. Idem
† in muliere cõfitente aliquid, dum damnifi- 4
caretur. Nam potius in ca præsumit̃ iuris er-
ror, ꝙ quòd uelit de suo donare. arg. l. cũ de
indebito. ff. de probat. & ita tenet Com. con-
sil. xxxvij. in fin. de quo tamen dicendũ est ut
per Bar. & Doct. in l. fin. C. de iur. & fac. ign.
Aret. consil. cxiiij. in fin. Idem † in cõfessio 5
ne negatiua, quam pars nõ acceptauit, secun
dum Bal. in l. nõ solùm. in prin. in ult. col. ff.
de procur. Vbi uerò pars acceptasset, quæli-
bet confessio generaliter nõ potest reuocari
prætextu erroris, ex quo dicitur ius quæsitũ
parti, secundũ Bal. in l. Gallus. §. quidã rectè.
in ij. col. ff. de lib. & posthum. Rom. Aret. &
moder. in l. i. §. si quis simpliciter. ff. de uerb.
oblig. Alex. consil. xc. ferè omnis. in i. uol. Et
ex hoc dicto ponderat Ias. in d. l. error. quòd
confessio licet nõ acceptata teneat ex se, nisi
probetur error. quod non admittitur ubi sit
acceptata, secundũ supradicta. Sed uidea-
mus de ueritate utriusq; dicti. † Et quòd con- 6
fessio non acceptata non probet, uidetur te-
nuisse Cyn. in l. i. in vi. quæst. C. de confessis.
& ibi Salic. in xv. oppos. & in l. generaliter. in
vi. quæst. C. de nõ num. pec. cum concor. per
Ias. in d. l. error. & in l. postꝗ liti. C. de pact.
Feli. in c. si cautio. de fide instr. & in c. capitu
lum. in xv. col. de rescript. & est diffusum con
silium Francis. de Cur. consil. lxxvij. incip. su
per articulo. Mouentur omnes: primo, quia
confessio requirit simultaneũ consensum u-
triusq; partis: ꝗd ostenditur arg. illius dictio-
nis, Cum: dicitur enim ab illa dictione, & à
uerbo, faris uel fare fatur, secũdum eos.[d] Sed d
ista ratio nõ est uera, quia imò deducit̃ à uer-
bo Cõfiteor, nec est differẽtia, siue quis dicat
fatetur, siue confitet̃. l. ij. ff. de cõfess. Secũ-
do, quia in cõfessione quasi cõtrahit̃. l. de æta
te. §. qui interrogatus. ff. de interrog. act. sed
in quasi cõtractu consensus exigit̃. l. obliga-
tionũ substãtia. §. i. ff. de act. & oblig. Sed tu
responde, ꝙ respectu consitentis requiritur
consensus: & ita loquitur d. §. qui interroga-
tus. nõ respectu partis. Et dato ꝙ cõsensus u-
triusq; requirat̃, debet sufficere acceptatio,
etiam

a ¶ De probatione erroris in ultimis uoluntatibus, uide amplissimè Vitalem de Cambanis, in tract. claus. fol. 42. uers. sequitur qualiter probetur error in ultimis uoluntatibus.

b ¶ Et per Deciũ not. cons. 408. in presenti. per totũ.

c ¶ Et Alex. cons. 91. uiso & opportunè &c. col. fin. lib. 5. & cons. 87. quamuis. eod. lib. ubi limitat, nisi fuisset redacta in scriptis: tunc enim nõ posset reuocare, nisi docto de errore, per iura & autoritates copiose per eum.

d ¶ Et Alex. consil. 112. ponderatis his. col. 6. uers. alia ratione. lib. 6. & consil. 111. uiso superiore. col. penul. nu. 5. & 6. lib. 3. ubi etiam asseuerat hac ratione cõfessionem non acceptatam nõ probare. & cons. 20. in causa. lib. 4. ubi autoritatibus comprobat. & consil. 82. eod. lib. Et Hippol. Mars. latè autoritates adducit in rub. de proba. nu. 113. & latius in l. de unoquoq;. nu. 125. & seq. de re iudic. ubi infinitas autoritates adducit, ibi uideto.

etiam ex post facto, sicut in cõtractibus, qui
regulariter nõ uitiãtur per interuallũ. l. si sti-
puler, in fin. ff. de uerb. oblig. Tertio addu-
7 citur, quòd † renunciatio nõ acceptata, nõ iu
uat, secundũ Bald. in c. cùm uenissent. in iiij.
col. de caus. poss. & proprie. & in l. iij. & in iij.
not. C. de repud. hæred. & quod not. Bart. in
a l. post ꝗ̃ liti. C. de pact.[a] Sed responde, quòd
dato quòd istud sit uerũ, nõ tamẽ facit in pro
posito: quia eo ipso quòd pars uult uti tali cõ
fessione, satis dicit eam acceptare. Nec Bal.
requirit quòd acceptetur in cõtinenti, sicut
nec Cyn. in d. l. unic. in vi. quæst. & ĩ declara-
bo. Contrariũ ergo est uerius: pro qua opi
8 nione primò facit, quia † confessio nõ inducit
nouũ cõtractum, sed eum qui iam inductus
est probat, & sic succedit loco probationis. l.
Publia. §. fi. ff. depos. Floria. in d. l. cùm de in-
debito. §. fin. Doct. in l. inter chartulas, ubi Ia
cob. Rebuf. C. de iure fisci. lib. x. Vnde sicut
probatio nõ requirit acceptationem, imò ex
quo dependet à iure publico, satis est quòd
inducatur à parte, ita cõfessio satis est quòd
à parte probet: & eo ipso quòd pars allegat
in sui utilitatẽ, dicitur eam acceptare: sicut in
simili dicimus de præsumptione legis, quæ
etiã ipsa relenat ab onere probandi, sicut cõ-
fessio, ut habetur in rub. ñ. de probat. Et satis
est quòd allegetur à parte. l. si adulterium. §.
idem Pollioni. ubi Bar. ff. de adul. Quamuis
ergo Doct. antiqui requirãt acceptationem
confessionis, non tamen uolunt quòd fiat in
cõtinenti: imò satis est quandocunq; pars al-
leget, an ea uti uelit. Secundo pro ista opi
nione adduco doctrinã Bart. cõmuniter ap-
probatam, in l. admonendi. ff. de iureiur. ubi
9 uoluit † quòd confessio facta parte absente,
faciat semiplenã probationẽ: ergo si pars sit
præsens, debet plenè probare, quãuis nõ ac-
ceptata: aliàs sequeretur absurdũ, ꝙ plus ope
raretur si fieret parte penitus absente, ꝗ̃ præ
b sente.[b] Tertio adduco doctrinã Bart. in l. i.
ff. de pact. ubi si promitto tibi præsenti & ta-
centi, tamẽ est pactũ, nõ pollicitatio: quia lex
præsumit tacitũ cõsensum, ex quo agitur de
utilitate tua. l. qui paritur. ff. mand. & est com
munis conclusio in rub. ff. de uerb. oblig. Er
10 go idem debemus dicere in cõfessione, † quia
pars tacens uidetur eam acceptare & consen
tire. Et per istam rationẽ hoc tenuit Alex. in
d. l. iij. C. de repud. hære. licet Franc. de Cur.
in d. consil. lxxvij. nõ bene aduerterit ad fun-
c damentum ipsius.[c] Idem expresse tenuit Ab
bas in c. fin. in tertio notab. de success. ab in-
test. Socin. in consil. ccxxviij. in ij. col. Ioan.
Bapt. de S. Seuerino in repet. l. admonendi.
col. lxvij. ff. de iureiur. ubi dicit istud esse de
mente omniũ Canonistarũ in d. c. fin. & puto
quòd dicat ueritatẽ, ex quo in illo casu Doct.
tenent quòd confessio plenè nõ præiudicat,
quia incidenter facta, non quia quòd nõ es-
set acceptata. Et si huic sententiæ adderemus
autoritatẽ Baldi in d. §. quidã rectè. & aliorũ
in d. §. si quis simpliciter, ista secunda opinio
quæ est uerior, haberet etiã longè plures au-
toritates pro se. Bene fateor, ꝙ quãdo iudex
ex qualitate negocij & personarũ deprehen-
deret talem confessionẽ emanasse ioco, uel si
mulate, tunc nõ probaret. Et isto casu proce-
dit quædam ratio Sali. in d. xv. oppos. Cir
ca secundum dictum, † an cõfessio acceptata 11
possit reuocari, licet Ias. in d. l. error. alleget
Bal. tenentẽ quòd nõ, tamen Bald. & Doct.
nõ ita simpliciter loquunt, sed uolunt, quod
si sit acceptata, nõ possit reuocari etiã incon-
tinẽti, nisi probato errore. & istud est uerius,
& ita etiam tenẽt Aret. & And. Sicul. in d. §.
si quis simpliciter. & ibi dixi.[d] † Reperitur d
etiam alius casus, in quo lex præsumit erro- 12
rem absque alia probatione: uidelicet in eo,
qui recognoscit rem propriam in emphyteo
sim uel cẽsum ab alio, etiã si ab ecclesia: nam
nisi expresse cõstet ꝙ istam recognitionẽ fe-
cit, sciens rem esse suam, & uolens transferre
ius in alium, pręsumet recognitio per errorẽ
facta, secundum Specul. ut. de locato. in viij.
col. uers. an quis soluẽs. per Alex. cons. lxix.
in pen. col. in v. & facit ꝙd not. Bart. & Doct.
in l. si rem aliquam. ff. de acquir. poss. Raph.
Comen. consil. clxv. Gaspar. cum similibus.[e] e
† Quod intelligo, quando cõstaret esse reco-
gnoscentis: aliàs eo nõ constito, illa recogni-
tio faceret pręsumi quòd dominiũ esset illius
cui recognoscitur, nisi probaret cõtrarium,
secundum doctrinã Bart. in l. cùm falsa. uers.
quid si confiteor. C. de iuris & facti ignoran.
Bald. in l. si certis annis. in v. col. C. de pactis,
Raph. Comen. consil. clxxxvij. in fin. Guid.
Papæ in decisione Delph. quæst. cclxxij. per
totum, cum cõcord. per Iasonẽ in l. ij. in xvi.
quæst. C. de iure emphyt. declarando ut non
procedat quo ad tertiũ, ut per Soci. consil. cc
lxvi. in v. col. Cætera dic ut per Bart. in d. l. nõ
fatetur. & Doct. in c. fin. de confess.[f] f

PRAESVMPTIO XXII.

1 *Sententia lata contra absentẽ, præsumitur lata potius ob cõtumaciam, quàm quòd malam causam habeat. Declaratur num. 9.*
2 *Statutũ uolens patrem teneri ad pœnam pecuniariam pro filio homicida, non habet locum si filius sit damnatus ob contumaciam.*
3 *Notarius quis si in parte instrumenti falsum fecerit, totũ instrumentũ corruat, si tamẽ ob contumaciã uigore statuti de falso damnatus fuerit, nõ corruit totũ instrumentum.*
4 *Bannitus si cõmisit delictum irrogans infamiam, ubiq; (etiã extra territorium) infamis est, nisi per contumaciam tantùm de delicto constet.*
5 *Bona damnatorum ob contumaciam, uigore statuti habentis eos pro conuictis & confessis, non censentur applicata fisco in consequentiam condemnationis.*
6 *Statutũ uolens damnũ emendari, intelligitur si prius constet de damno illato, nõ autẽ fictè per contumaciã accusati.*
7 *Sententia lata secundum positiones confessas ex cõtumacia, potest pars probare contrarium: secus si lata sit ex confessione uera.*
8 *Sententia lata propter contumaciam, non præiudicat in alia causa, etiam inter easdem partes: nec præiudicat alteri, etiam in casibus in quibus sententia solet præiudicare.*
10 *Bannitus ob contumaciam, si deinde fuerit admissus ad defensiones, poterit tamen absque aliquo nouo indicio torqueri.*

a ¶ *Et Hippolyt. Marsil. in rub. de probat. num. 114.*

b ¶ *Accedat qđ uoluit Imol. in c. si cautio. de fide instru. quẽ ibi refert & sequitur Felin. col. ix. uers. undecimo fallit. & Hippol. in rub. de proba. nu. 96. qđ licet confessio facta absente parte nõ probet, tamen si absente parte aliquis cõfiteatur coram alio quo se debere certam pecuniam alicui, & ille coram quo fit cõfessio acceptet pro absente & nomine absentis illam confessionem, si demum absens ille ratificet, illa cõfessio probat & obest confitenti: quod probãt & confirmãt iuribus ut per eos. Adde etiã eundem Hippol. in l. si quis ne quæstio. nu. 118. ff de quæstionib.*

c ¶ *Sentire etiam uidetur Deci. consil. 146. col. ij.*

d ¶ *Et quòd cõfessio acceptata possit reuocari probato de errore, tenet etiam Alex. cons. 92. col. fi. lib. 5. ubi allegat Bal. in loco hic allegato.*

e ¶ *Vide præceptorem meũ à Ripa, in d. l. si aliquã rem. nu. 34. ubi citat Corn. cons. 302 circa primũ. lib. 1.*

f ¶ *An per recognitionem præsumatur & probetur dominiũ in fauorem concedentis cõtra recognoscentẽ, uel eius hæredes, & an cõtra tertiũ possessorẽ, melius quam alibi uide Dn. meum à Ripa in d. l. si aliquam rem. nu. 38. 39. 40. & seq.*

1 VIgesimosecundo.†Sententia lata cõtra
absentem, præsumitur potius lata ratio
ne contumaciæ, quàm quòd malam causam
habeat. l. Papinianus. §. meminisse. ubi Bart.
& Doct. ff. de inoffi. testa. l. & ideo. ff. de eui-
ctio. quod dicit Bart. esse notandum ad mul-
ta. Et hoc primo facit ad id quod not. Bart. in
l. cùm filius. in prin. ff. de uerb. oblig. ubi† sta
2 tutũ uolens partẽ teneri ad certã pœnã pecu
niariã pro filio homicida, nõ habebit locũ si
filius sit cõdemnatus de homicidio in contu-
maciam, dato quòd ex forma statuti cõtuma
ces habeantur pro confessis & conuictis. Et
ita etiam tenuit in disput. iij. incip. statuto Pe
rusinæ ciuitatis. & cõmuniter approbatur, ut
ibi per Ias. & Corn. consil. clxxxix. in primo.
& consil. cxliij. in secundo. Secundo facit
ad id quod not. Bal. in l. fin. C. de fide instru.
3 †ubi quãuis Notarius si fecerit falsum in par
te instrumenti, totum instrumentũ cancelle-
tur: tamen si non constat de isto falso nisi ui-
gore condemnationis latæ in contumaciam
propter dictum statutũ, cætera sustinebunt.
sequitur Riminal. in l. si ex falsis. C. de trans-
actio. col. fin. ubi declarat hoc dictũ. Ter-
tio facit ad id quod not. Alber. de Rosa. in l.
4 ex ea. ff. de postul. ubi† si aliquis bannitus cõ
misit delictum irrogans infamiam, etiã quòd
tendat extra territorium, tamen semper eum
infamia sequitur, sicut lepra leprosum. Si ue
rò non constat de illo delicto nisi per contu-
maciam, non erit infamis neq; in ipso territo
rio, prout latius firmat Bart. in l. ictus fustiũ.
ff. de his qui not. infa. Alex. cõsil. cxiiij. in ij.
uol. Et ultra prædictam rationem assignatur
alia ratio: quia talis censetur bannitus potius
uigore statuti, quàm ex lege publici iudicij,
ex quo omnia statuta sunt leges priuatorũ iu
diciorũ, secundum Bal. Ang. Salic. & Rom.
in l. ij. C. qui testa. fa. poss. cum concord. per
Corn. consil. xlij. in i. uol. unde tales non cen
sentur infames, nec continent in l. i. ff. de his
qui not. infam. quæ lex loquitur de damnatis
ex publico iudicio. Et propterea inferũt,
5 †quòd bona talium condemnatorũ, in conse
quentiam condemnationis, nõ censebuntur
applicata fisco, prout etiã tenuit Ang. in au-
then. bona damnatorũ. C. de bonis proscrip.
Est uerum quòd cõtra hanc rationem tenet
Aret. in l. eius qui. §. i. ff. de testa. quia licet sta
tutum imponat nouam pœnam pro crimine
publico, nõ tamen tale iudicium ideo desinit
esse publicũ, secundum Bart. in l. i. ff. de pu-
blic. iud. in ult. col. & uidetur statutum sub-
rogari loco iuris cõmunis, & habere eosdem
effectus, ut ibi per eum. Vnde melior est ra-
tio, quia d. l. i. loquens de cõdemnato, debet
intelligi de condemnato uerè, non per fictio
nem statuti. l. iij. §. hæc uerba. ff. de neg. gest.
6 Quarto facit, quia† si statutũ uelit damnũ
emendari, debet intelligi, si prius constet de
damno illato, non autem fictè per contuma-
ciam accusati: secundum Rayn. de Forli. in l.
ij. ad fin. ff. ad Syllan, quem refert & sequitur
Bald. in l. si quando, C. unde ui. Quinto fa
cit, † quia ubi sententia est lata secundum po- 7
sitiones confessas ex cõtumacia, potest pars
probare contrarium: secus si sit lata ex cõfes-
sione uera, secundum Ant. in c. fin. ẽ. de con-
fessis. arg. gl. in c. ex tuarum. de purga. cano.
& idem tenet Imol. in l. creditor. §. iussus. ff.
de appell. & latè per Francis. de Aret. consil.
cxlvij. uisa consultatione. in primo dubio.
Sexto facit, † quia talis sententia lata pro- 8
pter contumaciam, non parit præiudiciũ in
alia causa, etiam inter easdem personas. l. ij. §.
diuus. & l. eius qui delatorem. ff. de iure fisci.
Quod nõ esset, si fuisset lata propter malam
causam, ut per Bald. in l. ij. C. de eden. Corn.
consil. ccxi. in fin. in iij. uol. unde etiam talis
sententia nunq; præiudicat alteri, etiam in ca
sibus in quibus aliàs præiudicaret. l. qui re-
pudiantis. in fi. ff. de inoff. testa. & d. l. & ideo.
ff. de euict. gl. in §. fin. Instit. de noxal. Bar. in
d. l. cùm filius. Bal. in l. i. in vi. quæst. C. ne fil.
pro patre. Declaratur † supradicta pręsum 9
ptio, ut licet talis contumax non pręsumatur
succubuisse propter malam causam, sed pro
pter cõtumaciam, habeat tamen cõtra se etiã
aliquã præsumptionẽ malæ causæ, arg. c. nul
lus. ẽ. eod. ubi præsumitur contra eum qui di-
lationibus quærit subterfugere iudicium. Et
facit illud quod notabiliter dicit Bal. in l. i. in
vi. col. C. de hære. instit. ubi † si aliquis sit ban 10
nitus in contumaciã pro aliquo crimine, de-
inde admittatur ad nouas defensiones, iube-
rit tamen contra eum aliqua suspicio delicti,
& propterea, etiam sine alio indicio, poterit
torqueri. arg. l. milites. C. de quæstio. l. ij. &
iij. ff. de requir. reis. quod nota in practica.

PRAESVMPTIO XXIII.

1 *Opus in suo faciens, an & quando præsumatur nocendi ani mo facere.*

2 *Opus in suo facere an alicui liceat, si ex eo facto alteri quàm sibi resultet utilitas, & alteri noceat.*

3 *Frater unus si uult uendere partem suam castri alicui extraneo, solùm ad æmulationem fratris, non potest, nec ualet uenditio.*

VIgesimotertio. † Præsumitur si quis ali- 1
quod opus in suo agat, non nocendi a-
nimo facere. l. fluminũ. §. fin. & l. seq. ff. de da
mno infect. Quod intellige procedere, quan
do tale opus sibi facienti prodest: aliàs si nihil
sibi prodesset, & alteri noceret, præsumeretẽ
facere ut noceat, & non permitteretur, quia
dolose ageret, secundum Ioan. Fab. Instit. de
leg. Fusia Cani. tol. & l. i. §. deniq; Marcellus.
ff. de aq. plu. arc. & ita intelligitur l. domũ. ff.
de reg. iu. & idem tenet Imol. in l. si in eo fun
do. ff. de aq. plu. arcen. Et istud etiam uolue-
runt Cyn. Rayn. & Salic. in l. altius. C. de ser-
uit. & Paul. de Cast. in l. cum eo. ff. de seru. ur
ba. præd. Barthol. Veroneñ. in tract. de seru.
urb. præd. tit. de solo seu area. col. ij. uers. se-
cundo fallit. & per Alex. consil. clxxiiij. in ij.
uol. Et hoc est utile ad multas quæstiones, de
quibus ibi per eos. Et puto quòd etiam quæ
libet leuis utilitas erit cõsideranda, ad finem
quòd

quòd iste permittat facere in suo quod uult, arg. l. res bona fide. ubi gl. ff. de cõtrah. empt. & l. quamuis. C. de distract. pignor. Et ita intelligitur regula l. nullus uidetur. ff. de regul. iur. nam iniuriam alteri non facit, qui utitur iure suo. Sed si aliqua utilitas sibi non resultet, nõ dicitur uti, sed abuti ad nocumentum
a tertij.[a] †Quid autẽ si ex tali facto alteri resul
2 taret aliqua utilitas, licet sibi nõ resultet? Putarem licitũ esse facere in suo, licet alteri inde noceat. l. cũ in fundo. §. i. uers. quòd si uxor. ff. de iure dot. Nec obstat text. in l. uitrilis. §. si adierit. ff. de legatis præstan. quia respõdet Ioan. Fab. quòd ibi ille faciebat principaliter ut noceret huic, sed non ut prodesset alteri. Sed istud mihi nõ placet, quia diuinat. Vnde dic, quòd in isto casu ille nõ utebat iure suo, ex quo edictum prætoris simpliciter illi conseruauerat portionẽ suam, ut sibi prodesset, nõ ut alteri. Et propterea si admonitus adijt hæreditatẽ ut noceat emancipato, debet teneri de dolo, licet prosit seruis. Pro opin. tamen Io. Fab. facit quod not. Bal. in l. i. in pen. quest. C. qui testa. facere poss. ubi dicit, quòd
3 †si unus frater uult extraneo, puta Veneto, uendere partem suam castri, si principaliter hoc facit ad æmulationẽ alterius fratris, non potest, nec ualet uenditio. l. quicunq; castellorum. C. de fundo limitro. lib. xi. & in simili quod notant Bar. Paul. de Cast. & moder. in l. ij. C. ne fiscus uel respub. & Ias. in l. serui electione. §. Labeo. ff. de lega. i. Sed respõde, quòd illud procedit in castellis, quæ natura sui præstant magnam securitatẽ uolenti offendere, præsertim quando sunt limitropha, ut ibi dicitur: unde illud non est trahendum generaliter ad quaslibet res, prout satis sentiunt Doct. in d. l. ij. & in d. l. quicũq;. Cætera dic ut per Io. Fab. in dicto loco, & Bar. in l. ij. in iiij. col. ff. solu. matr. Lud. Rom. in d. l. fluminum. §. finali.

PRAESVMPTIO XXIIII.

Vigesimoquarto. Verberans seruũ communem, nõ præsumitur id facere causa iniuriæ alterius domini, sed potius iure suo. Litem apud Labeonem. §. si comunem. ff. de iniur. Idem in fructuario uel proprietario tantũ, ut ibi. quod tamen puto intelligendũ, nisi ex qualitate uerberũ aliter esset coniecturandum, per ea quæ in simili notat Alex. con sil. ciij. in iij. col. in primo. & supra diximus. facit tex. in l. i. C. de emend. propinq. & gl. in l. nullus uidet. ff. de reg. iur. ubi licitũ est propinquo, uerberibus corrigere minorẽ, dum tamẽ nõ excedat ex facti atrocitate, quia tũc hoc pertinet ad iudicem: & uidimus supra in prima regula. Et adde etiã tex. in l. aduersus. C. fam. ercisc. ubi nõ datur actio expilatæ hæreditatis aduersus cohæredẽ, quia lex præsumit quòd acceperit bona hęreditaria ratione partis suæ, non malo animo subtrahendi.

PRAESVMPTIO XXV.

1 *Præsumitur quis militare de pecunia patris uel affinium.*
2 *Empta res de pecunia mea, non est propterea mihi obligata.*

Vigesimoquinto. †Præsumitur quis mili 1
tare ex pecunia patris uel affinium. l. fi. C. de pigno. ubi si quis habens omnia sua obligata, emit militiam filio uel cognato, potest creditor intentare ius hypothecæ cõtra talẽ, quia lex præsumit emptã de pecunia sua: de quo etiã per Bar. in l. Imperator. §. fin. in fin. ff. de leg. ij. Quod hodie declaratur per auth. ibi positam, ut procedat quando creditor ad hoc mutuauerat pecuniam, ut emeretur militia: alioqui regula est, †quòd res empta de 2
pecunijs meis, mihi obligata nõ est, nec in ea sum potior iure hypothecæ. l. quamuis ex ea. C. de pignor. præterquã in certis casibus, de quibus in l. interdum. ff. qui pot. in pig. hab. per Cepoll. cautel. cxxiiij. uulgata est regula. & habetur in tract. clausularum Vitalis, col. xlvij. in uerb. & specialiter obligauit.[b] b

PRAESVMPTIO XXVI.

1 *Vxor quicquid acquisiuit cõstante matrimonio, præsumitur acquisiuisse de bonis mariti, ratione turpis quæstus euitandi. Declaratur & restringitur num. 2.4.6.7.8.10.12.14.15.16.*
2 *Concubina an præsumatur acquisiuisse de bonis concubinarij, quæ acquisiuit durante concubinatu.*
3 *Donatio est permissa inter concubinam & concubinarium, nisi sit miles uel Doctor.*
4 *Vidua post annum luctus aliquid emens, an præsumatur emisse de pecunijs prædefuncti.*
6 *Vxorem acquisiuisse constante matrimonio uel intra annum luctus, an agenti incumbat onus probandi, ad hoc ut procedat præsumptio l. Quintus. ff. de donat. int. uir. & ux.*
7 *Vxorem acquisiuisse de bonis mariti si extraneus dicat, an audiatur, sicut audiretur maritus uel eius hæredes.*
8 *Vxor quæ acquisiuit constante matrimonio, licet præsumatur de bonis mariti acquisiuisse, tamen in possessorio iudicio debet ipsa obtinere, scilicet quando ipsa sola possideret: secus si cum marito.*
9 *Mariti præsumuntur esse quæ in sua domo reperiũtur, quãuis sint uxoris.*
10 *Vxor quæ habet bona, uel est negociatrix, uel apparet quòd aliunde habuit, non præsumitur de bonis mariti acquisiuisse.*
11 *Vxor si fuerit negociatrix, an quæ acquirit, uiro acquirat, quasi teneatur operari uiro.*
12 *Vxor si affirmat & probet, quòd bona quæ acquisiuit constante matrimonio, habuit ab amasio, illa non acquiruntur marito.*
13 *Vxor si probauerit sibi fuisse aliquid donatũ ab aliquo consanguineo, cessat præsumptio & dispositio l. Quintus. de donat. inter uir. Et quid si sit illi donatum ab extraneo.*
14 *Vxor licet empta cõstante matrimonio, præsumatur de pecunia mariti emisse, rerum tamen dominiũ non transit in maritum, sed solum agere poterit ad precium rerum.*
15 *Vxor non præsumitur constante matrimonio quæsita, de bonis mariti acquisiuisse, si habeat fortiorẽ præsumptionẽ pro se, quòd aliunde acquisierit ex quæstu honesto.*
16 *Maritus si confiteatur, quæsita per uxorem constante matrimonio, esse lucrum ipsum uxoris, an illi confeßioni stetur, maximè in præiudicium tertij. & num. 17.*

Vigesimosexto. †Præsumitur uxor quic- 1
quid acquisiuit cõstante matrimonio, acquisiuisse de bonis mariti, ratione turpis quæstus euitandi. l. Quintus. ff. de donat. inter uirũ & ux. l. etiam. C. eod. c. significauit. J. eod. tit. Et propterea talia bona erunt mariti, seu eius hæredũ.[c] †Declara primo istud nõ c
procedere in cõcubina, quia lex facilius prę- 2

refert Alex.in d.l.centurio. in quarta chart.
ubi dicit, quòd miles uidetur uti priuilegio,
quando utitur uerbis directis, quæ ſecũdum
proprietatem uerborũ denotant priuilegiũ.
ſequuntur moder.in d.l.in teſtamento. Ter
7 tio limitatur,†ut non procedat in actu, qui
quaſi priuilegiato cõmittitur: quia qualitas
ſecundum quam agit eſt attendenda. l.nõ id
circo.C.de iur.& facti ign. l. cùm proponas.
§.i.ubi Ang. ff.de inoffi.teſta.& ita procedit
text.in l.ex militari. ff.de teſta.milit.& ĩn l.ſi
quis filio.§.irritum. ff.de iniuſt.rupt.teſta.Et
iſtud maximè procedit, quia in caſu d.l.ex mi
litari.non præiudicat in aliquo iuri cõmuni,
ex quo qui habet facultatẽ teſtandi iure mili-
tari, multò fortius poterit teſtari iure cõmu-
ni,& renũciare priuilegio, ſi uelit. l.ſi quis in
cõſcribendo.C.de pact.fa.l.nõ eo minus.C.
8 de teſta. Quarto limitat,†quãdo aliàs actus
nõ teneret, niſi ex priuilegio: quia tũc debet
potius præſumi uſus priuilegio, ut actus ſu-
ſtineat. l.iij.ff.de teſta.milit. ut ĩ uidimus. Et
iſtud procedit, etiã ſi cõſtaret q̃ deſtinauiſſet
uti iure cõmuni, ut ibi probatur. Et propte-
9 rea etiam†princeps, licet in dubio præſuma-
tur uti poteſtate ordinaria, tamen ut actus te-
neat intelligetur etiam uſus ſuprema, ut per
Alex.in l.quanquam, cum concord. de quo
ſuprà uiſum eſt,& attingunt moder.in d.l.in
teſtamento.& in repet.d.l.centurio. Quæ
†tamen concluſio nõ uidet procedere, quan 10
do ex tali cõceſſione poſſet reſultare aliquod
præiudicium parti; nam tunc potius debere-
mus interpretari quòd actus periret; quia, ut
ſuprà uidimus, præſumptio pro ualiditate a-
ctus tunc ceſſat, quando inde ſuſtineretur di
ſpoſitio oneroſa parti, ſecũdum Fulg. in l.iij.
§.ſi inſulam.ff.de eo quod certo loco. Item
†ceſſat in odioſis, per tex.in d.l.continuus.§. 11
cùm quis.& ſuprà diximus; quæ omnia uiden
tur procedere in noſtro caſu. Cõfirmo iſtã
opinionẽ per tex.in l.poſt mortẽ.§.fin.& in l.
neq; abſens. ff.de adopt.ubi ſi abſens arroge
tur, arrogatio erit nulla: & cùm talis actus cõ
petat ſoli principi, l.ij. ff.de adop. nõ cenſebi
tur princeps uſus poteſtate abſoluta, per quã
arrogatio teneret, ſed potius ordinaria, per
quam actus corruit. Et q̃ talis arrogatio non
teneat de poteſtate ordinaria, probat ex ne-
gatiua antepoſita uerbo, Poteſt, quę abnegat
omnẽ poteſtatẽ ordinariam. c.i. ubi Abb. &
Doct.ĩ.de cauſ.poſſ.& propriet. & quod no
tatur per moder.in l.Gallus. in prin.de lib.et
poſthu. Quinto limitatur,†quando aliàs a- 12
ctus nihil operaretur, intelligendo ſecũdum
ius cõmune: quia tunc debet potius cenſeri
quis uti priuilegio, arg. l.ſi quando. ff. de le-
ga. i. Et pro hac limitatione facit gl. in l.i. ff.
ſi quis in ius uoca.non ierit, & quod per eam
notat Decius in c.i.de iudicijs. ubi renunciãs
priuilegio ſui fori, intelligitur etiam renun-
ciaſſe iuri cõmuni, ut uerba aliquid operen-
tur. Et propterea ſi aliquis promiſiſſet certo
loco ſoluere, & feciſſet ſimilem renunciatio-
nem, poterit ibi conueniri, q̃uis ibi non re-
periatur. ita eſt communis concluſio, de qua
in l.Titium.§.tutores. ff.de admin.tut.& per
Doct.in l.ſi conuenerit. ff.de iuriſdict.om.iu
dic. Et iſta deciſio probatur à fortiori: quia
†facilius quis præſumitur renunciare priui- 13
legio, quàm iure cõmuni. l.miles.§.ſexagin-
ta.ff.de adul. Butr.& Imol.in c.i.de tranſact.
& eſt gl.in l.ij.in uerbo, conſenſu. ff. de iudi-
cijs. Sexto limitatur,†quando uia iuris ſpe 14
cialis eſſet æquior, quia tunc caperemus il-
lam præſumptionem, tanquam quæ tende-
ret in humaniorem partem, d.c.eſtote.& uo-
luit Bald.in l.precibus.in ix.oppoſ. C.de im
puber.ubi ſecundum eum ideo præſumitur
miles in compendioſa ſubſtitutione uti iure
cõmuni intra tempora pubertatis, quia talis
præſumptio eſt humanior, ne excludatur
mater pupilli, eademq; uxor ipſius teſtato-
ris: nam præſumitur uoluiſſe excludere à iu
re materno, l.fin. C.de inſtit.& ſubſtitutioni
bus. Ergo dato quòd priuilegium eſſet æ-
quius, uideretur potius iſta uia intentata.

†Vltimo poteſt generaliter limitari, quan 15
do aliæ cõiecturæ inducerent contrariã præ
ſumptionem, iuxta l.diuus. de in integ. re-
ſtitut. ueluti ſi actus geſtus haberet formam
ſibi

ſibi competentẽ de iure ſpeciali, non autẽ de
iure cõmuni: nam ad cognoſcendum actum,
potiſſimũ iudiciũ reſultat ex forma cõtrahen
di, ſecundũ Aret. in l. i. §. ſi quis ita. ff. de uerb.
oblig. fa. l. inſulam. ff. de præſcript. & l. ſi cum
uno. ff. locati. Idem ſi ex præcedenti tractatu
hoc deprehenderetur, per not. in l. ita ſtipula
tus magna. in prin. ff. de uerb. oblig. Idem ſi
aliquis haberet aliquod priuilegiũ odioſum:
quia renunciando generaliter iuri ſuo, intel-
ligetur etiam de eo actum, ut notaĩ in l. ſed
& ſi quis. §. quæſitum. ubi Bald. ff. ſi quis cau
tio. & in d. l. i. ff. ſi quis in ius uoc. & facit l. ij.
in fin. C. de priuil. ſcholaſt.

PRAESVMPTIO XXXVII.

1 *Filius natus ex uxore, præſumitur conceptus de marito, etiam ſi mater ſoleat alijs cõmiſceri. Ampliatur num. 2. 3. 6. 7. 8. Limitatur num. 9. & ſeq.*

2 *Filium natum ex uxore præſumi conceptum ex marito, an ſit præſumptio iuris & de iure, ita quòd non admittatur probatio in contrarium.*

3 *Concubinæ retentæ in domo filius, an præſumatur conceptus ex eo qui eam retinet in concubinam.*

4 *Filius natus ex ea cum qua quis habebat conſuetudinem extra domum, non præſumitur conceptus ex illo, niſi probetur quòd nemo alius cum ea habuerit conſuetudinem.*

5 *Ancilla reperta prægnante, an præſumatur contra dominum.*

6 *Filium eſſe illegitimum, non ſtatur aſſertioni matris, nec mariti: oritur tamen magna ſuſpicio pro dicto matris. Infertur ad notabilem quæſtionem.*

7 *Filius ſi non aſsimiletur marito, ſed cuidam adultero, an ex hoc præſumatur illegitimus.*

8 *Filius natus ex muliere quæ longo tempore cum marito remanſerat ſterilis, an præſumatur mariti.*

10 *Filius non præſumitur eſſe mariti, quando cum confeßione matris hoc confitentis concurreret fama.*

11 *Filius non præſumitur eſſe mariti, ſi uxor fuit concubina alterius, & partus fuit agnitus per concubinarium, maximè ſi filius ſit natus in domo concubinarij uicinis ſcientibus.*

12 *Filius ſi inſtituatur hæres ab eo qui dicitur fuiſſe adulter matris, non eſt leuis coniectura quòd ille filius non ſit mariti, ſed adulteri.*

13 *Filius non præſumitur mariti, ſi mulier fuit ſterilis, & aliquando diuerſit à marito.*

14 *Filius natus ex meretrice uxorata quæ multorum libidini patet, an præſumatur mariti.*

15 *Mulier quæ mortuo marito ſtatim nupſit, ſi intra nouem menſes pariat, cuius præſumatur partus.*

1 TRigeſimoſeptimo. † Natus ex uxore,
præſumiĩ conceptus de marito, licet ma
ter interim etiam cum alijs conſueuerit. l. mi
les. §. defuncto. ff. ad legẽ Iul. de adult. quem
text. dicit ſingularem Bal. in rub. C. de pro-
bat. in ult. col. & in l. ſi matre. C. de ſuis & le-
git. & in l. fin. C. de cõmuni ſer. manu. Ang.
in l. ſeptimo. ff. de ſtatu hom. Paul. de Caſt. in
l. iij. ff. de lib. & poſthu. & per moder. in c. per
tuas. ꝫ de probar. & in l. i. §. ad quæſtionem.
in ult. col. ff. de quæſtio. & Franciſ. Cremen.
ſing. cxxvi. mortuo marito. Sed tu aduer-
te, quia tex. in d. §. defuncto. nõ probat iſtam
opinionem: quia licet dicat quòd poſſet illa
eſſe adultera, & impubes defunctum patrem
habuiſſe, nõ tamen ſequiĩ, ergo lex hoc præ-
ſumit: quia multa ſunt poſſibilia, quæ tamen
non præſumuntur, l. neq; natales. ubi gl. C.
de probat. Imò facta cuiuis poſſibilia, regulari
ter nõ præſumuntur. l. in bello. §. factæ. ff. de
capti. & in illo textu tale indiciũ nõ debebat
nocere filio, ex quo erat res inter alios acta. l.
iij. §. cauſæ cognitio. ff. de Carb. edict. Melius
ergo probatur iſta opinio per rationẽ huius
regulæ principalis: quia talis eſt benignior
præſumptio, & fauorabilior partui, ergo de-
bet potius capi. d. c. eſtote. de reg. iur. Et facit
quod not. Salicet. in d. l. neq; natales. in i. col.
ubi filius in dubio præſumitur natus poſt ma
trimoniũ contractum inter patrem & matrẽ,
non antè: licet quandoq; occurrat ut antè na-
ſcatur. l. cùm quis. de nat. lib. & iſtud eſt fauo
rabilius pro ipſo filio. Cogita tamen, quia ſi
iſta præſumptio oriretur ex prædicta ratione
tantũ, ſequeretur quòd nõ procederet in caſi
bus in quibus limitaui regulam d. l. meritò.
& d. c. eſtote. quod eſſet ſummè notãdum in
actu practico. † Ampliaĩ prædicta præſum 2
ptio, ut procedat nedum per uiam ſimplicis
præſumptionis, ſed etiam per præſumptionẽ
iuris & de iure, unde nõ poterit probari con
trarium, ut eſt de mente Pauli de Caſt. in con
ſil. clxxv. ſuper primo uidetur. in iiij. col. &
And. Sicul. cõſil. 50. in primo dub. in ij. uol.
& referunt ſe ita conſuluiſſe moder. in d. §. ad
quæſtionẽ. Sed iſtud dictum nõ eſt ſimpli-
citer uerum, ut apparebit ex infrà dicendis li
mitationibus: & licet in aliquo caſu nõ admit
tatur probatio in contrariũ, iſtud nõ eſt quia
lex diſponit ſuper præſumpto, ſed quia per
rerum naturam talis probatio eſt impoſſibi-
lis, non admittetur. l. actor. C. de proba. & ita
eſt de mente Abb. in d. c. per tuas. & firmat
Bal. in d. rub. C. de proba. in ult. col. Secun
do ampliatur, † ut procedat etiam in concubi 3
na retenta in domo: quia præſumetur filius
eius qui eam concubinã retinet, nõ autem al
terius, ſecundũ gl. in c. Michaël. de filijs preſ
byt. & Abb. & cæteros in d. c. per tuas. And.
Sicul. cõſil. xxvij. in ij. col. in primo uol. Et
iſtud procederet, etiam ſi talis non retinereĩ
in ſchemate cõcubinæ, ſecũdum Anch. con
ſil. ccxxv. uideĩ prima facie. col. pen. Quod
tamen intelligitur, quando talis eam pro ar-
bitrio ſuo haberet, ut tradit Alexan. conſil.
clvij. in v. Item quando eam retineret intra
domũ, ex quo uериſimile eſt quòd nõ ita pro
ſtituerit alijs, ſicut potuiſſet facere ſi nõ habi
taſſet in domo. Et propterea dicit Alberi. de
Roſ. in l. filium diffinimus. ad fin. ff. de ijs qui
ſunt ſui uel alie. iur. † quòd ſi quis habuit con 4
ſuetudinem cum aliqua extra domũ, & naſca
tur filius, nõ tamen præſumitur ex eo natus,
niſi probaretur quòd ea cum nemine alio cõ
ſueuiſſet. & ita dicit ſe obtinuiſſe, & mihi pla
cet, licet moder. dubitent in d. c. per tuas.

Item intellige, quando conſtat quòd reti-
nens eam in domo conſueſceret cum ipſa: † a- 5
lioquin ſi ancilla reperiatur prægnans, nõ ta
men ſimpliciter eſt præſumptio cõtra domi-
num, ſecundum Bal. in d. l. filium. Item in-
tellige, dũmodo talis mulier nõ fuerit abſens

eo tempore quo debuit à cõmuniter acciden
tibus esse facta grauida, secũdum Abb. in d.
c.per tuas.de quo dic ut ibi per moder. Ter
6 tio amplia,†ut supradicta præsumptio proce
dat, etiã si tam mater ꝙ maritus negarẽt,& di
cerent natũ ex adulterio. per gl.in l.si postbu
mus.§.fin.ff.de lib.& posthu.& ibi Doct.A-
lex.in l.neq; professio.C.de testa.Bar.Raph.
Fulgos.& alij in d.l.filiam. ubi reprehendunt
quendam filium regis, qui credens matri re-
nunciauit regno.& optimè facit l.fi.ff.de pro
bat.Dicit tamen Hostieñ.in c.officij. de pœ-
niten.& remiss. quòd oritur magna suspicio
pro dicto matris.Et propterea infert ibi Ab-
bas,quòd si filius haberet ex hac ratione con
scientiam læsam, quia in conscientia erede-
ret matrem dicere ueritatẽ,deberet abstine-
re à bonis mariti, aliàs ædificaret ad gehen-
nam.c.per tuas.de simon.cum similib. Sed
uidi in facto: Vidua ueniẽs ad mortẽ,accersi
tis tribus filijs dixit, unus uestrũ est natus ex
adulterio, & propterea indebitè detinet bo-
na paterna: ego (ne moriar in isto peccato)in
tendo eum manifestare, nisi uos inuicem re-
mittatis omne ius q̃d habet alter uersus alte-
rum. propter hoc ipsi, cùm quilibet dubita-
ret de seipso,fuerũt cõtenti.Nunquid mater
sit isto casu tuta?Et credo quòd sic,per nota-
ta in d. c. officij. Et ad supradicta facit, quia
nõ potest mulier etiã expresse per pactũ præ
iudicare statui liberorũ suorũ.l.transactione
matris. C. de transact. nisi in possessorio per
contumaciã.l.i.§ si cui uentrẽ. ff. de uent.in-
spic.de quo dicendum est ut ibi. Et uide pul-
chram quæst.positam per Iac.But.& Floria.
in l.quidã.& Fulg.in l.i.ff.de proba. Quar
7 to amplia,†etiã si filius natus non assimilare-
tur marito,sed alicui adultero.arg.l.fi.§.pen.
ff.ad municip.facit l.quod si nolit.§.si manci
pia.ff.de ædil.edict.& quia istud potuit con-
tingere propter cogitationem mulieris tem-
pore conceptionis,ut per gl.in l.quæreret a-
liquis.ff.de uerb.signif.& consuluit Paul.de
Cast.in d.consil.clxxv. & quod not.Ias.alle-
gando Hieron. & Quintil.in l.Gallus, in fi-
ne prin.ff.de lib.& posth. ubi adde q̃d scribit
Pius põtifex in Europa de Duce Plumbini,
qui cùm inuitasset cõpatres, eius concubina
peperit filiũ maurũ & similem coquo, & re-
8 mansit delusus. Vltimo ampliat̃,†etiã si mu
lier per longũ tempus fuisset sterilis cum tali
marito,de quo per Abb. in d. c. per tuas. Et
in isto casu esset non leuis præsumptio con-
tra uiduam quæ pareret post mortẽ mariti:
quia uerisimile est quòd ualde hoc curauerit
pro consequenda hęreditate mariti,saltẽ per
indirectũ, ubi cessat supradicta præsumptio,
concurrente sterilitate cum absentia per ali-
quod tempus. Limitat̃ supradicta pręsum-
9 ptio,†ut cõtrariæ præsumptioni cedat, iuxta
l.diuus. ff. de integ.restit. Vnde licet in casu
supradictarũ ampliationũ illæ cõiecturæ ex
seipsis nõ essent sufficientes, tamen possent
ita adiuuari uel simul omnes, uel ex cõcursu
aliarũ, quod esset sufficiẽs probatio ad infor-
mandum animũ iudicis in contrariũ. Et†suf 10
ficiens præsumptio esset, quando cum con-
fessione matris cõcurreret fama, secundum
Bal.in d.l.filiam.& est fama secundum eum,
testimoniũ uulgi,dicti sui rationẽ nõ redden
tis,sed opinantis:& illa cõmuniter se adaptat
rebus ueris,uel uero proximis. †Item quan 11
do ista uxor fuisset cõcubina alterius, & par-
tus fuisset agnitus per cõcubinariũ: nam tũc
nõ præsumeret̃ mariti, & præsertim si natus
esset uicinis scientibus in domo ipsius cõcu-
binarij,ut latius deducit Bened.Capra in cõ
sil.ij.in i.& ij.col.Et confirmo istam opinio-
nem per tex.in d.l.filium diffinimus.in uers.
nõ tamen ferendum,ubi tex.cõsiderat, ꝙ ma
ritus sit assiduè moratus cum uxore:& sic in-
nuit,quòd si rarò eam adibat,præsumitur po
tius filius cõcubinarij, qui frequentius cũ ea
cõuersabatur.Idem si iste filius solebat se ap-
pellare filiũ alterius ꝙ mariti, secundũ Paul.
d. cõsil. clxxv. Et licet cõfessio absente parte
facta non præiudicet,tamen secundum eum
quando est frequens & pluries repetita,uide
tur transire in quandam publicã famã, & tũc
nocet. Idem si in suo libro iste filius ita scri-
psisset, ut per eũ. Et generaliter, cùm sumus
in materia pręsumptionũ,multũ residet in ar
bitrio iudicis,quid iudicet ex indicijs & cõie
cturis. Et†est nõ leuis cõiectura etiã, quan 12
do talis instituereť hęres ab isto qui fuit adul
ter matris;nam nisi esset filius eius, uerisimi-
liter eum nõ instituisset,arg.l.quidam cùm fi
lium.ff.de uerb.oblig.& per Bart.in l.i.§.Iu-
lianus.ff.de lib.agn.& ita dicit Paul.in d.con
sil.& ista sunt etiã de mente Anch.in d.cõsil.
ccxxv. in ult. col. Et facit etiã quod uult Ab-
bas, Aret.& Feli.in d.c.per tuas.†ubi dicunt 13
istam præsumptionẽ cessare cõcurrentibus
duobus,& ꝙ mulier diu fuerit sterilis,& ꝙ a-
liquando diuertit à marito: nam potius præ-
sumetur quòd interim cũ absentasset se à ma
rito, sit facta prægnans. †Sed nunquid ista 14
præsumptio procedat etiã in meretrice,& sic
in muliere nupta,quæ tamen multorũ libidi
ni patet;iuxta tex.xxxv.distinct.C.uidua.Et
moder.in d.§.ad quæstionẽ. uideneť præsup-
ponere quòd sic.Sed ego non puto istud ue-
rum : quia dato ꝙ talis sit meretrix, sequitur
quòd filij inde nati propter incertitudinem
sunt spurij. l.uulgò.ff.de stat.hom. §.si aduer
sus.Instit.de nupt.Facit ratio; nam istæ præ-
sumptiones accõmodant̃ super uerisimili,ut
uidimus suprà in diffinitione : sed nõ est ali-
qua ratio uerisimilitudinis, cur magis sit na-
tus ex marito, ꝙ ex aliquo adultero, ex quo
plures cum ea cõcubuerint: & ideo talis præ
sumptio nõ debet procedere in isto casu,pro
ut etiã fuit de mente Ang.cõsil.cxci.in ij.col.
Ex† supradictis etiã infert̃ ad quæstionẽ, 15
quã ponit Bart.in l.Gallus. in prin. ff.de lib.
& posthu. de muliere quæ post mortẽ mariti
incõtinenti alteri nupsit,& peperit intra no-
uem menses,cuius præsumat̃ iste partus. Se
cundum

cundum ſupradicta uideretur quòd capienda eſſet præſumptio fauorabilior pro filio: & ſic ſi primus maritus erat ditior, præſumetur ſuus, arg. d. c. eſtote. de reg. iur. Tamen Bart. ibi & Doct. cõcludunt ſtandum eſſe alijs cõiecturis, quæ uidebantur magis uerisimiles peritis in arte, arg. l. i. §. i. ff. de uentr. inſpi. & puto quòd nõ modica eſſet præſumptio iſto caſu pro dicto matris. l. etiã. ff. de probat. & per Hoſti. in d. c. officij. & Signor. cõſil. lv. ſi quæratur. Et licet mater poſſit decipi, l. i. §. ſi mulier. ff. de lib. agnoſ. tamẽ iſtud eſt de rarò cõtingentibus ꝙ mater affirmet, niſi ſciat ueritatẽ: & iura cõtraria loquuntur quando mater ipſa eſt ſuſpecta uel propter inimicitias, uel propter ſpem ſucceſſiõis, uel alio modo: unde ceſſante ſuſpicione, uideretur ei ſtandum.

Eſſet etiã aliqualis præſumptio, quãdo iſte filius eſſet ſimilis ſecũdo marito; quandò nõ eſſet uerisimile ꝙ tempore concubitus cum primo, recordaretur ſecũdi, puta quia eum nõ agnoſceret: & in his, ut ſuprà dixi, plurimũ poteſt arbitriũ & coniectura iudicis: de quo tamen latius habetur in d. l. Gallus.

PRAESVMPTIO XXXVIII.

1 *Matrimoniũ præſumitur inter duos ingenuos ſimul cõuerſantes.*
2 *Copula præſumitur ſecuta, ſi præceſſerint ſponſalia & tranſductio ad domum.*
3 *Matrimonium an præſumatur ſi copula non ſit ſequuta, ſed conatus tantùm, qui effectum non habuit.*
4 *Vxor an præſumatur aliqua eſſe, ex eo quòd ut uxor tractatur ab aliquo.*
5 *Filio ſatis eſt probare ſe ut filium tractatum, quia ſtabitur tractatui, niſi probetur contrarium.*
6 *An quaſi poſſeſſio quæ reſultat ex eo quòd quis tractatus eſt ut filius, ſit ſufficiens in deciſorijs petitorij iudicij.*
7 *Dominiũ nõ præſumitur ex quaſi poſſeſſione, etiam in iuribus incorporalibus, quando agitur de dominio principaliter.*
8 *Filius agens ad ſucceſſionem paternam, qualiter debeat probare ſe filiũ: & an ſufficiat probatio tractatus, ſiue quaſi poſſeſſionis iuris reſultantis ex eo, quòd ut filius fuit tractatus.*
9 *Filio petenti alimenta, ſufficit probatio quaſi poſſeſſionis tractatus ut filij: qui dicitur turbari in quaſi poſſeſſione filiationis, ex eo quòd alimenta ei denegantur.*
10 *Filiationis quæſtio ſi emergat in præparatorijs iudiciorũ, ſufficit filio probare ſe tractatum ut filium.*

1 TRigeſimooctauo.† Præſumitur in dubio matrimoniũ inter duos ingenuos ſimul conuerſantes. l. in liberi. ff. de ritu nuptia. de quo dic ut dixi in præcedenti regula principali, uerſ. v. Et iſtud uidetur procedere etiam 2 de iure Canonico,† quãdo ſpõſalia præceſſiſſent matrimonium, tunc ex cõuerſatione, & tranſductione ad domũ, præſumitur certa copula, & cõſequenter oritur prȩſumptio iuris & de iure pro matrimonio. c. is qui fidem. de ſponſa. & ita tenet Hoſti. & Io. And. in c. fin. eo. tit. Et licet Abb. & moder. ibi uideantur tenere contra eos, tamen talis opinio procedit quando conſtat nõ interueniſſe copulã. Sed ubi fuerit tranſlata in domũ, & ſint puberes, uerisimile eſt eam interueniſſe. l. ſi uerò. §. ſi adoleſcens. ubi gl. ff. mand. & ita poſſunt cõ3 cordari. Sed quid† ſi nõ ſit ſequuta copula, ſed nixus tantũ ſeu conatus qui nõ habuiſſet effectũ? Videtur idem: quia ex quo iſte non potuiſſet facere illũ conatũ ſine peccato, ad euitandam ſuſpicionẽ peccati debemus præſumere ꝙ fecerit animo cõtrahendi matrimonium de præſenti, in quo ſolus cõſenſus ſufficit ad nuptias. l. nuptias. ff. de reg. iur. & ita dicit Cald. in d. c. fin. quem uidetur ibi ſequi Card. Alex. Nec obſt. ille text. quia ſecundũ eum debet intelligi quãdo ſpõſus nõ potuit perficere ſecũdum naturalem curſum, quia erat impubes: nõ autẽ quando nõ potuit ſecundum accidẽtalem, puta quia mulier erat nimis arcta. & ſic ille text. intelligitur in impuberibus, in quo ceſſat ratio præſumpti cõſenſus ad matrimoniũ. Sed iſte intellectus communiter nõ tenetur, quia nimis reſtringit text. & etiã impropriat, ex quo tex. loquitur in adoleſcente, & ſic de puberibus: quia talis propriè dicitur adoleſcens, ut eſt tex. in l. Aurelio. §. i. ubi Bar. de lib. leg. Nec obſtat ratio ſua, ꝙ debeat capi præſumptio ad euitationẽ peccati: quia iſta ratio nõ procedit hoc caſu ubi etiam agitur de periculo animæ. c. iuuenis. de ſponſ. Nec tex. in d. c. is qui fidem. ſe fundat ſimpliciter in hac ratiõe: quod apparet, quia iſta ratio procedit ſecundũ ſimplicẽ præſumptionẽ, diſpoſitio autẽ d. c. procedit per præſumptionẽ iuris & de iure, ut ibi habetur: & potuit illud eſſe introductũ, quia lex prȩſumit ꝙ uirginitas ſpõſæ nõ ſit perdita cum ſpõſo niſi per uiã matrimonij, & de tali uoluntate utriuſꝗ præſumit ex actu ſubſecuto, & ſuper præſumpto diſponit. Nunquid† autem ex tractatu tanꝗ uxor, præſumatur mulier eſſe u- 4
xor? Videtur quòd ſic, per tex. in c. illud. J. eod. & latè per Salic. in l. quidã. ff. de probat. Et dicit Bal. in l. nõ ignorat. col. i. C. qui accuſ. nõ poſſ. quòd præſumptio oriẽs ex tractatu, eſt longè efficacior illa quæ oritur ex ſimplici nominatione: quia per actus magis declaratur ueritas ꝗ per uerba, ut ibi per eum: & iſte tractatus uidetur facere ſufficientem præſumptionem, ita quòd onus probandi transferatur in partẽ aduerſam. Et propterea† ſatis eſt quòd 5
filius probet ſe tractatum ut filium, quia ſtabitur tractatui, niſi probetur contrarium, ut dicit Butrig. in c. tranſmiſſæ. col. iij. & ibi moder. qui filij ſint legit. Iac. Butr. in l. quidam. ff. de probat. Alex. in conſil. li. in primo. Decius conſil. liiij. & latius per Felin. in d. c. per tuas. uerſ. ij. cõcluſio. Dicit tamen Bal. cõſil. clxxx. mortuo filio. in iij. uolu. & in d. c. per tuas.† quòd quaſi poſſeſſio iſtius iuris quæ re- 6
ſultat ex iſto tractatu, nõ eſt ſufficiẽs ad obtinendum in deciſorijs petitorij iudicij. Et mouetur ratione: quia nos uidemus in ſimili idẽ in rebus corporalibus, ad quarũ detentionẽ nõ eſt ſatis probare de poſſeſſione, ſed requiritur probatio tituli, l. circa. ff. de probat. & ibi notatur. Hanc opinionẽ etiam tenuit Petrus, Cyn. Bal. Alber. & Salic. in d. l. nõ ignorat. Petrus & Cyn. in l. i. C. ubi cauſa ſta. Cyn. et Bal. in l. nõ nudis. C. de probat. et ibi idem tenuit Bart. in lectura noua, quem refert et

sequitur Iason in l. neq; professio. C. de testa. Et pro ista parte etiam facit doctrina Bart. in
7 l. quidam in suo. ff. de cond. instit. † ubi si principaliter agitur de dominio ex quasi possessione, non præsumitur dominiũ etiam in iuribus: de quo per Doct. in c. cùm ad sedẽ. de restit. spol. Ergo in casu nostro si principaliter agatur de iure ipsius filiationis, nõ debet sufficere si probetur possessio: & sic debet distingui quod notatur in l. i. §. ad quæstionẽ. ff. de quæstio. & in l. ij. ff. de lib. & posthum. cum simil. Ang. tamen in d. l. non ignorat. & Floria. in l. quidam, ff. de probat. uident̃ distinguere: Aut agitur principaliter de ipso iure filiationis, puta quia pater uendicat filium, uel non uult eum agnoscere, & non est satis ista quasi possessio. aut incidenter, & tũc secus. quæ opinio bene concordat cum doctrina Bart. in d. l. quidã. in fin. Sed ipsi non
8 explicant, † quid iuris quando filius petit successionem. Et certè tunc ista qualitas filiationis est fundamentum principale intentionis suæ, unde in tali iudicio sola probatio possessionis nõ uidetur sufficiens. Et propterea teneo supradictam opinionẽ, quæ uidetur uerior & magis cõmunis, si dicta Doctorũ bene considerentur. Considera ergo aliquot casus. Primus casus est, quando filius agit principaliter contra patrem, & petit declarari cum patrem suum, & tunc nõ sufficit solus tractatus, secundum Ang. & Floria. suprà allegatos: & iste casus nõ habet difficultatem.

Secundus est, quando filius petit hæreditatem paternam: & etiam tunc nõ est satis probare simplicem quasi possessionẽ seu tractatum, per supradicta, nisi concurrant aliæ cõiecturæ, puta fama uel confessio parentum, quia tunc uideretur fieri satis ualida præsumptio, & in probanda filiatione admittuntur probationes præsumptiuæ. l. Lucius. ff. de cond. & demon. & in d. l. filium. ff. de ijs qui sunt sui. & faciunt not. in d. c. illud. Tertius
9 casus est, † cùm filius petit alimenta tanq̃ filius: & tũc crederetur satis esse si probaretur ista quasi possessio, quia ista alimenta respiciunt quasi possessionẽ, & si subtrahantur, dicitur filius quasi turbari in quasi possessiõe. l. si neget. ubi Bar. ff. de lib. agnos. Alex. in d.
10 consil. li. Quartus casus est, † cùm quæstio filiationis incidenter emergit in præparatorijs iudiciorũ, & tunc probatio tractatus sufficit, ut est gl. quæ ita ibi cõmuniter intelligitur, in d. l. non ignorat. Et in istis ultimis duobus casibus possunt procedere autoritates allegatæ per Felin. in d. c. per tuas. Est uerum quòd malè loquitur dum dicit, quòd tractatus probat filiationẽ: nam istud nunq̃ est uerum, sed bene probat quasi possessionẽ filiationis, quæ possessio aliquãdo trãsfert onus probandi, aliquãdo nõ, secundũ supradicta.

PRAESVMPTIO XXXIX.

1 *Aggressor fuisse præsumitur is, qui ex duobus simul digladiantibus mortuus est, ideo unus est absoluendus. De ueritate uide num. 6. & seq.*

2 *Aggressorem si quis occidat, absoluendus uenit, etiam non probato moderamine tutelæ inculpatæ: quia seruasse præsumitur moderamen.*

3 *Dans operam rei licitæ, præsumitur seruasse moderamen inculpatæ tutelæ.*

4 *Accusator si probet quòd Titius occidit Seium, Titius autẽ probet quòd Seius fecerat insultũ aduersus eum, uel res suas, obtinebit reus: quia præsumitur quòd incontinenti se defendit.*

5 *Aggressor quis fuerit ex duobus se inuicem uulnerantibus si ignoretur, an uterq; sit absoluendus.*

7 *Occidisse ad sui defensionẽ dictũ, incumbit onus probandi.*

9 *Rixosus præsumitur ad rixam prouocasse: & sic si sit mortuus, præsumitur aggressus occisorem.*

10 *Fortior & robustior præsumitur ad rixam prouocasse.*

11 *Fortior dicitur is, qui est peritior in scrimia.*

12 *Exclamans petendo auxilium, uerisimile est quòd fuerit insultatus.*

13 *Mediator si interponat se inter duos qui se uerberant gladio, ut eos diuidat, & occidatur, impunè occidetur: quia præsumitur ad defensionem occisus.*

TRigesimonono. † Præsumit̃ ex duobus 1
simul digladiantibus, eum qui mortuus est fuisse aggressorem: & propterea unus est absoluendus. l. i. §. cùm arietes. ff. si quadru. paup. fe. dic. Ioan. Fab. in §. ius autẽ gentiũ. in ult. col. Instit. de iure natur. Et ista pręsumptio est capienda fauore uiuentis, ex quo etiã est humanior, per supradicta. Et ex hac decisione primo habes notare, † quòd si aliquis oc 2
cidat aggressorẽ, uenit absoluendus, nec tenetur probare se seruasse moderamen inculpatæ tutelæ: imò pręsumetur seruasse, nisi fiscus probet contrarium, uel ex qualitate aggressuræ aliter sit coniecturandum. & ita debet intelligi text. in l. i. C. unde ui. quod est summè notandum. Et cõfirmatur ratione, quia aggressor dedit operã rei illicitæ, iste uerò defensor licitè agit: unde potius in iudicio debet capi coniectura cõtra aggressorem, & sic quòd licitè fuerit interfectus. Non autem debet defensor grauari isto onere probandi, seruatũ esse moderamen: quia † quilibet dans 3
operam rei licitæ, præsumitur illud seruasse, arg. d. l. meritò. pro socio. & istud etiã est de mente Bal. in l. is qui aggressorem. C. ad leg. Cornel. de sicar. & in l. multis. C. de lib. caus. & Anch. in Clemen. i. de homici. & ita etiam intelligitur Bar. in l. sed si quacunq;. ff. ad legem Aquil. & quod not. Aug. de Arim. in addit. Angel. in uerb. & dictus Titius se defendendo. in iiij. col. Alex. consil. xiiij. in iij. uol. Barthol. Veroneñ. consil. xxviij. & cõsil. seq. in iij. col. Felin. in c. ij. in fin. de homicid. Ias. in d. l. ut uim. in prima col. de iust. & iur. dum reprobat opinionem Bart. in l. scientiam. §. qui cùm aliter. ff. ad leg. Aquil. Quæ tamen opinio potest saluari in casu in quo non constaret de modo aggressuræ. Fortius dicit Alex. in l. non solùm. §. sciendum. in fin. ff. de noui oper. nunc. quòd † si accusator probet 4
qualiter Titius Seium interfecit, & è cõuerso Titius probet quòd Seius fecerat insultũ aduersus eum uel res suas, quamuis non fuerit specificè probatum quòd incontinenti sit factum,

factum, tamen reus obtinebit, quia præsume
tur defensionem incontinenti factam, & ex-
ceptio sustinebitur, iuxta l.iij. §. cùm igitur.
ff. de ui & ui arm. allegat in argumentum do
ctrinã Bart. ibi, de quo per eum & moder. in
c. in præsentia, ã. de probat. Secũdo ex hac
decisione aduerte, quia ista opin. potest pro-
cedere stante uera opinione glossæ, quã ibi
Bar. sequitur in d. l.1. §. cùm arietes, quæ uult,
5 †quòd si ignoratur quis ex duobus se inuicẽ
uulnerantibus fuerit aggressor, quòd uterq;
sit absoluẽdus, propter incertitudinẽ. l. scien
tiam. §. cùm stramenta. ff. ad leg. Aquil. Sed
contra illam gl. tenuit Bald. ibi, & in repet. d.
l.i. C. unde ui. & Ang. de Aret. in dicto loco,
in ult. col. & dicit quòd ita seruauit in facto:
& sequitur Augustinus de Arim. ibi, per do
ctrinã Bart. in l. si in rixa. ff. de sicar. & respon
det Ang. ad d. §. cùm stramenta. ut ibi per eũ.
Sed quicquid dicant isti Doct. ego nõ rece
derem ab opinione glossæ, Bart. & Io. Fabri,
ubi sumus in dubio, quia nec per probatio-
nes, nec per cõiecturas posset apparere quis
fuisset aggressor: unde in dubio erũt potius
ambo absoluendi quàm condemnandi, ex quo
posset accidere quòd alter esset innocens, & sim-
pliciter se defendisset. l. absentẽ. ff. de pœn. l.
duobus. §. fin. in gl. de iureiur. & quod notat
Rom. consil. cccci. ex præsupposito. Nec do
ctrina Bart. in d. l. si in rixa. quicquã facit: quia
in casu suo omnes dabãt operam rei illicitæ,
& istud constabat: meritò omnes tenentur
de uulnere letali, quamuis solum unicũ uul-
nus letale reperiatur. Sed hic in casu nostro
non constat quòd uterq; daret operam rei il-
licitæ, quia potuit unus se defendisse, & sic li
citè tantùm egisse. d. §. cùm stramenta. Istud
tamen declara ut infrà dicam. Tertio est
6 aduertendum, †quia ista decisio ita simplici-
ter intellecta, non est uera: quia in dubio præ
sumitur, quòd occisor fuerit etiã aggressor,
secundum Ioan. And. in c. significasti. de pœ
nit. & remiss. Bald. in c.i. in iij. col. de pace te-
nen. & in d. l. ut uim. in penult. col. & per Ri-
chardum Malumb. & Floria. in d. §. cùm arie
7 tes. Et propterea †dicẽs se interfecisse ad sui
defensionem, incumbit onus probandi, ut
per Bart. in l. Aurelius. §. item quæsijt. de li-
ber. legat. Sed cùm hoc dictum procedat
per uiã præsumptionis, contraria quoq; præ
sumptione posset tolli. d. l. diuus. de in integ.
8 restit. Et primo tollerẽ, †quando merita præ
cedentis uitæ essent pro eo qui est uiuus. l. nõ
omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. & in isto ca
su præcise loquiť Io. Fab. & Floria. in d. §. cũ
arietes. Alex. in d. cõsil. xiiij. in tertio uol. Fe
lin. in c. dilecti. in penult. col. infra de except.
9 Secundo tolleretur, †quando esset proba-
tum, quòd ille qui reperitur mortuus, esset ri
xosus: quia præsumeretur talis prouocasse
ad rixam, ut dicit Card. in Clemen. prima, in
xxxiij. quæst. de homicidio. ubi si duo repe-
riuntur mutilati, nec apparet quis fuerit in-
sultor, præsumitur contra magis rixosum.

Tertio tolleretur, †quando ille qui est mor 10
tuus, esset robustior uel potentior: quod po-
test esse ex qualitate personæ, uel loci, uel e-
tiam armorũ: nam in dubio præsumendum
est quòd fortior prouocauerit, secũdum Ri-
chardum Malum. & Floria in d. §. cùm arie-
tes. Nec obstat quòd ab effectu apparet quòd
uiuus est fortior, ex quo ille fuit superstes:
quia istud potuit esse propter diuinum iudi-
cium, qui noluit innocentem perire: sicut di
citur de Dauid qui interfecit Goliam, ut per
gl. in c.i. de purg. uulg. & c. sępe contingit. et
ita respõdet Barthol. Veroneñ. consil. xxix.
uers. vij. in quinta col. Et †dicitur fortior ille, 11
qui est magis peritus in scrimia, secundũ Ce
poll. in d. consil. xxviij. in tertia col. uers. viij.
Quarto colligitur ex probatione aliqua-
rum coniecturarum: puta si probatum esset,
†quòd iste uiuus exclamasset petendo auxi- 12
lium: nam signũ est quòd ipse insultabatur,
ut per Bald. in l.i. C. unde ui. Idem si in ipso
congressu se retrahebat: nam hoc est argu-
mentum se defendentis, non autem insultan
tis, ut ibi habetur, & per Veroneñ. in d. con-
sil. xxviij. ubi latè cõsuluit in ista materia. Et
cùm hic simus in materia præsumptionum,
multùm consistet in arbitrio iudicis, qui ha-
bet circa illas arbitrari, ut habetur in c. affer-
te. per Abb. infrà. & in dubio uidetur quòd
debeat inclinare in partem humaniorem, &
sic in fauorẽ uiuentis, per supradicta. In con-
trarium tamen facit quod notat Bald. in c.i.
in prin. quibus mod. feud. amitt. Felin. in c.
presbyterum. de homicid. ubi si medici inter
se sunt discordes, quia aliqui dicunt uulnus
fuisse letale, aliqui non, in dubio præsume-
tur letale: & sic capietur præsumptio contra
superstitem. Facit quod idem Bald. notat de
equo bulso, in authen. omnes peregrini. C.
cõm. de success. Sed respondetur, quòd Bal.
loquitur quando uulnus erat in loco ualde
periculoso, uel erat ualde magnum: nam ista
coniectura oriens ex ipsa re, præualebit alte
ri, ne attendatur humanior. & ita etiam decla
rat Veroneñ. in d. consil. xxviij. in ult. col.
†Intellige supradictam præsumptionẽ ut 13
procedat nedum respectu cõgredientis, sed
etiam respectu tertij mediatoris, secundum
Ang. in l. ij. per illum tex. C. de sicar. ubi duo
sunt ad manus, & aliquis fortè bono zelo ac-
cepto baculo uult eos diuidere: si talis occi-
datur, præsumitur occisus ad defensionem,
& sibi imputet, quia non debuit se interpone
re per modum per quẽ defensio redderetur de-
bilior. gl. in l. culpa caret. ff. de regulis iur. &
idem uidetur sentire Bald. in c.i. §. iniuria. de
pace iura. firm. in fin. Angel. de Aret. in loco
suprà alleg. moder. in d. l. ut uim. & facit deci
sio Ioan. de Ana. in c. ad liberandũ. in secun-
da col. de Iudæis.

PRAESVMPTIO XL.

1 *Seruus delinquens non præsumitur deliquisse de domini cõ sensu, ideo non tenetur dominus, nisi ut seruum pro noxa dedat. Limitatur num. 3.4.5.*

3 *Famulus non præsumitur deliquisse de consensu patroni seu domini. Limitatur num. 3.4.5.6.7.*
4 *Famulos improbos si quis accipiat in domū, præsumitur informatus de eorum cōditione: ideo tenetur dominus, qui opera improborum famulorū utitur, si ipsi famuli aliquod delictum faciant. Intellige ut ibi.*
5 *Caupo uel nauta tenetur de delicto famulorum.*
6 *Caupo an teneatur ad damna saltē & interesse, si famulus suus uulneret uiatorem hospitantem.*

1 QVadragesimo.†Seruus delinquens nō
præsumitur deliquisse de cōsensu do-
mini, & ideo dominus nō tenebitur nisi dare
seruum pro noxa, cùm aliàs teneretur insoli-
2 dum. l. ij. ff. de noxal. Et idem† est in famulis,
& sic in libero homine: quia nō præsumetur
neq; ipse deliquisse de consensu patroni. i. q.
iiij. C. quia præsulatus. & ideo dominus in ni
hilo tenebit, secundū Bal. & Ias. in l. i. in ij. no
tab. ff. ne quis eum qui in ius. & in l. i. in pri-
a mo not. ff. si ex noxali cau. agatur.[a] Limita
3 primo†generaliter in casibus in quibus con
sensus præsumeret, puta quia dn̄s consultus
de delicto, uel uidēs illud fieri, tacuisset. c. Pe
trus. de homici. c. Matthæus. de simo. Vel de
lictū habuisset causam continuā & successi-
uam, cui uerisimiliter dn̄s potuisset occurre-
re. c. cōstitutis. i. ubi Abb. ā. de testi. & q̄d no
tat Bal. in c. ueritatis. in iij. col. de dolo & con
tum. uel aliter appareret de scientia dn̄i, de
quo per Bart. & Doct. in l. si quis mihi bona.
§. iussum. de acqui. hær. & in l. si uentri. §. fin.
de priuil. cred. cum concord. Secūdo limi-
4 ta,†quādo famuli essent aliàs homines impro
bi, quia uerisimile est quòd perseuerabūt in
delictis suis. c. semel malus. de reg. iur. in vi.
& dominus eos accipiens in domo, præsumi
tur informatus de eorū conditione. l. fi. §. ser-
uorū. ff. naut. caup. quod nota cōtra istos no
biles qui habent in domo pro famulis leno-
nes & homicidas: nam ipsi tenenẽ ex delicto
ipsorū, secundū Card. in Clem. ne in agro. §.
porrò. in iiij. not. per illum tex. de stat. mona.
Feli. in d. c. Petrus. in iij. fallentia. Moder. in
l. ij. C. de pact. facit l. fin. C. de abigeis. Nō ui
detur tamē q; puniendi sint eadem pœna, sed
mitius arbitrio iudicis, ex quo puniunẽ per
præsumptiones, secūdum doctrinā Abb. in
d. c. afferte. j. co. cum simil. præsertim quia in
tali casu uidetur potius argui culpa domini
quàm dolus. l. culpa caret. ff. de regul. iur. &
5 per Bald. in d. c. ueritatis. †Tertio limita in
famulo cauponis uel nautæ, secundum l. i. ff.
6 naut. caup. stab. †Sed nunquid si talis uul-
nerat uiatorem hospitantem apud dominū,
teneatur dominus saltem ad damna & inter-
esse? Ioan. de Ana. consil. ij. dicit quòd nō: se
quitur Ias. in l. i. in iij. col. C. de seruis fug. q̄d
mihi placet quādo eum uulnerasset extra ho
spitium: alioquin si eum uulnerasset in hospi
tio, dum cōfidit in custodia hospitis, uidereẽ
secus: quia si dn̄s tenetur de damno dato in
rebus, ut habetur per totū illum tit. multò ma
gis de dato in personā. l. iustissimè. ff. de ædil.
edict. & facit gl. xxxij. quæst. iij. C. offerebat.

a ¶ Adde quod uoluit Lud. Bolog. in repet. auth. habita. col. 7. C. ne filius pro patre. q̄d scholaris non tenetur pro delicto famuli. et allegat Bartol. in locis pluribus ut per eum.

†Quarto limita, ut factum famuli noceat 7
domino quo ad præstandam causam excusa
tionis alicui cōtra dominū, qui aliter eam nō
habuisset, secundum Bar. in l. fin. §. fin. ff. q̄d
ui aut clàm. & in l. de pupillo. §. si quis ipsi. in
x. quæst. de op. no. nunc. Abb. & But. in c. si
iussus. de appell. Quinto & ultimo fallit in
familia delinquente in officio suo, pro cuius
facto ipse prætor tenetur. Et idem de familia
publicanorū. l. i. §. familiæ. ff. de publ. & latis-
simè habetur per Felin. in d. c. Petrus.

PRAESVMPTIO XLI.

1 *Præsumptio contra fiscum in dubio capitur, & contra eum iudicandum est.*
2 *Instrumenta duo si eadem die reperiantur confecta, alterū fisci, alterum priuati, præsumemus in dubio instrumentum priuati præcessisse.*
3 *Intellectus l. non puto. ff. de iure fisci.*
4 *Instrumentum dotis & fisci si reperiantur eodem die confecta, quod præsumatur in dubio prius factum.*

QVadragesimoprimo.†In dubio capi- 1
tur præsumptio contra fiscum, & cōtra
eum iudicandū est. l. non puto. ff. de iur. fisci.
Et per illum tex. ibi infert Dyn. & Bar.†quòd 2
si eadem die reperiuntur cōfecta duo instru-
menta, alterum fisci, & alterum priuati, præ-
sumemus in dubio instrumentū priuati esse
anterius. & idem tenet Alex. in l. i. in i. col. ff.
solu. matr. Mathes. in notab. suo lxxij. Et d. l.
non puto. cōcordat cum eo quod dicit Plin.
in Panegyrico ad Traianum: Quæ præcipua
tua gloria est, sæpius uincitur fiscus, cuius
mala causa nunquam est nisi sub bono prin-
cipe. Et idem esset quando concurreret in
strumentum fisci & dotis, quia instrumentū
dotale censebitur prius, secundum Bald. in l.
dotis. C. de iure dot. Dicit tamen Iac. de Bel-
uis. in l. unica. C. de cadu. tollen. quòd d. l. nō
puto.†debet intelligi quando fiscus uenit ex 3
causa lucratiua. & ita etiam sentit Raph. Cu-
ma. Socin. Ias. & Bulgarus in d. l. i. Et confir-
mant hunc intellectū, quia ille titulus loqui-
tur de bonis peruenientibus ad fiscum ex si-
mili causa, ergo de tali debet illa lex intelligi.
arg. l. Imperatores. ff. de in diem addic. & ita
etiam tenet Feli. in c. pastoralis. uers. ad iden
titatem. de rescrip. Ias. in l. de die. in fine prin.
ff. qui satisd. cog. Deci. in c. ex literis. de pro-
bat. & in l. in ambiguis. ff. de reg. iur. ubi etiā
refert alios intellectus satis abhorrentes à li-
tera. Sed ista declaratio nimis restringit tex.
in d. l. non puto. prout dicit Alex. in d. l. i. ubi
per hanc rationē recedit ab opinione istorū,
& sequitur Bart. indistinctè. Nec est uerum
quòd ille titulus loquatur solùm in causa lu-
cratiua. Nec obstat l. si is qui mihi. ff. de iu-
re fisci. cum multis similibus referentibus ua
ria priuilegia fisci: quia loquuntur in casibus
claris, & in talibus lex eum priuilegiat: sed in
dubio est secus. Præterea nō sequitur, fiscus
habet multa priuilegia, ergo etiam istud. gl.
in l. filium quem habentē. C. famil. ercis. Pro
ista tamen opinione facit quod scripsit Iulius
Capitolinus in uita M. Antonij philosophi
Imperatoris,

Imperatoris,ubi dicit, quòd in cauſis cõpendijs,& ſic ubi lucrũ reſultabat,nunq̃ ipſe Imperator fauit fiſco. Alium intellectum ad d.l. nõ puto. poſuit Socinus & Bulg.in d.l.i. ſed quia mihi non placet,nõ refero. Sed tu circa illam deciſionẽ Dyni & Bar.aduerte,quia non uidetur uera:nam dato quòd fiſcus non ſit fauorabilis in dubijs quæſtionibus, nõ tamen debet eſſe deterioris conditionis quàm priuati;imò ubi lex præciſe nõ priuilegiat fiſcum,tunc æquiparatur priuato, ut eſt gl.in l.item ueniunt.§.Imperatorũ.ff.de petit.hær. & optimè probat̃ in l.i.C.de conduct. & procur.præd.fiſcal.lib.xi. Sed ſi eſſent duo priuati, uideretur quòd propter incertitudinẽ alterum inſtrumentũ alteri non præualeret. l.i.§.i.& ibi Bart.de bono.poſſeſſ.ſecundum tab. & propterea non uideretur ita ſimpliciter pręferendum priuatum. Tamen mihi placet opinio Bart. propter generalitatem d.l. & autoritatem Plinij in dicto Panegyrico.

4 Sed†nũquid idem ſit in dote? Admiſſa iſta opinione, caſus non habet difficultatẽ. Sed tamen in contrarium facit,quia dos & fiſcus pari priuilegio ambulant. l.ij. ubi not. C.de priuil.fiſci.& per Bart.in l.i.penul.col. ff.ſolu.matr. Vnde ſi ſint priuilegiati pariter, deberet uterq; ſimul admitti,per regulam l.priuilegia.ff.de priuil.cred. per Bart.in authen. quas actiones.C.de ſacroſan.eccleſ. Fortius uidetur fiſcum ſolum admittendũ tanq̃ magis fauorabilem.l.ſatis.C.in quib.cauſis pig. ta.contrah.& ſic mulier non uteretur priuilegio contra fiſcum.& ita uoluit Bald.Nouell. in tractatu dotis, in ix.part.in primo priuil. per aliquas rationes,de quibus per eum.Sed mihi placet prima opinio, quòd tunc contra fiſcum pronuncietur,per ſupradicta;quæ opinio uidetur magis cõmunis in d.l.i.tanq̃ potentius ſit in hoc caſu priuilegium dotis.

Ad tex.in d.l.iij.& in d.l.ſatis.reſpõdeo,ꝙ ibi nõ eſt ſimpliciter cauſa fiſcalis, ſed eſt primipili, in quo eſt ſpeciale quòd etiam bona uxoris ſint obligata, & filij quamuis nõ hæredes patris, teneantur.l.iij.C.de primipil. lib.xij. Et ratio ſpecialitatis eſt ſecundũ Abbatem poſt alios quos refert in c.ex parte.in ij.col.de conſuet. propter magnum periculum quod in primipilarijs uertebatur: quia primi in hoſtẽ prodibant. Sed iſtud nihil eſt; unde dic,ꝙ penes primipilares collocabantur ſtipendia,& annona militum,quam inde ipſi illis diuidebant;unde niſi in tempore ſatisfeciſſent,uertebatur magnum periculum famis & penuriæ in exercitu. Et propterea fuit inductũ,ut etiam uxor & filij pro tali debito tenerent̃:& iſtud eſt clariſſimũ apud Vegetium lib.i.rei militaris,& aliàs declaraui in d.l.iij.C.de primipil.& probatur in l.ordinariorum.& in l.ſpeciebus.C.de cohortal.lib. xij. Cętera dic ut per moder.in d.l.i.& etiã infrà aliquid dicturus ſum.

PRAESVMPTIO XLII.

1 *Actus ille è duobus codẽ die factis præceſſiſſe præſumitur, qui de iure præcedere debuit, etiã ſi ordo ſcripturæ eſſet inuerſus.*

2 *Prælato ſi fuerit data licẽtia dandi fundum in emphyteoſim, & eadem die fuerit datus, præſumitur licentiam præceſſiſſe.*

3 *Actus ille è duobus eodem die factis qui de iure præcedere debet, ut præſumatur præceſſiſſe, etiam ſi non appareat quòd actus ille eodem die ſit geſtus.*

QVadrageſimoſecũdo.†Præſumitur ex 1
duob.actibus eodem die factis ille præceſsiſſe,qui de iure præcedere debuit. l.cùm in teſtamento.§.i.ubi Bal.Ang.& Imol.ff.de teſta. Quod procedit ſecundũ eos ibi, etiã ſi ordo ſcripturæ eſſet inuerſus; & quod notat Rota in deciſ.antiq.tit.de præſum.i.& Alex. in l.diuortio.in iij.col.ff.ſol.matr.& idem in cõſil.lxxxi.in iiij.col.in tertio, ubi†ſi à ſupe- 2
riore ſit data prælato licentia dandi fundũ in emphyteoſim,& eadem die fuerit datus, præſumitur licentiam præceſſiſſe. ſequitur Feli. in c.paſtoralis.uerſ.ad identitatẽ.de reſcript. ubi allegat quaſdam alias deciſ.Rotæ,de quibus per eum,& per Iaſ.in l.fin.col.pen.C.de edict.diui Adria. Sed difficultas eſt,†nun- 3
quid iſta præſumptio habeat locũ,etiã ſi non cõſtet actus eodẽ die eſſe geſtus? Et uideret̃ dicendum iſtam pręſumptionẽ adhuc procedere,per tex.iuncta gl.in l.ij.C.de petit.hær. ubi ſi nõ conſtet nunquid uenditio facta fuerit poſt litẽ conteſtatã, uel antè,præſumet̃ in dubio facta ante litis conteſtationẽ: quia tũc bene ualuit,& excuſat emptorẽ, & eſt benignior interpretatio. Sequitur illam gl. Bart. & cõmuniter Doct.in l.nõ ſolũ.§.ſed ut probari.ff.de noui oper.nunc. Secũdo per notata per Bal.Ang.& Sali.in l.cũ proponatis. C.de codicill. ubi ſi duo proferant̃ codicilli, in quorũ altero dicatur,illum fundum Titio lego:in altero uerò, illum eundem fundũ Titio nõ lego:& ignoretur quid ſit prius uel poſterius actũ, præſumemus illud fuiſſe prius quod de iure debuit, & ſic illud in quo fuit legatum:quia de iure non erat opus non legare, & ſic in effectu adimere, niſi prius fuiſſet legatũ. Tertio, quia capi debet ſemper illa præſumptio,per quam actus ſecundum iura ſuſtinetur. d.l.quoties. de rebus dubijs. ut ergo actus illi teneant, licet præſumi debitũ ordinem præceſsiſſe. Cõtrarium uidetur eſſe de mente Alex. & aliorum quos allegat Fel.in d.c.paſtoralis. Et facit ratio,quia cùm prioritas actus ſit fundamentũ intentionis partis,quia ſine ea actus nõ ſuſtineret̃, uidet̃ quòd ei qui dicit,incũbat probatio, iuxta gl. in Clem.fin.in uerb.creatum.de reſcript.in c.uenerabilibus.§.fin.& ibi Gemin.infra de ſenten.excõmu.in ſexto. Poteſt diſtingui: Aut ſumus in materia dependente à uoluntate contrahentiũ, & procedat regula, quòd actus ille præceſſerit qui præcedere debuit, etiã ſi non conſtet de eadem die.d.l.quoties. Aut actus non dependet à pura facultate diſponentis, et tunc attendatur iſta breuitas temporis,ut ſi in eodem die actus geſti reperiantur, præſumat̃ præceſſiſſe qui debuit: &c.

ita loquuntur Doct. in d. §. 1. Alex. in d. cõsil. & Felin. in d. c. pastoralis, aliàs non.

PRAESVMPTIO XLIII.

1 *Si de prioritate duorum actuum dubitetur, ne ex incertitudine uterq; uitietur præsumimus pro benigniore.*
2 *Testamenta duo si producantur, & ignoretur quod prius & quod posterius, præsumitur pro eo in quo instituti sunt uenientes ab intestato, uel pia causa.*
3 *Quid si in uno sit instituta pia causa, in alio uenientes ab intestato, & dubitetur de proprietate aut posterioritate, pro quo præsumatur in dubio.*
4 *Testamenta duo si reperiantur, & dubitatur quod sit posterius, an si institutus in uno possideat, præsumatur posterius testamentum illud in quo est institutus.*
5 *Instrumẽta duo si reperiãtur, quorũ alterũ sit dotis, & dubitetur de prioritate, præsumitur instrumentũ dotis esse prius.*
6 *Instrumentũ salarij Doctoris præsumitur in dubio præcessisse.*
7 *Inuestituræ duæ eodem tempore factæ si reperiantur, præualet illa quæ est plenior. Intellige ut ibi.*
8 *Instrumentum in quo apponitur dies & hora, an in dubio præualeat illi ubi non est hora.*

1 QVadragesimotertio. †Vbi dubitatur de
prioritate duorũ actuum, ne ex incer
titudine uterq; uitietͬ præsumimus pro beni
gniore, ita probatur ex doctrina Bart. cõmu-
niter approbata in l. i. §. i. ff. de bono. poss. se-
cundum tab. & in l. edicto. in fin. C. de edict.
2 diui Adri. toll. ubi † si producantur duo testa-
mẽta, & ignoretur utrũ prius uel posterius,
ex incertitudine uitiãtur. l. duo sunt. ff. de te-
sta. tutel. l. eum qui duobus. ff. de acqui. hær.
nisi in altero sint instituti ab intestato uenië-
tes, uel alter institutus possideat. Addũt Do-
ctores, idem si in altero sit instituta pia causa,
arg. c. fin. j. de sent. & re iud. Circa primam
3 declarationẽ, † quando instituti sunt uenien-
tes ab intestato, dubitatur, quid si in altero sit
instituta pia causa? Et uidetur uenientem ab
intestato potius admittendum, per rationem
Bart. dum dicit, quòd dato quòd ambo testa
menta propter incertitudinẽ nõ ualerent, ad
mitterentur ipsi ab intestato: unde si uolunt
admitti ex testamento, tutius est ut etiam ad-
mittantur ad conseruandam uoluntatem de
functi. Ista ratio uidetur procedere, etiam da
to quòd pia causa in altero esset instituta: qa
isti ueniẽtes ab intestato, habent tantũ iuris,
quantũ pia causa respectu testamenti, & ul-
tra habẽt fundatã intentionẽ ab intestato: er-
go in tali causa ipsi debent præferri tanq̃ ha-
bentes ius fortius. l. utrum. §. fin. ff. de mino-
ribus. Et ista opinio non haberet difficultatẽ
quando essent instituti filij, & haberent pin-
guius ius in illo testamento in quo non esset
instituta pia causa. C. fin. xvij. q. iiij. l. si quis
ad declinandum. C. de epis. & cler. Circa se
4 cundam limitationẽ, † quando alter possidet,
ratio est, quia actor debet fundare intentio-
nem ut obtineat. l. actor q̃d asseuerat. C. de
probat. & fundamentũ eius intentionis est,
quòd suum testamentũ sit posterius, ergo de
bet hoc probare: & nisi probet, nõ potest ob
tinere. & ista est ratio Doct. Ex qua uidetur
inferri, quòd talis præferetur etiam piæ cau-
sæ: quia nõ reperitur in hoc priuilegiata pia
causa, ut releuetur à probãdo illud quod est
fundamentũ intẽtionis suæ: & istud mihi pla
cet. Non obstat quòd moder. in d. l. fin. te-
neant contrariũ: quia secundũ eos fauor piæ
causæ præponderat fauori rei, d. c. fin. quia il
lud procedit in sententia in qua est ratio dif-
ferentiæ à processu: nam ex quo in processu
pariter fauetur actori sicut reo, l. de die. ubi
not. ff. qui satisd. cog. in fine uerò magis faue
tur reo, l. Arrianus. ff. de actio. & oblig. unde
causa pia facilius facit cessare fauorem, & sic
in dubio sententiã obtinebit, qua poterit tol-
lere ea quæ alicui competunt, non solùm ex
fauore, sed etiam stricto iure. facit in arg. l. e-
ius militis. §. militia missus. ff. de testa. milit.
Præterea in isto casu iste non est simpliciter
reus, sed etiã possessor: unde dato quòd cau-
sa pia præualeat reo, non debet etiam præua
lere quando idem reus esset possessor. arg. §.
cõmodum. Instit. de interd. regula, cùm sunt
partiũ. de reg. iur. in vi. Confirmatur ista opi-
nio per tex. in c. si à sede. de præben. in vi. ubi
quando de prioritate beneficij pluribus col-
lati non constat, potior est conditio possiden
tis. Nec obstat si dixeris quòd utrinque est
causa pia: quia respondeo, quòd si ista ratio
consideraretur, non debebat distingui inter
possidentẽ uel non, sed inter egentiorẽ & mi
nus egenũ, & sic ut pauperior præferretur,
ut est tex. §. si quis in nomine. uers. si quis au-
tem. in auth. de eccles. tit. & ibi Ang. de quo
per Salic. & moder. in l. i. C. de sacrosan. eccl.
cogita tamen, quia tex. in d. c. fin. nõ parũ ur-
get. Circa tertiam limitationẽ de causa pia
quòd ipsa præferatͬ, facit in argumentũ text.
in d. c. fin. & firmauit Lud. Rom. in repet. au
then. similiter. C. ad leg. falcid. in xij. speciali:
& ita dicit se consuluisse Ias. in quodam hospi
tali quod fuerat institutũ in simili testamẽto.
Sed tu aduerte ultra supradicta, quia text.
in d. c. fin. loquitur, quando constabat de uo-
luntate utriusq;, unde in repugnantia fit in-
terpretatio pro pia causa: sed in casu istius li-
mitationis non constat de uoluntate, ex quo
solum ultimũ testamentũ habet pro se uolun
tatẽ defuncti, l. nolumus. C. de testa. & igno-
ratur quid sit illud ultimũ, unde in puncto iu
ris ista limitatio est dubia, & plenius probatͬ
per supradictam regulam generalẽ. Et ex su
pradicta regula etiã inferí † ad duo instrumẽ- 5
ta, quorum alterũ sit dotis, ut in dubio illud
præsumatͬ prius, ut habetur in d. l. i. sol. matr.
de quo ĩ dixi. & facit l. i. C. de iure fisci. lib. x.
secundum cõmunem intellectum, ubi si ap-
pareat duplex hypotheca eodẽ die facta, præ
sumetur prior quæ est fisci. Sed quicquid di-
cant Doct. ille intellectus non congruit te-
xtui, qui uoluit facere aliquam specialitatem
in fisco, quod probatur in fine text. ibi, quod
citra fraudem cred. &c. ubi tex. inter cęteros
creditores intelligit etiam de fisco: & sic præ-
supponit quantũ ad illum text. esse parẽ cau-
sam omniũ creditorũ, aliàs illatio illa non es-
set bona. Et quod dicitur de dote & fisco,
procedit

6 †procedit etiã in salario Doctoris, secundum
Bal.in d.l.i.quia causa studij & dotis æquipa-
rantur, ut colligit ibi Bar.ex gl.fin. Nec ob-
stat quod dicunt aliqui moder. quòd aliud sit
loqui de ipso studio, & sic de disciplina, quæ
bene est fauorabilis: aliud de mercede, quæ
non uidetur habere tot fauores.l.i.§.diuus.ff.
de extraord.cogn. Vnde pro salario nõ est in
troducta à lege hypotheca, nec alia priuilegia
quæ cõpetunt dotib. Quia respondeo, quòd
causa studij dependet à salario; quia præsumi
tur melius & libentius docere professor cui
salaria exhibentur.l.medicos.in fi.C.de pro-
fes.& medi.lib.x. Ad supradicta etiam facit
quod not.Bald.in c.i.in prin.in v.col.quid sit
7 inuest.quòd †quando apparent duę inuestitu
ræ eodem factę tempore, pręualet illa quę est
plenior.quod intellige, quando talis plenitu-
do nõ esset onerosa, per illud quod notat idẽ
Bald.in l.falsus.penult.col.C.de furtis.ubi si
producuntur duo mandata, stabitur illi quod
concedit minorem facultatem. Intelliguntur
supradicta simpliciter, data æqualitate utrin-
que: aliàs si in altero sit certius tempus, illud
debet præualere, arg.not.per Marti.Sillima.
Cyn.& Bal.in l.de rebus.C.de do.ante nupt.
Ioan.de Platea in d.l.i.C.de iure fisci.lib.x.
8 Et propterea † si in uno instrum ẽto sit expres-
sa nedum dies, sed etiam hora, uideretur illud
præferendum, prout tenet Ias.& moder.in d.
l.i.ff.solut.matr. Contrarium tenet Felin.in
d.c.pastoralis.in uers.unius horę.de rescript.
cuius opinio est uerior, per rationẽ suam.&
clarius procederet, quando in talibus scriptu
ris nõ soleret apponi hora: nam ista appositio
insolita redderet scripturã suspectam, iuxta
not. in c.quàm graui.J de crim.falsi. Bald.in
procem.feud.cum simil. Nec Dd.allegati per
Ias dicunt in d.l.de rebus, illud ad quod sim-
pliciter allegantur.

PRESVMPTIO XLIIII.

1 *Præsumitur in dubio pro reo. Rationem habes ibidem. Ampliatur num.7.cum seq. Limitatur num.13.cum seq.*
2 *Actor licet successerit in ius alterum, si tamen succumbat, non excusatur ab expensis.*
3 *Iudicis officium magis exuberat in absoluendo: ideo absens absolui potest si appareat de eius innocentia, licet non possit condemnari regulariter.*
4 *Vulneratus si quis fuerit ab uno plurium, & nescitur à quo, absoluendi sunt omnes, nec contra aliquem ipsorum procedendum est ad torturam.*
5 *Morientis exculpatio licet admittatur ad absoluendum, non tamen admittitur morientis accusatio ad condemnandum.*
6 *Suspensus si fracto laqueo cecidit in terram, præsumitur quòd miraculose hoc factum fuerit, si antequã suspenderetur fuit protestatus de innocentia: ideo uenit absoluendus.*
8 *Crimen si fuerit probatum per duos clericos, & reus probauerit contrariũ per duos laicos, fauore rei præualet probatio laicorum. Et quid in ciuilibus num.9.10.*
11 *Accusator quando dicatur habere iustam causam litigandi, ita ut excusetur à præsumpta calumnia.*
12 *Reus absolutus à crimine, an possit agere contra accusatorem actione iniuriarũ, ad damna, uel interesse, uel de falso, maximè si contra reum erant indicia sufficientia ad torturam.*
14 *Actori magis quàm reo fauetur in præparatorijs iudiciorum.*
15 *Reus potest suam ambiguam exceptionem interpretari, sicut actor suum libellum.*
16 *Actor & reus an in medio causæ sint æqualiter tractandi, ita quòd plus non faueatur uni quàm alteri.*
17 *Clerici litigantes in foro seculari, licet ligẽtur in ordinatiuis & præparatorijs iudiciorum statuto laicorum, non tamen ligantur statuto reijciente probationes.*
18 *Præsumptio est contra reum, in his quæ respiciunt fauorem animæ.*

QVadragesimoquarto. † In dubio fit pre- 1
sumptio pro reo.l.fauorabiliores.ff.de
reg.iur. Et rationes istius præsumptionis po-
nit eleganter Aristot.in problem.part.xxix.
cap.xiij. Prima ratio est, quia actor semper
potest & debet uenire paratus. In reo uerò nõ
ita est, & ideo potuit fortè omittere aliqua spe
ctantia ad eius defensionẽ: unde fuit æquum
ut in dubio pro eo præsumeretur. Probatur ista
ratio in d.l.qui accusare.C.de eden.& secun-
da quęst.viij.C.sciant.& Specul.in tit.de pre-
par.iudi.§.i. Et facit quod notat Bart.in l.qui
in alterius.per illum text.ff.de reg.iur. † ubi li- 2
cet actor successerit in ius alterius, tamen ista
non est iusta causa excusandi eum ab expen-
sis, quia debuit se præparare antequam ueni-
ret ad iudicium. facit quod notatur in c.ij.de
dilat.ubi longiores danť dilationes reo quàm
actori. Et sic habes, quòd allegatio rei qua di-
cit se non omnia dixisse quæ ad causam suam
spectant, sed aliqua per errorem uel obliuio-
nem omisisse, est probabilis: pro quo facit
text.in l.minor autẽ magistratus.§.i.ff.de mi-
norib. Secunda ratio ponitur per eum, quia
talis pręsumptio suadet liberationẽ, ergo ista
debet capi tanquã humanior. & hęc ratio opti
mè probatur in l.Arrianus.ff.de actio.& ob-
lig. Quòd aũt sit humanior, ipse probat: quia
in conflictu rationũ melius est nocentẽ absol
uere, q̃ innocentẽ condemnare.l.absentẽ.ff.
de poenis.l.inter pares.de re iudi. Adde pro
ista ratione primò quod not.Butr.in c.ueni-
ens.col.i.post Io.And.de accus.& Barth.Ve
ron.consil.xli.licet inuitus.col.fi.ubi dicit, † q 3
officiũ iudicis magis exuberat in absoluẽdo:
& propterea licet absens nõ possit cõdemna-
ri, d.l.absentẽ.tamen si apparet de innocẽtia,
potest absolui. Secundo adde, quòd † si inter 4
plures personas aliquis fuit uulneratus, &
fortè appareat unũ uulnus illatũ, & nescitur
quis fecerit, sint omnes absoluendi.d.l.absen
tem.& ita tenet Petrus Iac.in libello de actio.
l.Aquiliæ.in uers.ex prædictis. Dic ut habeť
per Alb.de Ros.in l.fin.ff.de sicarijs.& quod
not.Imol.in c.i.de offi.deleg. Imò cõtra tales
nõ erit neq; procedendum ad torturã, secun-
dum Alex.cons.xiiij.in iij.ubi † ampliať etiam 5
si mortuus inculpasset aliquem: quia licet at-
testatio morientis admittať ad absoluendum,
secundum Bal.in l.i.C.cõmunia de leg.per l.
Paulus.§.i.ff.de bon.liber.nõ tamen admittiť
ad condemnandũ, prædicta ratione, & etiam
alibi diximus.& ita limitať quod notat Ang.
de Aret.in tract.malefi.in uerb.fama publi-
ca.in xvij.col.uers.quid aũt si sint quinq;.de
quo etiã per Dd.in d.l.si quis in rixa.ff.de si-

6 carijs. Alex. conſ. xv. in i. Tertio† adde quod
notat Lucas de Pen. in l. i. C. de deſert. lib. xij.
col. ix. ubi ſi dum damnatus ad mortē ſuſpen
deretur, fracto laqueo cecidit in terrā, præſu-
mendum eſt factum miraculoſe, unde eſt ab-
ſoluendus, ſi ipſe erat proteſtatus de innocē-
tia: refert & ſequitur Decius in d. l. fauorabi-
liores. Et ſic iſtæ rationes Ariſtotelis ſunt bo-
nę. Sed tu adde tertiam rationē. Nam actor
qui agit cōtra reum, in effectu arguit eius de-
lictū uel culpā ſeu noxam, ex quo aliàs reus
non cōpelleretur ſuſcipere iudiciū. l. ſi reus
paratus. ff. de procur. §. fi. Inſtit. de perpet. &
temp. actio. Sed iſta culpa ſeu mora nō præſu
mit, niſi clarè probata. d. l. meritò. ergo in du-
bio pro reo præſumendū eſt, qui habet præ-
7 ſumptionē illam pro ſe. †Ampliatur iſta prę-
ſumptio, ut procedat etiam in reo qui per ac-
cidens eſt actor: ueluti quando reus intenta-
ret remedium de quo in l. diffamari. C. de in-
gen. manu. puta ſi peteret imponi ſilentium
alicui qui prætendit ſe creditorē, uel peteret
cancellari inſtrumentū, ſecundum Butr. in c.
in pręſentia. in vi. col. de proba. & per moder.
in c. ex literis. eo tit. Ampliatur & ſecundo,
ut talis præſumptio procedat, dato quòd pro
8 actore eſſent clariores teſtes. Et propterea† ſi
pro parte accuſatoris probatū ſit crimen per
duos clericos, & pro parte rei ſit probatū con
trariū per duos laicos, fauore rei præualebit
probatio laicorū, ſecundum gl. in C. clerici.
viij. diſtin. Bald. in l. data opera. C. qui accuſ.
nō poſſ. Rom. in l. i. §. fi. & in l. illa. ff. de uerb.
oblig. Moderni in l. qui accuſare. C. de eden.
9 Et illā† gl. intelligūt Moder. in d. c. ex literis.
procedere in cauſis criminalibus, ſecus in ci-
uilibus. Et ratio eſt, quia in criminalib. ultra
præſumptionē quæ generaliter eſt pro reo,
concurrit etiā præſumptio quòd quis nō deli
querit. d. l. meritò. quę pręualet. Sed certè iſta
ratio procedit etiā in ciuilibus, quia reus de-
linqueret retinendo rem alienam, regula, pec
catū. de reg. iur. in vi. Nec obſtat gl. in C. mo
nachus. in uerb. quorū. in vi. diſtin. quæ uult,
quòd tantū ualet teſtimoniū quatuor clerico
rum, quantū ſex laicorū: quia illa gl. nō pro-
batur iure. Et dato quòd ſit uera, erit tamen
arbitrariū iudici qui hoc ponderet perſcruta
ta qualitate perſonarū. l. iij. ff. de teſta. & in du
bio præualebit præſumptio oriens pro reo,
præſumptioni orienti ex pręſumpta probita-
te clericorū, ſecundū gl. in d. c. clerici. Am-
10 pliatur & tertio,† ut ita præſumatur pro reo,
quòd talis præſumptio opereť contra ipſum
actorē, ut præſumatur temerè & per calum-
niam litigaſſe, & conſequenter cōdemnetur
in expenſis, iuxta l. eum quem temerè. de iu-
di. & notať in l. properandū. §. ſin autē alteru-
tra. C. de iudi. Quod intellige, niſi actor ha-
11 buerit cauſam iuſtam litigandi. Et† dicitur ac-
cuſator habere iuſtā cauſam, quando ſaltem
habet indicia ſufficientia ad torturam contra
reum: unde tunc excuſaretur à pręſumpta ca
lumnia, ſecundum Angel. in l. uacantia. in vi.
quæſt. C. de bonis uacan. lib. x. Et iſta deciſio
uideť confundere illud quod notat Alex. con
ſil. xi. incip. circa primū dubium. in ſecundo
dub. in i. uol. ubi dicit,† quòd reus qui fuit ab- 12
ſolutus, poteſt agere actione iniuriarū & ad
damna & intereſſe, uel de falſo contra accuſa
torem. & loquitur Alex. in caſu quo reus fue-
rit poſitus ad torturā, & purgauerit indicia, &
ſic loquitur in caſu quo prius extabant iudi-
cia, ex quo aliter non potuiſſet torqueri. l. mi
lites. C. de quæſt. & ita reprobat eum Picus in
d. l. qui accuſare. Sed ego intelligo deciſionē
Ang. in d. l. ſi uacantia. procedere reſpectu iu
dicis, ne teneatur in ſyndicatu, non aūt reſpe
ctu accuſatoris. Et ratio differentiæ eſt, quia
accuſator nō debet deferre niſi delictū quod
poteſt probare. C. ad l. Iul. maieſt. & d. C. ſi au
tem. ij. quęſt. vi. Sed iudex eo ipſo quòd habet
ſufficiētia indicia, debet procedere aduerſus
reum: unde plus ſuccurritur ex neceſsitate a-
genti. l. fin. §. iudicandi. ff. de mun. & hon. l. ſi
fideiuſſor. §. i. ff. qui ſatiſdare cog. †Limitatur 13
hęc concluſio primò, ut non procedat quan-
do actor ageret pro cauſa fauorabili ſeu pia. c.
fin. de re iud. quia earum fauor pręualet fauo
ri rei, ut ibi probatur, & in l. inter pares. ff. de
re iud. & d. l. Iulia. ff. de manumiſſ. in l. ſi pars.
ff. de inoffi. teſt. & per moder. in d. c. ex literis.
de quo dic ut ſ. tetigi. Secundo† limitatur, ut 14
non procedat iſta regula in præparatorijs iu-
diciorum, quia in illis magis fauemus actori
q̄ reo. l. ſi quis intentione. ff. de iudi. l. de die.
ubi Doct. ff. qui ſatiſd. cog. & l. inter ſtipulan-
tem. § i. ff. de uerb. oblig. Sed cōtra iſtam de-
clarationē adducunť aliqua fundamenta per
Moder. in d. l. de die. & in l. exigendi. in iiij.
col. C. de procur. Et mihi non placet iſta limi-
tatio, quia rationes iſtius regulæ generaliter
procedunt: & tex. in d. l. fauorabiliores. nō ui
detur cōmodè pati iſtam reſtrictionem, quic-
quid etiam dicāt Doct. in c. cùm ſint iura par-
tium. de reg. iur. in vi. Non obſtat d. l. de die.
ubi ſtipulatio recipit diem ex poteſtate acto-
ris: quia iſtud nō eſt quòd actor in præparato
rijs ſit fauorabilior reo, ſed quia natura ſtipu
lationis hoc importat: cùm enim alijs promit
tit iudicio ſiſti, cenſetur promiſiſſe ſiſtere uſ-
que ad finem litis. l. græcè. §. & poſt litem. ff.
de fideiuſſorib. Sed quia interim poſſet eſſe
graue promiſſori ſi finis litis diutius protela-
retur, uel peteretur quòd ſiſteret aliquo tem-
pore importuno, iudex ipſe moderabitur ſpa
cium: & actor ſtipulans non propter hoc cen
ſebitur ſibi præiudicaſſe, quin tamen in pote
ſtate ſua ſit agere. l. i. C. ut nemo inuit. Non
obſtat d. l. ſi quis intētione, quia quāuis actor
ibi declaret libellum ſuum ambiguū, non ta-
men propter hoc uideť fauorabilior reo, ex
†quo etiā ipſe reus declarat exceptionē ſuam 15
ambiguam, ut ibi habetur, & per Bart. in d. l.
is qui reus. in penult. col. ff. de publ. iudi. & in
d. l. inter ſtipulantē. §. i. in ij. col. dum allegat
l. certum. ff. de confeſſ. Non obſtat d. l. inter
ſtipulantē. §. i. quia ille text. procedit ſpeciali
ratio-

rationeibi aſsignata per Iuriſconſ. nõ autem
quía in ordinatiuis plus faueamus actori.
16 Tertio† limitatur in medio cauſæ, quía tunc
æqualiter tractamus & actorẽ & reum, non
autem plus præſumimus pro reo, ſecundum
Doct. in d. l. de die. & d. c. cùm ad ſedem. de re
ſtit. ſpol. Sed contra hanc opin. obſtat, quía
reus nõ tenetur edere actori ad probandum
eius intentionẽ, & tamen actor tenetur edere
reo ad probandũ eius exceptionẽ. l. nõ eſt no
uum. C. de eden. & ibi ita inquit Iaſ. & etiã in
d. l. de die. Sed ad iſtud argumentũ reſpõdent
Moder. quòd iſtud eſt in probationibus quæ
nõ uidentur ſimpliciter reſpicere media cau
ſę, ſed etiam deciſionẽ, ex quo actore nõ pro-
bãte reus abſoluit. l. qui accuſare. C. de eden.
17 Confirma iſtam ſolutionẽ, † quia licet clerici
in præparatorijs & ordinatiuis ligentur ſtatu
tis laicorum quando litigant in foro ſeculari,
ſecundũ gl. & Doct. in c. quod clericis. de fo-
ro comp. tamen non ligarent ſtatuto reijcien
te probationes, quía tales reſpiciunt deciſio-
nem, ſecundũ Cald. qui ita diſputauit, quem
refert Salic. in authen. caſſa. in iij. col. C. de ſa
croſan. eccleſ. per Doct. in c. eccleſia ſanctæ
Mariæ. de conſtit. quia q̃uis iſta ſolutio ſit ſa-
tis bona, tamen iſta limitatio etiam ipſa nimis
reſtringit regulam d. l. fauorabiliores. cuius
uerba poſſunt cõprehendere etiam iſtam re-
ſponſionẽ: unde teneas regulam generaliter,
quòd in dubio præſumimus potius pro reo.
Si uerò ſumus in caſu claro, tunc ceſſat præ-
ſumptio: nam aliquando ex aliqua ſpeciali ra
tione reperitur in iure conſtituta differentia
inter actorẽ & reum, ut per Iaſ. in d. l. de die.
Sed illi caſus non propter hoc tollunt regu-
18 lam, quæ in dubio procedit. Quarto † limita
tur in foro animæ, quia tunc fit præſumptio
contra reum: quia talis uia eſt tutior pro ſalu
te, ut per gl. in c. de ſerut. de quo ſuprà dixi in
prin. regulæ. & per Modern. in d. c. ex literis.
in iij. col. Et iſta limitatio optimè quadrat ad
tertiam rationẽ ſuprà per me relatam, & pro-
cedit nedum ſimpliciter in foro animæ, ſed
etiam in foro canonico quo ad pœnã ſuſpen-
ſionis ab altari. c. presbyterũ. c. ſignificaſti. ij.
& c. ad audientiam. ſ. de homi. de quo per Co
men. conſil. cxxxiiij. uiſis denunciationib. in
19 v. col. Quinto † limitatur, ut non procedat
quando eſt dubietas ſuper iuriſdictione, & iu
dex ante eam fundatam cognoſcit, ut eſt gl.
in c. cùm contingat. in iij. gl. de reſcript. per
Alex. & Moder. in d. l. de die. in fi.

PRAESVMPTIO XLV.

1 *Præſumitur in illam partem per quam pœna euitatur. Declaratur num. 7. & ſeq.*

2 *Pœna ſi fuerit appoſita in contractu ex parte unius, an præſumatur actum ut etiam alter teneatur.*

3 *Venditor ſi ſtatim rem uenditã accepit in emphyteoſim, et deinde actor fecit pactum de luendo intra certũ tempus, & emphyteota ceſſauit à ſolutione canonis, ita quòd cecidit à contractu emphyteotico, an etiam ceciderit à pacto luendi.*

4 *Excluſus ab uno capite cõtractus, nõ cenſetur excluſus ab alio.*

5 *Diſpoſitio principalis licet extendatur, non tamen fit extenſio quo ad pœnam. Intellige ut num. 6.*

8 *Legis illa interpretatio quæ eſt benignior licet præualeat, tamen in primis debet inſpici & attendi uerborum proprietas.*

9 *Condemnatus ſimpliciter ad pœnã capitalem, intelligitur de exilio & de excõmunicatione, ſi condemnatus ſit clericus. & num. 10.*

11 *Infamiæ pœna an dicatur capitalis. & num. 14.*

12 *Vaſallus ſicut amittit feudum ſi non defendit uitam domini, ita ſi non defendat eius famam.*

13 *Vitæ & famæ periculum æquiparantur.*

15 *Manus ſi cui amputanda ſit, intelligitur de debiliori uel arida.*

QVadrageſimoquin●. † Prẹſumitur ſem 1
per in illam partẽ, per quam pœna eui-
tatur. l. ſemper in obſcuris. ff. de reg. iur. l. pro
ximè. ff. de his quę in teſta. delenſ. Raph. Cu-
ma. conſ. cxxxiiij. in ult. col. Et ideo † ſi in con- 2
tractu pœna ſit pro parte unius appoſita, nõ
præſumit actum ut etiam alter teneaſ, ſecun-
dum Bald. in c. i. qualiter dñs propriet. feu-
di priuetur. Et eodem modo ſubſtitutio quæ
de uno caſu ad alium extenditur, non habet
locũ ſi pœna apponitur. l. pater Seuerinam.
ubi Bar. ff. de cond. & demõ. gl. in Clem. ij. in
uerb. ſanctioni. de uita & honeſt. cler. de quo
per Moder. in c. ſecundo requiris. de appell.
Et hæc faciũt ad quæſtionẽ: † Aliquis uenun- 3
dedit domũ, & incõtinenti recepit in emphy-
teoſim, & deinde emptor fecit pactũ de luen-
do intra certũ tempus: iſte emphyteota ceſſa-
uit à ſolutione canonis, ita quòd cecidit à con
tractu emphyteotico, an etiam cenſeatur ce-
cidiſſe à pacto luendi? Et And. Sicul. conſ. li.
ſcripſit ſapienter. in prima part. concludit q
non: quía iſtud cadere à contractu emphyteo
tico, eſt quid pœnale, ergo nõ debet prẹſumi
actum ut talis pœna procedat etiam reſpectu
pacti de luendo, præſertim quía pœnæ non
habent locũ niſi à iure expreſſę. §. cùm igiſ. in
auth. de non elig. ſecundo nub. l. at ſi quis. §.
diuus. ff. de relig. & per eandem rationẽ idem
ſecuti ſunt aliqui Moder. in l. in bonę fidei. C.
de pactis. & eſt de mente Iaſ. in l. ij. in ij. col.
C. de iur. emphyt. Contrarium tenet Barth.
Vero. in tract. de ſimulat. contractuum, in ij.
præſumpt. in ult. col. in caſu quo tale pactum
eſſet appoſitũ cõtractui emphyteotico: ergo
ſi cadat ab emphyteoſi, cadet etiam à pacto, &
iſtam rationẽ fecit etiam Iaſ. in d. l. ij. Sed tu
tenendo primã opinionẽ quæ uideſ æquior,
reſponde, quòd pœna reſpiciens ipſum con-
tractũ emphyteoſis, non debet trahi ad iſtud
pactũ luendi, per notata in d. l. in teſtamento.
cum ſimilib. Et licet tale pactũ poſsit dici pars
cõtractus, iſtud eſt per fictionẽ. l. lecta. in uer
bo, ineſſe uideni. ff. ſi cert. pet. Nam propriè
loquendo eſt cõtractus de per ſe, iuxta gl. in
l. i. ff. de act. & oblig. quæ proprietas debet at-
tendi, præſertim ubi agitur de euitanda pœ-
na, ut per Bald. in l. cùm proponas. col. fin. C.
de hæred. inſtit. & in c. i. in fi. de milite uaſal.
qui contu. eſt. Cùm ergo propriè loquendo
ſunt duo contractus, pœna uni appoſita non
debet trahi ad aliũ. facit l. iuriſgentiũ. §. adeò.
ff. de pactis. Item, † quía excluſus ab uno capi- 4

te cõtractus, nõ censetur exclusus ab alio, se-
cundũ Bal. in l. ij. in viij. q. C. de rescind. uen.
Imò plus ego crederem, quòd iste dominus
non teneret uigore talis pacti, nisi ad transfe-
rendum directum dominium, reseruato utili
quod fuit consolidatũ; quia illud pactũ in lu-
endo intelligitur secundũ tempus cõtractus,
& sic de directo tantũ separato ab utili; nõ au
tem deberet extendi ad ius interim quæsitũ. l.
Rutilia Polla. ff. de cõtrah. empt. præsertim
ex culpa ipsius paciscẽtis: nam ex quo incon
tinenti fuit factus cõtractus emphyteoticus,
satis arguitur mens contrahentiũ, ut emptor
haberet solum directũ dominium separatum
ab utili. arg. l. si uentri. §. fin. ff. de priuil. cred.
Ad supradicta etiã facit quod notat Io. And.
& Gemi. in c. dispendia. de rescript. in vi. ubi
5 †licet dispositio principalis extendatur, nun-
quam tamẽ fit extensio quo ad pœnam, quia
non pręsumitur talis fuisse intentio disponen
tis. sequitur Butr. & Imol. in c. fin. de rescript.
Abb. in c. i. col. fin. de loca. Gemin. in c. si for-
tè. col. ij. de elect. in vi. Lancel. Decius in l. i.
6 C. de in ius uocand. Quod †intellige, nisi esse
mus in æquiparatis à regula iuris aliqua, iu-
xta notata in l. si quis seruo. C. de furtis. cum
concord. per Moder. in auth. quas actiones.
C. de sacrosan. eccles. & ita intelligo gl. in c. i.
in gl. penul. ã de postu. pręlat. de qua per Mo
der. in c. nam concupiscentiã. in ij. lectura. de
7 constit. †Declara supradictã pręsumptionem
ut procedat in dubio: aliàs si casus esset clarus,
puta quia proprietas uerborũ importaret pœ
nam, tunc staremus proprietati. l. cùm lege.
ubi Aret. ff. de testam. & quod not. Cal. cons.
i. de consang. & affin. & per Moder. in l. sem-
per in obscuris, in ult. col. ff. de reg. iur. Con
firmat̃ ex doctrina Abb. in c. i. de constit. ubi
8 dicit, quòd †licet in dubio præualeat illa inter
pretatio legis quæ est benignior, tamẽ in pri-
mis deberet attendi proprietas uerborũ, secun-
dum gl. in l. nõ possunt. ff. de legi. & per Dec.
in d. c. i. pen. col. uers. tertia conclusio. Intelli
ge hãc declarationẽ, quòd fiat lata interpreta
tio quatenus uerba importãt, quando omnia
possunt cõmodè interuenire; alioquin si unũ
tantũ significatũ adaptari posset, intelligeret
de leuiore. Et propterea †si quis cõdemnetur 9
simpliciter ad pœnã capitalem, intelliget de
exilio, ut per Abb. & alios in c. quanto. ĵ de iu
reiur. gl. in l. i. in uerb. capitalis. C. ne hæret.
uel Iudæ. man. Ang. de Aret. in tract. malefi.
in uerb. & caput ab spatulis. Aret. in c. quali-
ter & quãdo. §. fi. in iij. col. de accus. Rimin. in
l. transigere. in iiij. col. de transac. Alex. cons.
ciiij. limitando etiã ut per Imol. in l. ij. de pub-
li. iudi. Et †si cõdemnatus esset clericus, intel- 10
ligeret de excõmunicatione, secundũ Picum
in l. imperiũ. ff. de iurisd. om. iud. pro quo fa-
cit tex. in c. i. secundũ unum intellectũ. ĵ de ho
mici. Adde quòd uideret, †quòd imò satis es- 11
set pœna infamiæ, quia talis dicitur capitalis.
Vnde infert And. Sicul. in addit. ad Bal. in c.
i. in prin. quibus mod. feud. amit. quòd †sicut 12
uasallus amittit feudũ si non defendat uitã do
mini, ita etiã si nõ defendat eius famã: quia †pe 13
riculũ famę, æquiparat̃ uitæ. l. iusta. ff. de ma-
numissis uind. Sed †tu tene contrariũ, per su- 14
pradicta: & quia causa famæ nõ propriè dicit̃
capitalis, nec propriè æquiparat̃ uitæ, ut pro-
bat̃ in l. si adulteriũ cum incestu. in fi. ff. ad l.
Iul. de adult. ibi, cuius famæ multò magis q̃
uitæ parcendũ est. Et propterea nõ teneo il-
lam decisionẽ And. Siculi, quæ etiã est nimis
inhumana. Comprobat̃ prędicta declaratio
per gl. in auth. sed nouo iure. C. de fur. †ubi si 15
quis sit cõdemnatus in amputatione manus,
intelligit̃ de debiliori; imò si reus haberet unã
aridã, illa esset amputanda, secundũ Iac. But.
Alb. de Ros. Salic. & Paul. Cast. in d. auth. sed
nouo iure. Alber. de Ros. in tertia parte statu
torũ. q. lx. Et dicit Ioã. And. in addit. Specul.
in rub. de pœnis. quòd hæc est cõmunis do-
ctrina, quicquid teneant Bart. Cyn. & Bal. in
d. auth. de quo etiã per Ang. in d. tractatu, in
uerb. quis nõ soluerit. in i. col. Idem etiã tenet
Angel. in l. iij. §. Labeo. per illum text. ff. arbo
rum fur. cæs. & Maria. Socin. in c. sicut Iudęi.
in v. col. de Iudæis. ubi allegat text. i. quæst.
prima. C. sicut urgeri.

TRACTATVS PRAESVMPTIONVM FINIS.

D. AND. ALCIATI IN LIBELLVM EMBLEMATVM PRAEFATIO, AD D. CHONRADVM PEVTINGERVM AVGVSTANVM.

Dum pueros iuglans, iuuenes dum tessera fallit,
Detinet & segnes chartula picta uiros,
Hæc nos festiuis Emblemata cudimus horis,
Artificum illustri signaq; facta manu.
Vestibus ut torulos, petasis ut figere parmas,
Et ualeat tacitis scribere quisq; notis.
At tibi supremus preciosa numismata Cæsar,
Et ueterum eximias donet habere manus,
Ipse dabo uati chartacea munera uates.
Quæ Chonrade mei pignus amoris habe.

D. AND. ALCIATI
Emblematum libellus.

Ad illustrissimum Maximilianum Ducem Mediolanensem.


Xiliens infans sinuosis è faucibus anguis,
Est gentilitijs nobile stemma tuis.
Talia Pelleũ gessisse nomismata regem,
Vidimus, hisq; suũ cõcelebrasse genus,
Dum se Ammone satũ, matrem anguis imagine lusam,
Diuini & sobolem seminis esse docet.
Ore exit, tradunt sic quosdam exitier angues,
An quia sic Pallas de capite orta Iouis?

Mediolanum.
Bituricis uervex Heduis dat sucula signum,
His populis patriæ debita origo meæ est,
Quam Mediolanum Sacram dixere puellæ
Terram: nam uetus hoc Gallica lingua sonat.
Culta Minerua fuit, nunc est ubi numine Thecla
Mutato matris uirginis ante domum.
Laniger huic signum sus est, animalq; biforme
Acribus hinc setis, lanitio inde leui.

Fœdera.
Hanc citharam à lembi quæ forma halieutica fertur,
Vendicat & propriam Musa latina sibi.
Accipe Dux, placeat nostrum hoc tibi tempore munus,
Quo noua cum socijs fœdera inire paras.
Difficile est, nisi docto homini, tot tendere chordas,
Vnaq; si fuerit non bene tenta fides,
Ruptáue (quod facile est) perit omnis gratia conchæ,
Illeq; præcellens cantus, ineptus erit.
Sic Itali coeunt proceres in fœdera: concors,
Nil est quod timeas, si tibi constet amor.
At si aliquis desciscat (uti plerunq; uidemus)
In nihilum illa omnis soluitur harmonia.

In silentium.
Cùm tacet, haud quicquam differt sapientibus amens,
Stultitiæ est index linguaq; uoxq; suæ.
Ergo premat labias, digitoq; silentia signet,
Et sese Pharium uertat in Harpocratem.

Etiam ferocissimos domari.
Romanum postquam eloquium, Cicerone perempto,
Perdiderat patriæ pestis acerba suæ,
Inscendit currus uictor iunxitq; leones,
Compulit & durum colla subire iugum,
Magnanimos cessisse suis Antonius armis,
Ambage hac cupiens significare duces.

Gratiæ.
Tres Charites Veneri assistunt, dominamq; sequuntur,
Hincq; uoluptates, atq; alimenta parant.
Lætitiam Euphrosyne, speciosum Aglaia nitorem,
Suadela est Pithus, blandus & ore lepos.
Cur nudæ? mentis quoniam candore uenustas
Constat, & eximia simplicitate placet.
An quia nil referunt ingrati atq; arcula inanis
Est Charitum? qui dat munera, nudus eget.
Addita cur nuper pedibus talaria? bis dat
Qui citò dat, minimi gratia tarda pretij est.
Implicitis ulnis cur uertitur altera? gratus
Fœnerat, huic remanent una abeunte duæ.
Iuppiter ijs genitor, cœli de semine diuas
Omnibus acceptas edidit Eurynome.

Gratiam referendam.
Aërio insignis pietate ciconia nido
Inuestes pullos pignora grata fouet,
Taliaq; expectat sibi munera mutua reddi,
Auxilio hoc quoties mater egebit anus.
Nec pia spem soboles fallit, sed fessa parentum
Corpora fert humeris, præstat & ore cibos.

Potentissimus affectus amor.
Aspice ut inuictus uires auriga leonis
Expressus gemma pusio uincat Amor,
Vtq; manu hac scuticam teneat, hac flectat habenas,
Vtq; sit in pueri plurimus ore decor.
Dira lues procul esto, feram qui uincere talem
Est potis, à nobis temperet an'ne manus?

Non uulganda consilia.
Limine quod cæco obscura & caligine monstrum
Gnosiacis clausit Dædalus in latebris,
Depictum Romana phalanx in prælia gestat,
Semiuiroq; nitent signa superba boue:
Nosq; monent, debere ducum secreta latére
Consilia, autori cognita techna nocet.

In uictoriam dolo partam.
Aiacis tumulum lachrymis ego perluo uirtus,
Heu misera albentes dilacerata comas.
Scilicet hoc restabat adhuc, ut iudice græco
Vincerer, & causa sit potiore dolus.

Reuerentiam in matrimonio requiri.
Cùm furit in Venerem, pelagi se in litore sistit
Vipera, & ab stomacho dira uenena uomit:
Murænamq; ciens, ingentia sibila tollit,
At subitò amplexus appetit illa uiri.
Maxima debetur thalamo reuerentia, coniunx
Alternum debet coniugi & obsequium.

Amicitia etiam post mortem durans.
Arentem senio, nudam quoq; frondibus ulmum,
Complexa est uiridi uitis opaca coma,
Agnoscitq; uices naturæ, & grata parenti
Officij reddit mutua iura suo.
Exemploq; monet, tales nos quærere amicos,
Quos neq; disiungat fœdere summa dies.

Nec uerbo nec facto quenquam lædendum.
Assequitur Nemesisq; uirum uestigia seruat,
Continet & cubitum duraq; frena manu,
Ne malè quid facias, ne'ne improba uerba loquaris,
Et iubet in cunctis rebus adesse modum.

Paupertatem summis ingenijs obesse ne prouehantur.
Dextra tenet lapidem, manus altera sustinet alas,
Vt me pluma leuat, sic graue mergit onus.
Ingenio poteram superas uolitare per arces,
Me nisi paupertas inuida deprimeret.

In occasionem.
Lysippi hoc opus est, Sicyon cui patria: tu quis?
Cuncta domans capti temporis articulus.
Cur pinnis stas? usq; rotor. talaria plantis
Cur retines? passim me leuis aura rapit.
In dextra est tenuis dic unde nouacula? acutum
Omni acie hoc signum me magis esse docet.
Cur in fronte coma? occurrens ut prendar. at heus tu
Dic cur pars calua est posterior capitis?
Me semel alipedem si quis permittat abire,
Ne possim apprenso postmodò crine capi.
Tali opifex nos arte, tui causa, edidit hospes,
Vtq; omnes moneam, pergula aperta tenet.

Ocni effigies, de his qui meretricibus donant, quod in bonos usus uerti debeat.
Impiger haud cessat funem contexere sparto,
Humidaq; artificis iungere fila manu.
Sed quantum multis uix torquet strenuus horis,
Protinus ignaui uentris asella uorat.
Fœmina iners animal, facili congesta marito
Lucra rapit, mundum prodigit inq; suum.

Virtuti fortuna comes.
Anguibus implicitis geminis caduceus alis,
Inter Amaltheæ cornua rectus adest.
Pollentes sic mente uiros fandiq; peritos

Indicat, ut rerum copia multa beet.

In facilè à uirtute desciscentes.

Parua uelut limax remora spreto impete uenti,
Remorumq; ratem sistere sola potest:
Sic quosdam ingenio & uirtute ad sydera uectos,
Detinet in medio tramite causa leuis.
Anxia lis ueluti est, uel qui meretricius ardor
Egregijs iuuenes seuocat à studijs.

Fortuna uirtutem superans.

Cæsareo postquam superatus milite uidit
Ciuili undantem sanguine Pharsaliam:
Iamiam stricturus moribunda in pectora ferrum,
Audaci hos Brutus protulit ore sonos:
Infelix uirtus & solis prouida uerbis,
Fortunam in rebus cur sequeris dominam?

In eos qui supra uires quicquam audent.

Dum dormit, dulci recreat dum corpora somno
Sub picea, & clauam cæteraq; arma tenet,
Alcidem pygmæa manus prosternere leto
Posse putat, uires non bene docta suas.
Excitus ipse, uelut pulices, sic proterit hostem,
Et sæui implicitum pelle leonis agit.

Princeps subditorum incolumitatem procurans.

Titanij quoties conturbant æquora fratres,
Tum miseros nautas anchora iacta iuuat.
Hanc pius erga homines Delphin complectitur, imis
Tutius ut possit figier illa uadis.
Quàm decet hæc memores gestare insignia Reges,
Anchora quod nautis, se populo esse suo.

Mutuum auxilium.

Loripedem sublatum humeris fert lumine captus,
Et socij hæc oculis munera retribuit.
Quo caret alter uter, concors sic præstat uterq;:
Commodat hic oculos, commodat ille pedes.

Ex arduis perpetuum nomen.

Crediderat platani ramis sua pignora passer,
Et bene, ni sæuo uisa dracone forent.
Glutijt hic pullos omnes, miseramq; parentem
Saxeus, & tali dignus obire nece.
Hæc, nisi mentitur Calchas, monumenta laboris
Sunt longi, cuius fama perennis eat.

Obdurandum aduersus urgentia.

Nititur in pondus palma, & consurgit in arcum,
Quò magis & premitur, hoc mage tollit onus.
Fert & odoratas bellaria dulcia glandes,
Queis mensas inter primus habetur honos.
I puer, & reptans ramis has collige, mentis
Qui constantis erit, præmia digna feret.

In parasitos.

Quos tibi donamus fluuiales accipe cancros,
Munera conueniunt moribus ista tuis.
His oculi uigiles, & forfice plurimus ordo
Chelarum armatus, maximaq; aluus adest.
Sic tibi propensus stat pingui abdomine uenter,
Perniccsq; pedes, spiculaq; apta pedi,
Cùm uagus in triuijs, mensæq; sedilibus erras,
Inq; alios mordax scommata salsa iacis.

Quæ supra nos, nihil ad nos.

Caucasia æternùm pendens in rupe Prometheus,
Diripitur sacri præpetis ungue iecur,
Et nollet fecisse hominem, figulosq; perosus
Accensam rapto damnat ab igne facem.
Roduntur uarijs prudentum pectora curis,
Qui cœli affectant scire deûmq; uices.

In amatores meretricum.

Villosæ indutus piscator tegmina capræ,
Addidit ut capiti cornua bina suo,
Fallit amatorem stans summo in littore Sargum,
In laqueos simi quem gregis ardor agit.
Capra refert scortum, similis fit Sargus amanti,
Qui miser obscœno captus amore perit.

Albucij ad D. Alciatum, suadens ut de tumultibus Italicis se subducat, & in Gallia profiteatur.

Quæ dedit hos fructus arbor, cœlo aduena nostro,
Venit ab Eoo Persidis axe prius.
Translatu facta est melior, quæ noxia quondam
In patria, hic nobis dulcia poma gerit.
Fert folium linguæ, fert poma simillima cordi,
Alciate hinc uitam degere disce tuam.
Tu procul à patria in pretio es maiore futurus,
Multùm corde sapis, nec minus ore uales.

Paruam culinam duobus ganeonibus non sufficere.

In modicis nihil est quod quis lucretur, & unum
Arbustum geminos non alit Erythacos.

Aliud.

In tenui spes nulla lucri est, unoq; residunt
Arbusto geminæ non bene ficedulæ.

In Deo lætandum.

Aspice ut egregius puerum Iouis alite pictor
Fecerit Iliacum summa per astra uehi.
Quis ne Iouem tactum puerili credat amore?
Dic hæc Mæonius finxerit unde senex?
Consilium mens atq; Dei cui gaudia præstant,
Creditur is summo raptus adesse Ioui.

Inuiolabiles telo Cupidinis.

Ne dirus te uincat amor, neu fœmina mentem
Diripiat magicis artibus ulla tuam,
Bacchica auis præstò tibi motacilla paretur,
Quam quadriradiam circuli in orbe loces:
Ore crucem & cauda, & geminis ut complicet alis,
Tale amuletum carminis omnis erit.
Dicitur hoc Veneris signo Pagasæus Iason
Phasiacis lædi non potuisse dolis.

Spes proxima.

Innumeris agitur respublica nostra procellis,
Et spes uenturæ sola salutis adest:
Non secus ac nauis medio circùm æquore uenti
Quam rapiunt, salsis iamq; fatiscit aquis.
Quòd si Helenæ adueniant lucentia sydera fratres,
Amissos animos spes bona restituit.

Non tibi, sed religioni.

Isidis effigiem tardus gestabat asellus,
Pando uerenda dorso habens mysteria.
Obuius ergo deam quisquis reuerenter adorat,
Piasq; genibus concipit flexis preces.
Ast asinus tantum præstari credit honorem
Sibi, & intumescit admodum superbiens,
Donec eum flagris compescens dixit agaso,
Non es deus tu aselle, sed deum uehis.

In illaudata laudantes.

Ingentes Galatum semermi milite turmas,
Spem præter trepidus fuderat Antiochus,
Lucarum cùm sæua boum uis, ira, proboscis,
Tum primùm hostileis corripuisset equos.
Ergo trophæa locans Elephantis imagine pinxit,
Insuper & socijs, occideramus, ait,
Bellua seruasset ni nos fœdissima barrus:
At superasse iuuat, sic superasse pudet.

Iusta uindicta.

Dum residet Cyclops sinuosi in faucibus antri,
Hæc secum teneras concinit inter oues:
Pascite uos herbas, socijs ego pascar Achiuis,
Postremumq; Vtin uiscera nostra ferent.
Audijt hæc Ithacus, Cyclopaq; lumine cassum
Reddidit, en pœnas ut suus autor habet.

Tandem tandem iustitia obtinet.

Aeacidæ Hectoreo perfusum sanguine scutum,

Quod

Quod Graecorum Ithaco concio iniqua dedit,
Iustior arripuit Neptunus in aequora iactum
Naufragio, ut dominum posset adire suum.
Littoreo Aiacis tumulo namq; intulit unda,
Quae boat, & tali uoce sepulchra ferit:
Vicisti Telamoniade, tu dignior armis.
Affectus fas est cedere iustitiae.

In fertilitatem sibiipsi damnosam.

Ludibrium pueris lapides iacientibus, hoc me
In triuio posuit rustica cura nucem,
Quae laceris ramis perstrictoq; ardua libro,
Certatim fundis per latus omne petor.
Quid sterili posset contingere turpius? eheu,
Infelix fructus in mea damna fero.

Ex literarum studijs immortalitatẽ acquiri.

Neptuni tubicen, cuius pars ultima cetum,
Aequoreum facies indicat esse deum.
Serpentis medio Triton comprenditur orbe,
Qui caudam inserto mordicus ore tenet.
Fama uiros animo insignes praeclaraq; gesta
Prosequitur, toto mandat & orbe legi.

Custodiendas uirgines.

Vera haec effigies innuptae est Palladis, eius
Hic draco, qui dominae constitit ante pedes.
Cur diuae comes hoc animal? custodia rerum
Huic data, sic lucos sacraq; templa colit.
Innuptas opus est cura asseruare puellas
Peruigili, laqueos undiq; tendit amor.

Auxilium nunquam deficiens.

Bina pericla unus effugi sedulus armis,
Cùm premererq; solo, cùm premererq; salo.
Incolumem ex acie clypeus me praestitit, idem
Naufragum apprensus littora adusq; tulit.

Subminuendam ignorantiam.

Quod monstrũ id? Sphinx est. cur candida uirginis ora,
Et uolucrum pennas, crura leonis habet?
Hanc faciem assumpsit rerum ignorantia: tanti
Scilicet est triplex causa & origo mali.
Sunt quos ingenium leue, sunt quos blanda uoluptas,
Sunt & quos faciunt corda superba rudes.
At quibus est notum quid Delphica litera possit,
Praecipitis monstri guttura dira secant.
Namq; uir ipse, bipesq; tripesq; et quadrupes idem est,
Primaq; prudentis laurea, nosse uirum.

Semper praestò esse infortunia.

Ludebant parili tres olim aetate puellae
Sortibus, ad Stygias quae prior iret aquas.
Ast cui iactato malè cesserat alea talo,
Ridebat fortis caeca puella suae,
Cùm subitò ictu caput labente est mortua tecto,
Soluit & audacis debita fata ioci.
Rebus in aduersis mala sors non fallitur: ast in
Faustis, nec precibus, nec locus est manui.

Mentem, non formam plus pollere.

Ingressa uulpes in Choragi pergulam,
Fabrè expolitum inuenit humanum caput,
Sic eleganter fabricatum, ut spiritus
Solùm deesset, caeteris uiuisceret.
Id illa cùm sumpsisset in manus, ait:
Hoc quale caput est, sed cerebrum non habet.

Maturandum.

Maturare iubent properè & cunctarier omnes,
Ne nimium praeceps, neu mora longa nimis.
Hoc tibi declaret connexum echeneide telum:
Haec tarda est, uolitant spicula missa manu.

In Astrologos.

Icare per superos qui raptus & aëra, donec
In mare praecipitem cera liquata daret.
Nunc te cera eadem feruensq; resuscitat ignis,
Exemplo ut doceas dogmata certa tuo,
Astrologus caueat quicquam praedicere, praeceps
Nam cadet impostor dum super astra uehit.

A minimis quoq; timendum.

Bella gerit Scarabeus, & hostem prouocat ultrò,
Robore & inferior consilio superat.
Nam plumis Aquilae clàm se neq; cognitus abdit,
Hostilem ut nidum summa per astra petat,
Ouaq; confodiens prohibet spem crescere prolis,
Hocq; modo illatum dedecus ultus abit.

Parem delinquentis & suasoris culpam esse.

Praeconem lituo perflantem classica uictrix
Captiuum in tetro carcere turma tenet.
Queis ille excusat, quòd nec sit strenuus armis,
Vllius aut saeuo laeserit ense latus.
Huic illi, quin ipse magis timidissime peccas,
Qui clangore alios aeris in arma cies.

Firmissima conuelli non posse.

Oceanus quamuis fluctus pater excitet omnes,
Danubiumq; omnem barbare Turca bibas,
Non tamen irrumpes perfracto limite, Caesar
Dum Charlus populis bellica signa dabit.
Sic sacrae quercus firmis radicibus adstant,
Sicca licet uenti concutiant folia.

Cum laruis non luctandum.

Aeacidae moriens percussu cuspidis Hector,
Qui toties hostes uicerat antè suos,
Comprimere haud potuit uocem insultantibus illis,
Dum curru & pedibus nectere uincla parant:
Distrahite ut libitum est, sic cassi luce leonis
Conuellunt barbam uel timidi lepores.

Aliquid mali propter uicinum malum.

Raptabat torrens ollas, quarum una metallo,
Altera erat figuli terrea facta manu.
Hanc igitur rogat illa uelit sibi proxima ferri,
Iuncta ut praecipites utraq; sistat aquas.
Cui lutea, haud nobis tua sunt commercia curae,
Ne mihi proximitas haec mala multa ferat:
Nam seu te nobis, seu nos tibi conferat unda,
Ipsa ego te fragilis sospite sola terar.

In senatum boni principis.

Effigies manibus truncae ante altaria diuûm
Hic resident, quarum lumine capta prior.
Signa potestatis summae sanctiq; senatus,
Thebanis fuerant ista reperta uiris.
Cur resident? quia mente graues decet esse quieta
Iuridicos, animo nec uariare leui.
Cur sine sunt manibus? capiant ne xenia, nec se
Pollicitis flecti muneribúsue sinant.
Caecus at est princeps, quòd solis auribus absq;
Affectu, constans iussa senatus agit.

In deprehensum.

Iandudum quacunq; fugis te persequor: at nunc
Casibus in nostris deniq; captus ades.
Amplius haud poteris uires eludere nostras,
Ficulno anguillam strinximus in folio.

In fidem uxoriam.

Ecce puella uiro quae dextra iungitur, ecce
Vt sedet, ut catulus lusitat ante pedes?
Haec fidei est species, Veneris quam si educat ardor,
Malorum in laeua non malè ramus erit:
